


14 to 2




John

66
 33
 43
 37
 74
 22
 22
 86
 47
 40
 43
 22
 22
 34
 22
 22
 126
 132
 149
 2
 600
 200
 4
 64
 132
 772

road

Judds

road



20
 34
 56
 26
 1
 4
 6
 3
 50
 100
 335
 264
 2
 260

37
 222

mountains

3-6-671

3

30-24

12
 24
 12
 13
 50

14
 33
 477

28
 21
 28

1056

20
 22
 48

132

R-10.139

(11)

+ R E P E T I +
+ T I O + G V L I E L M I +
B E N E D I C T I
I V R I S C O N S .

In cap. Raynutius de Testamentis.

del 6 de Mayo de 1754. Mayor que hasta ahora, fide reconocida.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL CÔLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3.º C. 68 N. 18.

L V G D V N I
Apud Bartholomæum Vincentium.

M. D. L X X V .

Cum Priuilegio Regis.



Studiorum potissimam partem, emendationem esse scriptum reliquit M. Fabius, quo adducti, cum Gulielmi Benedicti in cap. Raynutius, de Testament. in antiq. Repetitionem non solum Iurisconsultis, sed & pragmaticis per necessariam animadverteremus, exactius, quam antea recognitam excudendam, Iuris utriusque capita perperam citata, innumera interpretum loca depravata reponenda curavimus. Tu interea boni consulas, velim. Vale. Kal. Ianuarii. 1562.

SECTIONES QVAE IN
hac prima parte explicantur.

Prooemium.		Testamentum iij.	fol. 167
Raynutius de Clera.	fol. 1	Alterocha filia puberi ultra Dotem.	fo. 171
Duas habens filias.	fol. 6	Dotem, quam ei dederat.	fol. 172
Matrem insuper Cleram.	fol. 37	Domum.	fol. 178
Et uxorem nomine Adelasiam.	fol. 42	Et hortum.	fol. 181
In extremis positus.	fol. 134	In eodem testamento relinquens j.	fol. 183
Condidit j.	fol. 138	In eodem testamento relinquens ij.	fol. 309
Condidit ij.	fol. 144	Adiecta impuberi.	fol. 215
Testamentum j.	fol. 147	Reliquit.	fol. 223
Testamentum ij.	fol. 157	Cetera bona.	fol. 229
Testamentum iij.	fol. 161		

Aduerte, Lector, nonnullas additiones ipsiusmet authoris, quae antehac margines explebant, absque ulla sententia interruptione in studiosorum commoditatem materia insertas, quas semicirculis inclusas reperies, apposto in margine hoc signo, &

*

A D M A X I M V M A C
P R Æ S T A N T I S S I M V M C Æ S A R I S E T
P O N T I F I C I S I V R I V M P R O F E S S O R E M E T
Comitem academiae Caturcen. famigeratissimæ Doctorem regentem, suis temporibus omnium acutissimum, ac Tolosanum senatorem suum cum primis metuendissimum dominum, dominum Gulielmum Benedictum Claudium Feydeau Fromentei Parisiensis iurium baccalaureorum eidem academiae lectitantium minimi, artium licentiati, collegiique de Ruthena & de valle antiquissimi (à fundatoris archiepiscopi Neapolitani ex Caturcia oriundi nomine sic nuncupati, cuius nomen fuit Bernardi de Ruthena) collegiati (quod quidem collegium idem Gulielmus singulari semper prolequebatur amicitia, atque nostrorum omnium collegiatorum prorectiua) Epistola.



Cynæ singularis fuit memoria. Quid parlamentum. Cōsistorij Tolosani & Senatorij laudes. Caturcen. academia Tolosana antiquior. Add. Iudicē que moueat.



SI H A C nostra ætate Cynæ, Pyrrhi regis legatus singularem habens memoriam, qui senatum Romanum constare retulit ex regibus, renasceretur, ac curiam Tolosanam, quam Galli parlamentum vocant (Sic enim publicum ad iustitiam ministrandam conuentum Franci nominant, quasi parium lamentum: quia parium Franciæ, qui sunt de numero ipsius querelas & planctus audiunt: de quo mentionem facit Paulus de Castro confi. cccxxxiii. contemplatur, proculdubio affirmaret, non regium, sed diuinum illud esse consistorium. Etenim quid sunt aliud senatores Tolosani, quàm humanum numen, quàm sydus terrenum, & religionis sacrosanctum fastigium? cùm Christi Iesu redemptoris nostri vices teneant in terris, vt colligitur in authen. vt hi qui obligatē habe. perhib. res. mino. in prin. colla. vj. firmat text. in authen. de instrumento cautela. & hde. ead. colla. §. quia igitur. l. leges sacratissimæ. C. de legi. l. j. ff. de iusti. & iur. in quorum numerum vocari paucis mortalium cōcessum est. In quorum tamen ordine tu (& merito) professor maximè diebus tuis conscriptus es. Prius tamen annis plurimis locum simile in senatu Burdegalen. sagaciter, rectè, & decenter ita administraueras, vt lachrymis, precibus, amicitiis, ira, odio flecti minimè posses. Quam obrem magis diuinus, quàm humanus contemplabaris: maiori verò contemplatione veniebas admirandus: cùm vtriusque censura iura hac in Caturcen. famigeratissima omnium vniuersitate Tholosa antiquiore, solertissimè, modo inaudito, stupendo, & mirabili interpretaberis, tanta fuit vox tua, dulcis & sonora, vt viros magnates diuersis in gymnasiis sparsos in hanc academiam lecturarum tuarum audiendarum causa traxeris: inter ceteros cardinalem illum (à domo illa nobilitate tanta, ac sanguine regio clarissima propagatum; quæ idiomate nostro Albret nominatur) Amanuentem piissimi regis Navarrae, nuper à nobis euocati fratrem: Ludouicum de Ambasia Albiens. episcopum laudatissimum. Ludouicum de Rochechouard virum religiosum priorem Marcini, virtutibus, literis, moribus, & genere nobilissimum, atque doctorem postmodum Romani pontificis Auenioni legatum. Et Franciscum de Claromonte archiepiscopum Auxitanum, qui huic de Rochechouard prædictæ legationi successit: illius Albiens. præsulis ac reuerentissimorum bonæ memoriæ patrum, gentis magnanimè titulis Ecclesiasticis decoratissimæ Georgij Ambasiani his nostris totius Galliæ partibus eiusdem supremi partis legati. Qui Georgij Fromentei militis strenuissimi, Chatriæ domini, matris meæ fratris fuerat Tolosæ patrinus: illo Ambasiano officio ibi de vacante iuridico.) Ac Iaco. abbatis Cluniacens. atque Claromontens. episcopi, ex sororibus nepotes, aliosque vndequeque nobilissimos viros & doctissimos. Quos cùm tanta esset illorum copia & multitudo, memorare minimè posset Cynæ ille memoratus, quamuis tanto memorandè munere præditus fuerit, vt altera die, qua Romam intrauerat (historia affirmante) vniuersum senatū & equestrem ordinem propriis nominibus salutauerit. Tu prudentia, consilio, autoritate tanta præcellabas, vt inter tempestatis tuæ senatores, ac doctores resurgeres, velut inter planetas sol splendescit, vt sine te nihil altum susciperent ac meditarentur vniuersitates, ac curiæ siue parlamenta, in quibus sedebas. Tu religione, sine qua perit vita mortalium, quæ hominum propria est, quæ nos Deo cognatos facit, ac vinculo pulcherrimo connectit, tanta præpollebas, vt nihil quicquam apud te antiquius fuerit religione, Dei cultum rebus omnibus anteponeas, memor illius Vergilianæ carminis:

Religiōis effectus.

Discite iustitiam moriti, & non contemnere diuos.

Atque legis illius, veluti. ff. de iustitia & iure. vt exemplar nobis mortalibus esses vitæ sanctioris. Et cùm summo viro iustitiæ que ministro, turpe sit noctem totā sumno exponere, tu somni parcissimum minimum tempus sopori dabas, librorum pabula semper intendens, tuis nunc scriptis probantibus clarissi-

clarissimis, pro communi omnium hominum utilitate promulgatis. Quid est in quo vtilius, honestius aut laudabilius, tempus ipsum conterere valeamus, quàm aut in actione virtutis, aut librorum reuolutione? hæc cùm mente reuolueres, ad eò ingenij tui vires instaurata fuere, vt fortiores solito ad hæc facta sint: & ita accensa vt negotium pro ocio, & ocium pro negotio tibi constitueres, atque eò magis, quòd tui labores & vita, quæ vigilia est, vt sapientes dixere. Et tibi primum & presentibus, & posteris iocunditati, cōmodo, ac ornamento futuri essent. Nullum certè dulcius ocium, nulla delectabilior voluptas, nullus, teste Lactantio, suauior animi cibus, quàm veritatis cognitio. Hoc est opus operosissimum magis diuinum quàm humanum, hæc efficacissima decisiō & miraculosa, pōtificij iuris ac ciuilibus vltimarum voluntatum nodos & ænigmata nunquam soluta dissoluens, vt hæc legisse maxima lætitia sum affectus. Illudque præ ceteris sum admiratus. Nam cùm tanti tamque multiplicis casus, hac in tua repetitione saluberrima congerentur, nihil est quod obscurum habeatur, nihil imperfectum, nihil intactum, quod vel non decisum sit, vel ad alia loca remissum. Qua in re ita probè, ita egregiè te gessisti, vt ab omnibus & lauderis, nomineris, memoratus habearis, & benedictaris. Nomen enim tuum benedictionem sonat: stabit tua (vt verbis vtar Vergilianis) cuique dies breue, & irreparabile tempus omnibus est vitæ tuæ immortale ac semper benedictum. Viues igitur femine, viues post funera nobiscum, omni quo benedictus. Infantiat zoli bonis ac doctis semper mastiges. Pro tanto igitur munere, cùm id quod prius labyrinthus erat, scilicet vltimarum voluntatum materia, nunc hanc propter Benedicti repetitionem memorabilem efficiatur scirpus. Dicamus omnes, quiescat in pace Benedictus, Amen. At gratias, honores, & laudes, non quas debemus, sed quas poterimus illius Gulielmi liberis benedictis, eruditionis, monitionis ac morum paternorum obseruantissimis, referamus immortales. His proculdubio si omnes artus humana voce resonarent, atque in linguas vertentur, ossa nostra omnia & membra, condignas minimè possemus referre Talabardo Benedicto professori iurium solertissimo cathedræ patris canonicæ successori. Et diuitiarum, & virtutum verissimo, vt alter Gulielmus videatur. Qui scientiæ, virtutibus, ac modestiæ præclarus; suo viuendi modulo benedicta dulciscens pectora altius magnificat quocunque se vertat. Video illum semper disertum, in iustitiæ actibus ita feruentem, vt hoc anno Caturcen. moderator electus sit (quem Parisienses scabinum vocant) rectum, magnanimum, acerrimi ingenij & amoris in bonos, maximè studiosos, vt Patrē Caturcen. acadamiæ, scholarumque illius & gentorem, liberè dicat studioforum caterua: qui patris scripta memorabilia calcographis tradenda curauit, vnà cùm fratre suo vnico Raymundo Caturcen. canonico dignissimo. Qua de re si mihi linguæ centum, oraque mille, ferrea vox, sermonem assumendo Vergilianum: gratias debitas minimè exhibere posset ingenio nostri tenuitas. Itaque illius gentis Benedictorum clarissimæ & iure memorabilis pro debita gratiarum omnium actione perpetuam exopto & cupio felicitatem, memoriam, atque benedictionem, donec extrema illa ac salutifera dabitur sententia, qua dicit is, qui sub Pontio Pilato passus est, Dominus noster I E S V S C H R I S T V S humani generis redemptor: Venite benedicti patris mei, possidete regnum. In quod valeat Benedicti successores & liberi. C. Feydei perpetuò memores. Ex gymnasio nostro Caturcen. Anno Domini quingentesimo vicefimo, mensē vltimo supra millesimum.

Cui rei debet intendere mortales. Vita nostra, vigilia. Iurij decisiones miraculose. Operis laudes. Gulielmi Benedicti cognominis etymologia.

A iustitia laudes.

* iij.

nij acumine reuise, elimatae atque politae uilitates & fructus suauissimos pro communi omnium hominum uilitate in publicum prodita, nec non promulgatae, quae tanta consilij moderatione concipitur, tanta distinctionis decoquitur prudentia, tanto diuisionis ordine profertur, tantaque rerum atque altissimarum curiarum, senatusconsultorum siue arrestorum experientia perficitur, ut nihil addi possit, quo perfectior esse queat. Ipsius plenitudo adeo patet, quod nulla requirit commendationis augmenta, sexta quaestione prima. si omnia in fine. Quinimò linguis tacentibus seipsa rei ueritas exhibet. l. j. ff. de integrum restitutione. Ego quoque quod ad me attinet, ita tua, & tuorum admiror omnia, & laudo, ut ea non modò sempiterna fore confidam: sed si in his augendi locus est cumulatissima esse cupiam. Ad tuam enim beneuolentiam comparadam, nec maiorum imagines quae nullae sunt, nec diuitias (quarum iamdiu spectator potius fui quam possessor) affero. Sed obseruantiam, fidem animi, uoluntatem egregiam, quam, tu in his probare soles, potissimum qui in tuorum numerum, & ordinem assunt. Quae de te, & patre commemorauit, non quidem assentandi studio, aut ea praedicandi quae libèter audias, sed prouocandi causa me ipsum ceterosque consanguineos meos iurium tyrones alacrius ad labores in futurum, ad uestrorum ipsorum imitationem. Si enim minori Africano maior, si maiori pater patruusque exempla domestica praebere ad bellicae fortitudinis laudem adpiscendam, quid recta doctorum meorum patris, & filij aemulatio non conferet mihi omnibusque successoribus nostris nobis coniunctissimis ad uirtutes & doctrinam assequendam? Si teste Satyrice, uel ocus & citius nos corrumpunt uitiorum exempla domestica, magnis cum subeant animos authoribus, Cur ex opposito nos ardentius non inflammabunt uirtutum uestrarum exempla domestica, quae ut propria nobis, ita & gratissima sunt? Non abs re igitur uirtutes uestras & laudes, non ut debui, sed ut potui, in medium asserere conatus sum. De quibus fatius esse arbitror silentium agere, quam uestrae excellentiae hac tantilla hirsuta, ac hispida epistola parum respondere, quoniam si ulterius progredi uellem, opprimerer in tanto rerum molimine: si linguas mille habeam & totidem ferrato gutture uoces, non possem memorare gesta alta patris & filij, ac innumeras ingeniorum uestrorum praetexere dotes. Quod potui immenso perfeci corde, uoluntas magna fuit, quamuis non sit expleta. Tibi tamen refero gratias, non quas debeo, sed quas possum. l. prima. C. de officio praefecti praetorio Africane. in principio. Cum me in gremium ò Benedicte, tuum susceperis, & me inter honoratos dignaris habere iuristas, interea uale, & respice quae Feydei tui uoluntatem. Summus enim Deus non ea quae offeruntur, sed offerentium respicit uoluntatem, ut ait Hieronymus in Amos, cuius uerba habentur in Canone, odi, & proiecici. uigesima quarta quaestione prima. Non quantitas doni, sed offerentis affectus largitate facit, ut per Ioannem Andream in sexti data. iterum uale, atque iterum millesies uale dico. Uale igitur, uale, uale ò Talabarde Benedictorum speculum, ac iurium norma: iamque uale cum fratre tuo Raymundo Caturcen. canonico dignissimo, cuius amicitiam in te beneuolam, ac pacificam societatem non potest non probare Caturcen. ciuium cetera, & non immeritò. Nam moribus in cunctis pulchra est concordia pacis: cuius effectus eleganter recitat Baldus. titulo de pace Constantiae. §. fina. & Salustius in Iugurthino, dicens: Concordia res paruae crescunt, discordia uero dilabuntur maximae: desertaque est hominis uita, quae amicitiae praesidio non est cincta, ut inquit Valerius: de qua facit textus iuncta glo. l. latae culpa. §. amicos. ff. de verb. & rer. signific. per Bartolum in l. furti. §. qui in flu. uerfi. quidam sunt. in fi. ff. de his qui not. infam. concludentem, quod si propter aliquorum discordiam quies publica inquietaretur, quod eos possit ad pacem siue amicitiam cogere. facit l. prima. §. quies quoque ff. de officio praefecti urbi. & l. congruit. ff. de officio praefecti. §. oportet igitur iuncta glo. in uerbo, pacem. de manda. princ. coll. iij. Quam, ut epistolae nostrae riuos claudamus, iubente latiali Apolline Vergilio uobiscum stare, atque uiuere perpetuis exopto temporibus, carmine sequenti, pro maiori mei in te amoris significatione. Uale. Ex gymnasio nostro Caturcensi,

Anno Domini M. D. XX.

*Uict et aeterni meriti referentur honores,
Donec olympiaco fulgebunt sidera caelo.
Donec in infernis condantur sidera noctes,
Et donec Zephyris passim maria alta rumpent.*

IOANNIS FEYDEAV FRO-
MENTEI PARIENSIS CAE-
sarea licentia, Pontificiòque baccalaureatu
praediti eidem Claudio cognationis agna-
tionisque uinculo connexo, atque filio
primogenito singulari amicitia dilecto, ad
Lectorem in perpetuam operis memo-
riam & laudem, ac Zoilorum maledictio-
nem, Epigramma.

IACOBI FEYDEAV IV-
RIVM AVDITORIS AC
EIVSDEM MEMORATI
COLLEGI DE RUTHENA ET
de Valle Vniuersitatis Ca-
turciae laudatissi-
mae collegiati
Epigram-
ma.
*

*Tristitia funereis alter canat omnia redis,
Alter inexhausti praelia Martis agat.
Lenta cothurnato deprobat carmina iambo
Aut reseret uersus Sapho canora tuos.
Barbatus alij texent in signe Poëti,
Ast mihi Casarei scripta adamanda sopheri.
Reclaque quae superos demonstrat regula caelo.
Diuos, & summi numen Olympiaci.
Vae tibi Zoileo qui carpis dogmata morsu
Sancta, quibus nullum sanctius extat opus.
His siquidem magni seruas praecipra Tonantis,
Quae domino reddi cuncta retracta iubent.
Si cupias sana dissoluerè uincula mortis
Vltima, quae in sana mente Cupido parat:
Et quicquid dubij uoluit Raynuius, atque
Proximus huic habeat, prospice, discuties.
Est hoc aeternos opus immortale per annos,
Atque hoc innumeras uiuet Olympiadas.
Condita sunt tumulo quamuis praecordia tanti,
Attamen effugiet nomen in astra uiri.*

*Magnanimi iuuenes, quos dulcior haec tenus aetas
Vexit & ad palmam gloria digna uocat:
Expectata diu tanti pia dogmata patris
Sumite iam uultu, sumite mellifluro.
Et genere insignis, nec non ignobilis aequè,
Noscere si cupias, hoc manifestat opus.
Illustres itidem, quibus ipsa scientia cordi est,
Nam efficitur scirpus, quod labyrinthus erat.
Nec uos Zoilei retrahant fortasse susurri,
Hos habuit ueniens summus ab arce Deus.
Tollite iam que moras, nocuit differre paratis,
Perlege, quò uerè ciuilibus esse queas:
Eia age pro tanto tu Lector munere ducas,
Hic pace quiescat Benedictus, Amen.*



Prooemium.

Attilio de isto Valeri, qm aximus dictus est, narrat in ge-
stis Romanorum, qd cu esset octogenari* & virgo, & a multis
narrarent suam victorie, virtutes & gratie, omnib* filitium
imponens dixit, Scitote generosi ciues, qd de vna victoria su-
pra alias gloriari possum, qd nequissimam carnem meam
domui, &
 cōcupiscē- a Et magno vbiq; pretio virtus aestimat, hæc
 tiam meam pferim vehemēs & cōstans animi militia li-
 carnalem teris pollens, venerabiliū doctrinæ sacrorū an-
 vsque ad tistes philosophia; q vbi in pectora recepta est
 mortem ra- lo totū in solidē virtutis munimēto cōfirmat,
 ieci. Hæc potentiūq; metu ac dolore facit. Solus nāque
 Ber. busti. is viuere & frui anima videtur, qui aliquo ne-
 parte ij. ser- gōtio intētus præclari facinoris vel artis bonæ
 mone xij. b famā qrit, sicut vos facitis, vt q genere no-
 a Et ma- c bilis estis antecessorū & vestro. Ceteri autē
 gno. dicit vestris maioribus ppria virtute præluccatis,
 Valerius li- vt si prius notū non fuerint, accipiant in vobis
 bro v. de initium memoriæ suæ, & sitis posteris nobili-
 pietate er- d tatis principium, & virtutis exemplum, vt
 ga parces. Quintus Fabius Maximus, qui Gallica victo-
 b Vt q ge- ria cognomē Allobrogi sibi met ac posteris pe-
 nere nobi- perit. Quo nihil ordinatus, aut speciosus illo
 les estis. ad seculo ciuitas Romana habuit. Nō enim (dicit
 Albertum
 zobolum adolescentem nobilissimum Mattheus Bossus in
 ij. parte epistola vlt. Sed vide, inquit, ne parua illa stultaque
 quorundam magnorū, sed pessimorū hominū nostri infeli-
 cissimi temporis opinio ignauiam tibi persuadeat, qui stu-
 dia liberalium artium, & sudorē literarū detrahunt amplif-
 simis, & opulētissimis viris. Egenis verō & quib* labore &
 industria est vita ducēda, permittunt, quasi philosophia, &
 studiorum cura populare negotium sit. In quo delinquere
 magnopere videntur plerique tyranni, qui omnia penitus
 maiestate literarū, & dulcedine studiorum, se totos beluis
 tradiderūt, omnia spacia temporumq; momenta in sectan-
 do apro, aut querquedula, & perdicæ capiēda terentes, qui
 bus pluris sunt equorū stabula, canēscque, & accipitres, q;
 sapientiæ diuina gymnasia, & salus subditorum populorū:
 in quibus porro, quid spei cum animū atq; ingenium (quo
 neq; maius, neque diuinius aliud est homini attributū) in-
 cultum negligūt, securūque torpent? Tu vide inquā, ne
 peruersa hac improbaq; stultitia his cōsentiēs, solidamque
 & expressam doctrinā, & sapiētia laudē cōferas vlla cū re,
 ingenūque fulgorē & animi sublimitatē inficias vanitate,
 tanquā caliginibus. Verūm his omīssis inertia & libidinū
 plenis, totum te ostenta virtuti, & prisce illos heroas illu-
 strēsq; viros imitādos tibi ppone, q graui sibi dede cori
 esse arbitrabantur, si nō eruditione & sapiētia maiore quā
 imperio præstaret. Sed neque liberos principatus successio-
 ne dignos iudicabant, nisi apprimē doctos. Nam Cato ille
 Portiæ familiæ gloria Latinas literas iam vir, Græcas dein-
 de senex perdidit. Philippi autē Macedonis illā tenemus
 epistolam, quā nato sibi Alexandro ad Aristotelē dedit, re-
 ge certē dignā, diis gratias agēs, non q natus esset: sed p eo,
 q nasci eum cōtigit tēporibus suis, a quo edoctus eruditūf
 que dignus esset regni successione. Quāti ipse doctus tan-
 dē doctrinam fecerit Alexander, id satis signi est, q in ca-
 stris lectitasse, semper que in scriiniis libros circūtulisse ex-
 ploratum est. Mallens siquidem singulari disciplina, q po-
 testate præstare. Quid de Ptolemæo Philadelpho secundo
 post Alexandrum Aegypti rege, qui tractus dulcedine li-
 terarum lx. millia, vt nōnulli scribunt, librorum in vna bi-
 bliotheca Alexandriæ composuit, & sacram Hebræorū pa-
 ginam per lxx. interpretes in Græcam linguam transferri
 curauit? Antigonus ad Zenonē philosophum: Ego, inquit,

fortuna & gloria vitā tuā antecellere existimō. Tu igitur
 modis omnibus enitere, vt tuo cōtubernio fruamur, hoc p
 certo habens, te non meitantem, sed omnium simul Mace-
 donum eruditorem fore. Nam qui Macedonia regem eru-
 ditum & subditos quoque ad fortitudinem, & probitatē
 eruditū
 certum est.
 Nā cuius-
 modi fue-
 rit dux, ta-
 les vt plu-
 rimū sub-
 ditos fieri
 necesse est.
 Præclara
 Auicennæ
 medicæ ar-
 tis opera,
 vigilias, lu-
 cubrationes
 & studio p-
 petua fere
 cōsecrata
 memoria.
 Quo phy-
 sico magis
 q rege oīs ætas gloriabit. Iulii Cæsare, & in castris necū in
 otio lectitasse, dictasse, scripsisseq; rerū suarū Cōmētaria,
 innumerāq; epistolæ grauisimæ & eloquentissimæ testimo-
 nio sunt. Qui si foro vacasset, nō impar fuisset diuinę faci-
 diæ Ciceronis. Augu. verō is cui tot* terrarū orbis se submi-
 ferat, nec curā literarū vnquā omisit, tū legere, tū scribere,
 tū declamare cōsueuerat, Poeticā simul cū oratione soluta
 cōplex*. Quid reliquos Cæsares? Quid imperatores? Quid
 senatorios ac patricios viros hac in parte cōmemorē? Cū
 vix ex millibus vnus literarū reperiretur ignarus. Hæc ille.
 c Antecessorum & vestro, scilicet per artes honestas. vnde
 Claudianus: *Gaudet enim virtus vestes sibi iungere nuptas.*
 d Nobilitatis principium. Id est, honoris, qui solus est præ-
 mium virtutis, secundū Philosophum. Virtutis enim vber-
 rimum alimentum est honor, dicit Valerius libro secundō
 titulo de institutis. & tex. in §. cumque. & in §. si. in proe-
 mio instit. Nec publica religione cōsecrata virtus priuata
 laudatione eget, vt idem Valerius alleg. tit. de Fortitudine.
 Perfecta autem nobilitas est generis cum animi magnitu-
 dine decorata, secundū Bal. in l. nobiliores. C. de commer.
 & merca. vbi de triplici nobilitate.
 e Valerius lib. iij. tit. de his qui infimo loco nati, clari euas-
 ferunt. in princip.
 f Ad summā dignitatē. Ex quo sunt multo plus honorā di-
 quia maior honor est, q quis promoueatur nomine acqsi-
 to ex sua probitate & propria virtute, q illo quod ei alias
 obuenit. Cū in his, quæ ex natura pueniunt ratione parē-
 telæ, nec laudari, nec vituperari debemus. Vnde illud quod
 meum est per acquisitionē, magis dicitur esse meū, quā qd
 per successionē secundum Iac. quem sequitur per illū text.
 Ioan. Fab. super verbo alemanicus, in prooemio instit. ideo
 dicit gl. in c. nunquā. l. vj. dist. q nat* ex vilibus parētibus, si
 est virtuosus, est præferendus nato ex claris parētibus æque
 virtuosus. facit glo. in c. fidelior. quinquagesima dist. vbi pec-
 cator emendatus præferatur ei, qui nunquam peccauit.
 g Cū honesti actus. Sunt verba Valerij lib. v. tit. de gratis.
 in parateuce ad externa.
 h Suis exemplis redduntur. De quibus infra super verbo,
 condidit j.
 i Magnæ diuitiæ. Quæ plus torquent possessorē, quā ei
 proficiāt, vt plenē dicit super verbo, *cetera bona.* in princi.
 Vt ini

Prooemium.

a Vt initiū, sic finis. Vnde idē Mattheus Bossus episto-
 la proximē alleg. Nulla, inquit, occupatio vel susceptu
 melior, vel homine libero dignior, q in amore vinas lite-
 rarū, vt nullis voluptatibus, nullisq; illecebris abducare,
 quin quotidie codices tractes & legas. Ingētes ipsē opes,
 quibus do-
 mus abun-
 dat tua, ho-
 norū ac di-
 gnitatū in-
 signia, am-
 plitudo ge-
 neris, clari-
 tas nomis,
 auorū que
 gloria nul-
 la sunt, nisi
 nobilitent
 eximia qua
 dam singu-
 larique do-
 ctina; & is
 ad quē suc-
 cessu, for-
 tuitūq; illa
 d. veniunt.
 Nec vlla est
 ipsa sem-
 per hone-
 stet sapien-
 tia atq; vir-
 tute. Quid
 est p Deū
 aliud diui-
 tiis afflue-
 re, & pur-
 pura, & au-
 ro supuo-
 sius amici-
 f do nostrā
 qui patri &
 tem atque
 prudentia
 carere, i-
 gnarūq;
 & inertem
 esse, quā vt optima quidē ratione aiebat Diogenes, pe-
 cudem esse aureo vellere, aut imaginē eximie fictā, cere-
 bro autē vacuam, atque recordē? Aut quid præterea in
 bonis ducēdū, quod sit semper instabile atque caducū,
 quod præbet & auferat fortunæ temeritas? Nō sunt cer-
 ta solidāq; hominis bona, quæ sua semper esse non pos-
 sunt. Præclare igitur Stilpō, direpta patria solōq; æqua-
 ta interrogātū Demetriō, nūquid suorū amisit. trespōn-
 disse dicitur. Edepol nihil. Nulla enim fortunæ vis sa-
 pientia diripit. Parique fortuna Bias ille, vnus quidē ex
 septem sapientibus meritō laudatur, qui cuerat valcfa-
 ciēs vrbis, omnia, inquit, mea mecum gero, quoniam nō
 carpento vel nauī, sed animo illa portabat. qui quidem
 animus quoniam sempiternus est & immortalis, & ipse
 ferē Deo similis, bona quæ possidet, perpetua sunt atque
 diuina. Cetera autem, quæ ad corpus spectant, quoniam
 fragilia sunt & caduca, perinde atque corpus ipsum, cui
 feruiunt, mutant semper, & desunt. Hæc ille.
 b Nihil inquit Valerius lib. v. tit. de pietate in patriam,
 c. penult. in fine.
 c Cū vt Cicero dicit in ij. Rhetoricorum.
 d Dux profectō. Sunt verba Senecæ ad Lucillum epi-
 stolo octogesima octaua.

e Ad inertia. De qua & otio plenē dicit super verbo, &
dotem quam ei dederat. prope finem.
 f Quodāmodo. Prudenter loquitur, quia vera virtus ex
 Deo est: de quo plenē in verbo sanctorum, in clemen-
 j. §. ab hoc baptisma de summa Trinit.
 g Per luxū
 & ignauia.
 vnde ver-
 tus: nos ge-
 n* ignauū
 tecto gau-
 demus &
 vt
 dicit glofa
 circa si. in
 h Vt in pri-
 dita lux? Quid cōtēct* & abdi* ignis? Post
 ma ad Cæ-
 lus? & pueriles amores grauidū fetu nouo
 ad
 post-
 imperium
 adeptus,
 reipublicæ
 habitē sunt
 orationes
 culta: sapientia
 ignorauntur
 titula o-
 ratio ad Cæ-
 rem senem
 de republi-
 ca. Non q
 intelligamus eo tūc Cæsare ad senia extremū peruenis-
 se, cum anno imperij sui quinto, siq; verō ætatis lvi. à Bru-
 to & Calsio Scripilio viginti trib* vulnerib, cōfossus ex-
 pirauit mēse Iulij, quo nat* fuerat. Vnde de prima illa-
 rā orationū est hic facta mētio, & veri est vnica oratio
 incipiēs, Populus Romanus, & c. duo cōtinēs capitula,
 quorum secundum incipit. Scio ego quā difficile & c.
 j. Quæ, vt Valerius ait lib. iij. tit. de his, qui humili loco
 nati clari euaserunt.
 k Remoueat iterum, inquit idem Valerius libro se-
 cundo titulo de institutis.
 l Vt idem dicit, scilicet Valerius lib. v. tit. de gratis lo-
 quēs de populo Romano.
 m Et alibi lib. viij. tit. de studio & industria.
 n Ex Rofcio hiltione. q melancholicus ob singularē i-
 ndustria nūcupari meruit. Nā Aristor. li. pblema. sectio.
 xxx. de Hercule loquēs dicit, q quicūque excellētēs fue-
 rūt viri aut fecerūt physic. politica aut poēsim, vel alias
 artes, vocāt melancholici sicut Hercules, q illius naturæ
 fuit, quia occupabatur ab ægritudinib, quæ sunt à nigra
 cholera: ideo ægritudinē epilepticorū ab Hercule anti-
 quo nominant sacrum morbum & Herculeum.
 o Et e contra. sunt verba Ciceronis in Philippicis.
 a Encruc.

Prooemium.

a Enerues animos, id est, molles & imbecilles. b Testamētū Canonistarū. Nō enim à seipso, sed à Canonistis præceptorib' suis opus, & librū intitulare voluit, more Platonis, qui (vt dicit Helimadus) libros suos nominibus magistrorū suorū, vel eorū, q. magistros suos docue...

f Nec vetera Romanorum ad instar quorum fuit stat' regni Francie quo ad veranque utilitā institutus, vt habetur super verbo, Et uxorem nomine Adelsiam. in primo principali articulo & ij. decisione. g Meminit Diodorus, historicus Siculus, Gracie quam maximē historie scriptor clarus & insignis. Qui vniuersam historiam sexaginta sex libris complexus est, de quibus nisi sex primos non habemus impressos, est enim historicus antiquus, vt infra dicam.

h Sola inquit historia, historia est narratio rei gestæ p quā ea, quæ in pterito facta sūt dignoscunt. Et dicit ab historia Græcè, qd est videre vel agnoscere, quæ apud veteres nemō cōscribēbat historiam, nisi is q. interfuisset, & ea quæ scribēda erāt, videlicet secundū Isidorū. l. j. Etymolo. & si quis plā diceret, q. nō exemplis sed legibus est iudicandum, verum est, q. iudicandum nō est exemplis malis, de quibus loquitur Iherō. C. de sententia in cōceptū bonā sequēda sunt. Et mala etiā sunt recitanda, vt caueant & euitent. ex vtriusq. docemur imitari, aut euitare, & nō sequi: ita q. simul in hęc cōferunt & proficiunt. vnde Aurelius Augustinus lib. xv. de ciuitate Dei, cap. ij. in fin. p dicit objectioni respondens, & ad historias nos inueniens sic dicit nō sanē oīa, quæ gesta narrant, aliquod etiā significare putāda sunt, sed propter illa, quæ aliqd significāt, etiā ea quæ nihil significāt

atterunt: solo em vomere terrā profcinditur. Sed vt hoc fieri possit etiā cetera aratri mēbra sūt necessaria. Et solli nerui in cytharis atq; huiusmodi vasis musicis aptant ad cantū, sed vt aptari possint, insunt & cetera in cōpā ginibus organorū, quæ nō percipiunt à canētib; sed ca que per torq; faciūdia, id liquidū esse omni ex parte absolutū, atq; perfectū propeq; diuinū. Qua rationē plus, q. propheta Dauid psalteriū suū nō in soluta oratione, sed versu & modo mētrico fecit: vt Deo, qui in cōcordia oīa fecit, & pportione, numero, pōdere, & mēsurā magis placeret & hoīb; q. vt plurimū cōcordia gaudēt, & pportiof ne. Nec vetera Ramanorū exteriorū q; pferim regni exēpla, nec Frācorū historiā tacebo, de cuius fructu & vtilitate meminit g Diodorus lib. i. xerxi antiq. in pœmio. Sola h inq. historia pares verbis res gestas repræsentās omnē amplectit vtilitatē. Nā & ad honestū impellit, detestat vitia, probos extollit, deprimit improbos, & pulchrū est ex aliorū erratis aut cōsultē gestis melius illustrare vitā nostrā. Nō qd alij egerit q. rere, sed qd optimē actū sit nobis, pponere ad imitādū seniorū cōsilia, quos lōga ætas prudētiores effecit: cogitantes decorū esse mortales labores ppeti pro gloria immortalī, qd etiā sacra conuenit scripturæ, Ecclesiasti. xxxix. Sapientiā, inquit, omnīū antiquiorum exquiret sapiēs, & in prophetis vocabit. Narrationē virorū nominatorū cōseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit; occulta prouerbiorū exquirēt, & in absconditis parabolarum cōseruabitur, eoq; modo in medio magnatum ministrabit. Quod & in cōspectu præsidis apparebit, fieri nō facillē pōt, nisi p historiā. Quæ (vt Cicero dicit) testis est temporū, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi: sed quia ratio sic vult, que nō circūscribitur loco, velut à prin. nata cū genere humano, præterea in dubio sequēda sūt exēpla virorum magnæ autoritatis, secundum Bald. in dicta l. nemo. & in cap. fin. de confus.

i Quæ vt Cicero dicit. hic Tullius cognomēto Marcus & Cicero philosophus maxim' Oratorū Latinorū princeps; cōsulq; Roman', superiorū Cæsarī, Catonī, Sallustij, & Diodorū cōtēporaneus, patrie turbationē, atq; tumultū Cætilinē turbatione exortū cōprensit, & prudētissimē sedauit, eiusq; virtute respub. Romanorū à magnis perturbationibus seruata est, & merito ab omnib; pater patriæ appellat' est: demū & ipse inclytus orator anno ætatis suæ lxxij. Ab Antonio sub spe cōcordiæ cōcedēte Octauiano imperatore, quē adhuc adolefcentem spe reipublicæ p̄mouēda: cōtra Antonij malitiā Cicerō (vt Augu. lib. iij. de ciuitate Dei dicit) fouebat, occisus est, & cū liguā ei abscondere, quia multas cōtra Antonio dictauerat inuectiua, respōdit: Nihil agis Antoni, scripta deserta manēnt hui' sētētia p̄cipua fuit: Virtutis vīs laus in actiōe cōsistit: cui cōcordia in x. Aenci. Ver gil. dicēs: Sed fama extēderē factis, hoc virtutis op'. parit' q. ppe laudis est recta sibi pponere, pposita q. suscipere. Sed plene & inclite glorie custodiē ad exitūq; dixisse: quæ parū sepulchre distat inertia: celata virtus, de hoc, Aurelius Augustus lib. vij. de ciuitate Dei. iij. sic dicit. Itaque

Prooemium.

Itaque cū studiū sapientiæ in actiōe & cōtemplatione verset, vnde vna pars eius actiua, altera cōtēplatiua dici potest. Quarū actiua ad agēda vitæ, iad mores institūdos p̄tinet. Cōtēplatiua aut ad cōspiciēdas naturæ causas & syncerissimam veritatē. Socrates in actiua excelluisse memorat.

Pythagoras verò tuftatis, quā nosse atq; in ea versari, vtilissimū est, vt aliorū exēplo vtilia sequi, noxia que vitare, & patientiā amplecti discamus in aduersis. Ad quos spiritus sctus p̄cipaliter voluit antiquorū facta sub scriptura redigi, quæ potentia viribus, steri considerates animarent ad similia sustinenda & operanda. Iuxta illud Apost. b. Que p̄inde Platonē vtrūque iugēdo philosophiam perfecisse laudatur, atque ex aliis sumere exēplū sibi. Pariter Seneca, Longū, inquit, esse iter per p̄cepta ac iniquā in tres partes diuisit. vnde moralē quæ maxime in actione versatur. Altera naturalē quæ cōtemplatōi deputata est. Tertiā rationale, statui animo potest dignius, nec autoritate maiorum, ut opinione populari, q. in eo getur à falso. Hæc ille. q. laudes egregias summorum hominum, atque duos animos in flammare cuiusque nationis ad infuisse instigat, sic amicus Dei Moyses, & in euangelio ipse Christus, historicus ille Hierosolym. quovnus Gregorius, ceterique sanctitate pstantes viri floruit in diligenter scrutati etiam gentiliū historiā doctrina p̄ inter sacra eloquia salubriter retulerunt: qui tinente ad & spiritum sanctum nō habuerūt ad gratiā, nō actionē, vt tamen eo vsque quaque caruerunt, l. quo ad Socrates. a. veritates aliquas cognoscendas, & in sinuantius in doctrina pertinēte ad cōtemplationem, vt Pythagoras. Platonē autem floruit in vtraque.

- a Lux veritatis. Ideo adduci solent historiæ ad causarum decisiones, maximē vbi agit de facto antiquo, secundum Bart. in l. ff. si cer. pet. & Pan. in c. cum caula. de probat. b Iuxta illud Apostoli ad Romanos xv. c Spartiatis primi Machabæorum xij. d Refert Gregorius lib. iij. dialogorum. e Ad imitandum. Hæc enim (inquit Seneca li. vij. de naturali. quæst.) via prudētia summa est, veterum exēplis doceri, propriisque periculis corrigi non oportere. f Ciuiliū sapientiæ, vt l. sanctum. ff. de rerum diui. g Poetarum. l. in tantum. in fin. ff. de rerum diui. h Et physicoorum. l. septimo. ff. de statu homi. i Ait Salustius in Iugurthino. k Memoria rerum gestarum. de quo Gregorius lib. secundo Moraliū capitulo primo. Scriptura, inquit, sancta, & studium præteritarū rerum est sicut speculum, in quo spe-

culari & cognoscere possumus maculas & fordes, quæ nos deturpant, ac etiam dona gratiæ, si quæ habemus, quæ nos decorant; quia legēdo historias, recitando, vel audiendo, clare videri potest, ad quem finem veteres per bona, aut mala opera peruenerint, quod nos incitat ad diligendū virtutes, fugiēdū vicia, timere quid aliud, quàm facta, quæ contigerant narrauere? Summus etiam imperator, & ceteri deinde ciuiliū sapientiæ conditores, Philosophorum, Poetarum, & Physicorum di-

das. Pariter summi pontifices in iure dicendo, & cuitare opprobria. De quo Titus Livius in prima decadis p̄fatione ad quocunque dicatur, à spiritu sancto est. Et præterea hæc iuuenes animant ad priscorum sic dicit, Honoratorum virorum vestigia sequendum, Hoc illud, quos solitos dicere legimus, cum solas maiorum imagines intuerentur, vehementissimē si bi animū ad virtutem accendi. Nec prudētissimis viris modicē succurrebat, effigies maiorum cum titulis suis in prima parte ædium ponere, vt eorum virtutes posterū nō solum salubre ac legerēt, verum etiā imitarentur, & semper audire videantur poeticum illud dictū, Te pater Aeneas, & auunculus excitet Hector. Sed non i ceram illam (ait Salustius) neq; figurā tantū vim in se habere, quantā historia memoria rerū gestarū lecta vel audita, eam flāmā egregiū virū in pectore crescere, neq; prius se dari, q. virtus eorū famā atque gloriā ad æquauit, aut excefferit, vt de Themistocle tradiderūt veteres, quæ ferunt stimulis virtutum agitatū, & ob id noctes inquietas exigēt, quæ rētib; quid ita ex tēpore in publico versaretur, respōdisse quia me Trophæa Miltiadis desomno excitat. Clare innuens nihil esse, quod non efficere possit ille vigor animi, illa celeritas mētis, illud acūm ingenij, quo omnīū gloriā aut æquauit, aut exceffit. Quod & Hieronymus patēt edixit. Habet nescio quid l. Et Hieronymus patēt edixit. Habet nescio quid nis viua vocis act', & in aures discipuli de auctoritate trasfusa fortius sonat. Vnde & Aeschines cum Rhodo exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quā aduersus eū habuerat, miratibus cunctis atque laudatibus suspirans ait: Quid si ipsam audisset bestiam sua nescio quid latētis, respōdet tacitæ objectioni, si diceretur, sufficit, & satis est quod d' historiæ scriptæ sint, prout iā diu est, sunt, quas quilibet legere potest per se. Et quod earum verbali recitatione tempus non occupetur, quo nihil clariū: quia, vita hominis breuis, ars verò longa. Et certè non est vana vocalis recitatio, imò efficacior vt sequitur. Cuius exēplū Cneus Pompeius à Senatu Romano legatus ad Antiochū Syriæ regem missus, vt bello se, quo Ptolemæum regem Aegypti lacefēbat, abstineret, fuit eius, scilicet legati efficacis animi, sermonisque abscessa grauitas, eodē momēto Syriæ regnū teruit, & Aegypti textit. Valerio lib. vj. titu. de grauitate dicitis & factis referente, vt plenius habetur infra super verbo, Testamentum. j. in ix. fallētia, loquendo de cōditionibus requisitis in milite. Vnde Diodorus, de antiquorum gestis li. vj. refert, quod poetæ & oratores tati apud antiquos erāt, vt cum extructa acie exercitus eductis ensib', iactisq; iaculis propinquabāt, nō solum amicos, sed hostes quoq; corū interuentu à pugna conuiscerent: ita q. apud agreffiores barbaros



ESTATOR iste à matre denominabatur. ¶ Hoc enim nomen de Clera maternum nomen fuit: & sic à matre filius nomen sumere potest, vt hic; licet filius de iure à patre, & non à matre sit denominandus, vt fuit j. cod. c. Raynardus, quia filius familiam sequitur & agnationem patris, & non matris. c. ij. de conuersi. infidelium. & Insti. de leg. agna. tut. §. j. Nec non eius sequitur conditionem quo ad originem, vt inde dicatur oriundus filius, vnde fuit pater. l. cum legitime nuptiæ. ff. de sta. homi. & l. j. & l. assumptio. ff. ad municip. Pariter quo ad honores, & dignitatem filius patrem sequitur. l. filiam. & l. liberos. ff. de senato. facit c. dicat aliquis. iuncta glos. ij. xxxij. q. iij. Similiter sequitur nationem patris, secundum Ioan. Fab. in §. j. Insti. de ingenuis. vbi dicit, quod filius Picardi ex matre gallica, sequi debet nationem Picardorum secundum Ia. Et nat' ex tali matrimonio inter diuersæ nationis coniuges, vocatur Hybrida secundum Plinium. [Id est mixto sanguine natus. Quod nomen Quinto Varro Veronensi tribuno, tamen plebis Romanæ, belli socialis, & deinde belli ciuilibus auctori, ad eius ignominiam propter obscurum ius ciuitatis impositum fuit, quia dubium erat, an ceteri deberet ciuis Romanus, vbi erat officarius, aut Veronensis, qua erat oriundus. De quo ita refert Valerius libr. 8. titu. qui quæ in aliis vindicauerunt, ipsi commiserunt. in fin.]

¶ Et pariter sequitur filius vitium patris quo ad peccatum originale, quod à protoplasto Adam, & deinceps de patre in filium traducitur, & deriuatur, quia secundum philosophos principium actuum in generatione est à patre, qui dat formam conceptui, quæ nobilior est materia quam mater præbet, vt dicit Philosophus libr. x. de animalibus. [De miraculosa & incomprehensibili humana generatione vide pulchra super verbo, Mortuo autem testatore. j. post princip. dum loquitur de continuatione bonorum, & dominij de patre in filium.] Vnde peccatum originale non contrahitur à matre, sed à patre. Aded, quod si quis materialiter ex carne humana generaretur, aut ex solo mulieris femine sine coitu virili, originale peccatum talis non contraheret. Et si Adam non peccasset, sed sola mater nostra Eua, filij peccatum originale non contraherent. Quod secus esset, si Adam solus peccasset, & non Eua: quia nihilominus peccatum originale posterij contraherent, secundum Tho. in j. parte. secunda secundæ. q. lxxxj. arti. v. [Cum ergo peccatum originale de femine patris deriuatur in posteros, humanitas Christi, non ex femine viri, sed de spiritu sancto ex purissimis virginis intemerata sanguinibus conceptus, illo non fuit contaminata peccato: quia etiam sine instanti diuino vnita verbo fuit: Alias rationes ponit beatus Anselmus in libr. de conceptu virginali. Christus autem licet ab Adam descendit secundum corpulētā substantiam, non tamen secundum carnalem propagationem ex commixtione viri, & femine, sed tantum ex virgine. vnde frustra circumcisus fuit, nisi vt legem seruaret. Virgo autem Maria licet femine viri concepta, tamen fuit à fonte peccati originalis præseruata, vt habetur plenè super verbo, & soboles quam gestabat in utero. vbi ha-

betur etiam differentia inter conceptionem Christi, & beatæ virginis.] Ob quod non sine ratione dicitur. in l. fin. C. de imp. & aliis substi. quod pater & filius vna, & eadem persona natura reputantur: quod de matre dictum nunquam fuit. ¶ Ex quo Bal. in d. l. liberos. allegat eam contra aliquos dicentes se habuisse nobilē matrem Quia nobilitas nō ex genere mater no sed paternoprocedit. Ideo dicit gl. pragmatic. super verbo: vtroque. §. in super. titulo de collatio. quod improprie aliquis appellatur nobilis vtroque parente. Cum in hoc non curetur de conditione matris, sed patris tantum. Vnde filius natus ex homine meo, & muliere alterius domini, erit meus homo iudicandus: cum iura plus fauent michi qui sum patris dominus: quam illi qui est dominus matris, secundum Spec. tit. de feudis. §. quoniam. ver. quinto quæritur.

¶ Similiter sequitur filius patrē quo ad curialem conditionem. l. eos. & l. nullus. ver. ij. C. de decurio. lib. x. & nō matrē: quia mulierum infirmitas nunquā huiusmodi functione reddit obnoxios, à quibus ipsa habet immunis. Aded q' secundū gl. in verb. immunus. in d. l. nullus. ij. ille qui non est curialis nō facit aliū curialem. ¶ Sicut non facit aliquē doctū qui indoctus extitit. in auth. de sanctis. epi. §. i. iuncta gl. in verb. q. enim. col. ix. vbi Bal. clamat contra doctores indoctos, qui nūquā scholares facient peritos: quia nemo dat quod nō habet. facit gl. in c. eū beatissimus. xxxij. q. j. quæ monet scholares bonum audiri magistrū. Quod exēplo nobis tradidit Christus, qui quauis sapientia diuina esset, tamen relictis patre & matre ætatis duodecim annorū, cum esset inter doctores remanens, eōsque attentè audiēs, & diligētē interrogans, parentes contristare non erubuit, vt dicitur Lucæ ij. in fi. Vnde audiendi sunt & frequentandi doctores optimi: nam dicit Bal. in §. itaque. in proœmio fororum, q' nō est bonus doctor, qui non plus scit, quā discipul'. ¶ Ideo boni & docti eligendi sunt magistri secundū Augu. epistola. lxxxix. Eligendus est (inquit) magister probæ ætatis, vitæ sanctæ, & eruditionis, vt eius exēplo iuuenes imbuantur, qui naturaliter mala diligūt, in quibus nutriuntur. Nam de Alexandro, [De quo clarus dicitur j. super verbo, in eodem testamento relinquens.] legimus, quod exemplo Leonidis magistri sui multa vitia retinuit, quibus omnino carere non potuit, iuxta illud: Cum sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris. Et contra de Traiano, qui Plutarchum habuit magistrum, & institutorem, de quo Polierates sic dicit, Plutarchus philosophus atque historicus eloquentissimus, homo in sententiis fidelis, in verbis luculentus: & sacratio morum tantus arbiter fuit, vt facillè principis posset dignosci præceptor. ¶ Hic itaque principi, & discipulo regnanti quatuor ingerere conatur, Dei reuerentiam, seu cultum, officialium disciplinam, ac subditorū affectum & protectionem. In quibus profectō vera consistit iustitia, secundū Iacob. quem sequit Io. Fab. in §. j. Insti. de iust. & iure. vbi sic dicit: Iustitia est habitus mentis bonus, ius suum vniciuque tribuens secundum suam dignitatem, maioribus quidem reuerentiam, minoribus verò disciplinam, Deo religionem, parentibus obedientiam, paribus cōcordiā, sibi ipsi castimoniam, miseris seu pauperibus cōpationem. ¶ Ad hos profectō fines cum sapientibus senioribus debent iuuenes conuersari. [Vide de senibus & qualiter debent eos iuuenes sequi, & principes per eos regi, j. super verbo, adiecta verò impuberi. loquendo de testamento per pupillū factō, vbi plenè quod operat simile cōsiliū.] quorū cōuersatio est perfect

perfecta iuuenum educatio. in Auth. de monachis. §. cogitādū. in fi. col. j. Propter quod Dauid, nato Salomone, misit eū in manu Nathan prophete, vt per eū sanctè nutritur, & bene doceretur. ij. Regū xij. Pariter Philippus ille Macedonum rex: cui tam in maximis bellorum expeditōibus strenuus natus est Alexander filius (vt historia referunt) non tam gloriari solitus erat, sibi ipsi tam magnanimum filiū à cælo datū fuisse, quā q' Aristotelis philosophorum principis tempore illum nasci contigerit. Sic & Plato, q' tempore patētissimi Socratis senio, sapientia, & grauitate venerabilis natus erat, Deo singulis diebus hostiā vociferationis, (vt refert Lactantius) offerebat. [Vide clarus j. super verbo, Dius habēs filias. dum loquitur de statuto feminas excludente propter masculos circa princ. ver. Præterea naturaliter masculi. &c.]

Sic Blancha Francorū regina illustri beati Ludouici regis mater, curam sine intermissione adhibuit, ita vt vigili studio elaboraret præclaris illius moribus, & christianis institutis educari: deputatis ad id negotiū religiosi hominibus ordinis prædicatorum atque minorū: quorū disciplina ita didicit vitæ sanctimoniam amare, vt illo nullus tēpore nostro religiosior sit habitus. hæc Gaguin. lib. vij. c. ij. ¶ Pariter Carolus magnus Fræcorū rex & imperator, notabiles habebat magistros, de quo idem Gaguinus li. iij. c. j. sic dicit. Fuit nihilominus Carolo cū specie corporis, valetudo & robur, ingeniū insuper excellens, grauitas, atque inæstus dignitati regis non discors, liberalibus disciplinis animum excoluit præceptore primum Petro Pisano, deinde Alcuino Anglo viro apprime diuini, humaniq; artibus erudito: quæ glosæ in bibliā (quæ ordinariā vocant) auctor Antoninus Florentinus prodit. ¶ Quo auctore Parisiensis schola quā vnuerstatē vocat, haec occasione cepit, delati naue ex Scotia Claudius & Ioannes, Rabanus quoque & Alcuinus ex venerabilis Bedæ discipulis in Galliā cum venissent, nec quicquā præter bonas disciplinas patria exportassent, se sapientiā piteri, eamque venalē habere clamant. Quæ re ad Carolū perlata, illos ad se vocat, vocati liberè pntentur sapientiā illis esse, quā adipisci cupientes gratis edoceret, si vita locūq; tantū eis præberetur, intellexit imperator ingenuam hominū mentē, eōsque cum aliquot dies apud se tenuisset, Claudiū cui nomen erat Clemens, Parisiis cōuersari, & generosos adolescentes bonis disciplinis instituire iubet. Ioānem verò Papiā misit. Hoc initiū habuit Parisiensis schola, celebre mox philosophis atque theologis gymnasiū. Vnde prodire insigni doctrina & eruditione viri, qui nō secus atque illuminatissimæ faces mirum christianæ religioni fulgorem distuderunt, ita vt non ab re bonorū studiorum patres, non quidē annis, sed liberalibus religiosisque discipulis antiqua à plerisq; nominetur. Bononiensis etenim schola, quæ Theodosio imperante initiū cepit, est ætate superior, collegiorū verò & doctorū hominum numero longè inferior. ¶ Eloquentiæ præterea studiosissimus Carolus fuit: cui addidit etiam literarum græcarum non paruā cognitionem, neque vernacula modò lingua: sed peregrinis insuper eloquiis studuit. Tabellis ceratis Carolus utebat, vt quæ vel excogitaret per se agens, aut inter occurrentes curas se agenda præsentarent, ea scriptis mandaret: hæc ille. [Carolus iste magnus pculdubio Parisiensis fundauit studiū, de quo meminit Boetius lib. j. de discipli. schola. vbi sic dicit, In ciuitate Iulij quæ Parisius dicebatur, multas artes mendicare prospexit.

vbi ait expositor, q' Iulius Cæsar ampliauit Parisios sed non fundauit. De Carolo isto magnanimo imperatore & inclyto, eiusdemq; laudibus & virtute propter quas reges Franciæ gaudent priuilegiis, plenè dicitur j. super verbo, & uxorem nomine Adelafram. in primo principali artic. & ij. decisi.] Nero etiam, quāquam crudelis esset, elegit tamen Senecā sapientem sibi doctorem, qui de clementia librum eius occasione scripsit. ¶ Vnde ad propositum reuertendo; licet filius sit à patre denominandus: tamen iste Raynutius fuit à matre nominatus: quod processit ex factu superbiæ secundū Hosti. hic. Vt quia fortè mater erat patre nobilior: à qua propter nobilitatem (patris sequelam spernendo) nomen accepit. Sed nō hoc est præsumendū, nec in dubio ea interpretatione vtendum, ex qua peccatum eliciatur, & sequatur. l. meritō. ff. pro socio. Vel secundum aliquos iamdiu erat & longe tempus præterierat, q' pater Raynutij decesserat: post cuius mortem fuerat à matre eius legitima turric nutritus, & cōsequenter de facto ab ea denominatus, quauis de iure debuisset denominari à patre: vt dicta l. cum legitime. & l. lex naturæ. ff. de sta. hominum. & in c. Raynaldus. §. eo. vbi aliquid dicitur. Ex quo inferit hinc Panor. notandum, q' quoties in dispositione filij sit mentio de patre, nō q' eius dispositio, aut eius effectus cōferatur in patrē, sed duntaxat causa demonstrationis. Puta quia legatum fuit filio Martini, non ideo relictum videtur contemplatione patris, vt patri acquiratur tale relictum: sed potius facta censetur mentio de patre, causa demonstrationis. Præsertim vbi exprimeretur nomen propriū filij secundū Bar. in l. cum aliquis. ver. vltimo. Dn. C. de iure delibe. & in l. sed si plures. vbi latè per Alexand. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. & Panor. in c. sedes apostolica. ver. per hoc etiam. de scriptis.

[De quo puncto plenius dicitur j. super verbo, & absque liberis moreretur. ij. in materia vulgaris substi. & quinto principali quæsto.] ¶ Aut ideo secundum alios fuit Raynutius non à patre, sed à matre nominatus: quia priuilegium fortè erat patriæ vel ciuitati cōcessum: quia filij originē & conditionem matris sequerentur, vt dicit text. in l. j. ver. si. Nisi fortè: ff. ad muni. vbi Bar. hoc tenet. Et ita potuit hinc contingere, q' tale priuilegium illi patriæ fuerat concessum, ex quo Raynutius à matre nominabatur. ¶ Valet enim tale priuilegium, vt filius conditionem sequatur matris, duntamen fuerit ciuitati aut patriæ generaliter cōcessum. Sicut datum fuit Ponticis beneficio Pompeij magni in dicta l. j. ff. ad muni. de quo videatis glo. in verb. non sint. in fi. in l. non tantum. §. lliensibus. ff. de excusa. tuto. qui tex. de lliensibus, seu Troianis loquitur, quibus generaliter fuerat tale priuilegiū cōcessum, quod valuit: secus aut, si esset tale priuilegiū, aut rescriptū principis alicui specialiter concessum, vt sequeretur conditionē matris: quia nō valeret secundū Bar. per illum text. in l. exemplo. C. de decu. lib. x. Subiungens per illum tex. non valere consuetudinē, & consequenter nec statutum, q' quis censetur nobilis ex progenie materna. per quem tex. dicit etiā Sali. in l. fin. C. si contra ius vel vili. publi. q' vbi lex prohibet rescriptū impetrari, vel cō vti, necesse est illi legi derogari expressè in rescripto: vbi tale rescriptū singularibus concederetur personis: secus si generaliter quo ad omnes de vna ciuitate, vel prouincia. Et hæc sit prima limitatio ad regulā: q' filius sequatur conditionem patris: quia fallit quando in patria, aut ciuitate concessum esset priuilegium, Tom. i. A ij vel con-

vel consuetudo antiqua in contrarium d.l.j. ff. ad mu. Quod fallit etia, vbi aliquis genitus foret ex sacerdot...

uiscit, & creatur in matre, semper quo ad hoc matris conditione sequit, ad instar arboru quae coalescit in terra...

Bastardi enim non includuntur in dispositione legali, quatum ad commodum, & honores. secundum gl. in cle. j. de baptis. Nec includuntur in feudis, posito, quod essent simpliciter legitimi per rescriptum. c. vnico. §. naturales. si de feu. sue. contro. de quo plene Panor. 24 in c. cum vintoniensis. & c. innotuit. de elec. ¶ quia feudum est beneficium & honor, qui non intelligitur sentire de reprobatis. l. Lucius. §. Lucius. ff. de leg. ij. Pariter non comprehenduntur in dispositione emphyteutica...

tia euidētissimis gradibus exultauit. fastidio enim Philippi Iouem Ammonē patrē adsciuit: tædio morū & cultus Macedonici vestem, & instituta Persica sumpsit: spreto mortali habitu diuinū caput amulatus est: nec fuit ei pudori filium ciuem hominē diffimulare. Et Quintus Curtius: Alexander, inquit, non homines sed etiā deos de spicit, qui postulat Deus credi. Habent Tenim nobiles quatuor mores laudabiles, & duos vituperabiles. Sunt primò magnanimi. Secundò magnifici. Tertiò dociles & industrij. Quartò sunt politici & affabiles. Ecce sunt nimirum honoris appetitui. Secundò sunt suorum progenitorum & aliorum despectores, secundum Aegidiū li. j. de regi. prin. parte. iij. vt Alexander fuit. Quod ex alio nisi ex magna gloriæ inanī cupidine non puenit, atque fatuitate non mediocri. Cū in sit contemptor animus eius, & superbia cōmune nobilitatis malum. vt dicit Sallustius in Iugurthino. & Bal. in l. per adoptionem. ff. de adop. dicit nobiles pro maiori parte superbos & inimicos popularium, gulosos, & luxuriosos plusquam populares, qui cum virtutibus vacui abundant diuitiis, nesciunt aliud facere, nisi comedere, bibere, superbire, & luxuriari. Nam & pariter Romani ab inclyto Aenea adulerino coitu ex Venere dea Vulcani vxore, & Anchise concepto processisse gloriabantur, & Aeneades vocabantur. in Auth. vt præpona. nomen Imperatorum prin. colla. v. imò tales qui familiis alienis se immiscerent, præsertim infimi, vt magnatum honore & successione participent, acriter puniuntur. l. j. C. ad leg. Corn. de fals. Cū rem nedum priuatā sed publicā perturbent. quod ferendum non est vilo modo, vt dicit Valerius lib. ix. tit. fi. in prin. Volens hoc impudentiæ genus & anceps non ferenda temeritas. & ibi recitat de quodam, qui cū sanctissima & clarissima sororis Augusti vtero genitum fingere ausus fuerat, impendio Augusti Remo publicæ trirēmis. i. nauis impellendæ triplici Remorum ordine ad rempublicam pertinentis fuit affixus. Nā veteris moris erat, prout quotidie praticari videmus, perniciosos & perditos ribaldos ad Remigium demanare, vbi talis superbia domatur. Est enim superbia cognata potentia, secundum Bernardum super canticis, Sermone. liiij. [De vitio nobilitum, & vnde talia vitia procedant habetur plene infra super verbo, & uxorem nomine Adelasiam. in quinto principali articulo. loquendo de agricolis ascriptiis. licet enim nemo vnquam nobilitatem odio habuerit, cū sit bonum per se appetibile, sicut virtus aut religio, tamen plures sancti eā fugerunt ob grande periculum quod in ea latet ob difficultatem maximam ipsi annexam: relinquitur ergo, quia vix pauci ad tantam sublimitatem idonei fuerunt, qui delecti sunt iuxta illud Ecclesia. x. Sedes ducum superborum destruxit dominus: & sedere fecit mites pro eis &c. quod etiā firmavit Christus Matthæ. v. Beati mites, quoniam ipsi terram possidebunt.] Illegitimi ¶ ergo dicuntur indecori: & ideo inhabiles ad ea quae indecore consistunt, vt ad dignitates. c. cum decorē. de filiis presby. Nec consiliarij principis esse possunt secundum Bal. in d. l. cum legitima. de sta. ho. Et non immeritò: quia sunt quodammodo infames, sicut de factō, vt tenet Azo in summa. C. ex qui. cau. inf. rro. §. diuiditur. in fi. & Bal. in l. iij. in prin. ff. de liber. & posthu. quae ibi sequitur Ale. & idē Bal. in l. in bono fidei. C. de reb. credi. & in l. j. C. de iure anulorū aureo. Ex quo sequitur: ¶ quod frater in testamento fratris preteritus potest testamentum querelare, in quo spurcius aliquis reperitur hæres institutus, quasi turpis persona sit hæres instituta

Handwritten marginal note in Latin script, partially obscured by a dark ink blot.

lit ita. imò dicit Bal. in d. l. generaliter. §. cum autē- C. de insti. & substi. quod etiam si fuerit legitimatus, remanet in famis de facto inter bonos & graues notatus. vt d. l. iij. in prin. de libe. & posth. cum quo trāsit Alex. in l. ex facto. v. col. ff. de vulg. & pupil. & in d. l. iij. col. Et sic tabellio ad bancū iudicis esse nō posset secundum Bar. in l. eadē. §. hac lege. ff. ad leg. Iul. repet. quē sequit Alex. in ij. parte. consi. lxxx. incipi. 33 Examinato p. ocessa. Nec suffiret q̄ communi opin. habere pro tabellione, nisi etiā pro homine legitimo reputaretur, quod est verum secundum aliquos: etiā si esset legitimatus. Nec testis esse posset: quod plenius nō in l. j. C. de sum. Tri. vbi Bar. & Bal. & Panor. in c. testimonium de testi. Nec potest doctorari, quia doctoratus dignitas est, secundū Bar. in pro cōm. C. & Zabarel. in pro cōm. cl. per l. generaliter. §. spurius. ff. de decu. nisi esset legitimatus: quo casu doctorari posset secundum eū. Posito quōd legitimatio expressē eum doctorandum nō permittat. Quia t̄ tales etiā simplices legitimaciones extenduntur ad dignitates alteri non prāiudiciales secundū Inn. in c. per venera bilē. qui filij sint legi. imò dicit idem Zabarel. in cl. ij. de magistris. valere consuetudinē, vt etiā non legi- mati doctorentur, quem sequitur Fel. in c. quantō. de magistris. Aliās in his quā dignitatis, nobilitatis vel honoris existunt, illegitimi sicut serui pro nihilo reputantur. Vnde t̄ non sine causa, prāsertim inter illustres, bastardi cōsuetudo nō nouit propter bonos mo res custodiēdos secundū Bal. in d. §. naturales. Subiungēs in d. l. cum legitima Bastardos nō esse de pa- retela nobilitū, cum sordes nominari nō mereatur in- ter prācipuos. & in c. per tuas. de maio. & obe. dicit, quōd bastardus quantūcūq; legitimatus, sedere non debet in eadē mensā cū fratre legitime nato: cui sem- per honorē debet & reuerentiā. l. humilē. C. de nupt. ideo notanter cōsuluit Alex. in j. parte cōsi. cxxxviii. in fi. quōd si talis legitimatus etiā esset hāeres à patre vniuersaliter institutus, tamen filia legitime in re cer- ta hāeres instituta, illū talem legitimatum excludet à succedendo in feudo, & etiam emphyteusi, quā patri concessa fuit pro se & filiis ac filiabus hāeredib⁹. quia (vt dixi) non veniūt appellacione filiorū, nisi forē ad hoc expressē legitimati, aut per sequens matrimoniu. 31 Nec t̄ portare potest bastardus nobilitū insignia, se- cundū Bar. in tract. de insign. & armis. & Bal. in d. l. cū legitimus. de sta. ho. Licet communi vsu seruetur con- trariū, vt dicit Guido papæ. q. ccccxxx. incip. an ba- stardus. inde seruari videmus, q̄ vbi bastardis conce- ditur portare arma sui generis, nō portant arma pla- na, sed trāsuersant barrā per scutū armorū, dicit gl. pragma. super verbo, filij. ti. de numero. & qualita. car di. & ita seruatur in Frācia, Britania, & aliis partibus adiacentibus, vbi arma portant legitimorū & super- addūt barrā per trāsuersum, quā incipit à sinistris, & ad dextrā. secundū Nico. de Vbaldis. in tract. succes. parte j. xix. & xx. col. quia si barra inciperet à dextris tendēs ad sinistrā nō designaret genus illud infestū, sed esse de matrice domo legitime fortē collateraliter processum, vt videtis in scuto illustratissimæ domus de Bourbonio. Et expedit, q̄ ita fiat, vt familiæ distin- guantur, & distinctā recognoscantur. Et prāsertim hoc debet seruari in bastardis, vt differentes & distin- cti à legitimis cognoscantur, ne sordes p̄ errorē cōpu- tetur inter prācipuos. Maxime in participacione pri- uilegiorū & bonorū filijs delatorū. t̄ Vnde Ang. quē refert & sequitur Dominie⁹ in c. statutū. lo. ij. de here.

li. vj. cōsuluit, quōd si statūtū ciuitatis quo ad hono- res & dignitates prāfert filios nobilium filijs popula- riū, certe intelligendū est de legitimis, cum bastardi sint duntaxat in defectū assumendi, d. l. generaliter. §. spurius. ff. de decurio. Ideo nō cōprehenduntur in re- gula cancellariæ apostolicæ prāferēte nobiles nō no- bilibus: quia intelligitur de nobilibus legitime natis, nō autē legitimatis. Nec t̄ dicūtur bastardi esse de gene- re patris. Cū appellacione eorū de genere solum ven- niant, agnati, & non cognati. l. j. iuncta gl. ibi. ff. de pb. & ipi bastardi agnati nō sūt, nec habēt agnatos. Etā dicit Bal. in d. l. generaliter. in fi. de insti. & susti. ba- stardos ppriē iure aut cōsuetudine nō esse de domo nec familia seu agnacione patris. Et sic de bonis re- stitutiōni subiectis nō posset pater filiā suā bastarda dotare: sicut posset legitimā. secundum Bal. in Auth. res quæ. C. cōia de leg. habetur. j. sup verbo, In eadem testam. relinquit. j. loquēdo q̄ hodie de iure civili ne- cesse habet pater filio relinquere iure institutiōnis. Quod tenet Bart. in l. fi. C. de ver. fig. & Pet. de anch. cōsi. cccc. in prin. incipientes, visis diligētē. Et sic nō habent tutores legitimis secundū Bal. p̄ illum tex. in l. matres. C. quādo mul. tute. offi. fungi pōt, q̄ carēt agnatis. Pariter t̄ tutores non habent testamētarios, secundum glo. & Bar. in l. j. ff. de testa. tute. Cum non sint in potestate patris. A quo etiā adoptari non pos- sēt, vt in eius potestate trāsiret. l. legē. C. de natu. libe. & in Authē. qui. mo. na. effi. leg. §. & non nos latuit. Quia quod vna via prohibet, alia via cōcedi non de- bet. c. cum qd. de reg. iu. lib. vj. vñ ab eo tutorē habere non possunt. insti. de tutel. §. permillum. & §. fi. vbi Ang. etiā nō habēt filij naturales adinuicē querelam inofficiōsi testamēti. Quia iure cōsanguinitatis ca- rent. insti. ad Orfitia. §. nouissimē. & l. si spurius. ff. vñ cog. quod verū intelligatis, posito, etiā q̄ fuisset legi- timati, p̄ gl. singularē in l. hac parte. titu. prālegato. & per Ang. in §. j. inst. de inof. test. Hodie autē cōiun- ctos habēt ex parte matris propter sublatā differentiā agnacionis & cognacionis in tutel. §. ita quōd mater cui⁹ conditionē sequūtur, esset eorū tutrix. in Authē. matri & auia. facit. l. fi. co. tit. & Bar. in l. si qs sub cōdi- tione. ff. de testa. tu. Ideo t̄ arma plana portare non possunt, vel insignia illi⁹ domus, cū nobiles nō sint, vt dictū est. Et etiā tenet Bal. in d. c. p tuas. Subiungēs in d. l. generaliter. quōd portare arma est honor, qui nō cōpetit bastardis, vt etiā tenet Bar. in d. trac. de in- sign. & armis. & Bal. in d. l. filii. ff. de his qui sūt sui vel alie. iur. in j. lect. dicit sic fuisse semel consultū in pfo- na dñi Lucij de petra mala, vt quia bastard⁹ erat, nō intelligeret esse de domo de petra mala, quāuis mi- les foret valde strenu⁹. Prāterea t̄ bastardus nō dicit cōiuncta psona, secundū Inno. in c. nōnulli. de descri. & Bal. in l. cum acutissimi. C. fideicommi. nec etiam ei⁹ fili⁹. Ideo nō agit vt cōiuncta persona sine mada- to, vt cōsuluit Pan. cons. cxxxiii. vbi etiā dicit appella- tione fratris bastardū non venire. Nec t̄ filio bastar- do debet legitima, nec prāteritus agit cōtratab. nec a- liquod remediū habet contra testamētū patris, se- cundum gl. in hoc singularē in l. j. ff. de bo. pos. cōtra tabu. quā sequitur Bal. in l. humanitatis. C. de impu. & aliis susti. Nihil enim capit cōtra nec prāter volun- tatem patris testantis: vt ibi. Nec econtra pater na- turalis in bonis talis filij: cum regulentur à pari. l. nā & si parentibus. ff. de inoffi. testa. secundū Azo. sin- gulariter

ulariter. C. de legi. hāredi. quē sequitur Bart. in l. fi. 42 ij. col. ff. de his, qui. vt indi. & Iason. i. §. p̄nales. insti. de actio. secus est in filio legitimo, cui legitima de- betur etiā patre inuito, secundum Bal. in l. quoties. C. de hāre. insti. facit gl. in l. nec ei. §. corū aliās incip. ijs. ff. de adop. volens, quōd licet substitutio pupillaris rumpatur, & extinguatur si pupillus, cui facta fuerat (q̄a fortē doli capax) prolē suscipiat: tamē hoc intel- litur de prole legitima, quia bastardi substitutio- nem non extinguunt secundum Bartol. in l. in pupil- lari. ff. de vulg. & pupil. vt plenē videbitis super ver- bo, Si absque liberis moreretur. ij. in materia pupillaris substitutiōis. in vij. & vlti. articul. Prāterea t̄ di- cit Bal. in l. j. in iij. oppo. C. de his quæ p̄cenz nomi- ne. q̄ statutū facere non possit spurius successibiles: quia esset contra bonos mores, nec non cōtra ius di- uinū. Gen. xxj. quod renouat apostolus ad Gal. iij. in fi. non erit filius ancillæ hāeres cū filio libera seu do- minæ. quod dictum fuit in detestationem illegitimorū, quibus iura prāsertim ciuilia possēt enus occu- rrit. Exemplo Abraham: qui Gen. xxv. Isaac filio suo legitimum dedit cuncta quæ possidebat, & filijs concu- binarum largitus fuit munera pro simplici vita, & se- parauit eos à filio suo Isaac adhuc viuens, vt ibi. Ex his verbis arguitur, q̄ filio bastardo potest relin- qui pro alimentis. vnde cautela est ad instituentum bastardū, quōd eius pater eidem relinquat aliquam partem suorum bonorū pro suis alimentis, quia tunc valebit tale r. lectum, per ea quæ habentur in c. cum habere. j. de eo qui duxit in matrimonium eam quam polluit per adulte. caueat tamen pater, ne omnia bo- na sua, vel maiorem partem relinquat spurio pro a- limentis, quia prāfereretur fraus. Ita dicit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cler. prout re- fert Iacob. de sancto Geor. in l. si pater tuus. C. de hē- re. insti. Vnde p̄cena inserta in contrarium nō tene- ret, neque iuramentū, secundum Bal. in d. l. j. & Bar. in d. Suius & Augerius. ff. ad leg. Fal. imò pl⁹ dicit Pe. de Ancha. consi. cccxc. superius allegato, t̄ quōd filius legitime natus ex bastardo dici non potest nobilis. Cū nascatur ex radice corrupta. l. fin. C. de natu. li. etiam si mater eius esset nobilis. Cuius nobilitas verē obstabatur, si marito nupserit bastardo. Secus econtra, quia tunc fœmina naturalis tantum si nu- pra sit viro legitimo & naturali, ipsa etiam propter qualitatem mariti efficitur legitima, quia capacitas viri ad uxorem porrigitur. not. Bar. in l. si quis, natu- ralē. p̄ illum tex. C. de natu. l. j. Ita refert Phi. Decius in l. fœ nix. vers. similiter ex persona mariti. ff. de reg. iur. Et sentit Bald. in l. ex libera. C. de suis & le- gi. hāre. per l. j. C. de digni. lib. xij. vbi mulier nobi- lis nubens plebeio nobilitatem p̄dit. Facit t̄ quod notat idem Bald. in d. l. filium. in ij. lectura. in prin. q̄ si alicui conceditur priuilegium in causam filiorum, bastardus vt priuilegio non poterit. l. ij. ff. de excu- tu. Similiter dicit Bald. in l. parentes. circa fin. ff. de in- ius vo. quōd si doctore fuerit concessa immunitas & filijs, quia hoc casu non ponderatur ratio naturalis, sed accidentalitatis qualitas ipsius patris, scilicet docto- ratus. tunc naturales, vel spurij non continentur. Et t̄ generaliter vbiunque agitur de cōmodo & hono- re filiorum aut nepotum, non veniunt filij, aut nepo- tes naturales tñ. Circa quod videatis. Barto. in l. leute- las etiam. ff. de cap. dimi. & in l. pronuntiatio. §. fami- liæ. ff. de verb. sig. & in l. j. & ij. ff. de accu. Ioan. An. in addi. Spec. tit. qui filij sint legi. Bal. in d. c. nonnulli. de refcri. Panor. in c. p tuas. vbi etiā Bal. de proba. Barr.

Bal. & Ang. i. d. l. fi. C. de ver. sig. Ex t̄ quibus omni- bus restat, q̄ legitimitas hominis, est valde decorus & titulus. [Quod & bruta animalia cognouerunt, vt pulchrē habetur.] super verbo, Cuidam Petro tradi- derunt. quæ parentes debent filiis procurare per le- gitimum matrimonium. Nam dicit Ange. in quodam suo consilio incipiente, Post hæc, quōd proles natu- ralis tantū deturpat familiā. Pro cuius dicto est text. nō in c. si gens Anglorū. l. vj. di. vbi sic habetur; De ta- li commixtione meretricū astimādum est degeneres populos ignobiles & furentes libidine fore procre- andos. Et nouissimē nec bello seculari fortē, nec in fide stabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturā & c. ob quod Trifones super omnia amant castitatem, & grauius puniunt luxuriām, prāferuntq; liberos vtriusque sexus in castitate do- nec ad annos peruenierint nubiles, q̄ eos maritāt. ex quo sequitur q̄ proles fortis est & virilis, aliās se- quitur q̄ Sapientiæ iij. scribitur: Filij aduulterorum in cōsummatione erunt. Et ab iniquo toro semen ex- terminabitur. Et siquidem longæ vitæ erunt, in ni- hilum computabuntur. Et sine honore erit nouissima senectus eorum & c. Et sequitur iij. c. O quam pul- chra est casta generatio, immortalis est enim memo- ria illius, quoniā & apud Deū nota est, & apud homi- nes & c. Pariter Bald. in d. l. j. de his quæ p̄cenz nomi- ne. refert Bonifacium martyrem dixisse hanc prolem nō esse hominib⁹ honorabilem, nec Deo amabilem, nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem. Ad hoc facit gl. in auth. de nup. in prin. Dicit solus filios legitimos genus perpetuare humanum. Vnum ta- men t̄ menti tenebitis, q̄ vbi ageretur de illegitimo- rum onere & incōmodo, certē ipsi venient appella- tione filiorū, & cōprehenderentur in dispositione li- berorum. de quo plenē per Ioā. de Pla. in l. j. vers. sed pone. C. le impo. luca. descriptio. li. x. Ita q̄ sicut fi- lius patrem occidēs naturalem & legitimum, tenetur & punitur leg. Pompeia de parricidiis. Sic etiam tene- bitur bastardus & spurius, per tex. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. Et tenet Bald. in d. l. parentes. & in d. c. per tuas. de proba. Et comprehenditur in l. quisquis. C. ad le. Iul. ma. Quia tunc cū de eorum agi- tur. incōmodo, dispositio legis ad naturā refertur: & nō ad ciuilitatē, nec ad fictionē iuris. [Et sic bastar- di etiam spurij agere possent actione iniuriarum pro iniuria facta alicui de genere. secundum Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & cen. lib. xj. cū hoc casu sola natu- ralis & naturæ motus consideretur: sed agere nō pos- sent in his quæ ciuilitatis sunt, vt s. dictum est, ideo ad retractū non admittuntur, vt habetur sup verbo, & uxorem nomine Adelasum. in ij. principali arti. cir- ca finē.] Et filius dicitur à φιλος, quod est amor, qui etiā est in filijs illegitimis, q̄bus natura cōmunis est, secundū Bal. in d. l. hos accusare. & clarē in d. c. quæ in ecclesiariū. xix. col. in fi. de cōsti. Vnde restat filium sequi patris conditionē & nomē portare, & non ma- tris. Posset t̄ tamen aliquando licitē nomē paternum dimittere, & maternum, imò & penitus extraneum & alienū suscipere. Puta si à testatore extraneo institu- tus fuerit hāeres aut fideicommissum relictum, si no- men ipsius testatoris portaret & arma, prout cōiter disponere nobiles consueuerunt liberis carentes pa- riter & agnatis: ob quod extraneos vel cognatos no- mē testatoris nō habētes coguntur instituire hāre- des, aut filios masculos vel agnatos institutos, (Si absque liberis masculis decedat) grauarē aliis quibus- dam, (Si nomen & arma testatoris portabunt) resti- tuere

Repe. cap. Raynu. Gul. Benedicti.

45 tuere hereditate. Quo casu si nomen testatoris honestu sit, tales haeredes, si velint hereditatem aut fidei commissarii habere fideicommissum, tenentur nomen testatoris assumere, & portare aliter priuarentur hereditate & fideicommissio. Cōtinent enim verba haec conditionem, adeo q̄ taliter grauat⁹ necesse habet implere cōditionē, nomē & arma testatoris assumēdo, prius quā haeres esse possit. per l. mulier. §. si quis hereditariū. ff. de cō. li. in sti. Et ita refert fuisse arreso decisum

46 Guido papae, q. cclj. plus dicens. q. cccclxvij. q̄ haec cōditio portadi nomē & arma, primogeniturā inducit & cōprehēdit. [De quo vide plenius. §. super verbo. in eodem testamento relinquens. j. in materia primogeniturā. xvij. limitatione.] Nam licet ad cōmodum alterius talis cōditio portadi nomē remittat⁹, putā ad cōmodum fideicommissarii, cui hereditas restituenda venit, vt quia haeres fuit institutus, si nomen honestum testatoris portaret, & nihilominus restituere alteri hereditatem grauat⁹ fuit. Quo casu, si haeres in damnū fideicommissarii nollet testatoris nomen assumere, vt sic hereditate adire nō possit, & consequenter nec eā restituere in totalem fideicommissi perditio nē, quod nō adita hereditate periret. l. eam quā. vbi plenē. C. de fideicommissi. tūc talis cōditio haeredi eā implere nolenti remitteretur de aequitate praetoria in cōmodū fideicommissarii, ne fideicommissum pereat. Si aut haeres non rogatus, sed simpliciter institutus, sub illa conditione, & nomen testatoris honestum portare nollet, nunquā ei remitteret dicta cōditio: vt ea nō impleta hereditatem habere posset: imō priuaret illa, si testatoris nomen honestū capere nollet. Quia licet ad alterius. f. fideicommissarii commodū, talis cōditio haeredi remittatur: non tamē ad cōmodum ipsiusmet haeredis: cui indicta est & iniuncta cōditio praefata. Quonia nihil mali est honesti hominis nomē assumere. l. facta fideicommissi. §. si in dāda. quē Pau. ibi ita intelligit. ff. ad Treb. Et fieri potest alterius nominis assumptio dupliciter. Primō nomen antiquum totaliter derelinquendo, & nomen testatoris assumēdo: qd fieri potest ex causa rationabili in libero homine, cōuersationis honestae, & sine alterius prauidicio. vt j. videbitis. Et plenē dicitur in l. j. C. de mut. nominis.

48 Et causa rationabilis est in casu nostro. quia non fit in fraudem alicuius, nec propter superbiam fastum, aut propriae familiae (a qua ortū habuit) contemptum, vel alterius denigrationē: aut proprii vitij occultationē. Sed hoc facit solū haeres aut fideicommissarius vt testatoris impleat voluntatē, cui necesse habet parere: si hereditatis vel fideicommissi cōmodū assequi velit. d. §. si in dāda. Sicut fieri videmus in promotione summi potestatis: cui etiam rationabiliter nomē mutatur, vt plenē per gl. super verbo, Bonifacius. in proemio sexti. Secundō hoc fieri potest per noui nominis adiectionē, seu adiunctionē cū dictione aliā, absq; eo q̄ antiquū nomen penitus derelinquat⁹. Et ita dicim obseruatur. Et pluries vidi fieri in pluribus magnis domibus: quod est valde aequum q̄ hoc sufficiat. Cū aliter graue multis foret nomen dimittere agnationis suae antiquū & honestū, & arma magnifica & sic nomen honestae familiae quod diu fortē darauerat. p̄iret, quod lex noluit: imō dicit interesse reipublicae illud conseruari. l. j. §. quauis. vers. publicē. ff. de ven. in p̄ciē. Ob quod dicit tex. in l. hoc iure. §. fin. ff. de dona. q̄ donatio alicui facta, vt nomē portet donatoris cū sit causata, nō dicit p̄prie donatio: de cuius substantia est, q̄ ex liberalitate procedat, & donatio sit lucrosa. Quia donari id videtur, quod nullo

coegente imperio donatur: sed dicitur quādā remuneratione onerosa in recompensam nominis ferēdi facta: quod onus nō est modicū. l. nomen suscipere alienū, vt clarē monstrauit propinquus Ruth, cui successio & ius sanguinis cōpetebat ab onere gerēdi nominis: qui respōdit, cedo iuri p̄p̄nquitatis, neque enim posteritatis familiae meae delere debeo, & c. vt habetur Ruth. iij. c. Adeo quod talis donatio insinuatōe nō eget. l. Aquilius. aliās incip. Attilius. eod. tit. de donatio. vnde aequū est & summe expedies, quod antiquū nomē omnino nō dimittat⁹, sed nouū adiugatur: quia modo praemisso & nomen agnationis conseruabitur, & testatoris voluntati ac cōmodo & vtilitati haereditatis satisfiet. Et si aliter fieret. f. quod quis absolute necesse haberet, nomine suo penitus derelicto, nomen testatoris assumere, multi essent haeredes & fideicommissarii, adeo nomē propriae domus diligentes, vt naturaliter contingit (Cū nemo carnē suā odio vnquam habuerit. Ephesio. v. & xij. q. ij. Nō estimemus) qui mallent hereditate perire, quā omnino nomen domus suae mutare, vt fecit propinquus Ruth. de quo s. dixi, ex quo testamenta multa perirent, & testatoris voluntate sua fraudarentur cōtra reipublicae vtilitatē: cuius interest vt plenū testamēta fortiat⁹ erēt. l. i. vel negare. ff. quēdamo. testa. aperi. Et t̄ praemissa vera vbi testatoris nomen est honestū, & honesti hominis. d. §. si in dāda. Si aut nomē haeredi iniunctū esset inhonestū & turpe, aut inhonestae & diffamatae familiae, nō teneretur haeres illud assumere: nec suo honesto nomini addere: imō talis cōditio velut turpis pro nō scripta habetur, etiā in solius haereditis cōmodum, vt d. §. si in dāda. & l. sed sciēdū. in ff. ad Treb. vbi fuerat haeredi iniunctum, q̄ vespilonis testatoris nomen ferret. Et idem de turpi alio nomine, putā Iuda scarioth, aut diffamato, vt Nero, Datham, aut Abirō: vel alterius malefactoris famosi oneraret, quo casu certē onus tale remitteretur, & nō immeritō: quonia etiā quis ab initio nomen turpe haberet, posset illud rationabiliter omnino dimittere, & propria auctoritate in melius & honestius commutare: quia t̄ turpia nomina saepe in malā partem sonant, & sinistram inducunt suspitionē. Prout legitur de illo Mascarone q̄ simoniacus fuit in c. per inquisitionē. de electio. Et pariter de illo Belia de, qui propter furta ab eo perpetrata fuit suppositus torturae. in c. j. de deposito, & de conuerso pulchrū nomē bonā praesumptionē gignit & inducit. Inde dicitur q̄ praemiu est non modicum, pulchrū & honestū habere nomē, cū a nomine & cognomine multoties sumat⁹ & sit permissa argumentatio, vt plenē dicitur Pan. in verbo. Gregorius. s. i. p̄o mio. & in c. j. col. de iudi. & pulchrē per Bal. in c. j. §. si quis de cōtro. inue. inde dicit Io. An. in c. cū secundū apostolū. de praeb. & d. c. j. de depoli. vxorē suā dixit se q̄ si pulchra nomina venderentur, caro essent pretio emenda. Quia honor & decus est bonum habere nomē. Quod t̄ vnusquisq; de illo habendo diligētē curare & laborare debet. Cū multo melius sit nomen habere bonū, quā diuitias multas. prouer. xxij. quod patēt ostēdit. P. Scipio vir ille insignis Roman⁹ cōsul, de quo refert Vale. li. iij. ti. de fiducia sui. c. cccx. q̄ cum fratrem suum de bñ gestis obtrētātū defenderet, dixit: cū Africā totā potestati vestrē subiecerim, nihil ex ea quod meū diceret, praeter cognomē retuli. Etia de Paulo Aemilio post triūphum Macedonicū li. iij. ti. de abstinentia & cōtinētia. Penates, inquit, suos nulla ex parte locupletiores fecit, praclare fecū actū existimans, quod ex illa victoria alij pecuniā, ipse gloriā scilicet nois, occupasset. Et Scipio Aemilianus (vt ibi dicit⁹) nō quātū auri & argēti, sed quantū ampliudinis. f. famae & nominis pondus secū ferre aestimabatur. Ex quibus restat solū de bono noie curandū. Adeo q̄ Sali. in l. j. in prin. C. de sum. Tri. p̄ illū tex. parētēs exhortatur pulchra noia & honesta liberis imponere, & nō turpia, quae secundū eū quodāmodo infamiā portāt. Pariter Zabarel. in d. c. cum secundū, parentes multū increpat, qui turpia progenitorū noia in filiis repetunt. Imō post Inn. & Ioan. An. dicit in c. j. de depo. imputandū esse illi, qui contraxit cū habēte deforme nomen, si ab illo dēcipiat⁹. Quia (vt habetur j. Reg. xxv.) à nomine sniuitur deprehenditur fatuitas. Et secundū nomen suū est quis interdum stultus, & stultitia cum eo, vt ibi legitur de Nabal. facit text. in proemio florū. §. in reliqua verō anni parte, ibi: Nō volumus veteri tam riuolo quā ridiculo cognomine dupondios appellari, sed eo immutato fulgere, & c. Et alibi dicit tex. vnāquāque rem quēdamodū intelligi debeat ex ipso nomine appare. l. diuis. in prin. ff. de bo. dama. Et sic argumentatur ex nomine. secundū gl. ibi. & Exodi xxij. dicitur ad Moysen: Inuenisti gratiā corā me: & te ipsum noui ex nomine. Et alia ratio praedictorum non est, nisi quia ex turpi nomine sinistra orit⁹ suspicio. Et t̄ saepe tales mali & peruersi existūt, vt de Mascarone dixi. Et praer manibus in praesenti regno habuimus exemplum. Nam vidimus Ludouicū. xj. domini nostri regis genitorē, inter ceteros domesticos & aulicos Oliueriū Diabolum habuisse tonforē Flandrensem, hominē peruersum, quem Ludouicus sublata Diaboli appellatione malo mutato cognomine: deinde Dānū cognominauit: in quo nominis mutatio nihil pro malo mores nō tollit, sicut nec satisfactio de beneficiendo, propositum maleolū tollit, sed diutius grafsandi facultatē praestat. l. quia satisfactio. ff. de susp. tur. & l. testamento. §. nō oino. ff. de testa. tutela. imō nec iuramētū c. clericos. de coha. cle. & mulierū, vt in persona dicti Oliuerij contigisse videtur. Sed de malo factus pessimus, cum multa perpetrasset facinorosa, cū Daniele quodā Flamingo, sibi plurimum familiaris, arreso parlamenti patibulo suspensus, mortuo Ludouico vitam terminauit. Gaguino referente lib. x. c. ij. iuncto sine cum prin. Post cuius decessum multa in domo sua fuerūt reperta tormentorū genera, quibus hi in quos saeuendū erat torquerētur, nō sine ingenio adinuenta. Quibus finaliter perit exemplo Perilli, qui cū Phalaridē tyrannū crudelē delectare statuisset, & ex aere taurū artificiosissimū fabricasset, & in eius laterē ianūa posuisset, vt reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueretur, atque ita sonus vocis hominis exclamantis non gemitus hominis, sed bovis mugitus videretur. Pro quo inuento cum nimis postulasset, Phalaris illum includi iussit, & suppositis ignibus primus artificij sui verum praebuit experimentum: dicente Ouid. j. de arte aman.

Et Phalaris tauri violenti membra Perilli
Torrui infelix imbuti auctor opus.

Nec enim lex aequior vlla est, quā necis artifices arte perire sua. Tali etiā genere tormentorum Galli olim cōtra delinquentes vtebantur, vt in suis cōmentariis refert Caesar de bello Gallico. li. vj. Immani, inquit, magnitudine simulachra habēt, quorum contexta viminibus membravibus hominibus complent, quibus successis circumuēti flamma examinantur homines, hac ille. Restat t̄ ergo, q̄ pulchrum nomen & honestum bonitatis & totius probitatis est indicium. Ita q̄ nō sine causa Accursius legū ciuiliū glossator eximius, in d. §. si in dāda. mirū in modum nomen extulit suum, summe gloriando, q̄ Accursius vocaretur, quasi occurrens & succurrens contra latebras seu obscuritates iuris ciuiliis: & notanter dicit iuris ciuiliis, quia licet maximus fuerit legista, tū parū nouit in ceteris facultatibus: secundū Ioan. Fab. in §. duorum. in sti. de re diui. Sic & Ioan. And. in prologo cle. in prin. more honesto & curiali nomē suum velut gratiosum indirectē cōmendauit. Sic pariter Ioan. Fab. in §. ex diuerso, allegato titu. de rerū diui. dicit, quod vocatur faber non ferrarius, nec lignarius, sed quia liberenter operabatur & operari faciebat, scilicet compilando & legendo. Et fides de Carolo Martello Francorum rege refert Gaguinus lib. iij. c. iij. sic dicens: Eudonāque perdidit vltimū vltimūque appetens. Hic nos protectus Abidinū regem emittens, vltimū infelissimū hostē, magna victoria spe allicit, Francos petat: ille non magno labore persuasus adeo grādem exercitum cogit, vt non vincere modō Galliam, sed eā perpetuas sedes habere statuisset. Positis apud Burdegalam castris, ciuitatem expugnat, templis direptis incensisque: paribus deinde calamitatibus Picardos persecutus concremata diui Hilarij aede, Turonum adoritur: sed hosti occurrens Martellus magna stragem edidit: fermē enim in eo praelio trecenta octogintaquinque millia hostiū occubuisse: cum tamen ex Martelli exercitu mille tantum quingenti cecidissent. Cuius victoriae causa cognomentum Martelli fuisse quidam auctores tradunt. Quemadmodum enim ferrum Martello obtunditur, ita hostium ferocia Martelli egregia virtute contrita est. Hae ille. Sic & Hugo Capetus etiam Francorum rex, ideo Capetus, vocabatur, quia caputia per ludum aliis auferrebat, vt idem refert lib. v. c. vij. De hac nominis mutatione videatis Bal. in proemio. C. super rubri. & Lyram super illud Ioannis primo: Tu vocaberis Cephas. Quae omnia faciunt ad quaestionem, de qua, 57 annus nondum labitur, consului. An t̄ ille qui nomen suum vult mutare, possit nomen alterius de illo loco vel patria assumere, & in casu subiecto fuit mihi visum quod nō: quia ille qui nomen suum mutabat, alterius cognomen assumere, valde ei prauidicabat & reipublicae. Nam cum de corrupto sanguine propagatus existeret, nomen honesti & sani viri de claro sanguine progeniti sibi vsurpare non poterat: quia iura quae dicunt, vnquamque nomen suū mutare posse, & aliud assumere, intelliguntur, dum tamen hoc non fiat in fraudem vel prauidicium alterius, vt facere consueverunt delinquentes, ne cognoscantur alibi fugientes, & puniantur. Quo casu poena facti prauidicium ex mutatione nominis in fraudem reipublicae, quae suadet crimina puniri secundum Sal. in d. l. j. C. de muta. nomi. facit l. eos. & quod ibi dicit Bar. ff. de fal. & Panor. in proemio. s. Or in casu consulto maximum alteri irrogabatur & inferre batur prauidicium, fortē irremediabile de bona domo, & paro sanguine procreato, & toti suae familiae & agnationi. Quia si corruptus & de lepra suspectus nomine illius vocaretur, multi crederent illum clarum & sanū fuisse & esse de genere corrupto ortum. ita q̄ abstinerent à matrimonio & coniunctione suorum liberorū & posteritatis tam actiue quā passiue, & pariter à communionē & participationē cum eis: adeo quod clarum nomen obscuraretur & deturpareretur, & factū illius funestum fieret contra regulam

Raynutius de Clera.

ipse gloriā scilicet nois, occupasset. Et Scipio Aemilianus (vt ibi dicit⁹) nō quātū auri & argēti, sed quantū ampliudinis. f. famae & nominis pondus secū ferre aestimabatur. Ex quibus restat solū de bono noie curandū. Adeo q̄ Sali. in l. j. in prin. C. de sum. Tri. p̄ illū tex. parētēs exhortatur pulchra noia & honesta liberis imponere, & nō turpia, quae secundū eū quodāmodo infamiā portāt. Pariter Zabarel. in d. c. cum secundū, parentes multū increpat, qui turpia progenitorū noia in filiis repetunt. Imō post Inn. & Ioan. An. dicit in c. j. de depo. imputandū esse illi, qui contraxit cū habēte deforme nomen, si ab illo dēcipiat⁹. Quia (vt habetur j. Reg. xxv.) à nomine sniuitur deprehenditur fatuitas. Et secundū nomen suū est quis interdum stultus, & stultitia cum eo, vt ibi legitur de Nabal. facit text. in proemio florū. §. in reliqua verō anni parte, ibi: Nō volumus veteri tam riuolo quā ridiculo cognomine dupondios appellari, sed eo immutato fulgere, & c. Et alibi dicit tex. vnāquāque rem quēdamodū intelligi debeat ex ipso nomine appare. l. diuis. in prin. ff. de bo. dama. Et sic argumentatur ex nomine. secundū gl. ibi. & Exodi xxij. dicitur ad Moysen: Inuenisti gratiā corā me: & te ipsum noui ex nomine. Et alia ratio praedictorum non est, nisi quia ex turpi nomine sinistra orit⁹ suspicio. Et t̄ saepe tales mali & peruersi existūt, vt de Mascarone dixi. Et praer manibus in praesenti regno habuimus exemplum. Nam vidimus Ludouicū. xj. domini nostri regis genitorē, inter ceteros domesticos & aulicos Oliueriū Diabolum habuisse tonforē Flandrensem, hominē peruersum, quem Ludouicus sublata Diaboli appellatione malo mutato cognomine: deinde Dānū cognominauit: in quo nominis mutatio nihil pro malo mores nō tollit, sicut nec satisfactio de beneficiendo, propositum maleolū tollit, sed diutius grafsandi facultatē praestat. l. quia satisfactio. ff. de susp. tur. & l. testamento. §. nō oino. ff. de testa. tutela. imō nec iuramētū c. clericos. de coha. cle. & mulierū, vt in persona dicti Oliuerij contigisse videtur. Sed de malo factus pessimus, cum multa perpetrasset facinorosa, cū Daniele quodā Flamingo, sibi plurimum familiaris, arreso parlamenti patibulo suspensus, mortuo Ludouico vitam terminauit. Gaguino referente lib. x. c. ij. iuncto sine cum prin. Post cuius decessum multa in domo sua fuerūt reperta tormentorū genera, quibus hi in quos saeuendū erat torquerētur, nō sine ingenio adinuenta. Quibus finaliter perit exemplo Perilli, qui cū Phalaridē tyrannū crudelē delectare statuisset, & ex aere taurū artificiosissimū fabricasset, & in eius laterē ianūa posuisset, vt reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueretur, atque ita sonus vocis hominis exclamantis non gemitus hominis, sed bovis mugitus videretur. Pro quo inuento cum nimis postulasset, Phalaris illum includi iussit, & suppositis ignibus primus artificij sui verum praebuit experimentum: dicente Ouid. j. de arte aman.

Et Phalaris tauri violenti membra Perilli
Torrui infelix imbuti auctor opus.

Nec enim lex aequior vlla est, quā necis artifices arte perire sua. Tali etiā genere tormentorum Galli olim cōtra delinquentes vtebantur, vt in suis cōmentariis refert Caesar de bello Gallico. li. vj. Immani, inquit, magnitudine simulachra habēt, quorum contexta viminibus membravibus hominibus complent, quibus successis circumuēti flamma examinantur homines, hac ille. Restat t̄ ergo, q̄ pulchrum nomen & honestum bonitatis & totius probitatis est indicium. Ita q̄ nō sine causa Accursius legū ciuiliū glossator eximius, in d. §. si in dāda. mirū in modum nomen extulit suum, summe gloriando, q̄ Accursius vocaretur, quasi occurrens & succurrens contra latebras seu obscuritates iuris ciuiliis: & notanter dicit iuris ciuiliis, quia licet maximus fuerit legista, tū parū nouit in ceteris facultatibus: secundū Ioan. Fab. in §. duorum. in sti. de re diui. Sic & Ioan. And. in prologo cle. in prin. more honesto & curiali nomē suum velut gratiosum indirectē cōmendauit. Sic pariter Ioan. Fab. in §. ex diuerso, allegato titu. de rerū diui. dicit, quod vocatur faber non ferrarius, nec lignarius, sed quia liberenter operabatur & operari faciebat, scilicet compilando & legendo. Et fides de Carolo Martello Francorum rege refert Gaguinus lib. iij. c. iij. sic dicens: Eudonāque perdidit vltimū vltimūque appetens. Hic nos protectus Abidinū regem emittens, vltimū infelissimū hostē, magna victoria spe allicit, Francos petat: ille non magno labore persuasus adeo grādem exercitum cogit, vt non vincere modō Galliam, sed eā perpetuas sedes habere statuisset. Positis apud Burdegalam castris, ciuitatem expugnat, templis direptis incensisque: paribus deinde calamitatibus Picardos persecutus concremata diui Hilarij aede, Turonum adoritur: sed hosti occurrens Martellus magna stragem edidit: fermē enim in eo praelio trecenta octogintaquinque millia hostiū occubuisse: cum tamen ex Martelli exercitu mille tantum quingenti cecidissent. Cuius victoriae causa cognomentum Martelli fuisse quidam auctores tradunt. Quemadmodum enim ferrum Martello obtunditur, ita hostium ferocia Martelli egregia virtute contrita est. Hae ille. Sic & Hugo Capetus etiam Francorum rex, ideo Capetus, vocabatur, quia caputia per ludum aliis auferrebat, vt idem refert lib. v. c. vij. De hac nominis mutatione videatis Bal. in proemio. C. super rubri. & Lyram super illud Ioannis primo: Tu vocaberis Cephas. Quae omnia faciunt ad quaestionem, de qua, 57 annus nondum labitur, consului. An t̄ ille qui nomen suum vult mutare, possit nomen alterius de illo loco vel patria assumere, & in casu subiecto fuit mihi visum quod nō: quia ille qui nomen suum mutabat, alterius cognomen assumere, valde ei prauidicabat & reipublicae. Nam cum de corrupto sanguine propagatus existeret, nomen honesti & sani viri de claro sanguine progeniti sibi vsurpare non poterat: quia iura quae dicunt, vnquamque nomen suū mutare posse, & aliud assumere, intelliguntur, dum tamen hoc non fiat in fraudem vel prauidicium alterius, vt facere consueverunt delinquentes, ne cognoscantur alibi fugientes, & puniantur. Quo casu poena facti prauidicium ex mutatione nominis in fraudem reipublicae, quae suadet crimina puniri secundum Sal. in d. l. j. C. de muta. nomi. facit l. eos. & quod ibi dicit Bar. ff. de fal. & Panor. in proemio. s. Or in casu consulto maximum alteri irrogabatur & inferre batur prauidicium, fortē irremediabile de bona domo, & paro sanguine procreato, & toti suae familiae & agnationi. Quia si corruptus & de lepra suspectus nomine illius vocaretur, multi crederent illum clarum & sanū fuisse & esse de genere corrupto ortum. ita q̄ abstinerent à matrimonio & coniunctione suorum liberorū & posteritatis tam actiue quā passiue, & pariter à communionē & participationē cum eis: adeo quod clarum nomen obscuraretur & deturpareretur, & factū illius funestum fieret contra regulam

Alteri per alterū iniqua non debet cōditio fieri. ff. de regulis iuris. Crederet enim quilibet eos infectorum esse coniunctos identitate nominis, & parentes in eorum labem non modicam. Similiter ille infectus & sanguine turbulentus, necnō eius soboles sub umbra & clypeo claræ profapiæ, & nominis assumpti, patri monij medio, plures alios facilliter deciperent, & illaquearent. Ac communionis assuefactione inficerent fanos credentes eos in puro & claro sanguine, boni & approbati hominis & familiæ ortos: taliter q̄ publica ultra damnum sobolis, confusionem sanguinis pateretur, cuius interest, quōd infecti cognoscantur, vt quia reipublicæ & priuatæ nocere possunt, euentur, per ea quæ decidit. Cynus in l. si non conuicij. C. de iniur. per tex. in l. eum qui nocentē. ff. illo eodē titulo. Interest profectō reipublicæ cognoscere nationes, ne clara & honeste familie pereant & confundantur commixtione & suppositione infectorum. vt dicta l. j. penult. ff. de ven. inspic. Quia natio bona omnes ad se prouocat, mala autem deterret. Ideo nostra interest scire nationem. l. quod si nolit. §. qui incipia. ff. de ædilitio edicto. Præterea illi qui de bona existunt & clara familia, fuerant illius cognominis præoccupatores. † Igitur prohibere possunt alteri eiusdem nominis assumptionem. Argumento eorum quæ decidit Panormitanus in cap. fin. de iudi. Barto. & doctores in l. j. ff. soluto mati. & glo. & docto. in l. C. de studiis lib. vrbis Romæ. libro xj. vbi dicunt, q̄ sint duæ scholæ doctorum concurrentes & ad eō viinā, quōd vox vnius doctoris vocem confundit alterius legentis, ille qui primus scholas in loco illo ædificauit & legere cœpit, prohibere potest alterum ibidem legere, ne vocem suam turbet & confundat. Sic ergo erit in casu nostro, & multo magis, vbi per vsurpationem nominis alicuius claræ familiæ, clara & immaculata cum leprosa & infecta cōfunditur in perniciem propagationis sobolis: & nomē clarum quod iandiu est præoccupatum, quod tantis fulserat temporibus, sibi tolleretur, denigraretur, & ingurgitaretur, vt clarior & finaliter desiccaretur: vt magistrorum vtar modo dicendi in simili. in l. quominus. ff. de fluminib. Nec debet priuilegium prælationis auferri cui competit, vt l. asiduis. C. qui potio. in pignor. hab. & capitul. qui prior est tempore. de regulis iuris. l. i. bro sexto. † Ad præmissa facit tex. not. in ca. dilecta. in fin. de excels. prælat. vbi not. quōd semel certo vtēs singulari & proprio sigillo potest alios prohibere, ne illo tali sigillo vtantur, quando cognoscit, quōd in sui vteretur præiudicium. Puta quia vsurpans nunc sigillum non est persona ad sigillandum fidelis. Ex quo prior sigillans, qui tali signo prætebatur, diffamaretur. Ideo dicunt Doct. quōd si aliquis tenere volēs diuersorum præueniat, occupet aliquot signum, poterit omnes alios posteriores prohibere, ne in illo loco vel ciuitate signo tali vtatur, quia sua interest, vt quia forte propter eius famam & diligentiam cuncti viatores ad ipsum concurrerant: nunc autem diffamaretur, saltem fama hospitij diminueretur, si alius non æquē idoneus fidelis, & seruitialis intersignium illud sibi assumeret: quod tolerandum non est in præiudicium primi occupantis. Pariter deciperentur viatores & peregrini, qui sub confidentia, & fama intersignij malè tractarentur in domo secundum in eorū præiudicium & reipublicæ: cuius interest securè per itinera commeari. l. prima. ff. de his qui effud. vel deie. & si delictor hospitari. l. j. vbi Bartol. ff. furti aduersus nau. cap. & stab. ad hoc facit quod per illam text. decidit

Io. de pla. in l. stigmata. C. de Fabric. lib. xj. vbi dicit, q̄ tabellio & mercator fideles, & bene famati prohibere possunt, ne alius faciat eorum signum seu marcam. Et idem in optimo gladiorum artifice, gladios propter artis peritiam, & sui operis bonitatem bene vendente. Nam eius interest, ne alius imperitus artifex tale signū assumat, ne confusio operum inducatur, & primi boni artificis diffamatio. Et idem in effectu, vt plenè decidit Bal. in l. ij. C. quæ res vendi non possunt. Similiter prodest ad probandum rerum dominia. Nā agens probens signato, & marcato signo gregis sui, licet aliās non probet dominium, tamē sufficit, q̄ illo solo marco marcatum, & signatum reperiatur. c. displicet. xxij. q. iij. vbi, Et vos oues Christi estis: characterē dominicum portatis secundum Lucam de Penna, in dicta l. stigmata. Quinimō de his plus dicit Barto. in tracta. de insig. & armis. ij. & iij. col. q̄ quia interest reipublicæ, q̄ signa bonorum magistrorū cognoscantur, ne interdum vnus imperitus pro perito assumatur, aut peritus per imperitū in suo opere diffametur, & ne populus decipiatur, potest imò debet iudex ex suo officio etiā, parte cuius interest non requirente, nec conquirente, ne signum boni magistri assumatur prohibere: † quia quoties officium iudicis tenet in bonum publicum, iudex potest eum impartiri non requisitus, secundum Barto. ibi, & plenè in l. iij. §. hoc autē. ff. de dam. infe. & Panor. in c. bona memoria. lo. j. de postula. prælat. Cauca tamē, qui tale ius prælationis habet, q̄ non reddat se actorem in petitorio, quia si hoc faceret, non posset, lite pēdente vt tali. Bald. per illum textum in l. j. C. vt nemini liceat sine iudic. auctor. sign. imprimere rebus. Sed experiat remedio possessorio præsertim retinendæ possessionis, aduersariū velut turbatorem repellēdo, quoniam aliter agendo præsupponeret aduersarium possidere. † Vltius facit, quod dicunt Doc. in l. memini. C. de epif. audiē. vbi decidunt, q̄ meretrices prohiberi possunt vestibus vt honestarum mulierum: ne inter eas fiat honestatis, & turpitudinis seu castitatis, & libidinis confusio, & ne vna sumatur pro alia, aut honesta matrona scorta putentur seu existantur. Item apud Labconem. §. si quis virgines. ff. de iniuriis. facit gl. in l. si qua per calumniam. in si. C. de epif. & cler. ¶ Sunt enim turpes personæ meretrices, ad eō quōd si in testamento alicuius extranei meretrix hæres institueretur, frater testatoris præteritus posset querelare testamentum, vt plenè habetur infra super verbo, *Et uxorem nomine Adalastam*, in secundo successio-num ab intestato articul. in fine. ¶ Quia ratione & aliis, motus fuit beatus rex Ludouicus, & ordinauit anno Domini M. cclij. in mense Nouembri, quōd meretrices publicè morari non permittantur in ciuitatibus & villis, ne suo exemplo virgines alliciant, vel matronas ad meretricandum, nec etiā in campis propter cōcursum pluriū in meretrix, ne se interficiant: sed morari debent in aliquo loco remoto non solitario, sed publico ad hoc deputato, vbi nec malo exemplo nec scādalo, propter eas turbari possit reipublica vel honestas. l. ancillarum. ff. de peti. hære. Cuius quidē ordinationis tenor sequitur in hæc verba: *Expellantur publicæ meretrices tā de campis quam villis, & factis monitionibus, & prohibitionibus bona eorū per locorum iudices capiatur, vel eorū auctoritate à quolibet occupentur, etiā vsq; ad tunicā & pelli-secum.* [Hæc ordinatio est hodie, per dñm Austerij situata prima, in titulo de vita & honestate. officia. & subditorum, & in titu. de adulteriis.] Qui verò domū publicæ

Publicæ meretrici scienter locauit, volumus q̄ ipsa dom⁹ incidat dño in commissum, & fortius à ciuitatibus, & Villis sunt leones & lenæ expellendi, per tex. in §. sancimus. in auth. de leno. colla. iij. vbi mādatur imperator eos multo plus peccent, quam meretrices, qui sua pestifera suauione aut receptione iuuenes inficiunt masculos, & mulieres. l. Athl. tas. §. ait Prætor qui lenociniū. ff. de his qui notan. infra. exēplo hæreticorū. l. nullus. C. de sum. Trin. vbi Gul. de cug. dicit idē in pestiferato, vt à villa [De quo expresse habetur. j. super verbo *Testamentum*. primo dum loquitur de testamento facto tēpore pestis.] & eidem de Plenonibus. [De quibus Baptista Mantuanus, contra impudicè scribētes sequendo Platonem, sic dicit: Hi sunt quos statuens sancti consortia cœtus, esse procul iusta iussit ab vrbe Plato. Fautores scelerū corrupto & iuente In mala deceptum plurima vulgus agunt. Vnde non sine causa lex noua in d. §. scimus. vult eos omnia nouissima sustinere supplicia, quæ mortem interpretamur. l. vltimum. ff. de pœnis.] Sicut de leprosis in l. cū supra virētes. in si. C. de re mil. lib. xij. tenet Ioan. de Pla. quōd à villis, & ciuitate expelli possunt. [Sunt enim omni infamia turpes, ita quōd si in testamento aliquis leno institueretur hæres, posset frater testatoris querelare testamentum, vt habetur, in si. dicti secundi articuli, vbi supra allegati.] Si ergo ne confusio probitatis, aut operum, vocis vel famæ fiat, calet prohiberi possunt, vt dictū est, multo magis vbi timetur de confusione & coniunctione nationum & sanguinis. † Ideo videmus Iudæos & meretrices signum portare, c. in nonnullis. j. de Iudæis. & l. Iudæos, quos. C. illo co. tit. vbi dicitur, q̄ Iudæi à Christianis distingui debent habitu, & nomine, ne Christianus pro Iudæo vexetur. Et idem de hæreticis, per l. j. C. de sum. Trin. in si. vbi, demētes & vesani. & non solum nomine distinguuntur, sed etiam habitatione cum à villis & ciuitatibus eici debeant. l. nullus. tit. præalleg. de sum. Trin. Sicut sacra scriptura plurifariè à villis, & castris leprosos expelli præcepit, satis intelligens etiam de hæreticis spirituali lepra tactis, qui sicut corpore cum sanis & veris catholicis, sic etiam nec nomine communicare debent. Laus Christo Iesu domino nostro.

T quia in memoria paterna radicata esse creditur causa filiorum de quibus pater primo loco præsumitur cogitasse, cum eos plus diligit, quam seipsum. l. isti quidem. ff. quod metus causa. ¶ Circa quōd vide quæ habentur. j. dum loquitur de pacto de non succedendo. Imo vltra, quàm deceat. in authen. quibus modis natus. offic. legit. §. illud. colla. vj. iuncta glof. super verbo, vltra quam. inde dicitur filius à *phlos* Græcè, quod est amor Latinè. l. liberorum. vbi Bart. ff. de verb. signifi. Naturalis enim stimulus patrem hortatur ad cogitandum pro liberis. l. amicissimos. §. si. ff. de excusa. tut. & l. Aurelius. §. Titius. ff. de liber. leg. Imò omnia filii ex voto paramus. l. scripto. ff. vnde lib. & l. nihil interest. ff. de bonis libe. Ad eō quod amore filiorū ita capti fuerunt, quōd proprias vxores filius, aliās morituris tradere non dubitarunt, vt de Seleuco Asiæ rege refert Valerius libro v. tit. de indulgentia patrum in liberis. ¶ Circa si. [Fuit hoc mirabile, quia communiter mallet quis filio suo priuari, quàm cucurbitari: vt habetur j. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.*] Cæ-

terum, inquit, vt ad iocundiora cognitu veniamus, Seleuci regis filius Antiochus noueræ Stratonice's infando amore correptus, memor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Iraque diuersi affectus illud in visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas, & maxima verecundia ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse Antiochus in lectulo moribundo similis, lamentabantur necessarii, pater merore prostratus de obitu vnici filij, deque sua miserima orbitate cogitabat; totius domus funebri magis, quam regius erat vultus, sed hanc tristitiam nubem Leptini methematici, vel, vt quidam tradunt, Erasistrati medici prouidentia disiecit. Iuxta enim Antiochum sedens, vt eum ad introitū Stratonices rubore perfundi, & spiritu increbrescere, eaque egrediente pallere, & excreationem, anhelitū subinde recuperare animaduertit, curiosa obseruatione ad ipsam veritatem penetrauit. intrante enim Stratonice, & rursus abeunte brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo, modò vegetiore, modò languidiore pulsu venarum, comperit, cuius morbi æger esset. Protinusque id Seleuco exposuit, qui charissimam coniugem scilicet Stratonicem filio suo cedere non dubitauit, quōd in amorem filius incidisset, fortunæ acceptum referens, scilicet pater, quōd dissimulare cum scilicet filium vsque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subiiciatur animus senex, qui scilicet natura Zelotypus esse confuevit, amans, id est, amor adolescentis filij, atque ad mortem eius insignis moderatio, iam patebit quàm multa, quàmque difficilia paterni affectus indulgentia superauit. hæc ille. Quia paternus affectus omnem vincit affectum. l. si. C. de cura. furio. Nec possunt viscera parentum erga filium non commoueri. ca. afferte de præsum. & xxij. q. iij. can. ea vindicta quod patenter deduxit Christus in exēplo, Luc. ij. in si. ad quem dolens pia mater, Fili, ait, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te, & c. Vnde Statius in Thebaide. Proli's, inquit, amor crudelia vincit pectora, scilicet ad diligēdum etiam prolem indignam, & malè versantem: Prout exemplo tradidit Dauid etiam rex, & prophetarum eximius: audita filij sui Absalonis ingratisimi cum hostiliter in ore gladij persequentis morte, continere non potuit, sed contristatus ascēdit conuinculum portæ, & fleuit sic loquens: Fili mi Absalon, Absalō fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalō fili mi, fili mi Absalon. ij. Reg. xvij. Aliud exemplum in Euangelio Christus nobis tradidit. Luc. xv. de filio prodigo, qui rediens fuit benignè receptus à patre. facit tex. opti. in §. si. in situ. de noxa. acti. Similiter Inachus Io filiam cum Ioue luxuriatam, quam Ouid. Metam. lib. j. ob hoc in vacuam à Iunone conuersam fingit, collo & cornibus filiarū pendens eam osculando, Me miserum, exclamat pater Inachus, inque gemētis Cornibus, & niuco pēdens ceruice Iuencæ, Me miserum ingeminat, tūne es quæ sita per omnes Nata mihi terras? tu non inuēta reperta es. At tibi ego Inachus thalamos tedasque parabā. Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum. Nec finire licet tantos mihi morte dolores, & c. Nec quis vnquam odio habuit carnem suam. xlij. q. ij. non æstimemus. & l. ij. ff. de recepta. imò legitur ij. Reg. vij. vbi Lyra, quod lex Adam est vt quilibet sollicitus sit considerans prosperitatem posteritatis suæ, iuxta illud Poeticum j. Aencid. Omnis

Repe. cap. Raynu. Gul. Benedicti.

Omnis in Afcario chari stat cura parentis, & Tul. li-19
bro primo. Officior. Vnicuique, inquit, nostrum chari
funt liberi. Et profectò inter patrè & filium nexus 20
quidem diuinus. I. penul. s. j. C. de adop. Imò mater fi
liè incrementum, & honorem videtur diligere. ca. su-
per eo. de testib. Quod clarè dicitur ostendisse mater 22
filiorum Zebedæi, quæ Matthæi xx. ait ad Christum:
Dic vt sedeat hi duo filij mei, vnus ad dexteram 23
tuam, & alius ad sinistram in regno tuo, & c. [Ca- 24
roli magni ecclesia Compostellæ ordinatur: & extrui
tur in honorem sancti Iacobi, & impletur pctio Ma-
riæ Zebedæi, quia Ioannes à dextris apud Ephesum, 26
& Iacobus à sinistris. Roma in medio pulchrè, vbi se-
des Christi in æternum situta est, iuxta illud Aenci. 28
des Christi in æternum situta est, iuxta illud Aenci. 28
primo. Imperium sine fine dedi multòsq; per an- 29
nos, & c. Hæc in fasciculo temporum.] Vnde cum 30
semel quidam filium proprium propter scelus gra-
uissimum capitaliter puniendum diuo Pio obtulisset,
benignus imperator non morte quàm meruerat, sed 32
leuiori castigatõe, ne videretur pater ad supplicium 33
filium obtulisse, ipsum emendauit. I. milites agrum. s. 34
desertorem. ff. de re militari. [per illum textum dicit
Saliectus, & Paulus in l. propter insidias. C. qui accu-
sa. non possunt dari cautelam, vt quis pro crimine nõ
occidatur, quod pater cum offerat iudici, quo factò 36
iudex ei mortem inferre non debet. De quo vide per
Bartholomæum Cepollam in tractatu de cautelis ad- 37
uoca. in principio. Ne pater dicatur esse causa mortis 39
filij, quia esset contra naturam: vt patet ex iam dictis. 40
An autem teneatur dominus exhibere iudici seruito-
rem suum, aut subditum malefactorem. vide Baldum 41
in c. j. si iudex. tit. de pace tenèda. Cogito profectò
nõ eo animo patrem filium ei obtulisse, vt occidere-
tur: sed potius vt indulgeretur. l. iij. in fin. C. de pat. po-
testa. quia (vt dixi) nõ est amor, qui vincat paternum 44
erga liberos, de quibus primò cogitauit nolter Ray-
nuius, idco subditur in tex.

SVMMÆ SECTIONIS,

Duas habens filias.

- 1 Filia necessariò sunt à patre hæredes instituenda, aut 49
exhæredanda, sicut & masculi.
- 2 Filia succedunt iure patronatus ecclesiastico.
- 3 Præsentatus per mulierem in causa dotis præfertur præsen-
tato per virum.
- 4 Fæmine in quibus casibus non equaliter succedant cũ ma-
sculis.
- 5 Fæmine visa pugnare & bella gerere.
- 6 Minerva dicta Trionia.
- 7 Diana nemorum ac montium Dea.
- 8 Artemisia Halicarnassorum regina Rhodium subegit.
- 9 Semiramis assyriorum regina Abrahæ seculo floruit. Ac-
thiopes subegit, & Indis bellum intulit.
- 10 Pithadoris Ponti regina, quæ bella gesserit.
- 11 Panthasilea Amazonum regina.
- 12 Thomyris Scytharum regina Cyrum cum ducetis millibus
Persarum obruncauit.
- 13 Cloelia virgo Romana insignis.
- 14 Ioanna Darco dicta la pucelle de France.
- 15 Fæmina quæ consilio & industria vignuerunt.
- 16 Regina cuiusdam sagax consilium.
- 17 Flandria comitatus dignitatè accepit à Carolo Caluo Fræ-
corum rege.
- 18 Fæmina olim sanctitate insignes, & arma cum laude tra-
clarunt, & literis ornata fuerunt.
- 19 Mulieribus homines assurgunt, in via eis cedunt, & in se-
dibus eas proponunt.
- 20 Mulieribus homines assurgere olim sancium.
- 21 Mulieres impetrare possunt officium iudicis contra homines
eis in via cedere nolentes.
- 22 Mulieres uti aurea & purpurea veste, aureisq; fibulis
& armillis olim sancium.
- 23 Statuto per lus portari phibit: mulieres non cõprehenduntur.
- 24 Mulieres propter sexus fragilitatem molles sunt ad belli
pondera sustinenda, & iudicia discretè exercenda.
- 25 Mulieru proprium est vitare bella, & fugere congressus.
- 26 Proconsules vetantur secum ducere uxores.
- 27 Fæmine quando amant, vehementius amant, quàm viri.
- 28 Viri ultra modum amantes dicuntur effeminati.
- 29 Mulieres sunt communiter garrula.
- 30 Mulieres in casis feudalibus testimoniu ferre nõ possunt.
- 31 Feudi successio habet quatuor considerationes, propter quas
fæmina non succedunt.
- 32 Feudo nec fæmina succedunt, nec masculi ab eis descendentes.
- 33 Fæmina feudo succedunt in casibus.
- 34 Clerici sunt feudi capaces in casibus in quibus fæmina sũt
capaces.
- 35 Feudum reuocare non potest dominus, si pro eo pecuniam
accepit.
- 36 Princeps reuocare nõ pot cõcessionè capta pecunia factam.
- 37 Officiarij quãdiu regi placuerit creati, an reuocari possint.
- 38 Officia regia vacare non possunt, nisi in tribus casibus.
- 39 Rege mortuo an dicantur officia vacare.
- 40 Officiarij etiam gratis creati, non possunt sine iusta causa
priuari.
- 41 Tiberij imperatoris salubre consilium de officiariis nõ mu-
tandis.
- 42 Sesois in suos magnificencia.
- 43 Quintus Flaminius omnes Gracie vrbes liberus esse iussit.
- 44 Officia in regno Francia esse perpetua ordinauit Ludouic-
cus vndecimus.
- 45 Mandatum, re non integra, etiam morte mandantis nõ po-
test reuocari.
- 46 Locatenentes non posse sine causa reuocari.
- 47 Officiarij possunt in ius vocari durante officio.
- 48 Officiarios non posse contrahere, nec possessiones nouas ac-
quirere, durante officio, statuit rex Ludouicus.
- 49 Index nec de rebus, de quibus coram ipso agitur, nec cum
partibus contrahere potest.
- 50 Officiarius nullus mercantiam exercere potest, nec partici-
pare cum aliquo.
- 51 Officiarius nec mutuum contrahere potest.
- 52 Pro officijs publicis an licitũ sit dare vel accipere pecuniam.
- 53 Officia an vendere possint principes. & nu. 54.
- 54 Experientia rerum magistra.
- 55 Officia mercari vetuit rex Ludouicus.
- 56 Officia iure vendi prohibentur.
- 57 Beneficium principis data pecunia obtentum non posse re-
uocari, quomodo intelligatur.
- 58 Cathedras doctores vendi non posse.
- 59 Officium aut dignitatem, an quis sine peccato possit appe-
tere. & nu. 61.
- 60 Prelaturas non peti, sed prestari debere.
- 61 Officia duo secularia vnus tenere non potest.
- 62 Fæmina tenere potest feudum, si cum pecunia redemerit.
- 63 Fæmina feudum fæmineum tenere potest, deficietibus mas-
culis, non alias.
- 64 In feudali materia verbum, heres, pro masculino accipitur.
- 65 Fæmina in feudo succedunt ex consuetudine vel statuto, vt
in regno Francia.
- 66 Fæmina in Gallia succedunt in feudis ligijs & non ligijs.
- 67 Feuda in regno Fræcia venduntur, impignorantur, & veniunt
in gene-

Duas habens filias.


- in generali obligatione bonorum.
- 70 Testari quis potest de feudis.
- 71 Vendi possunt feuda, & homines ipsi subditi sine ipsorum
consensu.
- 72 Fæmina in feudo regali succedit de iure communi, sed non
in regno Francia.
- 73 Salica legis tenor.
- 74 Salica lex quid, & vnde dicta. & nu. 75.
- 75 Pharamondus primus Francorum rex, sub quo Salica sa-
lica est.
- 76 Colonia ciuitas Germania per Francos edificata.
- 77 Francia regnum filiabus non competere.
- 78 Francia regnum à D. o institutum, sicut regnum Israel.
- 79 Clodouei regis ad Christi fidem conuersio de consilio ux-
oris.
- 80 Ampulla cœlius missa ad regis vntionem.
- 81 Clodouei templum diue Genouese Parisijs extruxit.
- 82 Clodouei in Gothos victoria.
- 83 Tolosa seruabatur thesaurus Gothorum.
- 84 Lila & auriflamma regum Francia.
- 85 Miracula quatuor in baptismo Clodouei.
- 86 Litorum qua in scuto regum Francia depinguntur expo-
siti.
- 87 Virtutes candida & lucida, peccata verò nigra.
- 88 Clementia principi necessaria.
- 89 Rex libenter omnes audire debet, & officarios ad se veni-
tes benigne recipere. & nu. 91.
- 90 Theodoricus rex toto anno non videbatur.
- 91 Carolus magnus multa corpora sanctorum Tolosam ad-
duxit.
- 92 Philippus pulcher Francorum rex contra Mabumetos.
- 93 Blasphemantium pena, que Tolosa seruatur. & nu. 96.
- 94 Iudæos regno expulsi rex Philippus.
- 95 Saracenos persecutus rex Philippus.
- 96 Coronã Christi spinã à Bildoimo habuit rex Philippus.
- 97 Lila quare aurea in scuto regis Francia.
- 98 Sapientia quare auro comparatur.
- 99 Letum semper decet esse principem.
- 100 Princeps quibus rationibus debet auro assimilari.
- 101 Amor in principe erga subditos maximè requiritur.
- 102 Auro debet esse similis princeps.
- 103 Seculi huius status pelago comparatur.
- 104 Iustitia quid, & eius encomium.
- 105 Lily flores quare tres in scuto regum Francia.
- 106 Trinitas est in Christi persona.
- 107 Tres peccatorum radices.
- 108 Concupiscentia oculorum est secunda radix peccati.
- 109 Superbia est tertia radix peccatorum.
- 110 Rex inter alia laudabilia opera, debet religionis hostes ex-
pugnare.
- 111 Lila quare in scuto regis Francia habente colorem sap-
phyrimum.
- 112 Sapphyrum colore suo cœlesti trahit ad cœlestia desideria.
- 113 Color aureus, rubens, vel azureus sunt reliquis nobiliores
in armis, seu insignijs.
- 114 Fæmina in Francia non succedunt, sed bene in regno Na-
uarræ & Asturie. & nu. 118.
- 115 Fæmina sicuti in regno succedant, est ex particulari legis
consuetudine, vel usurpatione.
- 116 Vxor regis, aut vidua vocatur regina, tamen ius in re-
gno non habet.
- 117 Angli qua ratione se reges Gallia putent. & nume. 121.
- 118 Edoardus rex Angliæ paruit sententia, qua est à regno
Gallia exclusus.
- 119 Carolus V alcius Aruuellem prius famulum, deinde ho-
stem habuit.
- 120 Filia non succedit, nec masculus ex ea genitus, in regno
Gallia.
- 121 Emphyteusis an sint fæmina hæredes, & an veniant ap-
pellatione filiorum.
- 122 Fæmina quibus casibus cum masculis non succedant.
- 123 Filia dotata, sicuti masculis non succedit.
- 124 Statutu quando dicatur habere v. iuris civilis vel pratorij.
- 125 Statutum filias dotatas excludens est fano abile.
- 126 In iure de sancti vindicta ad solos masculos pertinet.
- 127 Honestas familiarum diuini conseruatur.
- 128 Diuicia sunt maximum adiumentum honestatis familiae.
- 129 Familie appellatione venit agnatio.
- 130 Parentes plus diligunt masculos, quàm fæminas.
- 131 Plato de quatuor rebus Deo gratus agebat.
- 132 Ad masculinum sexum esse fæminino nobiliorem ostendit of-
do creationis.
- 133 Dignitas virilis sexus maior, quàm fæminei.
- 134 Monachus dispensari potest ad matrimonium, donec fi-
lium susceperit.
- 135 Statutum quod masculus fæminam excludat, extenditur
ad Iudæos incolas.
- 136 Statutum filias excludens non extenditur ad bona extra
territorium sita.
- 137 Statutu filias excludens, vt locu habeat, duo requiruntur.
- 138 Statutum puniens falsos testes locum habet in productis
vnum.
- 139 Masculus an filias excludat, si fuerit monachus.
- 140 Masculus etiam testiculis carens filias excludit.
- 141 Statutum filias excludens locum non habet in clericorum
hæredibus.
- 142 Bastardi sorores legitimæ non excludunt, etiam si fuerint
legitimati. & nu. 147.
- 143 Legitimare quid sit.
- 144 Filij legitimi, siue adoptiui filias non excludunt.
- 145 Filius sicuti fæminas excludit, ita & nepos ex eo.
- 146 Extensio quando proprie fit. & nu. 152.
- 147 Nepos ex filio excludit neptem ex alio filio.
- 148 Masculi fæminas excludunt, quando sunt hæredes patris,
secus si extranei.
- 149 Statutum filiam excludens intelligitur, si fuerit dotata.
- 150 Dos data pro matrimonio spirituali, scilicet moniali, an fi-
liam excludat.
- 151 Dotata an intelligatur filia per solam dotis constitutionè,
vt statuto excludatur. & nu. 158. & 159.
- 152 Sponsa simplex non intelligitur maritata, vt statuto exclu-
datur.
- 153 Maritatus appellatione non venit sponsa in odiofis.
- 154 Dotis promissio filiam non excludit, vbi statutum requirit
dotem datam, & traditam.
- 155 Verbum simpliciter prolatum intelligi debet in potiori si-
gnificati.
- 156 Monialis an intelligatur dotata, & exclusa.
- 157 Conditio adiecta vni legato, quando repetita censetur in
alio.
- 158 Filiam sufficit semel fuisse dotatam, vt excludatur.
- 159 Dotari à quibus debeat filia, vt exclusa censetur.
- 160 Dotata intelligitur filia, quando per eam stetit. & nu. 169.
- 161 Dotari à fratre nõ potest soror, vt à patris mortui hæredid
re excludatur.
- 162 Facultas dotandi filiam an transeat ad hæredes.
- 163 Statuta intelligi debent, secundum leges vltimarum volunt-
tatum.
- 164 Statutum nõ potest dare potestatem tertie persone filiam
dotandi, vt excludatur.
- 165 Filia non excluditur, nisi à successione dotantis.
- 166 Statutum filiam dotatam excludens, etiam excludit totam
eius subolem.
- 167 Filia exclusa, excluditur etiam neptis ex filio.
- 168 Filia dotata etiam excluditur à bonis quæ sitis ex contra-
ctu patris.

- 178 Filia statuto exclusa testamentum patris, in quo praterita est non potest impugnare.
- 179 Filia statuto exclusa petere non potest legitimam, nec supplementum eius.
- 180 Filia statuto exclusa agere potest, ut congrue doretur.
- 181 Pater non prohibetur filiis statuto exclusas insinuere, etiam in testamento minus solemn.
- 182 Voluntas testatoris interpretanda est secundum consuetudinem regionis.
- 183 Statutum filias excludens nulla de dote facta mentione, an valeat.
- 184 Indai an statuta regionis seruare debeant.
- 185 Statutum ad praterita non trahitur.
- 186 Filia agere possunt ut dorentur, etiam si statuto eas excludente id non contineatur.
- 187 Statutum filias excludens intelligitur, si masculi super sint.
- 188 Filia statuto exclusi non repellitur a fratris successione.
- 189 Masculum nasci quando melius est quam feminam.
- 190 Filia non succedunt si dote contenta renuntiarunt.
- 191 Pactum de succedendo est omni iure prohibitum.
- 192 Pactum de succedendo, quibus rationibus improbetur.
- 193 Pactum de succedendo, in quibus casibus valeat.
- 194 Pactum de succedendo an possit iuramento firmari.
- 195 Iuramentum esse non debet occasio mali.
- 196 Dispositiones contra bonos mores sunt impossibiles.
- 197 Pactum de succedendo an possit consuetudine firmari.
- 198 Pacta nobilium ut primogenitum succedat, an valeant.
- 199 Conuentionales institutiones & substitutiones, in quibus casibus valeant. & nu. 200.
- 200 Votum captanda mortis, quando non facile presumatur.
- 201 Donatio causa mortis non dicitur, ubi mentio mortis non est causa donandi.
- 202 Pactum de succedendo inter milites valeat.
- 203 Pactum de succedendo inter duos vicissim factum, habet priuilegium.
- 204 Promissio bonorum post mortem, valeat.
- 205 Pactum de succedendo ad pias causas factum, valeat.
- 206 Ecclesia nunquam moritur.
- 207 Ecclesia aut eius ministri nullam patiuntur suspicionem malam.
- 208 Adulterij presumptionem habet deprehensus in domo, in qua est pulchra mulier.
- 209 Clerici mulieres frequentare non debent, nec commatres facere.
- 210 Pua causa quacunque dispositione nominetur heres, succedat.
- 211 Pua causa an possit in contractu heres institui.
- 212 Pactum de succedendo in multis casibus valeat. & nu. 214, 215, 216, & 217.
- 213 Pactum de successione conseruanda an valeat.
- 214 Pacto potest ius succedendi seruari, ubi quis de rigore iuris esset exclusus.
- 215 Pacto an possit successio seruari, ubi quis est propter delictum exclusus.
- 216 Ingratitudine priuatus potest sibi successione pacto seruare.
- 217 Doctor ob delictum priuatus non potest de nouo doctorari.
- 218 Remotus ab officio vel dignitate propter vitium personale nunquam amplius admittitur.
- 219 Notarius ab officio depositus non potest iterum creari tabellio.
- 220 Pacto non potest seruari ius per futurum delictum amittendum.
- 221 Pactum future ingratiudinis repissuum, an possit iuramento firmari.
- 222 Dolus prateritus remitti potest.
- 223 Pacto remitti non potest vasallo felonia, aut dolus futurus.
- 224 Manius centurio diuisi Augusti fidiissimus miles.
- 225 Marcus Curio exactissima norma Romane frugalitatis.
- 231 Fabritij Romani consulis memoranda fidelitas.
- 232 Camilli Romani egregium facinus.
- 233 Lulius Crassus iustitie exemplar.
- 234 Felonia committenda ex reuerentia non praesita remitti pacto potest.
- 235 Pactum de futura successione et certo modo diuidenda vel disponenda, an valeat.
- 236 Pactum de hereditate certo modo diuidenda, in quibus casibus valeat.
- 237 Pactum de non succedendo an valeat. & 238.
- 239 Pactum restrictiuum libertatis liberti, non valeat.
- 240 Pactum de non succedendo valeat in patre filium emancipante.
- 241 Pactum de non succedendo valeat in filio stirio.
- 242 Pactum de non succedendo valeat accepta legitima.
- 243 Pactum de non succedendo valeat post mortem eius de cuius successione agitur.
- 244 Iura primogenitura vendi possunt, & renuntari.
- 245 Iacob an peccauerit supplantando fratrem suum Esau.
- 246 Pactum de non succedendo potest consuetudine vel statuto firmari.
- 247 Pactum de non succedendo potest iuramento firmari.
- 248 Filia cum iuramento renuntians non succedit.
- 249 Filius tacetis annistriginta, & ita exclusus ex capite, unde liberi, adhuc habet alios triginta ex capite unde legitimi.
- 250 Filia hereditate paterna renuntians non erit exclusa a bonis fratris.
- 251 Filia soli patri renuntiare potest, etiam si statutum duorum consanguineorum presentiam requirat.
- 252 Naturalis pietas doli presumptionem excludit.
- 253 Patri remissio obligare volenti facilius consentitur, quam extraneo tutori.
- 254 Statutum in contractibus filia duos proximiores requirēs, locum non habet ubi ea cum patre contrahit.
- 255 Patre vendente bona filij non requiritur iudicis decretum.
- 256 Episcopus, quasi pater pauperum, & legitimus administrator, potest vendere res immobiles sine iudicis decreto.
- 257 Fratris maioris, & rem minoris gubernantis, praesumitur metus reuerentialis.
- 258 Statutum non potest derogare iuramento.
- 259 Secularia potestas non potest infringere id, quod ortum habet ab ecclesiastica.
- 260 Renuntiatio a filia patri facta valeat ante & post matrimonium, etiam si ipsa non sit a notario certiorata de beneficio legis.
- 261 Filia renuntians prateriri in testamento potest.
- 262 Filia renuntians non computatur in numero liberorum ad taxandum legitimam.
- 263 Filia que successioni renuntiauit, an petere possit iuramenti relaxationem.
- 264 Enormissima lesio est iusta causa relaxandi iuramentum.
- 265 Enormis lesio qualiter faciat relaxari iuramentum.
- 266 Renuntiatio iurata an extēdatur ad bona per patrem postea quesita.
- 267 Iuramentum sine iusta causa etiam a papa relaxari non potest in prauidicium alterius.
- 268 Papa non potest tollere obligationem iuramentalem etiam laico quaesitam.
- 269 Pape & imperatoris irrisuēdianes sunt distinctae, & vna non potest aliam impedire.
- 270 Iudex secularis adiri potest, & cogere ad iuramenti obseruationem.
- 271 Papa iurans ligatur, nec seipsum potest absoluer.
- 272 Superioris auctoritas in omni actu semper excepta, quomodo intelligitur.
- 273 Iuramenti dispensatio semper debet peti, nisi urgeat necessitas, & superior adiri non possit.
- 274 Virilitas magna aequiparatur necessitati.

Dispensatio

- 275 Dispensatio a iuramento sine causa facta, etiam in foro seculari non est tenenda.
- 276 Renuntiatio iurata necdum filiam, sed & nepotes ex ea excludit.
- 277 Iuramentum duo parit vincula personale, & reale.
- 278 Iuramentum, quo ad vinculum personale siue spirituale non transit ad heredes.
- 279 Iuramentum vinculum reale, pacti confirmatorium, transit ad heredes.
- 280 Renuntiationem filia iurata nepotes excludere quomodo intelligatur.
- 281 Ius accrescendi potius est, quam edictum successorium.
- 282 Mascululi cum iuramento renuntians etiam excluditur.
- 283 Filius propter expensas studij sine iuramento hereditatis renuntians, licet non excludatur, illas tamen expensas computabit.
- 284 Renuntiatio iurata an excludat a bonis emphyteuticariis, vel feudilibus.
- 285 Renuntiatio per filiam in manibus vnius fratris facta, an reliquis prosit.
- 286 Filia qua cum iuramento renuntiauit, in quibus casibus succedat.
- 287 Renuntiatio non trahitur ad ius de nouo superueniens.
- 288 Licentiatu qui iurauit doctoratum alibi non assumere potest alibi ex nouo examine doctorari.
- 289 Iuramentum non firmat contractus infidelium.
- 290 Renuntiatio iurata non ligat eum, qui prius non renuntiauit iurauerat.
- 291 Iuramentum primum quando prauidicet secundo.
- 292 Filia impubes qua renuntiauit, non ligatur iuramento.
- 293 Filia non obstante renuntiatione agere potest, ut congrue doretur.
- 294 Iuramentum habet vim specifici consensus, & qualiter intelligatur.
- 295 Iuramentum supplet consensum specificum ipsius iurantis, non alterius.
- 296 Filia, renuntians portio pertinet ad heredem vniuersalem, quantum extraneum.
- 297 Filia renuntians fauore fratrum, qui postea moriuntur, readmittitur.
- 298 Filia renuntians salua legitima successione, videtur fauore masculorum renuntiare.
- 299 Episcopus an relaxare possit iuramentum parte non vocata.
- 300 Iuramentum parit exceptionem litis finis impediendam omnem noua litis ingressum.

Duas habens filias.



DE DVAE filiae, scilicet Alterocha, & Adiecta erant naturales, & legitima filiae Raynutij, vt dicit haec glossa in princ. & latius dicitur infra super verbo, uxorem nomine Adelsiam. [An autem appellatione filiorum vel filiarum veniant nepotes, & deinceps recta linea descendentes, habetur plene infra super verbo, tandem sine liberis est defuncta.] Et sic potuerunt patri ex testamento succedere prout fecerunt, quia vna videlicet Adiecta directe, alia vero scilicet Alterocha successit indirecte per fideicommissum. Primò tamen, & interim ei relicta iure institutionis certa portio, vt infra videbitur. ¶ Quomodo enim liberi masculi sunt a patre necessarii heredes instituendi, aut nominatim exhaeredandi, vt plene dicitur super

verbo in eodem testamento relinquens. Sic etiam filiae necessarii sunt heredes instituendae, vel nominatim exhaeredandae. Cum hodie, quo ad hoc, sublatam sit differentia sexus, nec eas sufficeret inter caeteras exhaeredare, prout haecenus sufficiebat. In sti. de exhaered. libe. §. j. Quinimò tales, qui differentiam sexus obseruāt, sunt naturae accusatores, quae in procreando filias non magis peccauit, quam si masculos edidisset. Cum in vtriusque naturae aequaliter operetur l. maximū vitium. C. de lib. praet. vel exhaeredan. Ad eod. quod in statu innocentiae si Adam non peccasset, non solum masculi, sed etiam feminae fuissent in illo statu generatae, quia natura sic processisset generando, sicut Deus eam instituerat in humana natura marem, & feminam creando. Gen. j. & ij. c. Quinimò dicit Tho. in j. parte q. xcix. articu. ij. quod tot & non plus generatae fuissent feminae, quot mares, licet in praesenti statu interdum plures generentur, quam masculi, & econtra, vt infra dicitur, quia in isto statu post peccatum, corpus non est ita animae subiectum, sicut erat in statu innocentiae, vt scilicet secundum voluntatem generantis distingueretur sexus in prole, vt sic tot essent feminae, quot mares, vt quilibet haberet virum suum, & vir uxorem vnicam. Ideo aequaliter cum masculis etiam ab intestato suis succedunt parentibus. siue agatur de successione parentum ascendentium, siue descendentium, at collateralium; & succedunt cum masculis absque diminutione tertiae partis, quae olim eis auferabatur, & masculis accrescebat. l. m. c. minimus. C. de legi. haer. & In sti. de haer. quae ab intest. deferunt. §. item vetustas. & in auth. defuncto. C. ad Tertul. Ad eod. quod verificari potest dictum Apostoli ad Gal. iij. in fi. [Cui concordat textus in auth. de mona. §. illud igitur. ibi, quia quantum ad Dei cultum non est masculus neque femina, & c.] dicens: Non est masculus, neque femina quod est intelligendum, quia sicut vnus non est dignior altero, nec differens ab eo in fidem & gratiam Christi, sic nec quo ad capacitatem ex testamento, vel ab intestato succedendi, prout patenter in sacra scriptura nobis ostenditur, Actuum ij. vbi spiritus sanctus super mulieribus descendit sicut super viris, vt per Iohannem prophetam praenuntiatum fuerat. Iohel. iij. & propheta bunt filij vestri, & filiae vestrae, super quibus effundam de spiritu meo. Quae verba reasumit Euangelista vbi §. Or si pater patrum, & creator omnium in collatione suorum bonorum differentiam non fecit in sexu, pariter nos sexum femineum non postergare debemus, quoniam hoc esset nimis ancillare mulieres, quod lex ciuili non patitur, dicens: Non enim interest mulier sit an masculus. l. quauis. §. fin. & l. mulier ij. ff. ad Treb. & in auth. de monachis. §. illud. colla. j. ¶ Idcirco decidit Pan. in c. j. & c. cum seculum. de iure pat. quod filiae sicut masculi, tam ex testamento, quam ab intestato succedere possunt in iure patronatus ecclesiastico, quod patri defuncto iure patrimonij competeat, vel testatori extraneo, vt plene per eum in c. ex literis. eod. titu. & in c. fi. de concess. praeben. vbi femina etiam in dignitate non constituta, aut non nobilis, sed plebeia habere potest ius patronatus, & praesentare ad ecclesiam vacantem patronatam, vt etiam consuluit Cald. ti. de iure pa. conf. j. Et deputari potest executrix testatorum secundum gl. & Doct. in c. fi. eod. tit. lib. vj. videatis Rotam decision. ccccxxij. in nouis quod praesentatus ad causam dotis per mulierem, praefertur praesentato per maritum: imò plus dicit Aug. per illum text. in auth. quibus modis natu. effi. legit. §. sed & aliud. quod feminae quantuncunque meretrices

trices parentibus succedunt ex testamento, si hæredes instituantur, & ab intestato si in gradu parente læ sint proximiores, quem sequitur Iason in l. j. & l. idem & si. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. caus. Nec infames hæreditate priuantur, nisi in casibus expressis in iure. l. in arena. C. de inoffi. testa. secundum Bald. in l. Calsius. ff. de senato. & sic turpitudine vitæ non repellit [Vide infra super verbo, & *uxore nomine Adelasia*, in j. artic. successione ab intestato, circa princ. vbi dantur plura exempla.] ad successione. Et hæc vera regulariter, quæ fœminæ æqualiter succedunt cum masculis, nisi in tribus casibus. Primò in dominationibus feudalis, in quibus fœminæ iure feudorū non succedunt cum masculis, quibus solis feuda deferuntur, ea ratione, quia feuda cōceduntur, vt per vasallos dominus defendatur: at fœminæ dominum in bello iuuare non possunt, nec pugnam aut prælia cōmittere. c. vnic. §. filia. de success. feu. & in tit. qui feu. dare possunt. c. j. §. ho: autē notandum. & ibi glo. not. in verbo, legibus. per quæ tex. dicitur, quòd si feudum esset veditur per vasallum, fœmina proximior de genere venditoris non posset ex consuetudine Franciæ aut præsentis ducatus Aquitanie feudum illud retrahere, offerendo pretium infra annum, & diem iusta c. constitutus. de integ. resti. quia res in quibus non potest succedere, & quantum capax non est, retrahere non potest, cum retractus per successione ab intestato, & successio per seruitiū regulentur. [Nec in eis succedere per consuetudinem Franciæ, per quam acquisita per maritum sunt sibi, & uxori communia, quæ in feudis locum non habet per maritum acquisitis, quoniam in illis vxor feudorum incapax, non succedit, vt habetur infra super verbo, & *uxore nomine Adelasiam*. in iij. artic. successione ab intestato. in iij. conclusio. ne.] Per quam rationem dicuntur etiam clerici feudorum incapaces, nec in eis succedunt. Quod qualiter intelligatur plenè disputat Barb. in tract. de præstantia Cardi. q. v. Et si quispiam diceret, quòd plures hæcenus fœminæ visæ fuerunt pugnasse, præliaque multa commisisse, de quibus ex libris chronicorum saltem de multis habere possumus exemplum. Legimus enim primò de Minerva omnium Poëtarum muliere cantatissima, quam Aurelius August. lib. xvij. de ciuitate Dei c. vij. apud Tritonidem læcū anno ætatis Isaac lvij. apparuisse dixit, ex cuius nomine, & ipsa postmodum Tritonia appellata est. Et demū Pallas dicta fuit à Pallante Thraciæ insula, vbi nutrita fuit, siue à Pallante Gygante, quem interfecit. Quæ cum multa antè nō cognita reperisset, non solum Aphri, sed & Græci eam absque matre ex Iouis cerebro genitam credidit, ipsa enim ferrum in arma arte cōuertere, & armis corpus tegeret, aciem bellantium ordinare, & leges omnes quibus eatur in pugnam, edocuisse fertur. Idem Cic. in iij. de natura Deorum, libr. testatus est. Dicunt insuper eam numeros inuenisse, & in ordinem, quem seruamus eduxisse: nec non lanificium omnibus antea incognitum ostēdisse, quo ordine purgata lana, & dentibus ferreis pectinata, atque colo filata, etiam texturum excogitasse, vnde & lanifices postea, fullones, tinctorum, textoresque & puellæ, teste Ouid. iij. Fastorum lib. eius festum celebrare cœperunt. Etiam aulei, nec non quadrigarum vsum eòsque mortalibus incognitum practicasse, ac tibias seu pastorales fistulas primam composuisse multū credūt, adeo quòd his tō cōperitis prodigijs deitatum largitrix antiquitas eidem sa-

7 pientie nomen attribuit. † Diana insignis virgo Apollinis Delphici soror, quam Cic. lib. eo. de natura Deorum, præcipuam inter alias Deas, & nominatissimam asseruit, ob virginittatis amorem hominum spreto cōsortio syluas petiit, & venationi ferarum plurimū vacauit, ita quòd cum arcu, & phœtra antiqui eam describere, & memorū, ac montium dixere Deam. Tandem Orionem Neptuni filium 8 eam vitare volentem, occidit. † Artemisia Haly-carnassorū regina mulier magnanima virili robore atque audacia, & militari disciplina plurimū valuit, & multis triumphis maiestatem sui nominis exornauit. Quoniam, vt legimus, bis arma suscepit. Primò vt patriæ salutem tutaretur. Secundò vt socialem fidem requisita seruaret. Rhodios nauali prælio superauit, & Rhodam ipsam sibi vendicauit. Iustinus etiam in lib. Epitoma. dicit Artemisiam in auxilium Persis. contra Græcos venisse, & inter primores duces acerrimè bella. [De ista magnanima inclytæque regina, vide infra super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. dum ibi loquitur de viduitate seruanda.] † Semiramis Nini magni Assyriorum regis vxor, anno à natiuitate Abraham xij. Cum eius maritus morte sublatus fuisset, regimen suscipiens, nec contenta acquisitos à viro regni terminos tueri, Aethiopia suo adiecit imperio: Indis etiam bellū intulit, quòd præter illam, & Alexandrum magnum, nemo intravit, multaque præterea ciuitates alias cōdidit, & inuentrix femoralium fuit, vt habetur in historia Scholastica, secundum Lyram. Gen. ix. super verbo, verenda, & ingentia facta peregit. † Pithadoris Ponti regina suscepto regno multa in Ponto gessit prælia, cui ob eius virtutes Tibarini, & Chaldæi vsque in Cholchidem sese vltro subdidere, Sirina quoque & Themisira, atque Phanera prouinciæ, & illi mox paruere. De Cleopatra Aegypti regina legitur, quòd cum Antonio eius viro in Attico bello fuit. Mithridata Marcepia sua fortitudine regna obtinuit. Mamiliamque dextram abstulit, ne à sagittationis impediretur exercitio. Pariter Mamma seu Manica Aegyptiorū regina ob animi præstantiam viribus auctis, Romanis quam maximè formidabilis fuit. Quæ cū frequētibus præliis Romanorū opes attriuisset, etiā Palestinorū & Arabici limitis oppida vastauit. † Panthasilea etiam Amazonū regina, quanta in bellis Iliacis strenuè gesserit, Poëta j. Aeneid. testatur: Panthasilea, inquit, furens mediisque in millibus ardet. [De his mulieribus & earū conditione dixi j. super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens.] Camilla Volscorū regina ex Methabo rege, & Castamilla coniuge nata, virgo insignis ac memoratu dignissima, cum eius mater primum eam peperisset, & obiisset: Methabus rex ipseus Camillæ pater regno statim pulsus fuit, de quo nihil retinuit præter hanc paruulam præ cæteris rebus sibi dilectā. Quam cum in nemore detulisset, eam sereno lacte educavit. Quæ cum adulta fuisset, fœmicos labores à se omnes abiecit, & corpus suū multis laboribus assuescere cepit, vtpote fundas circumagere, arcus tendere, ceruos cursu insequi, & plura alia pertractare, vt sic virginittatem suam præ cæteris omnibus inuiolatam obseruare posset. Quibus exercitijs assuesceta in patrum regnum aliquando peruenit: tandē cum Aeneas è Troia in Italiam peruenisset, & Lauiniam Latini regis filiam sumpsisset vxorem, & ob id bellum inter Turnum, & Aeneam exortū fuisset, ipsa Turni partibus fauens, eidem cum grandi suorum. agmine in auxilium

auxilium venit, & cum armata sæpe irruisset in Troianos, ac multos ex eis occidisset, & ipsa faucibus occubuit. Ea quidem tantæ dignitatis & probitatis virgo fuit, vt in eius laudem Vergil. longa descriptione 12 septimum Aeneidum librum terminauerit. † Nonne Thomiris regina Scytharum cum audisset suorum cædem, & filij vnici mortem, fœminæ postpositis lachrymis, Cyrum primum regem Persarum ad montium angustias perduxit, ibidemque cum ducentis millibus obruncavit? Zenobia Palmirenorum vrbis Assyriorum regina, omnium virtutum fœmina insignita, vt antiquæ paganorum literæ testantur, à Ptolomæo Aegyptiorum regibus clarissimam duxit originem? ferunt autem ipsam cum primū adulta fuisset, mulierum officia penitus spreuisse, & syluas ac nemora phœtra accincta incoluisse, & ceruos ac capreas cursu, & sagittis, indèque cum ad robustiores peruenisset vires, vrsos ac leones, & pardos multos interfecisse: tandem pro conseruanda virginittate, non solum frigus, sed æstus, atque imbres tolerasse. Sed etiam hominum contubernia spernere assueuisse. Verū, instante nubili ætate, amicorum consilio & precibus lacessita, Odenato nobilissimo Palmirenorum vrbis principi se nupsit, quæ cum ceruere virum suum captum à Saporu Perfarū rege, militare disposuit, ita quòd sumpto regio ornatu collectis copiis, in Saporum regem iam latè Mesopotamiam occupantem animosissimè profressa est, & nullis parens laboribus, non solum Saporum acerrimum regem superauit, sed & Mesopotamiam sibi ademit, & ipsum Saporum regem vsque ad Ctesiphontem pepulit, & fugauit. Ac postmodum cum omnem Orientem à Romanos spectantem vnā cum viro pacatum obtinisset. Odenatus cum Meuius eius consobrino simul cum Herode eius filio occisus est. Quibus trucidatis Zenobia generosi animi mulier statim imperium intrauit, ac viriliter gubernauit, & adeo gloriosè illud rexit, vt nec Galienus & Claudius imperatores aliquid contra eam attentare præsumperint. Similiter nec Orientales Aegyptij, nec Arabes, aut Saraceni, vel Armenij populi. Quinimo eius potentiam timentes, suos terminos seruare posse contenti erant. Quippe omnes illam ob egregiam eius belli industriam, & militiæ disciplinam timebant, & venerantur. Nam tantæ fuit virtutis, vt Galieno atque Claudio Augusto sublatis, & Aureliano in principatu suffecto ad ignominiam Romani nominis expiandam, & ingentem gloriam consequendam, plures in se traxerit, cum quibus multis confectis bellis tandem cum multis legionibus haud longè ad Emesem ciuitatem deuenit, vbi Zenobia imperterrita cum suo exercitu eum expectauit, cum quo diu & acriter pugnavit, & demum in Palmiram se recepit, vbi per Aurelianum capta, & cathenis aureis vinceta, Romam in triumphum ducitur, & ab Aureliano libera pronuntiat, cui à senatu Tiburrina possessione concessa, ab eadem Zenobiana dicta est. Et contra Antigonom xxxvij. Macedonum regem sumpto regno confestim Spartanis bellum inferentem, non ipsi tantum, verū & vxores liberiq; magno animo fortunam tulere, ita quòd nemo ipsorum in acie saluti pepercit, nulla amissum 13 coniugem fleuit. † Præterea de Cloelia virgine Romana habetur, quòd Porfena urbem obsidente cum Ethruscis, quorum rex erat, noctu Tyberim transfretauit, obses regi data. Quo facinore Porfena rex & Romanorum obsidione defecit. De qua virgine

Valerius libro iij. titul. de fortitudine cccxli. sic dicit Immemorem me propositi mei Cloelia facit, penè eadem enim tempestate, certè aduersus eundem hostem, & in eodem Tyberi inclytum ausa facinus, inter cæteras enim virgines obses Porfena data hosti, nocturno tempore custodiam egressa equum conscendit, celerique traiectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam soluit, viris puella lumine virtutis præferenda. Hæc ille. Quarto etiam Iudicum legitur, quæ Iael fœmina interfecit Sisaram. Et postremò modernis temporibus memoriam hominū nō excessit, inaudita prælia Ioannam Dare subulcam, vulgariter, la pucelle, appellatam, in hoc Franciæ regno peregrisse, ipsumque regnum longissimis temporum lustris ab Anglis ferè totaliter occupatum diuina operante gratia, sub obedientia recolendæ memoriæ Caroli septimi tunc regis Francorum Christianissimi tempore breui reduxisse, secundum gl. in prin. pragmatica super verbo, gratia. [De ista virgine in strenuitate conspicua qualiter ab impositis fuit post obitum purgata habetur super verbo *Mortuo iug. testatore* j. Et de suis vestibus, casu & morte dicitur super verbo, *Cnidam Petro tradiderunt*.] De hac inclyta corde & moribus nobili puella ex lib. x. Guaguini historici. c. j. ac diuersis ibi dictis, & varios effectus habui. Quòd Carolo rege antedicto regnante, & quasi absque regno existente, vrbèque Aureliana per Anglos obsessa, annos viginti nata erat Ioanna patre Iacobo Darco, matre Isabella apud Vallicontem in vico Dampremo genita, quæ ob corporis perpetuam integritatem puellæ appellationē obtinuit, nutūque diuino ad Carolū veniens, tametsi nullo illum tempore vidisset, ipsæque præ cæteris aulicis veste minus ornatus ex industria esset, reuerenter tamen atque vrbane regē intuita, saluè, inquit, generosissime rex, detq; vitam tibi propitiā Deus. Cui cum se regem esse Carolus pernegasset, Ah, inquit puella, Tu ipse rex es Francorum nobilissimus. Ad cuius verba spem cœpit rex cuiuspiam fortunæ melioris, itaque selectis prudētibus aliquot viris, qui eam diligentius probarent, illa se ideo venisse constanter affirmat, vt Carolum in regnum restituat, Deum ita decreuisse, vt se duce Aurelianeses obsidione liberentur, & Agnli tandem Francia excludantur. Perducturam se Carolum ad Rhemos, vbi more maiorū sacra vnctioe liniatur, de quibus omnib; oracula diuinitus accepisset. Et cum de aliis arduis, & ad religionē Christianam pertinentibus multa accuratè rogaretur, supra fœminæ sensum respondebat. Siue enim de diuinitate, siue de bello quæreretur, non muliebriter, sed scitè & quasi perita loquebatur, ita vt mulier admirationi esset multis. Vtebatur in expeditionibus gladio, quem hoc modo naeta fuerat. Est templum in agro Turon. diuæ Catharinæ dicatum, genti regionis illius plurimū venerabile, vbi donaria plurima, atque vetustissima visuntur. in eo tēplo antiquū enssem inter sacras oblationes vtraque parte liliis insculptum extare Carolo Ioanna patefacit, petens vt misso ad tēplū armorū fabro gladium illi dono perferat. Admiratus Carolus si templum illud aliquando Ioanna inuisisset, percontatur mulierem qualiter id norit, neque inquit puella locum noui, neque humano ad hoc authore vsa sum, Deus est, qui reuelauit. Mittere rex opificem, qui inuentum ad se gladium ferat. Profectus ad templum faber enssem inter squalentia alia arma rubiginosum ad Carolum perferat, quem mox Ioannæ rex donauit. Quæ cum cordata esset, &

considerans Deo mulier, multa quæ à præfectis de bello consulebantur improperebat, & quædam exequi mandabat. Aderat enim præstantibus suis egregiis armis instructa, equo vsa potenti & animoso, in quæ expeditè instar expediti militis consendebat, negotiosa hæc mulier Aurelianam dissoluens obsidionem, in humero scorpione ex propugnaculo misso vulneratur. Quo vulnere neque tristior, neque negligetior fuit, stans continenter ad fossæ labrum, & militem fortiter agere admonens. Indè iue mense Iunio insequenti anni, qui fuit Christianæ gratiæ cccxxix. supra mille, Ioanna puella Carolum conueniens. Iam, inquit: serenissime rex, hoste superior esse incipis, multas vrbes atq; arces ex Anglis ereptas tibi audientes videmus: nunc tuæ consecrationis tempus aduenit, diuinæ dignationi placet ad Rhemos proficiscaris, ubi morte maiorum sacra vnctione delibutus diadema suscipias, qua vna re venerabilius Franco populo tuum nomen erit, & hosti formidabile: nihil te perterreat, quod Campania & reliquæ ferè Belgæ omnes ab hoste tenentur. Viam tibi propitiatore Deo parabimus, tantum copias contrahere, vt Dei decorem exequamur. Hæc Ioannæ verba spem omnibus faciebant magnam, propterea quod vitæ puritate puella præ se ferebat sanctitatem, & nihil mulieriter agebat, aut loquebatur. Enimperd sacerdotali confessione quaque ferè hebdomada conscientiam purgabat, & diuinam eucharistiam desumebat. Vnde collecto apud Gyen non mediocri exercitu Ioanna præeunte, & Carolo omnia subiciente, Rhemos, qui Anglo parebant, Carolus adoritur: quos nulla vi recepit, lætis proculdubio ciuibus suum regem excipere, itaq; Carolus & vnctus, & coronatus est à Reginaldo Chartensi Rhemorum antistite, assistente puella, quæ militare vexillum manu gerebat, nimirum exultans, quod se vna hortante Carolus regni diadema, & sacram vnctionem loco celebri, atque huiusmodi sacri multos per annos ad id muneris designato recepisset. Sacratione absoluta spe nobili adducta, & post gesta alia magnifica Ioanna ciuitatem Parisien. oppugnare (præter omnem opinionem) constituit, ubi ad sancti Honorati portam expugnato cõ festim propugnaculo (quod pro porta extructum erat) è muro sagitta in crure percussit. Nec eo tardius in opere perseuerat, commilitones perseuerare cohortans, nec potuit inde reuocari, donec Alencornius laboriosam mulierem per se reduxit. Sequentur eam regni proceres, & cuncti pugiles, qui tametsi stipendio regio non iuuarentur, visendæ tamen Ioannæ causa, quam diuinitus missam arbitrabantur, militare non recubant. Hæc ille. In hac profectò virgine verificatum fuit, quod à diuo Ambrosio dicitur: Virginitas ipsa Dei templum est: qui eam habet, fortitudinem habere conuincitur: quia secundum Augustinum libro secundo de ciuitate Dei, cap. xxvj. tanta est vis probitatis & castitatis, vt omnis vel penè omnis eius laude moueatur humana natura. Nec vsque adeo sit turpitudine vitiosa, vt totum amittat sensum honestatis. Virginitas virtus est animi, comitemque secum habet fortitudinem. xxxij. quæstion. v. ca. ita ne aliquem. Et de omnibus iamdictis mulieribus dici potest illud Boët. libro primo de conso. has saltem nullus potuit pervertere terror, quod multum cedit eis in laudem. † Et insuper fœminæ nedum strenuitate & fortitudine, verum etiam sapientia, atque industria viguisse leguntur. Opis alio nomine dicta Ops, fœmina fuit, quæ sui prudentia Iouem, Neptu-

num, atque Plutonem filios vnâ cum Saturno, contra hostes fœuissimos à morte liberavit: ob quod adepta fuit tam grande nomen, vt ipsa diceretur mater Deorum. Et Iuno eius filia Ioui tandem nupta, olim regina cœlorum arbitrata est. Nicostrates vaticinatrix clarissima, mulier quidem Arcadia de carminibus Carmenta cognominata, hostia Tyberis intrans in Palatino monte, vbi nunc Roma habetur, confedit, in quo Euandro eius filio rege constituto, cum ipsa Græcarum literarum doctissima esset, atque versatilis ingenij, incolæque syluestres comperisset, novos literarum characteres inuenit, eosque earum coniunctionem atque sonos edocuit. Cuius admirati rudes posteri eam non mulierem humanam, sed Deam arbitrati sunt. Vnde Poëta viij. Aeneidos:

*Tum rex, inquit, Euandrus Romane conditor arcis,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
Me patria pulsam pelagique extrema sequentem,
Hic posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis Nympha morata, & Deus ausor Apollo.*

Hoc idem Ouidius libr. Fastorum confirmat. Sic Isis regina Aegyptiorum (teste Isidoro libro j. Etymologiarum) literas Aegyptias inuenit, & præterea Diosdorus libr. j. de antiquorum gestis, dicit: Isidem hanc Osiridis Aegyptiorum regis vxorem interpretatam Cererem inuento primû tritico & hordeo, quæ prius incognita hominibus casu inter cæteras herbas orbantur. Ab Osiride verò eorum fructu cibi vtilitate animaduersa, omnes eo nutrimenti genere esse vsos, tum propter cibi reperti suauitatem, tum quia vtile videbatur. Signa huius inuentæ segetis ferunt, quod ab Aegyptiis veteri lege, & nunc quoque obseruatur, vt meliores æstate spicas maturas ad manipulum excerpant in Dei oblationem, atque Isidem inuocent. Hæc ibi. Sapho Erexia diuini ingenij poetrix vates quoque fuit nobilissima. Oida pariter Sellum vxor Iosifæ regi vaticinando multa prædixit, & præsertim Hierosolymorum euerisionem, vt patet liij. Regum. xxij. ca. Herina poetrix multa laude digna conscripsit, quæ Nestenabo Aegyptiorum regi vsque in Aethiopiampulso reditum suum prædixit. De Didone Phœnica dicitur Aeneid. primo. Iura dabat legesque viris. Similiter Rebecca filium suum Iacob instruxit, vt benedictionem paternam obtineret. Eumque suo consilio à fratris sui Esau persecutione liberavit. Genes. vigesimo septimo. Bethsabæ pro Salomone filio suo prudenti sermone regnum adepta est. liij. Regum j. cap. Hester quoque sua sapientia locutione ab Asuero rege, quod voluit obtinuit. Abigail etiam sua sapientia, & animi sui prudentia Nabal virum suum à morte eripuit. j. Regum xxv. Et Iudith castissima ab Holophernis furore populum Dei liberavit, Iudith xij. Necnon Debora vxor Lapidoth spiritu prophetiæ repleta iudicabat populum in tempore illo, ascendebantque ad eam filij Israhel in omne iudicium, Iudicum iij.

Cornificia Romæ poetrix fuit clarissima, quæ tanto effulsit Poetico dogmate, vt Cornificio eius fratri germano poetæ summo, quæ foret gloria illustris, hæc profectò nõ contenta pulcherrimis valuisse verbis, nisi vt Elycon carmen describeret, atque plurima & in signa descripsit epigrammata, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipse testatur, extabant. Quibus virtutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen.

Sicut Hortensia Hortensij Romani oratoris filia, quæ (vt Valerius libro viij. tit. de mulieribus eausi-

dicis. in si.) cum triumuirorum magistratu matronarum Romanarum multitudo publica exigente necessitate, intolerabili grauaretur onere, nec hominum inueniretur aliquis, qui sibi patrocinium præstare auderet, sola ausa est animo constanti coram triumuiris rem fœminarum assumere, eamque perorando tam efficaciter in exhausta facundia agere, vt maxima audientium admiratione crederetur esse Hortensius pater. Quamobrem quicquid expetierat, non solum obtinuit, verum etiam longè plus à triumuiris laudari promeruit. Et Clodoueus regum Franciæ protochristianus consilio, & sapientia Clotildis vxoris suæ Baptismi lauacrum, vt infra dicitur, promeruit. Proba mulier Romana elegantissima, Adelpi proconsulis Romani vxor, tam literarum, quæ am nomine memoratu dignissima, cum Christiana esset, liberalibus artibus plurimum valuit, & inter alia eius studia adeo perugili cura Virgilij carminibus familiaris fuit, nunc huc nunc illuc per Bucolicum, Georgicum, atque Aeneideum saltim discurrere carmen, nunc hac ex parte versus integros, nunc ex illa metrorum particulas carpens, miro artificio omnem veteris, & noui Testamenti historiam placido, atque expedito, & sicuti pleno versu descripsit, adeo aptè integros collocans, & fragmenta connectens, seruata lege pedum, & carminis dignitate, vt nemo nisi expertissimus compages posset aduertere, & bis ab orbis exordio principium faciens, quicquid historiae in veteri atque nouo legitur testamento, tam comptè composuit, vt huius compositi ignarus homo prophetam pariter, & Euangelistam facile credat fuisse Virgilium, vocauitque opus suum à se compositum Centonem, quod sæpe videtur, & habeo propria manu scriptum. [Melius diceretur Virgiliocentonem, quasi opus de versibus Virgilij compositum. Sicut Eudochia Theodosij minoris vxor Homero centonem ex versibus Homeri de Christo compilauit, de quibus meminit Hieronymus in epistola ad Paulinum cap. vj. ibi, quasi non legerimus Homero centonas, & Virgiliocentonas, &c. quia centones sunt non opera ipsa sic composita, sed sunt illorum compositores, qui ex multis hinc inde compositis vnum corpus faciunt, secundum gloss. ibi.]

Habuit Boëtius vxorem prudentissimam nomine Elphe, quæ hymnum fecit oliuæ binæ de Petro & Paulo Apostolis. Ioannes Andreas literatissimam habuit pariter vxorem, quæ sibi & Cyno doctori legum eius compatri multoties de difficultibus iuris respondebat. Sic & Ioannis Calderini vxor, secundum Panormi. in cap. cum inter vniuersas in si. de elect. Præterea Philippo Euangelistæ quatuor filia erant virgines prophetantes, vt habetur Act.

xxj. † Etiam narrat Seneca libro j. de clementia. capit. v. quod cum quidam rex non posset potentia quendam suum destruere inimicum, reginam consuluit coniugem suam, quæ tali regi dedit consilium. Fac domine quod medici facere solent, quia vbi vsitata remedia minimè prosunt, tentant contraria: si seueritate nihil profecisti, nunc tenta quomodo cedit tibi clementia. ignosce illi. Quod ille gauisus annuit, factoque adimpleuit, & consulit ei consulatum, ex quo habuit eum amicissimum fidelissimumque heredem. Et hoc est, quod diuus consuluit Bernardus in epistola de cura domus, & rei familia. Quod bladum tempore caritatis minori pretio est vendendum vicinis & inimicis, quia non semper gladio: sed sæpe seruitio vincitur inimicus. [Hoc

antiquum diuinæ iustitiæ, & proprium semper extitisse sacris memoratur in literis, reuocare peccatores ad vitam via atque ordine triplici, vocibus præconum & vatum per correctionem, largitate quoque benefica, flagello denique, si duo priora non corrigunt. Hæc Matthæus Bossius in iij. parte, epistola lxx. incip. Primo beneuolentiæ ortu.] Quod probè monnet Cato dicens:

Qua superare potes, interdum vince ferendo.

Maxima enim morum semper patientia virtus.

[Vt plenius habetur infra super verbo, Testamenti. iij.] & superabundans beneficio vincere inimicum. Plerumque siquidem id cuenit, vt qui peccata atque iniurias facile vicisci non possumus, eas alieius dignitatis ratione assumpta ad gloriam conuertamus: quia vt dicit Vale. lib. iij. tit. de reconciliatis, de Publico Vatinio ac Cicerone loquens. Speciosius aliquando iniuriæ beneficiis vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur, cui conuenit Cato:

Vincere cum possis interdum cede sodali:

Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Qua sagacitate in Balduinum forestarium vsus fuit Carolus Caluus Francorum rex, & Flandriæ comitatus dignitatem hac occasione accepit, de quo Guaguinus libro v. capit. j. de prædicto Carolo loquens: † Eius, inquit, regis ætate, Flandria, quæ paucis tunc vicis atque ædificiis ornata erat, & feris magis quàm hominibus incolebatur, eique prædicabatur à rege custos, qui Francorum lingua forestarius dicebatur, comitatus dignitatè hac occasione accepit. Erat autem Balduynus, cui patre defuncto cum in magistratu illo fuisset à Carolo institutus, Iudith regis filiam, dum ex Anglia reuertitur sibi rapere temerarius iuuenis ausus est, nupsit enim Adoloto Anglorum regi, qui cum absque liberis decessisset, Iudith viro destituta, in Franciam ad patrem rediens deprehensa est. Cuius rei gratia Caroli iussu coëntes episcopi Balduynum excommunicatione percellunt: at cum nihilominus facti non poeniteret, consilio procerum persuasus Carolus permittit filia Balduyno in matrimonio copulari, & de custode Flandriæ comitem Balduynum instituit. Eius certe Caroli Calui extant præclara & religiosa monumenta. Hæc ille.

[Nam in hunc modum filia iniuriam tulit, & suam multo laudabilius, vt à simili de Pifistrato Athenien. tyranno dicit Vale. lib. v. tit. de Humanitate.] Et semper fuit, & est comitatus ille regi Franciæ subditus, & de resorto curiæ Parlamenti Parisius, vt dicit Bal. in authen. statumimus. C. de epif. & cle. versi. iuxta hoc quæro, &c. Vnde propositum continuando non immerito Iustinianus vxorem consuluit, & bonum ac sanctum consilium reportauit, vt infra videbitis. Cæteras taceo fœminas, vel quarum iahonestia vita nomen, & scientiæ famam denigrauit, qualis Medea fuit, & Sapphos Lesbica: aut quibus largitor omnium prætextu sanctitatis vitæ spiritum sapientiæ, prophetiæ, & literalis scientiæ infudit, quales fuerunt Sibyllæ, & plures aliæ Romanæ fœminæ, in quibus literaria dignitas seruata est vsque etiam ad diui Hieronymi nostri tempora. Quibus omnia fermè scripta & editiones dicauit suas, vt visus sit Paulam, Blefillam, Marcellam, Aletam, Afellam, Celantiam, multasque alias non minus, quam illius tēporis viros dignas, meritalque dixisse, quib. suos dedicaret libros, suumque desudaret ingenium. † Sed restat, quod fœminæ sanctitate insignes nedum arma cum laude tracta-

¶ runt. Verum etiam literis ornata fuerunt. [Hodie do-
lendum, quod non literis vacant feminae, unde Mat-
thaeus Bossus, in iij. parte epistola lxxvij. incip. Quas
scriptit ad te Anna. Degeneravit iam dudum, inquit, a
pristina gloria literaria in feminis dignitas, si non
magis interit, non ut puto, quod sit ita defecta labela
Et atq; nam, ut non possit quod potuit propagare rur-
sum, id, qui magnificum & gloriosum in literis, prio-
res illae tenuerunt innumerabiles, & clarissimae femi-
nae suis fastidiosius seculis, quarum illustrium aeter-
nis monumentis amplissimi etiam referti sunt codi-
ces, sed in vitio sunt sine dubitatione pariter, qui vel
erubescunt suas seipsum praestatores habere filias, qua-
rum erudito ingenio, audacique facundia capi, & suf-
fundi queant, vel quod dare & accipere chirogra-
phum valeant, teneros ad amores, & occultas saga-
cius si a mas proci aperire, quae ab his omnino abest
occasio atq; malicia, quae literaturae sunt prorsus ex-
pertes. In quo cum his nullo sane modo ipse conuenio,
ut dedecori sit progenitoribus natorum doctrina no-
scendiq; nobilitas, quando dignitas generantium to-
ta pendet a genitis, nec plus excellit vlla paternitas,
quam sit excellens suipius filiatio, & illud sit veris-
simum dictum in sacris proverbiis: Gloria patris est fi-
lius sapiens: & insequenter, filius sapiens laetificat ma-
trem. Ita neq; vllum vehementius fraxum contra iu-
venilem calorem omninoq; libidinem mihi omnino
esse videtur, quam literarius labor, & incitata studio-
rum aviditas atque constantia. Qua ratione Hierony-
mus diuus, & occulatifsimus omnium, aptissimè admo-
net. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non
amabis: A pugillari vigiliq; lucerna Venus ebria cum
pharetrata prole migrat impatiens, vbi se confestim
insinuat liuida, macilentaque Minerua. Adde & istud
q; tamen non ex se, verum ex modo vsetum ta no-
cua, quam vtilis fieri scientia potest, ignorantia ta-
men semper est pessima, nec vquam abest a turpitu-
dinis vitio. Hae ille.] Mulieres pariter omnes fere ar-
tes inuenerunt. Et praeterea olim artibus liberalibus
instruebantur. I. qui filium. ff. vbi pupillus educari de-
beat, vbi glossa dicit, quod antiquitus mos erat mulie-
res legere Grammaticam. Et sic non sine causa ho-
noranda veniunt, prout in plerisque locis homines
mulieribus assurgunt, & in via eis cedunt, ac eas se-
dibus praepouunt, ut nostri Tolosani & fere regnico-
lae omnes facere consueverunt. Quod a Veturia Corio-
lani matre habuerunt, qui exactis a Roma regibus e-
gregius bellator, ac strenuae virtutis adolescens his
temporibus propter virtutis suae praestantiam a Ro-
manis summo in honore habitus est, qui (ut Plutar-
chus ait) ab incunte pueritia ita corpus ad omne ge-
nus pugnae exercuit, ut cursu peragilis in capiendo
pugnandoque ineluctabile pondus habuerit. hic ita-
que paulo superius exacto Tarquinio, iam pubescen-
te adolefcentia prima meruit stipendia, qui statim cum
Romanum in bello succumbentem videret, inspicien-
te dictatore eo prius profecto irruentem confodit ho-
stem, quam obrem illum dictator quercia donauit co-
rona. [Huius arboris fronde coronabantur tunc vi-
ctores in defectum Lauri, quo ex post coronati fue-
re, & coronantur. Quercus enim arbor est glandife-
ra, quam veteres Graeci esculum appellabant, eo quod
prisci ex illius fructu escam sumerent, iuxta illud Boe-
tiji libr. j. de consola. ibi. Et soluebant ieiunia glande,
in signum cuius adhuc hodie glandis appellatione
omnis fructus continetur. l. j. ff. de glande legen. imò
Adam a paradiso ciectus stomachum fructu illo sa-

turavit, primam famem pellendo. Etiam in praemium
victoriae fronde illius coronabantur, de quo meminit
magnus ille Ouid. lib. j. Metamor. dum dicit:
Hic iuuenum quicunque manu pedibusq; rotant
Vicerat, esculca capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat, &c.
Laurus enim nunquam fulgure percutitur. ideo Ty-
berius iij. Romanorum imperator tonitrua praeter
modum expauescens, turbatiore caelo coronam Lau-
ream capite gestabat: quia fulmine afflari negatur id
genus frondis, ut refert Antonius Archiepiscopus Flo-
rentinus in j. parte historiali. tit. vj. c. xxxj. §. j. de illo im-
peratore loquens, de quo plene habentur infra super
verbo, adiecta impuberi. dum loquimur de excellen-
tia hominis quo ad corpus.] Quo honore stimulat
Coriolanus ipse sibi fortitudinis aemulationem propo-
suit, cum virtutis vberimum alimentum sit honos, qui
virtuosis datur, sicut debetur, quia secundum Philo-
sophum solus est praemium virtutis, quae alio quo-
cumque munere praemiari non posset, quod ab Atheni-
sibus originem sumpsit, ut Valer. li. ij. tit. de institutis
antiquis. Eadem inquit ciuitas, scilicet Athenarum
bonos ciues corona decorandi primò consuetudinem
introduxit, duobus oleae, id est, arboris oliferae cone-
xis ramisculis, clarum Pericles, id est, hominis virtuo-
si, cingedo caput, probabile institutum, siue rem, siue
personam intueri velis. Nam & virtutis vberimum
alimentum est honos, & Pericles dignus, a quo talis
muneris dandi posteritas potissimum initium caperet.
Hec ille. Vnde Romani, qui & leges, & optimos Gre-
corum mores sequebantur, virtuosam coronam quercia
fortè in defectu oleae praemiabant, quo praemio Co-
riolanus fuit merito decoratus, cumque multa Romani
decerant bella, è nullo sine corona, aut praemio
discessit. Ceteris enim virtutis finis erat gloria. Huic
verò gloriae finis materna erat laetitia. Nec sibi hono-
ris magis aliquid ducebat, quam ut eum coronis or-
natu aspiceret mater. Paulòq; post cum pecunias pro
parta victoria spreuisset, Coriolani cognomen de-
cretum est, qui antea Marcus vocabatur. Demum pete-
te eo consulatur, & cicatrice ostendete, quas per tre-
decim annos bellando exceperat, licet à cunctis vir-
tutis eius veneraretur, tamen non è dè statim, quod po-
stulabat concessum est. Qua iniuria laesitatis disces-
sit, ac ipse statim cum Tullo Volscorù principe se con-
iungens dux belli efficitur, moxque contra Romanos
bello suscepto coram agrum inuadens, maximam praedam
exportauit, & depopulatis Latinorum finibus, castra
ad Celas fossas quadraginta ab vberstadiis distantes
collocauit, propter quod Romani timore perterriti
primò legatos, secundò pontifices cum infulis, & suis
in signibus velatos supplices miserunt: qui frustrati
redire, tertid cum iam desperatio Romanorum ani-
mos intrasset, Veturiam eius matrem & Voluniam con-
iugem mittunt: ac ille cum dura legatis & pontificibus
respondisset, matris precibus permotus, Volscos ab
obsidione remouit. [De quo Valerius lib. v. tit. de
pietate erga parentes, pulchra diserit, & titulo de in-
gratis, cum a Scipione Africano discreuit, Africanum
ei laude praeforendo, quia iste metu & violentia de in-
gratis Romanis sumpsit vltione: & Africanus ossa so-
lum & cineres suos eis negauit, sepulchro suo inscri-
bi iubendo, ingrata patria nec ossa quidè mea habes.
Quid ista aut necessitate indignius, aut querela ius-
tius, aut vltione moderatius? Cineres ei scilicet ciui-
tati Romanae suos negauit, quia in cineres collabi non
fuerat passus. Igitur haec vnam Scipionis vindicta in-
grati

grati animi vrbs Romana senfit maiorem (me hercle
id est ita iudicante) Coriolani violentia, id est quam
fuerit violentia Coriolani: ille enim scilicet Coriola-
nus metu patriam pulsauit. hic scilicet Africanus vere-
cundia, quae grauior est metu: quia metus cadit etiam
in eum qui non peccauit: verecundia non nisi in pecca-
ti conscio.] Ob Veturiam igitur beneficium ne ciuitas
ingratitude argueretur, ex senatusconsulto ad per-
petuam rei memoriam eo loco, quo haec Veturia filij iram
molluit, templum & ara fortunae constructa sunt.
20 Et tunc insuper cum nullus vsque ad id tempus vel mo-
dicus a viris mulieribus praestaretur honor, sanctum
fuit, ut mulieribus homines semper assurgerent, & in
via eis cederent: de quo Valerius lib. v. tit. de gratis.
sic dicit: atq; ut a publicis actibus ordiar, Marcum Co-
riolanum patriam oppugnare conante admotumque por-
tis vrbs ingenti Volscorum exercitu, sanus ac tenebras
Romanorum imperio minitantem Veturia mater ac
Voluniam vxor nefarium opus exequi precibus suis
passa non fuit: in quarum honorem senatus matronarum
ordine benignissimis decretis adornauit. Sanxit na-
que ut feminis in semita viri cederent: confessus sci-
licet senatus plus salutis reipublicae in stola, id est ve-
ste matronarum, quam in armis fuisse, scilicet virorum.
Vetustisq; aurium in signibus quibus supple ante vte-
bantur, nouum vittae discrimen adiecit, id est nouum orna-
tum in capite. Permisit quoq; his purpurea veste & au-
reis uti segmentis, id est ornamentis colli aureis. i. ex
auro quasi in squamas secto. Super hoc adem & ara
Fortunae muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus
fuerat, faciendam curauit, memorè beneficij animu suu
exquiritate religionis cultu testando. haec ille. quod
nunc vsque inter nobiles & nostros, ut dixi, Tholosa-
21 nos obseruatur. Et tunc adeo, quod licet tales mulieres
agere non possent actione iniuriarum, si eis viri non cede-
rent in via & sedibus, sicut agere non posset maior, si
ei non cederetur per minores. ut l. iniuriarum actio. §. si
quis de honoribus. ff. de iniur. Tamen agere possent
seu intetare officium iudicis, ut viri eis cedant, minores
maioribus in sede via & ceteris consuetis honoribus.
¶ Nam honor consistit in sedendo ante alios. c. solita. 24
de iur. & obe. l. j. & ij. c. ut dignita. ordo seruetur
in l. si. ff. de albo scrib. Imò si essent in possessione vte-
ditali priuilegio, eis competere remedia possessoria.
secundum Io. Fab. & Ang. in §. alia verò. insti. de bon.
¶ Bene dicit priuilegio: quia solus vsus sine tit.
priuilegij aut possessione immemorali cum sit con-
tra ius commune, non posset tribuere possessionem, nec
causare praescriptionem. c. j. vbi bonus tex. & glo. opti-
ma. de praescrip. lib. vj.] Plus dicit Bald. in l. obserua-
re. §. antequam. in fi. de offi. procon. quod existens
in possessione alicuius sedis vel alterius honoris, si in
illo impediatur, potest de facto resistere etiam armata
manu: & fortius posset actione iniuriarum eo tunc age-
re, cum nemo teneatur iniuriam pati nec patrii pensio-
ne proprii honoris, & ex consuetudine competentis cu-
25 ius est possessor. [Ad hoc facit quod dicit Bart. in l.
j. §. hoc interdictum. ff. de itinere actuq; priuato. qd ea
iura quae remedio aliquo possessorio tueri possunt, et-
iam manu armata & potenti licitum est de facto confer-
uari, quae sequitur Panor. in c. j. de immuni. ecclesia-
rum.] Et ad hoc, scilicet quod pro honoribus remedia
competant possessoria, est tex. quae ad hoc ibi ponderat
Bal. iij. col. in c. licet causam. de probat. quod est no-
tandum: quia saepe contingit, & alia vidi plura deba-
tari & iurgia de sede inter vxores magnatum, & super
praetatione offerendi, vel pacem in ecclesia iurisdictioni

contendentes. videatis Panor. in c. abolenda. ij. col. de
22 sepul. Praeterea tunc ut dixi, sanctum a senatu Romano
fuit, quod mulieribus liceret uti aurea & purpurea ve-
ste, aureisq; fibulis, & armillis. [Ratione ponit Va-
lerius lib. ij. tit. de insti. antiquis. ut clare dicitur. §. su-
per verbo, Cuidam Petro tradiderunt.] loquendo de or-
natu mulierum.] Pro primo facit quod decidit Ioan-
Calde. de consilio suae vxoris, quae refert & sequitur
Panor. in c. c. cum inter vniuersas. in fi. de elec. vbi mu-
lieres grauibus comparant personis: ut quando sunt ad
prandium inuitatae, debeat pro eis mitti, sicut pro gra-
uibus personis. Et alibi text. eas comparat excellis di-
gnitate viris, in l. optimam. C. de contrah. stipu. [Ita
quod pro honore mulierum, etiam post earum mortem indi-
ci potest & suscipi, duellum ut habetur. §. super verbo,
Cuidam Petro tradiderunt.] Pro secundo facit text. in l.
ij. iuncta decisione Bar. in l. j. C. de vesti. olobe. lib. xj.
& in l. j. C. ut nemini liceat in frænis equestrib. eod.
lib. vbi vestes & iocalia nimis preciosa portari veti-
ta non censentur mulieribus prohibita, sed solis viris,
23 nisi expressè de mulieribus diceretur. Adde tunc quod in
statuto per las portari prohibete, mulieres non comprehen-
duntur secundum Bar. in l. j. ff. de fonte. vnde li-
cet olim ab Appio tribuno lex Romae lata fuisset, qd
neq; mulieres aliam quam semiunciam auri haberent,
& ne diuersi coloris vestimento nec vehiculo per vr-
bem vterentur, tamen ex post lex illa mulieribus dura
per Marcum Catonem & Tyberium Graccum con-
sules fauore earum abolita fuit, ut refert Fasciculus
temporum de his consulibus loquens. [Vide quae
plenius dixi. §. super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. dū
loquor de ornatu mulierum.] Per quae omnia videntur
mulieres postquam ad bellandum fuerunt aptae,
& consequenter ad seruiendum dominis in bello ha-
biles, & in honoribus praeferebantur, ac sapientia & in-
tellectu pollentes. Etiam deberent esse feudorum capa-
ces sicut masculi. Sed verum non est. licet enim aliqua
haec fuerint, tamen pauca: nec contingit illud
de lege communi. Ideo non curandum de his, quae
raro conueniunt. l. ex his. & l. nam ad ea. ff. de legibus.
¶ Quinimò mulieres communiter, & ut plurimum,
propter sexus fragilitatem molles existunt ad belli
pondera sustinenda, & iudicia discretè exercenda.
xxxij. q. ij. §. sed illud. & c. forus. de ver. sign. & l. cum
praetor. ff. de iudic. Iudicium enim mulierum fragile,
ex toto integrum non reputatur, ut ibi dicitur, & in
l. si pater. C. de sponsali. & not. Bald. in c. j. vel vltimò
quero & c. de iudi. vbi dicit consiliu mulierum inua-
lidu secundum Aristotelem, quem ibi allegat. & idè
Bald. in c. signauit. de rescrip. supra allega. Ideo si
statutum in contractu alicuius requirit auctoritatem
vel consiliu propinquorum, non intelligitur de femi-
nis secundum Bal. in l. j. ver. sed quid statutu & c. C. q.
admitti ad bo. pos. possunt. & Ang. in l. si. C. de verba-
fig. Femina prauu ingenij longè effreni pugnator
ore quae gladio commisit, scilicet consilij perfida custos
nec auctor femina pacis, sed potius litis & belli. Prae-
terea dicit tex. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. qd mi-
nus audent feminae quam masculi. Nec expedit reipu-
blica, qd feminae bella sectentur & exercitum. Ne
milites earum concupiscentia diuertantur a militia.
Ex quo decisum olim fuit, milites suis dare non posse
concupiscentiam. l. ij. C. de dona. inter vir. & vxor. ut mulie-
res occasione non habeant sequedi eos ambitione pre-
miorum. [De quo plenius habetur super verbo & v-
xorem nomine Adelaesam. in ij. arti. in fi. & super ver-
bo, testamentum. j. in ix. casu fallentiae, in fine.] Et alibi
B. iij dicit

dicat text. in d. l. optimā. C. de contrah. stipu. q. mulieres nō omnibus perperā naturalis pudor sese manifestare concedit. Vnde sicut ad testes impeditos mittitur propter necessitatē. c. si qui testiu. de testib. Etiam ad personas egregias propter eorum dignitatē. l. ad egregias. ff. de iur. iur. Sic pariter mittitur ad muliere: propter honestatē, secundū Bal. in d. c. si qui testiu. P. aerea nō decet eas cōtib. virorum commiseri, quas sexus pudicitia ab eorum consortio fecit alienas. l. si. C. de arb. Nā Calphurnia mulierū omniū arrogātissima in iudicio postulas, pratori irreuerenter cum ad votū non exaudiretur, posteriora ostēdit. l. j. ff. de sum. ff. de postu. & c. mulieres. de iudi. lib. vj. [Verē turpitudō huius nominis arrogantia denotat vilanā mulieris, per ea quæ plenē dicta sunt super verbo, Raynutius de Clera. ppe finē. Nā refert etiam Raphaēl Regius in j. Metamorpho. Ouid. lib. de quodam Ioā. Calphurnio omnium grammaticulorū arrogantissimo, qui nuper caullationibus suis enarrationes illius hēroicas sub nomine cuiusdā stolidi pädagogi editis reprehendere, imō corrumpere sua malignitate curauit: tamen non prauauit, sed cōfusio remansit.]

25 Propriū tenim mulierum est vitare bella, & fugere cōgressus, quas sola pusillanimitas facit amare delicias. Habent profectō mulieres cor molle, nō valētes quid durum sustinere. ideo sunt vt plurimum timidæ & valde appetitiuæ laudis, & cōsequenter verecūdæ, timentes inhonestā facere. Sunt etiam cōmuniter piæ, & misericordes plusquam viri, secundū Philosophū lib. viij. de natu. animalium, iuxta illud Ecclē. xxxvj. vbi non est mulier, ingemiscit agens, vt exēplo patuit quoniam publicato Pharaonis edicto, q. obstetrices masculos Hebræorum obstetriciō interficerent, eas à pietate non diuertit nec misericordia, imō Deum plusquam regem timuerūt: & masculos nō occiderūt. Exo. j. Sed contrariū viri ad præceptum Herodis regis fecerunt, & innocētes occiderūt, Matt. ij. Et sunt scēminæ quæ viri plus deuotæ, prout dietim testatur ecclesia dicens: ora pro populo, interueni pro clero. Intercede pro deuoto scēmineo sexu. & non sine causa: fuit enim mulier in paradiso de costa Adæ dormientis à Deo formata: in quo virum excellit, q. extra paradysum in cāpo Damasceno formatus & creatus extitit, & pōt in paradysum latus. Gen. ij. Vnde in qualitate seu cōditione in qua participat communitate, excedit vltra modum, vt si sunt misericordes, nimis sunt tales. Et pariter si crudeles, & odio repletæ, sunt vltra viros terribiles odij concepti executrices, vt de Semiramide regina Babylonis recitat Valerius lib. ix. tit. de ira & odio. Namq; inquit, Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultū capitis occupatē nuntiātū esset, Babylonem defecisse, altera iā parte crinium adhuc soluta protinus ad eā expugnādam cucurrit, nec prius decorē capillorū in ordinē, quam tantā vrbē in potestate suam redegit. [Decorē plurimum scēminæ super omnia cordi habent: & rationē quare ornari semper cupiunt, vide super verbo, Cuidam Petro tradiderunt: dum plenē loquimur de ornatu mulierum & patientia earum ad viros. Et ibi habetur de hac Semiramide ad diuersos effectus: & plenius de vitiis mulierum & virtutibus.] Quocirca statua dictæ reginæ Babylonis posita est in illo habitu quo ad vliōnem exigendam celeritate præcipiti tendit. hæc ille. Non enim est odium nec malicia supra maliciam mulieris. Ecclē. xxv. Audax enim est ad omnia quæ amat vel odit scēmina. Et vix pauca inuenies impossibilia mulieri. Nihil enim scēmi-

na relinquit inausū, quod furor impellit, mentisque infamia vcrfat. Idem de verecundia & inuerecundia vt vidistis de Calphurnia: idem in rapina, quoniam vitis sunt rapaciores. [De verecundia Valerius libro iij. tit. de verecundia. in princ. sic dicit. Hæc enim iustissimis viris præcepit vt priuatas facultates negligenter, publicas quam amplissimas esse cuperēt, digna cui perinde ac cælesti numini templa extruantur: aræq; consecrentur, quia parens est omnis honesti cōsiliij tutela, solenniū officiorum magistra, innocentie chara, proximis accepta, alienis omni loco, omni tēpore fauorabile præ se ferēs vultu. hæc ille. Est enim verecūdia secundū Philosophum iij. Ethico. timor quidam pudoris contrahendi. vnde Cicero: Verecundia, inquit, est cūctos virtutum omnium dedecus fugiens, laudēque maximam conferens. Ob t quod lex proconsules vetuit secū ducere vxores, vt d. l. obseruare. in prin. ff. de offi. procōsulis: quod in aubus demonstratur. Tradit enim Guliel. tardiu. in eius noua translatione artis falconeræ de latino in gallicum ad regem nostrum Carolum octauum directa in prima parte tit. de speciebus animalium rapacium. Quod inter aues de præda viuentes scēmella est rapacior, audacior, cautior, ad rapiendum & astutior. hinc dicit tex. & glo. super verbo, tam grauiā. in l. nihil. ff. de adul. scēmellam maiora vulnera sustinere, quam marem. Ideo caueant iudices, & semper inuigilent circa vxores, quæ naturaliter auaræ sunt & cupidæ plus quam viri: quia quicquid audiunt & vident, appetunt. Vnde hæc omnia considerans beatus Ludouicus Francorum rex salubriter statuit, & deinde Philippus confirmauit, q. ad cetero officarij in suorū ingressu officiorū iurarent, q. dona aut beneficia à quacūque persona nō reciperēt in quacūq; re, nec suis vxoribus ac familiaribus fieri procurarent: imō possētenus & bona fide diligentia adhererēt, ne vxores eorū & aliz psonæ supradictæ munera recipiant: quod si fecerint, ex quo hoc sciuerint eas ad restitutionem cōpellent sub debito iuramento. Cūm genus mulierum sit auarissimū. ff. ad Velleia. l. sed si ego. [Hanc ordinationem situauit dominus Auffricij in ordine iij. in titu. de offi. Balliuiorum. & ordine xxxvj.] Et t inde etiā est, q. quando scēminæ amat, vehementius amat quā viri. Tum propter maiore cōplacētiam & delectationē, quam secundū naturales recipiunt in coitu, [De quo habetur infra latius super verbo, q. dōtē quam ei dederat. vbi alia ratio dat. Et multo maiore habuissent delectationē si Adā non peccasset, vt habetur. j. super verbo, Quæ filium ex eo suscipiēs.] per multas rationes, quas tacere honestius est. Tum quia sint viris fragiliores. Et inde mulieri luxuriosæ dandus est curator, & non viro. Cūm æquiparetur furioso. l. & mulieri. ff. de curato. furio. non enim amant mulieres, sed potius insaniant. Iuxta illud poetæ Aencid. j.

Infelix Dido longūque bibebat amorem.
Pariter & iij. Aencid.

Ardet amans Dido. traxitque per ossa furorem.
Et post multa eodem lib.

Veni amor. magnūque irarum fluctuat aestu.
Et eodem lib.

Imerea & racito vinit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido. totaque vagatur
Vrbe furens. qualis coniecta cerna sagitta &c.
Et paulo ante his dictis intensum animum inflammavit amorē. & Ouid. lib. j. Metamorpho.

Et mihi, quod nullus amor est medicabilis heros.

Ideo dicit tex. iuncta glo. in s. fi. inst. de success. subla. q. furore amoris præsertim in muliere nil vehementius inuenitur: quia vt vino capitur aut Baccho, ita & amore, in quo nihil differt à brutis. vnde poetæ Georgicorum libro tertio.

*Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
Et genus agroreum. pecudes. pūteque volucres,
In furias ignēque ruunt, amor omnibus idem.*

Facit in auth. quibus mod. natu. effi. s. illud. colla. vj. Et t hinc est, q. viri amantes vehementer & vltra modū mulieres quæ cæteri, dicuntur effceminati aut mulierosi. & xv. q. vj. alius. vt etiā faciunt viri castrati, de quibus loquitur iij. Reg. c. xxij. ibi: Destruxit quoque ædicularum effceminatorū, qui erant in domo domini, qui interdū mulieres vltra modū diligunt, secundū Bal. in l. j. C. de cunuchis. Sicut gallus dicitur gallinacetus, qui supra modū diligit gallinas. Et vir dicitur vxorius. [Primus vir vxorius fuit Adam humani generis stipes, vt habetur j. super verbo, Cuidam Petro tradiderūt. dum loquitur de pulchritudine vxoris, quæ sæpissime maritos deceptit.] qui nimis vxorem diligit. l. pena. iuncta gl. ff. ad le. Pompe. de par. ricidiis. [De luxuria autē & libidine, Valerius lib. ix. Quid, ait, his vitiis scēdius? quid etiam damnosius? quibus virtus atteritur, victoriæ elanguescunt, sopita gloria in infamiā cōuertit, animiq; pariter & corporis vires expugnantur, &c.] Mercurij ad Aeneam iuxta illud, allegato Aencidum lib. iij. pulchrumque vxorius vrbē extruis &c. Nā vocat Mercurius deorum nūtius Aeneam vxorium, quasi Didonis amore inebriatū, taliter q. ab ea nō poterat discedere, etiam iussu deorum: & verē vxorius est ille, qui amore vxoris, Dei præcepta contemnit, sicut Adam fecit. Præterea t mulieres sunt communiter garrulæ. vnde Tit^o Livius decum est, vt patet Gen. iij. Sunt in super variables, litigiosæ, atque superbe, necnō incredulæ & suspitiosæ plusquam viri: quod habuerūt ab Eva, quæ plus credidit serpenti, quam Deo, alleg. Gen. iij. cap. Iuxta illud Apostoli j. ad Timo. ij. ibi, Adam non est seductus: mulier autem seducta in prauaricatione fuit: facit tex. in c. forus. de verb. sig. Nā videmus cōmuniter plures scēminas esse diuinarices & credentes ire de nocte in partes longinquas, pueros occidere, & p domos discurrere inanis clausis intrare, ibi comedere, & bibere: quod est fatuū credere. c. episcopi. xxxvj. q. v. licet in quodam tractatu, qui Malleus maleficarū intitular, videatur concludi cōtrarium, vbi respondetur ad distū c. episcopi. q. factū fuit per Augu. in concilio Carthaginensi paucis assistentibus prælati. Pariter recitat idem Augu. lib. ij. de ciuitate Dei c. iij. & c. xxvj. q. olim mulieres Romanæ plusquam superstitiosæ. [Vide de hoc infra super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. de quadā regina Fræciæ quæ superstitiosa fuit]. fuerunt: quia sacrificando Berecynthiæ deorū matri abuebant eam vrina, fonnosq; turpes ei per mēbra pudibunda in faciem reddebant. de quo cas deridet Iuuenalis lib. ij. Et par sacrificium faciebāt deæ castitatis. & lib. iij. de ciuitate Dei etiā refert idē Augu. c. x. q. mulieres Phœnicæ offerebant deæ Veneri de lucro & fructu ex coitu ipsarum filiarum, quas in loco publico prostituēbant priusquam maritarentur. Etiam Cypriæ virgines ad litora mittebantur, vt nauigantium vterentur consortio & concubitu, vt sic futuræ castitatis suæ libamenta Veneri exsoluisse viderentur: & pro suis nuptiis quaesuisse dotes: in hoc deam illam venerando, quæ

ex duabus gentiliū venerandissima habebatur, non solū apud Cypros, vbi orta & enutrita fuerat, sed etiā apud Romanos, eo q. formosissima haberet, quæ in tam grandem luxuriæ prurium venerat, vt omnē decoris sui claritatem crebris fornicationibus macularet, viuendūq; in prostibulo voluptatibus vtbat^o tur. Vnde [Vide circa hoc quæ habentur super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. dum loquitur de ornatu mulierū, & earum pulchritudine.] prima (vt poetæ aiūt) meretricia publica adinuenit, & fornices instituit & matronas inire cōpult: quod quidem scelus execrabile apud Cypros in consuetudinem quasi deductum erat. Ex quibus resultant mulierum vanæ, imō dānatæ superstitiones. Non ergo sine causa prohibet Apostolus eas loqui in ecclesia & cæteris publicis locis, j. ad Corinth. xiiij. ibi: Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui. Sed esse subditas, sicut lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe profectō est mulieri in ecclesia loqui. hæc ille. & ad Heb. ij. in fi. Mulier, inquit, in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum, sed esse in silentio. Vnde propter hæc vitia & plura alia non bene viris conuenirent in bello & feudis tenendis. Imō t in causis feudilibus testimonium ferre nō possunt, per tex. singularē quem ibi commendat Bal. in c. j. in fi. tit. quot testes sint necessarij ad probandum inuesti. Ideo sufficiat eis honor prælationis Veturæ, & cæteris mulieribus à senatu concessus, quē ipse naturaliter appetunt. Non t q. in feudo succedant, in quo veniunt quatuor consideranda. Primò natura: nam debet succedens se cōformare naturæ feudi. Secundò consideratur aptitudo: quia propter ineptiam quis à feudo repellitur, sicut à quolibet alio studio virtutis, secundum gl. in l. de quibus. ff. de legi. Tertio consideratur actus. Nam actu vasallus seruire debet domino, quia qui non laborat, manducare nō debet. l. hoc amplius. ff. de dam. infec. & dicit Apostolus ij. ad Thef. ij. Quarto consideratur consuetudo feudi. Quibus omnibus consideratis scēmina incapax est ad succedendū in feudo. vnde Bal. in l. quociens. C. de su. & le. hæ. mulier, inquit, à feudo communiter repellitur pluribus ex causis. Primò naturali ratione, quoniam arma ferre nō valet. Scēcundò propter iustitiā honestatis, quia cætib. virorum immiscere se non debet, præsertim illustri. l. si qua illustris. C. ad Orfici. Tertio propter fragilitatē consilij, cum apta nata non sit solidis consilijs, vt d. c. forus. Quarto propter lubricitatē voti, quia ter mutatur in hora. vt ibi. Quintò propter periculū secreti, quia secreta tenere nescit. Quæ omnia discrepant à natura feudi. c. j. de noua fide. forma. Et sic non sine causa à feudo repellitur. Et t necdum ipsa, sed & masculi descendentes per lineam scēminam. Non quia masculi ex filia non possunt pugnā facere, & dominū in bello iuuare, quia imō possunt: sed quia carent principio producente. Scēmina enim non est agens aptum operari transmissionē, licet masculus ex ea esset patiens aptum confirmari, si fieret transmissio. Si cut ergo prædium medium, quod non seruit, impedit seruitutem, ita media persona quæ non seruit in feudo, impedit seruitutis præmium, scilicet feudum, quod est quædam seruitus: aut seruitutis, seu seruitij præmium. ff. de serui. rusti. prædio. l. qui sella. s. fi. Nā omnis fidelitas est cōtraria libertati. c. cum olim. de priuileg. Nec ob. ff. de cōtraria. l. iij. s. si emācipatum. vbi vitium filij non obicitur nepoti, quia ibi subie-

Et materia non respicit nepotem, sicut hic. Sed quid de hermaphrodito utroque sexu participante, an possit in feudo succedere, decidit Bal. in d.l. quoties. Et t quod dictum est, mulieres non posse in feudo succedere, fallit in seq. casibus. Primo, vbi feudum ad tale seruitium fuisse concessum, quod non minus per femina, quam per masculum explicari posset, secundum Bal. in d.l. quoties, qui allet. in quodam feudorum c. extraordinario. Subiungens idem esse & secundum, cum feudum ita datur, vt pro eo nullum seruitium fiat, quo casu femina potest in tali feudo succedere, vt est casus secundum eum in dicto ca. extraordinario. veluti si feudum sit concessum, pro quo non praestetur seruitium: sed ceterus pecuniarius ad instar fisci. Puta, certa pecuniae quantitas, aut frumenti, vel quid simile, vt spatula porci, aut vnum par caponum quolibet anno, vt seruatur in feudis quarundam ecclesiarum Lombardiae, quae secundum eum non curant de seruitiis armorum, sed solum de burfalibus. In quibus feudis mutus & surdus etiam a natiuitate succedit, & quilibet alius haeres, quauis sit mulier, secundum Bald. super verbo, luellari. in fi. ti. de pace constan. Et idem esset de clericis: quoniam in talibus feudis succedere possunt secundum Inno. Ioan. And. & Panor. in c. in praesentia. de probatio. Vbiunque t enim feminae sunt feudi capaces, ita & clerici, per identitatem rationis. Et ita etiam Barba. in tracta. de praest. cardinalium. v. q. in fi. & Ioan. Fab. in l. de legiti. patro. tutela. in fi. idem esset & tertio per eundem tex. Vbi feudum esset paruum & exiguum. Tunc enim cum ex eo non causetur obligatio ad fidelitatem & seruitium faciendum, femina succedit secundum Bald. vbi supra & in c. primo. s. est alie. quae sit prima causa benef. amitten. Fallit iij. in feudo, iure, & titulo emptionis acquisito. quoniam in illo femina succedit magis considerata natura contractus, quam feudi secundum Bald. in capit. j. hoc autem notandum. qui feud. dare possunt. Pro quo facit text. ibi. s. fin. Et idem si femina feudum alio modo pecunia redemerit. capit. j. quemadmodum feu. ad femina perti. Nam t his duobus casibus postquam dominus de feudo seu alio beneficio pecuniam receperit non poterit inuito vasallo ipsum reuocare. Vnde t principes illi qui pro beneficiis concedendis pecunias capiunt, officarios a quibus praemium habuerunt, reuocare non possunt. Cum beneficium aut privilegium accepta pecunia concessum non possit a concedente reuocari, nec a suis successoribus secundum Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe. pro quo facit text. in d. s. fin. q. feu. dare possunt. Quia tunc ex contractu sunt obnoxii ad verbum suum non faciendum irritum. Ex contractu enim, cum sit de iure gentium, etiam imperator, imo summus pontifex ligatur cap. j. vbi Panor. de probat. Cyn. & alij per illum text. in l. digna vox. C. de legi. & Bald. in j. notab. in dicto capitu. j. Subiungens t singulariter in l. ij. C. de seruitu. & aqua. & in capit. j. de natura feudi. quod licet Deus leges subiecerit imperatori, non tamen contractus. Et sic officarios taliter creatos reuocare non poterit, etiam si tales officarij creati forent qualificati, scilicet quando creantis placuerit voluntati, quoniam hoc casu pariter censentur esse perpetui. Cum principi sine causa rationabili talis concessio displicere non possit, secundum Barto. in l. iuris peritos. ff. de excusatio. tutor. pro quo facit textus in l. Thais. s. sorore. ff. de fideicom. liber. & per eundem

Barto. & Alexandru in lege, de pupillo. s. si quis ipse pratori. ff. de noui operis nunciatione, in quarta op. positione. & glos. super verbo, electionem, in clem. tina, & si principalis. de rescriptis. vbi officiales taliter creati aequiparantur perpetuis. facit glos. super verbo: perpetuis. in capitulo finali. de rescriptis. li. bro sexto. & Baldum in l. quisquis. C. si certum petatur. Et clarius per eundem in capitulo primo iij. columna. de feu. guardia. & Panormit. in capit. fina. ij. colum. de preca. Bald. in Auth. omnes peregrini. j. columna. in fi. C. commu. de success. & Ioan. Fab. in l. j. C. de contractionibus iudi. Et in dicta l. quisquis. facit textus in l. praesidis. ff. si certum petatur. vbi officarij ad voluntatem creati censentur esse perpetui. Et ita seruatur in praesenti regno. in quo priuari non possunt. Nec t officia vacare dicuntur, nisi in tribus casibus. Scilicet morte naturali, aut ciuili: puta renunciatione, vel forefacto, si deliquerint in officio: vel aliter ex quo priuari officio mereantur. Quo tamen casu antequam priuentur, audiri debent in suis defensionibus: adeo quod si sine causa & pro sola voluntate destituerentur, eis succurreret per remedia iuris ordinaria etiam possessoria. capit. ex tenore de restit. spolia. de quo claram habemus hodie ordinationem Caroli octauo regis nostri moderni Turonis facta anno Domini millesimo ccccxxxv. (Additio) quam reperitis in libro ordinationum regiarum camerae inquestarum parlamenti Tholose folio clxiiij. verso. [Idem statuit Ludouicus xij. qui nunc regnat, vt habetur in suis ordinibus capit. xlvij. & infra dicitur.] Cum in regno Franciae officia regia sint immutabilia, vt habeantur pro patrimonio, quo quis sine causa priuari non potest, nec sine causa principi displicere potest creatio officarij secundum Bartolum in dicta l. iuris peritos. Et tales mutari non possunt. saltem quando viuunt princeps, qui eos creauit. Sed principe t mortuo finitum officium est taliter concessum per capit. si gratiosae. de rescript. libro vj. secundum Baldum in l. meminisse. ff. de offic. proconsul. & tenet in cap. porrecta. de confirmatio. vili vel inutili. Et licet morte principis talia finiantur officia, tamen in praesenti regno consuevit semper nouus rex illa confirmare, nisi ex causa legitima alios institueret. Quo casu veteres officarij etiam ante nouam institutionem exercere possunt & continuare praesentem iurisdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia applicuerint. Et salaria percipient, sicut prius pro tempore quo plus seruiert vsque ad aduentum successoris in prouincia. vt dicta l. meminisse. & l. obseruare. s. fina. eodem titu. Et inde est, quod in Francia omnes officarij post mortem regis a rege moderno obtinent suorum officiorum confirmationem, qua nouam non dicuntur adipisci iurisdictionem, sed antiquam continuare. de quo per Baldum vbi supra & Panormita. in dicto capitu. fina. de prec. Et t quod officarij gratis & voluntarie creati non possint sine causa iusta destitui, optimè fundatur: quia decet a principe concessum beneficium esse mansurum. capit. decet. de regalis iuris. libro vj. Praeterea mutare officarios vergit in publicum detrimentum, scilicet ipsorum subditorum. Solent enim officiales publici dispergere res, cum se recessuros sperant. Quia non parit populis breue regimen, secundum glos. in cap. hinc est. xvj. quaestio. j. imo & plurimum noui officiales onerosi existunt partibus & causis damnosissimis

vnde dicit text. in l. praetor. s. finali. ff. de vacatio. & excusa. munerum, tolerabilius esse iudices qui semel cognouerunt retinere: imò si impediti forent vel absentes, tantisper expectare, quam nouos committere. Et t hoc est, quod Tiberius imperator quibusdam principibus respondisse fertur ei suadentibus mutationem officialium. Vidi, inquit, quendam muscas vulneribus insidentes fugare, quem agrotus inculpa uit dicens: Quoniam venturae sunt sibi bundae, vt fugant: istae tantum quia plene sunt locum occupabant. quasi diceret. Consulcius esse locupletes retinere officarios, & plenè impingatos, quam illis amotis de nouo tenues & pauperes vitare: deo (vt Iosephus refert) procuratores suos dixit ad nunquam mutabat. In hoc enim se dicebat parcere plebi. Nam procuratores scientes ad modicum se habere potestatem, quicquid possunt rapiunt. Quod magnum prudentissimi imperatoris consilium omnes vnanimiter testantur. Et pariter Suetonius lib. ij. de duodecim Caesaribus, adeo quod Helianthus in chronicis lib. ij. dicit inter conditiones & mores boni principis esse, suos officiales frequenter non mutare. Vltimus attrahuntur & alliciantur veteres officarij videntes se in suo statu confirmatos ad melius seruandum, & fidelitatem seruandum nouo principi, cuius beneficio potiuntur, & ipsum plus diligendū, & ad duriora pro ipso patientium, & odia forte concepta deponendum, & comandandum in ardorem feruentis amoris & dilectionis. Quo t salubri vsu consilio Sefosis, qui post Miridem prole septima rex factus in Aegypto, superiores omnes gloria & rerum magnitudine excessit. De quo Diodorus Siculus libro j. sic dicit. Verum in primis quo facilius optata perficeret (videlicet Sefosis) sibi omnium Aegyptiorum beneuolentiam conciliauit, vt & milites pro eorum ducibus ad appetendam mortem promptiores redderet, & qui in patria reliqui essent nouis rebus abstinerent: omnes beneficiis affecti, hos donauit pecuniis, alios agris, nonnullos remissione poenae, singulos oratione & humanitate deuixit, omnes qui in regem deliquerant dimisit impunitos: ob as alienum victos soluit, Aethiops omnes (qui ad meridiem spectant) aggressus victos acie tributum pendere compulit, hebenum, aurum, & elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum classem quadringentarum nauium mille primus omnium largis nauibus vsus, & insulas omnes eius ora sibi subdidit. Et partes maritimas vsq; ad Indos subiecit. Asiam quoque omnem pedestri exercitu deuicit. Neq; solum prouincias expugnauit ab Alexandro postmodum subactas, sed & gentes quasdam ad quas nunquam Alexander accessit. Nam & Gangem transiit & vniuersam Mediam vsque mare Oceanum peragravit. Scytharum quoque gentem ad Tanaim vsque fluium (qui Europam ab Asia diuidit) pertransiit, Asiam quoque reliquam sibi parere coegit. Cycladibus insulis maiori ex parte potius est: transcendens in Europam, omnemque Thraciam pertransiens, ibique finem expeditionis statuens, multis in locis ab se deuictis columnas erexit: in quibus Aegyptiis, quas sacras dicunt, literis scriptum extat. hanc prouinciam armis subegit rex regum principantium Sefosis. hae ille. Sic t ipse Quintus Flaminius consul Romanus consentiente senatu, Philippo Macedonum rege deuicto, omnes Graeciae vrbes liberas esse iussit. de quo Valerius libro iij. titu. de liberalitate: Illius vero, inquit, Romanae liberalitatis caelestem spiritum nulla litera satis dignis laudibus prosequuntur: cum ad id tam

insigne spectaculum tota Graecia conuenisset: Quintus Flaminius tubae signo silentio factus, per praecone haec verba recitari iussit: Senatus populi Romani & Quintus Flaminius imperator omnes Graeciae vrbes quae sub ditione Philippi regis fuerunt liberas & immunes esse iubet. Quibus auditis maximo & inopinato gaudio homines percussis, primò veluti non audisse se quae audierant credentes, obtruncuerunt: iterata deinde pronuntiatione praeconis, tanta caeli clamoris alacritate compleuerunt, vt certè constet aues quae superuolabant, attonitas pauentisque decidisse. magni animi fuisse, a tot captiuorum capitibus seruitutem detraxisse, quot tunc nobilissimis & opulentissimis vrbus populus Romanus libertatem largitus est. ad cuius maiestatem pertinet, non solum quod ipse benignè tribuit, sed etiam quod alio tribuente sensit commemorari. Vt enim illic commemorata, ita hic reddita laudis commendatio est. Hae ille. Pariter Alexander magnus ille Macedonius Dario Persarum rege deuicto, regnoque integraliter obtento officarios Darij, quos pro hostibus habuerat, non destituit. quinimo ipsi confirmatis stipendiis auxit, sic eis scribens: Rex regum & dominus dominantium Alexander filius Dei Ammonis & reginae Olympiae, vniuersis principibus, ducibus & magistratibus, dignitatibus, & populis ciuitatum, per vniuersum regnum Persarum constitutis, gratiam suam: Postquam diis placuit, vt super excelsum thronum Darij sederemus, gaudere debetis non modicum & laetari. Mandamus itaq; vobis, vt in vnaquaque ciuitate rectores & principes sint sicut in tempore Darij consistebant, quibus iubemus, vt iustitia faciant rationabiliter inter quoslibet, & conseruent. Quorum praecpta subiectis omnibus sine contradictione aliqua obseruent. Et vnusquisque proprietates suas in pace possideat, & gubernet. Videntes autem hoc Persae, & quia Roxanam Darij regis quondam filiam sibi copulauerat in vxorem, gauisi sunt valde, statimque leuauerunt deos suos & adduxerunt eos ad Alexandrum, & cœperunt eum tanquam deum adorare, dicentes: Tu ipse Deus es, & quae diis placent operaris. hae ibi. Praeterea, si aliter fieret, aliud non esset, quam commouere omnes officio destitutos ad odium & inimicitias contra principem & rempublicam. Cum scriptum sit, qui nostra tollit inimicus est. Et contra princeps cogitare deberet, quod in euangelio dicitur: Qui mecum non est, contra me est. vt dicit glo. in l. coelicolarum. C. de Indis. Ob t quod, quia malè ei successerat, ordinauit Ludouicus xj. regis moderni genitor officia a cetero esse in hoc regno perpetua. [Quam ordinationem posuit dominus Aufrerij in tit. de exccl. offi. c. ix. s. praeterea. de quo plenè habetur infra super verbo, & vxorem nomine Adelasiam. prope finem.] De quo Gagui. lib. x. cap. ij. sic dicit: Conuersus inde ad rempublicam Ludouicus conscius sibi quantum odij atque inimicitiarum ob plurimos a se vt voluerat, magistratu officioque destitutos contraxisset, legem tulit, magistratus perpetuos fore, neque amoueri inde eos posse, qui ea gererent, nisi morte interueniente, vel commutatione, aut dimissione facta, aut culpa forte gestoris, aliis officia mandarentur. [Quo casu etiam si iurasset non reuocare, poterit sine reatu periri eum reuocare, secundum Ioannem Andream in capit. penultimo. in fine. de officio vicarij: cum dolus futurus remitti non possit. lege, iurif. geantium. s. illud. ff. de pactis.] Si aduersus legem precum importunitate fecisset, donationem suam

inane fore. hæc ille. Postremò est vnum peremptorium: quia sub cõfidentia officij vnusquisque statu suo derelicto quibuscunque cæteris viuendi modis qui plures sunt, seruitio principis se dedicat. Et dum viuere inciperet, supplantaretur in sui honoris & totius familiæ denigrationem & perditionem: itaque mandatum principis, in d. beneficium sibi foret illud forium & derisorium, contra omnem iustitiæ æquitatem, quæ neminem permittit beneficio decipi. Sed potius iuari. capi. j. in fi. de commo. & ff. illo eo. tit. l. in commodato. §. sicut. in fin. Nec potest mandatum re non integra etiam morte mandantis reuocari, ne officium sit damnosum. l. si seruus communis. §. quod verò. ff. de fur. & l. mandatum. iuncta glo. C. mand. Et teneretur sine causa reuocans ad omnia præparamenta, interesse, & damnain foro conscientie, & etiam contentioso, si superiorem habet, & ipse ad conueniendum sit facilis. argu. l. j. §. cõpisse. ff. de polli. & l. si pecunia. ff. de condi. ob causam. vnde his motus fuit ad faciendum dictam ordinationem Ludouicus. Et ne officio destitutus dimittatur inter malos quos ob delicta puniuit omnino lacerandus. Præterea sub iuramento fidelitatis & aliorum articulo- rum in Authen. iurandum quod præstatur. colla. ij. concedunt officia publica. Et certum est, quòd in beneficiis sub tali iuramento concessis, dominus licet sit imperator vel rex Francorum, ius pœnitendi non habet, quandiu officium tenens fidelitatem & iuramentum seruat, secundum Bal. singulariter in capi. peruenit. lo. j. in ij. no. quem ibi sequitur Felin. in fine. de iurciuran. Non ergo sine causa hoc ordina- uit Ludouicus. (Additio.) Pariter fuit anno M. ccccxcvii. per dominum nostrum regem Ludouicũ xij. anno regni sui j. quo sua gratia mihi contulit of- ficiũ consiliarij in sua suprema parlamenti Burde- galæ curia salubriter Blesis ordinatũ. Quòd etiã Bay- liui, Senescalli, & cæteri magistratus suos non pos- sunt sine causa in curia parlamenti ipsi auditis co- gnita, mutare locatentes. Secundum quam ordina- tionem ex pòst me stante consiliario in dicta curia, 50 fuit per arrestum reintegratus in possessionem offi- cij locum tenentis senecalli Aquitanie magister Pe- trus Geneste, ad præfens locum tenens per dictum se- nescallum eo inaudito expoliatus, hodie autem per ordinationem domini nostri regis moderni in ordi- ne lxxj. receptores talliarum & distributores stipen- diorum, quæ officariis domus regie & armigeris ac cæteris similibus debentur, sunt declarati ad nutum & voluntatem regis non perpetui, sed reuocabiles: quia olim non erant nisi simplices commissarij pro 47 vice illa, & non officarij formati. Ex f quibus resul- tat, quòd cum hodie omnes officarij formati sunt in præfenti regno perpetui, non obstante l. secunda. ff. de in ius vocan. Possunt in ius vocari durante officio secundum Barto. & Alexã. in dicto §. si quis ipse præ- tori. Nec non contrahere possunt etiam cum suis sub- ditis, possessiones acquirere. [De quibus non tenen- tur tallias soluere, & si sint res nobiles, etiam pro illis non tenentur seruire, nec ad bellũ mittere, vt plenè di- citur super verbo, & uxorem nomine Adelastram. arti. j. in iij. decisione.] Quas liberè tenebunt, & matrimo- nia contrahere, ita quòd in eis cum sint perpetui, lo- cum non habet l. j. C. de contrario iudi. Nec dicta lex quisquis. & similes, neque l. prima. C. si rector pro- uin. secundum Guido. papæ. q. 6. c. xv. & Ioan. Fab. in quolibet dictorum iurium. [Et pariter locum non habet in hoc regno Franciæ l. fi. C. de crimi. sac. qua-

prohibetur quis habere officium in loco originis, vt plenè dicitur j. super verbo, Et uxorem nomine Adela- stram. prope finem.] Quæ tantum locum habent in officariis annalibus, vel alijs tẽporalibus, sicut sunt in Italia, qui contrahere non possunt eorum durante officio. Et non in officariis huius regni, qui perpetui hodie sunt. Licet f beatus Ludouicus, Gagui. re- ferente, libr. vij. ca. secundo, in contrarium statuisset, quo ad cõtractus: vt scilicet contrahere & possessio- nes acquirere durate officio non possunt, nec liberos matrimonio copulare incolis prouinciæ cui præ- siderent. [Quam ordinationem situauit dominus Aufferrij x. & xj. in titu. de offic. Balli. vide ibi ordi- na. Philip. xliij.] Et idem statuerant ex post Philippus & Carolus vj. anno domini M. cccxxxvij. Ad- dens, quòd acquisita eo ipso confiscata essent, nisi veditor illa recuperare vellet, & pretiũ fisco regis red- dere. (Additio.) quam ordinationem reperietis in lib. ordinationum regiarum cameræ Inquestarum par- lamenti Tholosa fo. lxxxix. Sed tempore illo offi- cia non erant perpetua: quia etiam de iure communi tẽporalia erant, vt plenè per Panor. in c. fi. de iudi- c. in vlti. no. [Quo casu etiam officarij annales offi- cia tenentes in loco originis vel domicilij omnes cõ- tractus celebrare poterat, quòd non licebat foraneis durante officio: vt clarè habetur infra super verbo, & uxorem nomine Adelastram. prope finem. dum con- cludit officia conferri posse originariis patriæ vbi in- scribitur ordinatio Philippi pulchri.] Hodie verò sunt in hoc regno perpetua. vt videtis. Et sic cõtractus eis permittatur, nisi in his quæ ad sui officij administra- tionem pertinent, quia t index de rebus nec cõ par- tibus de quibus coram eo quæstio est, etiam in casu alijs permisso in l. fi. C. de legi. & cap. ecclesia sanctæ Mariæ. vt lite penden. non possit contrahere: nec the- saurarij de rebus quarum curã habent, sicut nec tu- tor de rebus pupilli. l. cum ipse. C. de contrah. empt. secundum Ioan. Fab. vbi supra. Et in his locum ha- bere possit antiqua ordinatio, & etiam in magistratu exerceente mercantiam. Nullus t enim regis vel al- terius domini officarius mercantiam cum aliquo ex- exercere potest vel exerceri facere per se aut interposi- tam personam, neque societatem facere, vel partici- pare cum alio in aliqua mercantia, sub pœna perdi- tionis mercantiarum, & aliarum grauium pœnarum ad voluntatem regis, per quem gratia non fiet, nec li- teræ dabuntur in contrarium de quo salubris stat or- dinatio Caroli v. Francorum regis: qui sapiens dictus est, & literas in contrarium cõcessas irritas decreuit: & quòd ilico officio regio vel mercantiis renuncia- re tenerentur. Alijs si literis contra huiusmodi ordi- nationem vti vellent, vt mercantiis priuati punirentur, sapienter statuit. [Hæc ordinatio est hodie per dominum Aufferrij situata tertia in titulo de vita & hone. offi. & subditorum. Et pro ista ordinatione est tex. in l. j. C. nego. ne militent. lib. xij.] Hanc ordina- tionem etiam reperietis in lib. ordinationum prædi- ctarum. fo. xcij. Et f idem esset in contrahente mu- tuum cum subditis secundum ordinationem Philippi pulchri Parisiis factam anno domini M. cccij. Post- eà per Ioannem & Carolũ v. eius filium, Carolũ vj. & vij. Francorũ reges confirmatã. Qua prohibentur officarij mutuũ capere à personis processum coram ipsis habentibus, vel quos sciuerint de proximo ha- bituros, mutuũ scilicet accipere magnum vel par- uum per se, aut interpositas, & ab alijs personis eis subditis processum non habentibus, nec de proximo habituris

habituris, etiam mutuũ capere prohibentur ultra summam quinquaginta librarum turonen. quas intra duos menses à tempore receptionis mutui reddere & soluere tenebuntur, licet creditores ampliori termi- no eis credere vellent. [Hanc ordinationem situa- uit dominus Aufferrij. xxxvij. in titu. de offic. Balli- uorum, quam originaliter fecerat beatus Ludoui- cus: de quo habetur eodem titulo. ordinatione. iij.] Nec aliud mutuũ recipere poterunt, quousque suc- rit prioribus satisfactum. [An princeps vel alter do- minus superior cogere possit subditos ad sibi pecu- niam mutuandũ, habetur. j. super verbo, & uxorem no- mine Adelastram. in j. principali artic. & in iij. deci- sione. circa finem. Quam ordinationem reperietis etiam in li. ordinationum regiarum prædictarum. fo. xxv. verso. arti. xxxj. Idem ordinauit prædictus Ca- rolus. vj. anno superius dicto domini M. cccxxxvij. in mense Februarij, vt patet fo. ibi allegato. Heu me quanti sunt qui non pro suis vrgentibus necessitati- bus, sed pro officiis & honoribus acquirendis pecu- nias mutuo rogant à futuris eorũ subditis. quos cre- do in dicta ordinatione cõprehendi: quia sicut offi- carij mutuũ capere nõ possunt ab his, qui de pro- ximo habituri sunt litẽ coram eis, sic nec possunt quando de proximo empto seu pecunia redempto officio, futuri sunt iudices mutuantium, propter idẽ- titatem rationis. An f autem pro officiis publicis li- citum sit dare pecunias vel recipere, dicit Bald. quòd licitum est in principe, vt ipse notat in l. Barbarius. ff. de offic. præto. Hoc enim prohibitum non inueni- tur de iure diuino. Sed tantum ciuili, cui Cæsar non subest. l. principes. ff. de legi. vnde papa sua tempora- lia vendere possit sine peccato: secus autem esset in inferiore à principe, quia iurisdictiones & honores venales esse non possunt. in Authẽ. vt iudi. sine quo- quo suffragio. §. hæc autem omnia. & in dicta l. quis- quis. C. si certum pectur. Nec iustitia venalis esse de- bet. Quinimo res malè agitur, cum quod virtute fieri debet, pecunia tractatur, vt Tullius dicit, quem Bal- 53 refert in repeti. dictæ l. Barbarius. ij. colum. O f vti- nam principes qui hodie officia iustitiæ vendunt, quo medio viam concussionibus aperiant, omnibus postpositis legibus fœmineũ sequerentur consiliũ. [Sicut etiam fecit Childericus Francorum rex pa- ter Clodoui protochristiani: vt habetur infra super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. post princip.] quo summus ille Iustinianus, Imperator Christianissi- mus, à Theodora eius coniuge cõsultus, iudices sine nedum charam, imò reuerendissimam habuit, & in recipiendo iuramentum ab officariis sibi eam asso- ciauit. in Authentica, iurandum quod præstatur. in princip. vt dicit text. in dicto §. hæc autem omnia. 54 Refert f pariter summa Rosella in verbo, restituo iij. §. v. beatum Thomam per ducissam Braban- tiæ interrogatum, si licitum foret officia secularia vendere: sic eidem respondisse. Cum autem balliuis & officialibus vestris nihil committatis nisi tempo- ralis officij potestatem, non video quare non liceat vobis vendere officia, dum tamen talibus vendatis, de quibus præsumi possit, quòd sint viles ad officia huiusmodi exercenda. Et non tanto pretio vendatur officium, quòd recuperare non possint sine grauami- ne subditorum. Attamen talis venditio expediens omnino non videtur, cum frequenter contingat, quòd magis idonei sint pauperes, vt officii tale emere non possint. Quin etiam si tales diuites sint, tamen

quia boni sunt, officia non ambiunt, nec ad lucra in- hiant. Et sic quia illa officia emunt vt plurimum hi, qui peiores sunt, & subditos opprimentes diuites fa- cti. Iuxta illud Iob: Abundant tabernacula prædo- num. Magis expediens videtur, vt bonos & idoneos ad officia vestra liberaliter elegatis. hæc ille. Cui pruden- dens ducissa acquieuit. Pudeat igitur ad negotium tam honestum in virò rationem non posse, quòd se- xus fragilitas vt plurimum auarissima potuit in mulie- re. Nam vt summissa superius refert, officia regimi- nis, vendi strictissimè prohibentur, & taliter assum- pti nihil dare debent præsertim tempore hodierno. 55 Cum f teste experientia quæ rerum dicitur magi- stra, ex his infinita mala dietim prouenire videmus, etiam si bonis viris vendatur: quoniam principatus quem ambitus occupauit, etiam si moribus vel acti- bus non offendit, ipse tamen initij sui est pernicio- sus exemplo, & difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio. j. quæstio. j. capit. principatus. facit tex. in c. fi. sibi, quem vt dicitur, fuit minus canonicè allecutus &c. de accusatio. De Iulio Cæsare legimus, quòd adhuc adolescens dicendi & agendi promptitudine longè clarus, & qui vniuersa aueret atque speraret, & felicitate quadam gratus multitudini, quæ vt plurimum liberales colit atque diligit tamen ad ambitionem supra modum profu- sus & ardens, vt qui ædilitatem & præturam ære alie- no meruisset, & tandem imperium vsurpasset (Ap- piano Alexandrino lib. ij. de bellis Romanorum ci- uilibus referente) in quo quanta fuerit eius mode- stia Suetonius, Plutarchus, Linius, ac Plinius, & cæ- teri declarant: anno regni sui v. teste Orosio, cum in Capitolio applicuisset viginti tribus vulneribus con- fectus est. Alexander etiam magnus cui totus orbis non sufficiebat, anno ætatis suæ xxxij. mense vij. in- toxicatus obiit. Tales præterea qui officia emunt, cõ- muniter vendunt in minuto quòd emerunt in glo- bo: quia illis difficile est in potestatis temperare, qui per ambitionem sese probos simulauerint. dicit Salustius in Iugurthino. Vnde talia emere redundat in grauamen subditorum & totalem iudiciorum sub- uersionem: cum enim officium sub mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium con- sideratio non habetur, nisi ad recuperandum & rebur- sandũ pretium. [Ideo videmus iustitiam auaritia ab hominum societate pulsam. iuxta illud Ouidij lib. j. metamorpho. *Victa iacet pietas, & virgo cade madentes, Vltima caelestium terras Aethra reliquit &c.* Quasi di. virgo Aethra, hoc est iustitia: quæ Aethre gygantis filia fuisse dicitur, relinquit terras: & clarè experitur veram esse sententiam qua dictum est, pecuniae obediunt omnia. Venalis iustitia, venalis mulierum pulchritudo: venalis deniq; facta est nostris temporibus ecclesia. Quod à Deo non procedit: sed à dæmone illo Iuda, qui Christum sponsum & caput ecclesiæ mercatus pecunia vendere non erubuit au- thorem sacramentorum. Nec abs re Salustius in Iu- gurthino sæpe exclamat: Romæ omnia venalia.] Di- cit tex. in cap. ij. & iij. ne prælati vices suas. Et in epi- stola prima ad Cæsarem de republica ab incerto au- thore directã, sicut dicitur, Omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neq; alia vulgo cupienda venalia erunt: ex qua venalitate omnia mala procedunt. Vnde olim (vt Valerius lib. iij. tit. de paupertate dicit) nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopieque illustrium virorum

virorū publicè succurrebatur. Et sic honores & magistratus qui virtuti debentur, pretio non redimebantur. Ob quod inter ceteras leges summè laudabiles, Ludouicus Francorū rex beatus, officia in regno mercari vetuit, de quo Gagui. lib. vij. c. sic dicit. Per id tempus præfectura apud Parisios venalis habebatur: solique ciues pretio illam sibi vel liberis suis comparabant. Vnde fiebat, vt inopes premerentur, opulenti omnia licenter agerent, fures nullis pœnis afficerentur. Hanc venalitatem rex prohibuit, constituto annuo stipendio ei, qui præfectus esset. Atque ita Stephanus Boilleum iustitia atque æquitate præstatum hominem præpositum instituit: qui officium adeptus intra paucos dies statum ciuitatis longè tranquilliorē reddidit. hæc ille. Id idem Carolus. vij. & Carolus. viij. nunc regnantem, vt etiā officia ad firmam dari non possint statuisse cernimus. [Vide quæ habentur. j. super verbo, *cetera bona*. dum loquitur de fructu & emolumento iurisdictionis vendēdis & ad firmam tradendis.] & officia empta ipso iure vacare, & impetrabilia esse sanxerunt: nec non iuramentum ab officariis in eorum receptione, q̄ nihil pro officio dederint per se, aut per alium, nec promiserint, strictissimè exigi præceperunt. Et Deus scit, & notoriè videmus, quanti vnam illam acerbam deglutierint in amaritudinem cōscientiæ. Et hoc est quod Lucio Cornelio Syllæ largitionibus prætori factò Cæsarum indignabundo cum sua se in illum potestate vsu rari esse dicitaret (vt ex Plutarcho de vita Scyllæ habetur) ridens Cæsar rectè, inquit, tuum putas esse magistratum, quæ tuis habes pecuniis comparatum, quasi dicat. in illo ius non habere, quod est no. Vnde Carolus vij. anno dñi. M. cccclij. ordinatione sua. xcvij. ordinationes suorum prædecessorum insequendo, districtè prohibuit omnibus officariis, consiliariis, & omnibus subditis nihil recipere mobile, aut immobile pro obtineri faciendò à rege aliquod officium iudicaturæ à rege: Et omnibus subditis de nihil dando vel promittendo sub pœna quadrupli aliquid recipientibus realiter vel ex pronisso, & sub pœna indignationis regiæ incurrendæ, & grauioris punitionis, & dantibus aut promittentibus sub pœna perditionis officij sic obtenti, & inhabilitatiōnis à cetero tenendi aliqua officia regiæ & pariter soluendi quadruplum datorum aut promissorum: & quod officia à cetero dentur libera mente & gratiosè idoneis & sufficientibus sine aliquo suffragio, vt sine aliqua exactiōne iustitiæ administrēt subditis. Similiter Carolus vij. rex noster modernus ordinatione sua. lxxvij. statuit à cetero officia præsidendum, consiliarium, aut cetera officia curiarum suarum parlamenti, & sic comprehendendi aduocatum, procuratorem, grafarium, & ostiarios, & quæcunq; officia iudicaturæ extra curiam parlamenti in toto regno: & q̄ nihil dederint, aut promiserint, tenebantur præstare solenne iuramentum ante eorum receptionem. Et si postea contrariū reperiretur, priuat eos officio, quod declarat coipso impetrabile, vt vacans. (Additio.) Et quia ex post multas literas regias congedij de vendēdo & emēdo dicta officia obtinuerant à rege, Ludo. xij. anno dñi. M. ccccxcvii. sui regni primo, ordinatione sua xl. declarauit q̄ per literas cōgedij derogare non intenderat, nec intendebat in futurum. Et si per importunitatem vel alias aliquas tales literas commendaret, prohibuit cæcellario eas sigillare. Et si surprisia vel aliàs sigillarentur, prohibuit gentibus curias parlamenti tenētibus & quibuscūque aliis officariis inferioribus; talibus

literis obedire: licet iteratiuis. Et sic secunda, tertia, aut vltior iusio regis nihil operabitur hoc casu. Et quod officia vendi non possint, est text. in l. bachij. C. de murileg. lib. xj. vbi glo. dicit illud esse simoniacū. facit text. in c. lege Iuli. & c. si. j. q. j. & est casus in c. iuncta glo. ibi: super verbo, consuetudines. de magistris. quæ dicit quod talia emere est quasi simoniacum. facit gl. in l. ff. ad leg. Iul. de ambitu. vbi Bar. dicit quod illud quod canonistæ vocat simoniā, legitæ dicunt ambitum: qui committitur in redemptiōne pecuniaria officiorū. facit text. in §. si quis tutor. vers. sed si quis præfens. in l. de suspect. tutor. vbi redimens pecunia tutelam tradi debet præfecto vrbis puniendus. l. j. §. item solent. ff. de offic. præfect. vrbis. & vtrouque gl. arguit contra doctores, qui pecunia data redimunt scholares. Vltioris t̄ videatis glo. pragmaticæ super vers. ecclesiasticis. titu. de annatis, præmissa tamen non referentem. Videatis etiā Bart. in l. licet pro hærede. ff. si quis omnia causa testat. volentem, quod qui dat pro officio aut præbenda pecuniam, cum det malo animo, titulum dicitur habere lucratiuum: licet gratis officium illud non habuerit. Vnde poterit indubitanter reuocari, quia titulus non ei censetur onerosus, imò vt vidistis, officium est impetrabile tanquam vacans, cum simoniacus titulum non habeat secundum glo. in c. nisi cum pridem. in princ. de renuncia. Nam iura superius allegata. & Bal. in dicta l. qui se patris. C. vnde libe. volentia beneficium pecunia accepta cōcessum esse irrevocabile: loquitur de beneficiis & priuilegiis, in quibus non cadit ambitio. Vt quia sunt beneficia patrimonialia, puta feuda & officia simplicia nudam administrationem habentia sine iurisdictione, pro quibus dari potest pecunia qua accepta erunt officia sic concessa irrevocabilia. secundum dominum Ant. & Panor. in c. tuam. de æta. & quali. Prouiso quod offeratur & detur publicè & non occultè. l. j. §. sed si quis. ff. de pollicitatio. quæ verè intelligitur de honore siue iurisdictione secundum eos. & Sal. in l. j. C. ad legem Iul. de ambitu. Si autem pecunia daretur etiam pro his simplicibus administrationibus occultè ex pacto, certè præsumeretur contra sic mercantes. arg. l. j. C. de famo. libel. Ideo t̄ iuridicè & sanctè per arrestum curiæ parlamenti Tholosæ prohibitum fuit anno domini. M. cccclxx. cathedras doctorales vèdi, pœna contra facienti adiecta. Quod fuit ex post alio arresto confirmatum die prima Februarij, anno domini. M. cccclxxxvj. Et præterea additum & prohibitum loca collegialia vendi in vniuersitatibus fundata, & cum decreto irritante. Sed quicquid de iure communi ordinationibus regni, & arresto parlamenti dicitur, hodie non instamus in istis: quia temporale & spirituale & cetera omnia venalitati exposita sunt. Et omnia pecuniæ obediunt. An t̄ autem possit quis sine peccato, non dico emere, aut importunè petere, sed sola voluntate dignitatem vel officium appetere & desiderare. Super quo dicit Hugo de Prato. præsupposito tamen quod talis dignus sit gradu quem appetit, aliàs nō. Talis potest appetere dupliciter. Vno modo propter status alitudinem, ad quem sequitur honor, & reuerentia, ac sufficientia temporalium. & hoc modo est peccatum mortale: quia procedit ex cupiditate & ambitione. Nec obstat dictum Philosophi in suis Ethicis, quod homo est animal regium, honorum cupidum, alteri sociale per naturam. Nec vlla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. vnde illa scilicet gloria à claris viris interdum

interdum ex humillimis rebus petita est, dicit Valerius li. vij. tit. de cupiditate gloriæ. Imò Themistocles sapientissimus & philosophus dulcedini gloriæ plene adiecit gloriā, vt ibi dicitur. Quia intelligitur quod homo esse debet cupidus virtutum, quæ ad se trahunt honorem, & quibus honor debetur: qui solus est præmium virtutis, & dari debet solis virtuosus. Et si malè dispensando eis non conferatur in hoc seculo per habentem potestatem, quia ipso facto eis competit, cum illo semper gaudebunt in paradiso. iuxta illud Statij libro vij. Thebaidos. Ite, inquit, alacres: vestri nunquam morientur honores. Nec sunt hæc officia nisi signum honoris propter virtutes competentes. Alio modo potest intelligi quod officium appetat, vt proximis prodesse possit. Et si hoc laudabile sit iuxta illud, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: non vt præsit, sed vt proficit. Nihilominus tamen sic appetere præsumptiuum est. Scilicet præsumere & se æstimare ad hoc sufficientem, & consequenter cum præsumptio sit filia superbiæ, est detestabilis. Hinc t̄ est quod talis gradus non potest absque peccato appeti. Iuxta illud Aurelij Aug. libro ix. de ciuitate Dei: Locutus inquit, superior, & si administraret vt decet, indecenter tamen appetitur. Vnde non sine causa, & ratione Hala magister equitum, Spurius Melium regnum Romanorum affectantem, occidit, Valerio referente libro quinto. titu. de ingrat: Quod fuit sibi reputatum ad maximam reipublicæ gratitudinem, & obsequium. Et vt idem Valerius. [Vide infra super verbo *domum*. An propter delictū sit domus destrueda.] libro vj. titu. de seueritate dicit. Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senatus enim populūque Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit, vt penatum quoque strage puniretur. In solo autem ædem telluris fecit, itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiosæ feruitatis monumentum est. Et sequitur. Eadem ausum Spurium Melium consimili exitu patria malctauit. Area verò domus eius quod iustitia supplicij notior ad posteros perueniret, æqui melij appellationem traxit. hæc ille. Nam vt diuus ait imperator in l. prima. C. de comi. & præpo. schola. lib. xij. dignitates & dominationes à casu debentur & fortuna: quia licet in abstracto emanauerint à Deo. in Auth. quomodo oportet. epi. in princ. & c. solitæ, de maiori. & obediē. tamen in concreto prout isti adherent, aut illi à fortuna dependent, secundum Ioann. de Pla. in dicta l. j. ideo peti non debent. Vnde diuus ait Bernar. Quoties hominibus præfesse desidero, Deum meum prece contendere: & tunc non sapio quæ Dei sunt. Pariter dicit Chrysost. super Matth. Quicumque primatum desiderauerit in terra, inueniet confusionem in celo. Nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Quod nobis etiam Christus ostendit, qui aufugit, cum regem eum facere vulerunt. Ioan. vj. Ob quod concludit Apostolus ad Hebræos. v. Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatus fuerit, sicut Aaron. sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret. sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hæc ille. Cui t̄ concordat quod opti-

mus princeps ille Adrianus. Cum ab eo viri prætorij peterent, vt sibi liceret de iure respondere, quod ex principis auctoritate pro officio tunc fiebat, referre: p̄ hoc non peti, sed præstari solere. l. ij. §. primus diuus Augustus. ff. de origine iuris. Numa Pompilius (vt Plutarchus ait) cum anno ætatis suæ xl. legati venissent pro eo rege assumendo, ipsosque non acquiescente ac dicente, quod omnis vitæ humanæ mutatio sit periculosa. Tandem instantibus legatis atque rogantibus, ne populus iterum in seditionem veniret, regnum lacepsitus suscepit, & secundus post Romulum rex effectus fuit. Vnde regnare est nolle regnare cum possis, dicit Seneca li. iij. de beneficiis. Quod prudenter considerans Scipio Africanus consulatum ad vitam suam ei oblatum & honores diuersos suscipere recusauit: de quo Valerius libro iij. titu. de moderatione animi, sic dicit: Non desuit maioribus grata mens ad præmia superiori Africano exolenda. Si quidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati sunt: vulerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Iouis optimi maximæ cella ponere. Vulerunt imaginem eius triumphali ornata indutam capitolinis puluinaribus applicare. Vulerunt ei continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamque dictaturam tribuere: quorum sibi nil neque plebiscito dari, neque senatus consulto decerni patiendò, penè tantum in reculandis honoribus se gessit, quantum egerat in merendis scilicet honoribus. hæc ille. Considerabat iustissimus ille consul de publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administrati officij accedere debere. vt idem dicit Valerius eodem lib. titu. de abstinentia & continentia, loquens de Quinto Fabio Gurgite. Et ibidē, Scipio Aemilianus, non quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis, honoris, & gloriæ pondus secum ferret æstimabat. Ex quo facilè conuinci potest, quod non virtutibus ex dignitate, sed dignitatibus ex virtute honor accedit. Ideo non ab re viri sancti, dum in prælatos eligebantur reuebant, & possentus resisterunt, vt legitur de beatis Nicolao, Martino, Gregorio, & aliis pluribus sanctis. Similiter & Labeo noluit cum ei offerretur ab Augusto consulatus quo sufficiens fieret, & honorem susciperet. l. ij. §. post hunc. allega. ti. ff. de origi. iur. Latè erant qui regna deponerant; & tristes quibus dabantur. dicit Vale. lib. v. titu. de indulgentia patrum in liberos. in fi. Sciens quod indignus est regno & sacerdotio, nisi ordinatus fuerit inuitus. l. si quinquam. C. de episco. & cleri. Non certè debet homo sibi ipsi assumere officium publicum violentia, prece, pretio, aut simulatione: sed cum sibi imponitur pro vtilitate populi, debet cū timore suscipere, sicut Christus, de quo dicit Idem Apostolus quod nō arbitratus fuit rapinam, se Deo patri æqualem facere: sed pater hoc fecit, dicens: Filius meus es tu: ego hodie genui te. super quo dicit Aurelius Augustinus in lib. de ciuita. Dei. Otium sanctum quærit charitas, negotium iustum, scilicet per officium publicum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit, contemplandæ veritati vacandum est: & hoc est quod dicit Apostolus vbi supra. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tantum Aaron. Ille enim à Deo vocatur, qui modo debito tristè producant effectū. Iuxta illud, quod solitus erat dicere An. Peris que potestas que petitur premit: quod etiā aliud est potestas culminis, nisi tēpestas mētis in qua

62

in qua cogitationum procellis semper naus cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excelsus oris & operis, quasi per obruentia saxa frangatur. dicit Greg. in pastorali, & Claudianus. Tolluntur in altum ut lapsu grauiore ruant. Vnde cæci sunt & duces cæcorum, cum Eolo ventorum rege gloriantes, & (vt poeta lib. primo Aeneidæ refert) dicentes:

Tu mihi quodcumque hoc regni, tu scepra Iouemque Concilia: tu das epulis accumbere diuim,

Nimborumque facis, tempestatumque potorem.

Per quæ clarè constat omnes tales nimborum, id est ventorum & tempestatum esse duces: quos increpat diuus ille Bernardus in suis epistolis. Quid postea ab iis, quæ possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciant? quia secundum Philosophum viij. Ethico, Principatus quanto maior, tanto instabilior: quanto sublimior ascensus, tanto lapsus periculosior. dicit Hieronymus ad Demetriadem: Sed mens potentia auida nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. xlvij. dist. capitu. virum. videatis Lucam de Pœna in l. iubemus. C. de prox. sacro. serinio. libro xij. & in l. j. C. de vete. c. li. Quæ paulò latius à me vobis narrata sunt, vt faciliè intelligatis honoris sedes, pestilentia cathedras à David rege pulchrè appellari, quas nemo ferè conscendit, cui à laboribus quies, à periculis securitas concedat illis maximè, quibus iniusta est alterius potestas, putantes alieno fulgore suam obscurari. Nunquid Lucifer honorem ambiendo, & sedem ab aquilone appetens ilico cecidit? Nunquid Apollo Deus Phætoni filio suo curram solis in quo sederet petenti, & consequenter regimen mundi libro secundo Metamorphoseos respondit:

Non honor est: pavam Phæton pro munere possis.

Et quia curram tam sublimem ostentando patris monita contempsit, toto orbe combusto cecidit, ruptaque ceruice expitavit. Quidio ibi dicente:

Conferuntur equi, & salu in contraria facto

Colla iugo eripiunt, abrupitque tora relinquunt.

Illic frana iacent, illic te mone reuulsus

Axiis in hac radij fractarum parte rotarum,

Sparsa sunt late laceri vestigia curru.

At Phæton virilis flamma populante capillos

Voluitur in præcep. longoque per aera tractu

Fertur, ut interdum de caelo stella sereno.

Vnde finis honoris ambitu, aliud quam pœna ambitionum non existit. quos Valerius libro vij. titulo de sapienter dictis (Socratem referendo) postea tenus retrahit honores inquit concupiscis, qui quam plures pessunderunt. Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio. Regna tecum ipsa voluis, quorum exitus saepe numero miserabiles cernunt. Splendidis coniugiis manus iniicis, ad hoc vt aliquando illustret, ita nunquam sanditus domos euertunt. hæc ille. De Methrodoro sic dicitur. Methrodorus rhetor Græcus & legista apud Calcedonem è philosophica disciplina in ciuilem mutatus propter eloquentiam, quanquam pauper esset, clarum coniugium obtinuit: & à Michridare rege ini reddendo præpositus est. Sed postmodum ad Tygranem legatus missus, cum ab eo recessisset, inuitus remissus est. Ac iterum reuertens, siue regis opera, siue alio morbo decepsit. Sensitque philosophicam vitam imprudenter se dereliquisse: quæ si neque honores, neque opes cumulat, attamen saltem periculis, molestisque complurimis, vt experientia didicimus, caret. Saepè enim

ignominiosus est finis. hæc Bergomen. & hinc est, quod dignitas alterius fratris in collatione bonorum non venit. Cum iuxta Papinianum responsum, dignitatis onera multa existant. lege prima. §. nec castrense. ff. de collatione bonorum. Et consequenter in legitima non computatur, sicut nec officium patris pecunia filio emptum. de quo tamen per Paul. Iason. & Baldum super hoc plenè loquentes in lege, omnimodo. §. imputari. Codice de inofficioso testamento. Talia enim sunt plus oneri quam vtilitati.

63. Ideo non posset simul quis duo tenere officia secularia. lege, quisquis. C. de cohar. vbi Bartol. lib. xij. Nec duos honores, l. libertus. §. præter. ad mu. & lege finali. C. asse. & l. quisquis. C. de prox. sacrorum serinorum. lib. xij. Nec duas militias. l. his quidem. §. in posterum. C. qui mi. pos. lib. cod. Ob quod apud Romanos Quintus Mutius Volusij auditor homo quæstorius cum esset, vltra proficere noluit. Cum Augustus illi etiam consulatum offerret. lege secunda. §. fuit. eodem tempore Trebatius. ff. de origin. iuris. Et apud Francos Gagui. lib. ix. capitul. tertio referente, cum Ioan. Solleuillus homo sine controuersia eruditus & iustus duo gubernacula in vrbe Parisien. gessisset, non inuisus, quantæ sollicitudinis erat vtrique officio inferuire, regem scilicet Carolum sextum adiuit, curas enarrans quæ bino magistratui incumbere: alteri vix se satis esse posse, orare vt vno se abdicare posset: deputatur in eius locum Ioannes Iuuenellus inter parlamenteos aduocatos boni nominis & probitatis vir, &c. Omne enim quod hic eminet, plus secundum Gregorium mæroribus afficit, quam honoribus gaudet. xiiij. dist. capitulo, nerui testiculorum. Et qui succedit in honore, expedit, quod etiam succedat in onere. capitu. ex literis. de pigno. & capitu. aduersus. de immunitate ecclesiarum. Ex quibus resultat bestialitas eminentium officia publica, seu potius onera, pericula, & in commoda ineuitabilia. Tamen restat casus sal-

64. Tamen restat casus salentia expeditus, in quo femina tenere potest feudum, videlicet si pecunia cum redemerit. Præterea fallit regula vbi feudum esset femineum. cap. j. de na. suc. feud. & capi. secundo de fi. na. ex ma. ad mor. contracto. vel vbi specialiter cõuenit in inuestitura, quod transeat ad feminas. cap. j. de feu. fe. Quo casu tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum. per tex. quem ibi Bal. ad hoc dicit cregium in titul. de duo. fra. à capi. inuoc. ibi: tenorem inuestituræ &c. Aded, quod si inuestitus fuerit pater eo pacto, vt sui descendentes masculi & femina feudum habere possint: tunc femina succedere poterit. Quod t̄ verum intelligatis deficientibus masculis: quia licet per tenorem inuestituræ videantur pariter inuitati tam masculus quam femina, attamen ex rigoro feudorum consuetudine masculo existente semper femina censetur exelusa. capitu. primo. §. filia verò. de succes. feudo. & in capitu. primo episcopus vel Abb. qui feud. dare non pos. & in capi. similiter. de capi. qui curiam vend. Et multò magis hoc verum erit, vbi pater de feudo fuisset inuestitus pro se suisque hæredibus legitimis masculis. Et his deficientibus pro feminis: quia tunc femina velut temporaliter exelusa & non perpetuò ad feudum deficientibus masculis admittentur. capitu. primo. de inuestituris. quam Titius accepit à Sempronio. & in capitulo, de eo qui sibi & hæredibus suis. Aliter autem non veniunt femina, licet pater inuestitus foret pro se & hæ-

66. redibus suis. Cum t̄ in materia feudali verbum, hæres

hæres, solùm pro filio masculo accipiatur, & non pro filia, nec extraneo hærede: cap. j. de aliena. feud. vt clarè consuluit Ludouicus consilio primo incipiente, visis in facto &c. Et etiam filia in feudo succederet, si mortuo patre domino feudi eam de feudo inuestiret de consensu illorum, qui erant in feudo successuri. capitulo primo, de alienatione feudi materni. & de successio. feu. capitulo primo. §. hoc quoque. Et ita in prædictis casibus consuluit idem Ludouicus consilio xxxij. & latius consilio cccxvij.

67. Postremò t̄ & addendo, filia etiam in feudo succederet, vbi statuto vel consuetudine regionis permittitur, vt seruatur in præsentî regno Franciæ: vbi femina sicut masculi in feudo succedunt, secundum Ioan. Fab. in Authentica, ingressæ. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi dicit feuda in regno Franciæ ad instar patrimoniorum esse redacta. pro quo est textus in capitulo, significauit, secundum intellectum Hostien. quem ibi refert & sequitur Panormitanus de rescript. in principio. & in cap. dilecto. in princip. de testa. & tenet idem Ioan. Fabri. institutio. de legitima patrono. tute. in fin. & consuluit Zabarel. Car. consil. lxxij. in fi. & Guido Papæ. quæstio. lxx. dicens ita seruari etiam in patria Delphinatus. idem dicit quæstio. cxxxij. imò etiam in materia feudorum appellatione suorum hæredum non solùm veniunt in hoc regno filia, sed etiam quicunque alij etiam extranei hæredes: sicut in hæreditatibus patrimonialibus secundum eundem quæstio. cxxx. Et quod plus est, veniunt feuda in generali alienatione bonorum, secundum Ioan. Fab. in §. primo. in fine institutio. de rerum diuisio. Et posito etiam, quod feuda haberent annexam omnimodam iurisdictionem, sicut in præsentî regno in eis succedunt ex consuetudine: quam iurisdictionem exercebunt per alium vel per se ipsas, si hoc habeat consuetudo, vt in capitulo, dilecti filij. de arbitris. Sicut faciebat Dido regina postquam Carthaginem condidit. vt habetur allegato libro primo Aeneidum, ibi: Iura dabat, legesque viris. Et plures alia fecerunt. de quibus supra vidistis. Et pulchra dicit Felynus in capitulo, dilecta. de maiestate & obedientia. Et t̄ nedum eo nunc succedant feminae in feudis legiis, quæ quid sint declarata glo. super verbo, homo legius. de cler. pastoralis. de re iudicata. Specula. titulo de feudis. §. quoniam. versic. xxj. Et ibi Ioannes Adræ. in additione

68. incipien. & sciendum. [Et clarius infra super verbo. Et uxorem nomine Adelsiam. in j. arti. & iij. decisione.] Tamen idem erit in feudis non legiis probata consuetudine in loco secundum Alexandrum in prima parte consilio xxx. incipien. Quoniam omne datum. in responsione ad quartum argumentum. Et Iason in præludis feudi. vij. diuisione. & in l. de quibus. xxj. columna. ff. de legibus. Et est casus in dicto capitulo significauit. secundum Hostien. & Panor. ibi: & Henricum in capitulo, ex parte. in fine de feud.

69. Nam t̄ in hoc regno videmus feuda multum alterata, quia licet iure communi feuda & vasalli ipsis inuitis alienari non possint, cum intersit subditorum non mutare dominum, qui forsitan potentior est ad ipsos defendendum, sicut interstet libertorum suum non mutare patronum. l. inuitus. vbi bona glo. ff. de fideicommiss. liber. & plenè Felynus in dicto capitulo, dilecti. iuxta illud Lucæ xj. Cum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia quæ possidet. vt plenè no. Bart. in l. si is qui. §. fina. ff. de pigno. & Ioan. Fab. plenius in §. item Seruiana. vij. col. versic. sed

quid dices: tu debes mihi homagium &c. instit. de actione. Veruntamen quia ratio prædicta non est perpetua, imò aliquoties potius interest vasalli esse hominem Capellani sui, qui modice ipsum vexabit quam alicuius magni & potentis tyranni, qui plures saepe daret ei molestias. Ob quod dicit Panormitanus in cap. inuitum. de rerum permutatione. honorabilis esse, quem subici ecclesiæ: & sic Deo seruando regnare, quam subesse domino temporali. facit capitu. multos. liij. distin. Videmus hodie in præsentî regno Franciæ ex generali regni consuetudine feuda liberè vendi & alienari sicut patrimonialia; secundum Ioan. Fa. in dicto §. item Seruiana. & clarissimè in §. j. instit. de rerum diuisione. & in §. finali instit. de assignatio. liberti. vbi plus dicit, quod feuda, homagia, & cætera iura veniunt hodie in Francia in generali bonorum alienatione. Aded quod si decimæ tenerentur per laicum ab ecclesiâ in feudum iuxta capi. cum apostolica. de his quæ sunt à prælatis vendi possent. etiam aliis similiter laicis, sicut alia feuda, vt ibi dicit. & in dicto §. item Seruiana. Dummodo vendantur capaci, puta alteri nobili ad tenendum decimas dispensato, & masculo. quia cum femina in feudo succedere non possint, has decimas in feudum tenere non possent. vt supra dixi in principio. Nec si venderentur eas retrahere possent tanquam proximior de genere: etiam si quis ad tenendum decimas priuilegiatus pro se & recta linea descendibus eas videret. non posset proximior agnatus, vel alius collateralis eas offerendo pretium intra annum ex consuetudine regni retrahere. argu. l. verum. §. si seruo communi. ff. pro socio. tamè in præsentî regno quibuscumque laicis venduntur, secundum Ioan. Fab. licet contrarium & fortè melius de iure in feudo decimæ videatur tenuisse. in §. locato. instit. de contrahenda emptione. & in dicto §. primo. & plenè Panormitanus in cap. prohibemus. de deci. & Fely. in cap. quæ in ecclesiis. xxij. colum. de constitutione. Tamen primum in facto seruiatur in Francia, quia liberè venduntur feuda decimarum, similiter dominationes, & iurisdictiones vendi possunt, & obligari, in iudicio deduci, super his transigi, & componi per dominos sine consensu subditorum ex consuetudine regni: qua sunt feuda ad instar patrimoniorum quo ad hoc redacta, vt dixi. Quæ consuetudo valet secundum Panor. in cap. auditis. vij. colum. de præscriptio. Iasonem in dicto §. item Seruiana. xxij. col. & Barba. in cap. ad quæstiones. de rerum permutatione. Ad quod facit quod decidit Bal. in cap. j. de succes. feudi. vbi dicit, quod licet super. feudibus testamentum fieri non possit. & si fieret, non valeret etiam pro anima vel alia pia causa. capi. j. §. donare. qualiter olim feu. alie. pote. & in c. imperialem. vbi Bal. de prohibi. feudi alie. per Fede. Tamen t̄ hic & vbiq; citra montes ex generali consuetudine seruiatur, quod quis de talibus bonis testatur, sicut de patrimonialibus seu allodialibus. [Quod qualiter intelligitur, habetur plenè super dicto verbo, Et vob. nomine Adelsiam. in j. arti. iij. iij. & v. decisione.] Ita quod valet consuetudo secundum eum, quem sequitur Iason in dicta l. de quibus. xx. col. ff. de legi. post glo. ibi, circa quæ multa singularia consuluit Panormita. in ij. parte. consil. iij. xx. col. in decisio. quæstio. xxij. t̄ vbi inter cætera concludit feuda alienari posse etiam sine consensu subditorum cum vniuersitate territorij: sicut alienando subditos cum territorio, secus si retento territorio dominus alienaret

ius, quod

ius, quod habet in aliquem, vel aliquos subditos, & homines suos, quod fieri non potest de iure sine eorum consensu, per dictam l. inuitus. ff. de fideicom. l. i. ubi glof. quæ sic intelligitur secundum Alexand. in quinta parte, consilio xxv. sexta colum. Nisi talis alienatio fieret in casu maxime imminenti necessitatibus. Argum. l. patronus. & l. medicus. ff. de operis libertorum. facit tex. in c. j. §. ex eadem de lege contradi. ubi cum territorio homines alienantur, secundum Bal. in l. secunda. ff. soluto matrimo. & in l. si plures. C. de condictione. infertis. & in l. ij. C. de donationib. Si ergo ex consuetudine regni Franciæ talia permittantur, non est mirum, si etiam femina in feudo succedat, & pariter sua soboles, quæ seruire per substitutum poterit, sicut facit ecclesia pro feudis, quæ tenet. Quæ conclusione præsupposita, quid erit si comes habens feudum decefferit, relictis nepote ex filia primogenita prædefuncta, & secundo genita filia vel vltioris gradus, vel relictæ filia, & fratre suo dictæ filia patris? quis illorum præferri debet in comitatu? Videatis Baldum in l. quoties. C. de suis & legitimis hæredibus. & clarius in Authentica, cessante. C. de legitimis hæredibus. Cynum in Authentica, post fratres illo eodem titulo. Specula. titulo de locato. §. nunc aliqua. versiculo cxlvj. Bartolus in l. i. liberorum. ff. de verborum significatione. & Bald. in authentica, si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. & in capit. j. quemadmodum feud. ad feminam pertinet. Præterea etiam de iure communi femina in feudo seruitio alicuius domini non subdito succedere possit, de quo in cap. dilecti. de arbitris. Etiam in regno, sicut pluries successit femina in regno Apuliæ, ut dicit Bald. in dicta l. quoties. Quod non permittitur in regno Franciæ, nam licet pro eo nullum præstetur obsequium nec seruitium, cum alium quam Deum non recognoscat superiorem, capi. per venerabilem. qui filij sunt legitimi. Tamen in ipso regno ex ipsius speciali consuetudine nunquam femina succederet, quod etiam ortum habuit à lege regni antiqua, quæ vocatur Salica, qua prohibitum erat feminam succedere in ipso regno. Cuius legis verba (quo ad propositum sufficit) sunt hæc. Nulla portio hereditatis de terra Salica mulieri veniat. Sed ad virilem sexum tota hereditas perueniat, &c. Quæ verba interpretantur de regali dominio, quod à nullo dependet, nec alicui subiicitur ad differentiam allodiorum seu terrarum, quæ in allodium subditis conceduntur à rege. Terra enim Salica dicitur, quæ coronæ adhæret: quia authores legis Salicæ, cum loquebantur de allodio semper intelligebant de terra siue hereditate subditorum: quæ in allodium datur & recipitur, sola regi superioritate referuata. Et ad differentiam feudorum, pro quibus vltra superioritatem regi debetur seruitium. Vnde ad differentiam terræ allodialis, & feudalis, Terram regiam vocabant Salicam, [Vt de his clarè habetur super dicto verbo, & uxorem nomine Adelaßiam. arti. j. in ij. & iij. decis.] qua lex Salica à Francis principibus constituta primò formam succedendi, & modum regendi in terra regia docuit, quod antea nõ fiebat, quinimo abque lege viuentes fortior obtinebat principatum. Et est autem lex Salica constitutio regia sub Pharamondo primo Francorum rege inclito decimo anno sui regni, responsis quatuor prudentum ab eo deputatorum initiata, subsequenter à principibus emologata, & ex post secundum diuersitatem temporum, per varios Reges emendata & au-

gmentata, prout tractum fuerat ad Romanos de lege decem tabularum à Græcis obtenta, cui duæ fuerunt additæ à Romanis tabulæ, & demum emendata, & in aliquibus correctæ. Sic pariter fuit dicta lex Salica vsque ad tempora Caroli magni, qui imperator factus leges Romanas in regno legendas suscepit, & ad hoc studia multa fundauit, sine tamen legis illius derogatione, cui ex post (habitis legibus Romanis) nihil additum est nec emendatum. Et dicitur lex Salica, secundum aliquos à ciuitate Salechanti vltra Rhenum fluium Alemaniarum, ubi tunc Galli habitabant, sita, eò quod in dicta ciuitate authores primi infra nominandi eam initiarunt: vel dicitur à Sale condimento oris, & deriuatur Salica, quasi licitum condimentum. Vel à Sale prout est masculini generis, quasi sit licitè & sapienter condita. Ita quod sit Gallorum Sophia, & sapientia, de qua lege meminit imperator in titulo de filiis natis ex matrimo. ad morga. contracto. in vñibus feudorum. Et Gaguinus Gallorum gesta exordians, libro primo capitulo tertio, sic dicens: Primus omnium Marcomirus dominationem in Francos accepit, quem à Priamo Troiano rege prognatum in summa veneratione habebant Franci. Hic præterquam vallo murque munire vrbes nihil illustre gessit. Sed erat illi filius Pharamondus corporis, & animi præstantia insignis, hunc ex consilio patris sibi primum regem constituunt. Regendi permittit sibi potestate, anno salutis ccccxx. Quæ modestissimè administrata, vnde decimo post acceptum regnum anno morte assumptus est, relicto Clodoueo filio regni hærede. Hic Pharamondus author fertur extitisse legis, quæ Salica à Francis appellatur. Nam cum ad Rhenum vsque peruenissent Fræci, ferisque moribus viuerent, quatuor ex Sicambriis spectatos primates selegit, qui populo legem ferrent, Vsfugastum, Lofogastum, Sologastum, & Vifogastum. Qui communi, & procerum autoritate freti legem conscripserunt, quam Pharamondus edidit, atque promulgauit ad nostram vsque ætatem nominatissimam. Hæc ille. In fasciculo autem temporum sic habetur. Priamus quidem nobilis de semine Troianorum, qui in Lombardiæ partibus venerat, rebellauit contra imperium: sed mox interfectus ab exercitu Romanorum fuit. Cuius filij fugientes regnum Franciæ inchoarunt inuitis Romanis, & Coloniam extruxerunt, ibique vt coloni habitare cœperunt, quorum Marcomirus dicti Priami filius Dux fuit. Sed Pharamondus eius filius primus Rex Franciæ extitit. Et inde locus ille adhuc Colonia appellatur Alemaniarum ciuitas, quæ ante hæc tempora dicebatur Agrippa, quam Cæsar in suis Commentariis nominare omisit, de qua Raymundus Marlianus ad Cæsarum Commentaria addens, Agrippinam, quæ nunc Colonia dicitur Archiepiscopalem inferioris Germaniæ Vbiorem urbem ad ripas Rheni citioris sitam non memorat Cæsar, sed Tacitus. Ex qua gente Agrippinam Claudij Cæsarum filiam Gncij Domitij coniugem, Neronisque matrem natam esse refert. De huius incliti regni initio frater Iacobus Bergomensis libro supplementi Chronicarum tertio: Francus, inquit, quidam ex Hectoris Troiæ filijs, à quo Francorum nomen tractum est his temporibus (vt Vincentius Gallus, historicus scribit) vnà cum Antenore aliisque à fratribus propriis fugatus, prius tota Asia peruagata, in Danubij ripas tandem peruenit, ibique cum aliquandiu confedisset, mox authore Antenore locum quærès à communi hominum

num societate seunctu, ad Thanais fluena, & Paludes Meotidas fecerit, ubi cum maximis fluctibus circumseptum videret, Sicambriam condidit urbem, ubi & per multa tempora sub armis contra finitimos suos successores cruentam exercere vitam, donec à Valentiniano iuniore Romanorum Imperatore, cui aduersus Alanos opem sub Fræcorum vetusto nomine ferentes meriti fuerunt liberatis priuilegium. tunc quoque sibi ex ducibus regem cõstituere cœperunt. Hæc ille. Cui satis concordat glossa in principio pragmaticæ. Vnde restat filias & masculos ex eis descendentes in regno ipso secundum leges suas, atque consuetudinem inconcusse obseruatam succedere non posse. Quinimo liberis masculis non existentibus, reliqui parentes & consanguinei in regno succederent seruata gradus prærogatiua, vt scilicet proximior sit de iure potior ad regnum obtinendum, adeo quod si (quod absit) tota domus Franciæ moreretur, ita quod vnus solus staret de antiquo sanguine, etiam si in millesimo gradu foret, certè iure scilicet proximior sit de iure potior ad regnum obtinendum, adeo quod vnus solus staret de antiquo sanguine, etiam si in millesimo gradu foret, certè iure scilicet proximior sit de iure potior ad regnum obtinendum, quia licet in aliis successionebus post decimum gradum collateralium admittatur fiseus de iure communi post coniugem, libro primo. C. vnde vir & vxor. tamen in ipso regno deferendo non potest fiseus succedere, sed ipse sanguis, qui perpetuus est, secundum Bald. in capitulo primo de feud. marg. chiaz. [De quo plenè habetur super dicto verbo, Et uxorem nomine Adelaßiam. in iij. præludio, & in v. principali articulo.] Et est enim regnum Franciæ ita clarum & nobile, quod in eo nunquam femina, sicut nec in regno Israel successit, quasi ambo regna illa fuerint coelitus instituta, prout fuerunt, si nedum Gallorum, sed etiam totius orbis historiæ vt decet, considerentur, & de Clodoueo primo rege Christiano loquentes, de quo Gaguinus libro primo c. viij. sic dicit, Conuentu apud Successionem habito Clodoueus rex Clotildem Burgundiorum ducis filiam, cuius speciem prudentiamque cum per legatos occultè explorasset, regio apparatu in vxorem suscepit amantique, tamen Christi documenta mulier sequeretur. Quam obrem illa sedulo admonebat virum deos non colere, sed cum cui se ipsa addixisset Dominum Iesum. Sed ille veteris obseruantie insuetus se maiorum traditiones relictarum negat. pertinaci autem in errore Clodoueo bellum in Alemanos instauratur. Constitutis in conspectu vtriusque exercitibus manus conferunt. pugnam cum diu esset, Francis cedentibus, timet sibi Clodoueus, cœlumque suspicans, Deus, inquit, quæ Clotildis religiose veneratur, audi, si vicerò, fide te perpetua colam. Vix preces finierat rex, ecce alacres Francos prælium reintegrare conspiciunt, quibus animus ipse quoque adiciens rege Alemano perempto, victoria potitus est, & Alemanis lex posita, victorem etiã credulum Christo regem Vedastus, qui Tulli aderat, & qui postea Atrebatu pontificatum administravit, secutus est, cui rex credulitatis & fidei suæ rationem enarravit. Clotildis credenti Clodoueo gratulata, Rhemigium pontificem nihil morata conuenit, atque ad Clodoueam introducit, quem ad se admissum rex diligenter audit de fide, & Christi religione differenter: dies abluendo regi indicitur parato ingenti ornatu lauacro, & cum sacrosanctum oleum, quo lini ritu Christiano, qui abluuntur, solent, siue ministrorum incuria, siue hoc agente Deo allatum nõ esset, ecce de supernis de lapsa columba, phialam, quam ampullam vocant,

odoratissimi liquoris oppletam, ad manus Rhemigij detulit. Creditu est spiritus Dei ministerio id perpetratum esse, eo liquore hic Clodoueus primò, posteri deinceps Francorum reges hæcenus regnum administraturi sacrantur. [Ex quo solo satis liquet regnum Franciæ à solo Deo dependere: sunt tamen plura alia signa, de quibus habetur super dicto verbo, & uxorem nomine Adelaßiam. articulo primo. in fine quintæ decisionis.] Ministerio abluitionis expleto Clodoueus ad circumstantem nobilitatem populùmque breui oratione habita suadet aspernari falsam deorum religionem, & eius fidem profiteri, qui Christus appellabatur, & Dei filius esset, quo authore hostem Alemanum superauerat. Regis oratione percussis Francorum animis Christum possessi ablutu sunt. Et Clodoueus, vt professam fidem insigni aliquo opere illustraret, templum in colle Lecutatio, qui nunc Genouefa appellatur, Parisiis à fundamentis extractum diuisi Apostolis Petro & paulo dicat, &c. Hic profectò Clodoueus videtur quasi secundus Constantinus, qui sedem Petri & Pauli dicauit. & Clotildis altera Helena rememorari. nonagesima sexta distinctione. capitulo, Constantinus. Quos & Deus exaltauit, eisque semper fauit, vt idem ibi subnectit Gaguinus, Hic, inquit, fide firmus (scilicet Clodoueus) Alaricum Gothi ab Aquitania propellens, cum ex Vienna venisset amnicum obtulisset, qui crebris imbribus intumuerat, & ita vt vadum transiri non posset, impeditum dolens exercitum Clodoueus, Deus, inquit, optime in tribulationibus adiutor, sana religioni tuæ, quam tueor, ne differ de hæretico Gotho sumere vltionem, da fluuium vadabilem. Hoc precantè Clodoueam non est aspernatus Deus, ad primam enim insequentis diei lucem ceruus è sylua nemine inelamante, in conspectu se prorupit, qui magnis inde militum vocibus excitus, fluuium enatans, quasi itineris explorator, vadum monstravit, hunc secuti milites in vltiorem fluentis ripam, quæ ceruus traiecerat, euadunt. Vltra progressus exercitus ad diui Hilarij Pictauiensis ædem consistit, & cum non procul abesset hostis, milites in aciem rex reducit, moxque atrox vtriusque prælium committitur, iuxta fluuium Clauum in campo Voglodinensi, qui ab vrbe Pictauiensium decimo milliaro abest. Rex inter præliantes Alaricum cõspicatus, cum inuadit, & solus sibi congregiens solo deiectum Gothum necat. Vnde ineunte proximo vere postquam Theodoricus eius filius cum exercitu in Narbonensem prouinciam missus, eam partem quam nunc Occitanam linguam vocant, ipsos præterea Aruernos patri audientes fecerat. Tholosates petit, ubi Alarici thesauri asseruabantur, quibus expilatis reliquas vrbes, quas Gothi præsidio tenebant adoritur, hisque hoste vndique deturbato Francorum præsidium pauit: rebus ad hunc modum quietis Turonum se contulit, ubi Anastasij Bisantini imperatoris legatos audiunt imperatorio nomine amicitiam ei offerentes Romanumque consulatum: quo honore affectus rex, in scenso equo in patens aruam, quod inter diui Martini ædem Turonumque per id tempus erat, proficiscitur, ubi populo varia munera profudit, cunctis acclamantibus, bene sit regi confulque Romano. Nec præteribo huic loco adiacere, quod perseverante ad hanc vsque ætatem fama vulgatum accepi, fuisse regibus Francis buffones treis nobilitatis quidem insignia. Clodoueo christiani sacris initiato demissum cælo esse, id quod nunc

reges gestant lilia aurea, quibus subest cœli sereni color, quem a sursum Franci dicunt: traditum quoque est pannum sericem rubrum instar signi militaris quadratum miro fulgore spendentem diuinitus esse exceptum, quo in expeditionibus contra fidei Christianæ hostes pro signo Franci reges uterentur, huicq; vexillo nomen lauri flammam hæcenus permansisse. Hæc ille. (Additio) De hac Clodouei Francorum regis miraculosa conuersione latè scripsit frater Ioannes Ludouicus Vinaldus de monte Regali, ordinis prædicatorum, in tractatu de triumpho trium liliorum domino nostro regi ad præsens feliciter regnanti, Ludouico duodecimo directo. Et inter cætera, Ea, inquit, die qua Clodoueus à sancto antistite Rhemigio vnda sacri baptismatis perfusus est, & quatuor miracula facta perhibentur. [In præsentia additione plura alia continentur vltra dicta per dictum de monte Regali, per hunc doctorem locis opportunis intermixta.] Primò Clodoueus erutus de potestate tenebrarum translatus est in Dei lumen & regnum, & per baptismatis sacramentum spiritus sancti effectus est templum. Secundò, cum in tanto mysterio sacrum chrisma deesset, ilico columba nico [Excellens signum de ipsius columbæ missionis, sub cuius forma apparuit Spiritus sanctus in baptismo Christi, & quare hoc factum fuit habetur plene infra super verbo, & uxorem nomine Adelasiam.] quinto articulo, loquendo de successione in rebus vacantibus, & quando prohiberi potest venatio.] candore resplendens, de cœlo delapsa est, quæ rostro sacram ampullam chrisimate plenam attulit: quo antistes regem linuit, & inde Francorum reges seriatim inunguntur. Vnde in baptismo Clodouei sicut baptismi Christi columba apparuit, quæ sacrum oleum attulit, quo reges vnguntur in virtute spiritus sancti, qui est spiritalis vnctio ignis inflammatus, septiformis gratiæ charisma vocatus. A qua sacra vnctione pro tanto miraculo pœ creditur omnes Francorum reges virtutem curadi certum genus morbi sola manus impositione diuinitus accepisse. Et quia dignum erat, vt Clodoueus ob tantæ pietatis meritum aliquod perenne suscipere, tria aurea lilia nitido colore saphyri miro splendore lucentia à superis transfusa sunt, quibus scutum regis compositum est.

87 In quo sunt quatuor consideranda mysterio non carentia. Primò, quòd in scuto lilia depinguntur. Secundò, quia aurea. Tertiò, quia in numero ternario. Quartò, quia in campo coloris saphyri extenduntur. Quo ad primum, lilia fuerunt à superis multiplici ratione Francis regibus data. Primò, quia sicut liliū plerunq; de spinis oritur, inter spinas moratur, & quantò magis spinis pungitur, tantò vehementius odor eius sentitur. Sic Francorum reges, licet à spinis, & infidelibus originem duxerint vsque ad tempora Clodouei prædicti: qui quatuor reges predecessores habuit infideles, videlicet, Pharamundum, & Clodoueam, Meroueam, & Childericum dicti Clodouei patrè: nihilominus postquã nomen Christi Francis innotuit, tam reuerentè candore & odorem illibata fidei retinuerunt, vt nihil eis dulcius nihilque charius fuerit, quàm gloriam Christianæ gentis extollere. Secundò, quia liliū plantam habet rectam, quæ ad vnã partem tendit ad alta, in quo rectitudo bonorum operum figuratur, iuxta illud: In festo germinabit sicut liliū, & florebit in æternum ante dominum. Sic rex animi rectitudinem ha-

bere debet, cum nihil honorabilius existat in regia maiestate, quàm rectitudo voluntatis, sicut per oppositum nil execrabilius in eo, quàm simulatio aut duplicitas. Ideo pristini Francorum reges duplicis vitia nimium horrentes, semper cum animi rectitudine ac cordis integritate seipos ecclesiæ obsequio præbuerunt. Sicut Pipinus pro Stephano antistite contra Astulphum, Et Carolus magnus pro Adriano contra Desyderium Longobardorum reges fecere, vt clarè dicit super verbo, & uxorem nomine Adelasiam. in primo articulo de visione secunda. Tertiò, quia inter lilia quiescere, & conuerti Christum quamplurimum delectatur, vnde in Canticis Canticorum, liliū ipse, qui sapientia diuina est, se nominat. Ego, inquit, flos campi, & liliū conuallium, ita quòd spiritus sanctus in persona ecclesiæ Canticorum secundo, ait, Dilectus meus (scilicet Christus mihi, & ego illi) qui pascitur inter lilia. Et iterum, Dilectus meus descendit in hortum suum, vt ibi pascatur & lilia colligat. amat enim valde Christus, & delectatur in liliis, id est, personis puris & mundis peccato, quia cum sit in eo summa puritas, mentes puras diligit. Sic rex Christianissimus delectari debet in liliis, id est, secum habere & amare personas doctas, puras, & mundas ab omni peccato & vitio, tendentes Veronã, id est, sequentes veritatem. Et non ambulantes inter Laudem & Placentiam, quales sunt adulatoris veritatem occultantes, aut dissimulantes, qui principes decipiunt, sicut Sirenes nautas, vt dicit super verbo, & uxorem nomine Adelasiam. in primo articulo, dum loquitur de legitimatione. [Et plenius habetur de perniciose adulatione super verbo, *condidit*. primò, prope finem.] Quartò, quia liliū sui natura (teste Plinio) est nobilissimum quo nulla florum celsitas maior, cuius flos languido semper collo quasi inclinans & non sufficiens capiti oneri flagrat odore acutissimo. Est etiam Christus sedens à dextris virtutis Dei in excelsis, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra. Tantò angelis melior effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit, vt dicit Apostolus ad Hebræos primo. qui tanquam fons humilitatis cœlos inclinavit, descendens in vtero virginis, humiliavitque semetipsum factus obediens vsque ad mortem, secundum Apostolum ad Philippenses secundo. Et tandem inclinato capite tradidit spiritum. Toannis xix. Cuius flagrantia aliis est odor vitæ in vitam, aliis verò odor mortis in mortem. Sic rex Franciæ cū sit christus, scilicet oleo sacro diuinitus emisso vnctus & sacatus, omnibusque celsior atque maior, ex quo vocatur Christianissimus, sicut liliū in se habere debet humilitatem, & ad audiendum singula caput inclinatum, nihil de seipso præsumens, & odoris suauitatem per bona & sancta opera, ex quibus bona resultat fama in suauitatem odoris, & non exemplum cuiusquam sceleris, quia candidum semper itat liliū. Vnde legitur in Exodo xxv. cap. quòd in candelabro tabernaculi erant lilia, ex ipso, pendencia, denotans candelabrum Franciæ, scilicet regem habere debere cogitata verba & opera pura, & candida tanquam lilia. * Sunt enim virtutes candidæ & lucidæ, peccata verò & vitia nigra sunt & obscura, propter quod diuisit dominus lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, Genesis primo. Quintò lilia in scuto regio sunt posita, quia liliū multiplicem habet virtutem, ita quòd virtute suæ naturæ radix eius, secundum phisicos valet contra duriciam splenis & neruorū, maximè sub

prunis

prunis cocta & cum oleo roseo trita vsuras sanat, & vulnera cicatrizat, & confert adustioni aquæ calidæ, cum sit exsiccatia & mollitia absterfua, consolidat. Valè que liliū incisionibus neruorū, & splenis apostematū maturat. Et vt omnes testantur, liliū tumores resoluit, vlcera abstergit, dolores mitigat, venena depellit, puncturis confert, & succus eius cum melle decoctus veteribus vlceribus medetur. Sic rex Christianissimus (quasi virtute lenitatis liliorum pro-uocatus) vltra modū horrere debet tumore arrogantiæ, discordiæ, iactantiæ, inanis gloriæ. Apostemata luxuriæ purgare, vsuras auaritiæ, & venena inuidiæ sanare. Et tandem omes morbidas Reipublicæ agritudines correctione, & cum opus fuerit punitione malorum salubriter curare. Et insuper totum se conferat ad regias virtutes, ad pietatem, clementiam, misericordiam, mansuetudinem, humilitatem, modestiam, dilectionem & beneuolentiã, quæ pretiosa sunt nomilia regiæ maiestatis. Vnde Demosthenes ad Alexandrum, Nil, inquit, habes, rex, vel fortuna tua maius, quàm vt possis: vel natura tua melius, quàm vt velis seruare plurimos. Nulla enim de virtutibus tuis generosior misericordia, & vt admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quàm vt salutem conferas hominibus, vel dando si egerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint. cum enim vincamur à diis in omni munere, sola clementia est, quæ nobis deos reddat. quales, facit Imperialis. C. de nupt. Tullius quoque libro primo de Officiis, Nihil, inquit, laudabilius, nil magno & præclaro viro dignius placabilitate, & clementia. Nam si egregium est hostem abiicere, non minus tamen laudabile infelicis scire, Misericordia, vt dicitur Prouerbiorum vigesimo, Misericordia & veritas custodiunt regem. Et roboratur clementia thronus illius. & Seneca libro primo de clementia ad Nerone, Magni certè animi est placidum esse, tranquillum, & iniurias atque offensiones semper despicere. Muliebri autem est furere in ira: nam de Cesare legimus, quòd omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum. Pariter Octouianus detrahebatur ei in libera ciuitate liberatus esse linguas respondit, & cum in testem produceretur libenter obiectus etiam contra personam suam tolerabat, nec contra obiectentem mouebatur. Et Valerius libro quinto, titu. de Humanitate & clementia, de senatu Romano loquens, Ante omnia, inquit, humanissima & clementissima senatus acta referam, qui cum Carthagenensium legati ad captiuos redimendos in urbem venissent, protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuuenes numerum duum millium, & septuagintorum quadraginta trium expletes, tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot puniis iniuriis veniam datam ipsos legatos obstupuisse arbitror ac secum dixisse, O munificentiam gentis Romanæ Deorū benignitati æquādā! O etiam nostram legationem supra vota felicem! Nam beneficium, quod nunquam dedissemus, accepimus. Et de Pyrrho Epirotarum rege: Aequè, inquit, mitis animus Pyrrhi regis, qui cum audierat apud quosdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de se sermonem habitum, accessit qui ei interfuerant percunctabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant, dixissent. Tum ex his vnus inquit, Nisi vinum nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ his quæ de te locuturi eramus, iustus ac iocundus fuissent. Tam vrbana crapulæ excusatio tanque simplex

Tom. i.

veritatis confessio, iram regis conuertit in risum. Quæ quidem clementia & moderatione assecutus est vt & sobrijs sibi Tarentini gratias ageret, & ebrijs bene precarentur. Videte de hoc textu optimum in l. prima. C. si quis imperatori maledixerit. Sextò in scuto regis sunt lilia, quia lilijs oleum est resolutiuum & appetituum, conuenit etiam dolori capitis, & distillatum in aurem sedat eius dolorem. Sic rex Christianissimus in aperto esse debet, & copiam sui facere, aures apertas semper habere, & singulos audire, vt de omnibus informetur, & singulis providere possit, ne assistentes eidem facilius eum decipiant propriis commodis inhiantes in Reipublica destructiuem. multoties enim reuelatur vni paruulo ad informandum regem, quod sapientiores sibi propinquos latebat, qui facta ignorare possunt, quæ ipsos quātuncunque peritissimos fallunt. l. secunda. ff. de iuris & facti ignorantia. facit l. prima. in fine. C. de officio præfecti vrbis. & l. potioris. C. de offi. rectoris pronunciat. Præterea fieret quodammodo iniuria nationibus regem aduentibus, si non audirentur, & missorum officialium auctoritas vilesceret. Vnde imperator relationes, inquit omnium præsertim officiariorum libenter audimus, ne administratorum decretere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti prophatorum preces à nostris adytis vilesceret. Vnde imperator relationes, inquit omnium præsertim officiariorum libenter audimus, ne administratorum decretere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti prophatorum preces à nostris adytis vilesceret. l. ij. C. de officio vici. Sed hodie principes multi susurrionibus & detractoribus aures præbent. [De quo plenè infra, super verbo, *condidit*. primo.] ab eis que domesticis suis tenentur inclusi, vt nihil veritatis eorum quæ prauè geruntur sciant, & ipsi interim bona hauriant & substantiam, & interdum personas subditorū perdant. & hoc est quod Aeneas Syluius ad ducem Ferrariæ dicebat, Nullus verū de se minus audit, quàm publica potestas: vt plenè habetur infra super verbo, & uxorem. in primo arti. successio ab intestato, dum loquimur de legitimatione in temporalibus.

92 Quod in præsentia regno aliàs cõtingit, regnate in Francia Theodorico, [Vide plenius infra, super verbo, *dotem quam ei dederat*. circa finem, dū loquitur ibi, de otio & negligentia.] sub quo ferè destructū fuit vniuersum regnum, de quo Gaguinus li. iij. cap. iij. sic dicit, Per Theodorici incuriam atque locordiam res Francorum deterior facta est. Quippe cum respublica cubicularijs regis, & præfecto palatii liberè crederetur, Regi per inertiam mos inoleuit, palatio nisi ad Calendas Maij non egredi, moderationem omnem alijs permittere, ostendere se populo vno vel paucis duntaxat diebus, & quo salutatus & muneribus donatus cum & ipse reciproca populo dona exhibisset, domum abire, ibique toto anno incolere. In hoc tam inerti otio Ebroynus occasionem nactus opprimere & vexare complures cepit, rem omnem in Theodoricum transferens. Hæc ille. Non profectò est in quolibet administratore publico modicum vitium negligentia, cuius prætextu officio suo priuari potest per textum notabile in l. si quos. C. de officio præfecti prætoris orient. per quem dicit ibi Bartol. iudices posse remoueri propter negligentiam. Quod dicit esse notandum, & menti tenendum perpetuò. Septimò lilia in scuto regis figurantur: quia liliū suam virtute saniem, & immunditiam purgat. Ex quo demonstratur, quòd ad regem pertinet immunditias hæresum, & saniem hæreticorum, ac peruersa infidelium dogmata ab ecclesia Dei diligenter abstergere, & repellere: quia hæresis fundamentum omnium bonorū subuertit, & plus cæteris peccatis nocet eccle-

C ij. ff.

siæ Dei. Estque omnium peccatorum grauissimum, secundum Tho. facit tex. in l. Manichæos. & authen. Gazaros. C. de hære. Et inde est quod hæretica prauitas appellatur. Huius zeli accensus fuit Carolus magnus, qui barbaras gentes, Saxones, Hispanos, Longobardos, cæterisque populos, qui falsos ritus sequebantur in potestate subegit. Et multa corpora sanctorum, quæ ex prouinciis subactis exemit, Tholosam portauit, quæ honore non modico in diu Saturnini cœnobio veneratur, & inter cætera beatorum Philippi & Iacobi, necnon alterius Iacobi, præter caput maioris, quod est in Galitia, ac Simonis & Iudæ, & Barnabæ, efficacibus à sede apostolica uisitantibus confessis indulgētis. taceo alios Francorum reges, præcipue Philippum tertium, qui Petro Aragonum regi bellum intulit, eò quod variis erroribus fauerat. Tandem illo apud Gerudam occiso, ac pulsus vndique hæreticorum erroribus, ad propria rediit, vnde in omnibus, & per omnia felicia fuerunt regum Francorum prælia: nam cum cæteri Christianæ religionis principes torperent otio, quiete nimia desidãque marcescerent, isti pro Christo, & ecclesia seipfos, & sua religione litabant, quasi radentes morbidas ægitudines infidelium hæreticorum, virtute ac medicamine liliorum. Octauo Francorum regi lilia data sunt, quia liliū suæ naturæ virtute morsum serpentis curat, & similiter eius folia vexationem serpentum curant, eiusque radices (vt Plinius testatur) valent contra serpentum ictus. Et secundum Auicennam, liliū confert puncturæ vermium venenosorum, atque Scorpionis: & præterea semen eius (vt dicit Dioscorides) potui datum ad serpentis morsum facit. Quia morsu illius tortuosi serpentis Machometi tota penè Christiana religio infecta, imò dilacerata fuit. Hic scelus princeps veneno æstuans tertiam Stellarum partem traxit de cælo ecclesiæ militantis, eaque in terram prostravit, vt scribitur Apocalyp. xij. a. Hic est ille angelus Satanæ, qui Satanicam legem condidit, quæ incensiu fuit, & est omnium hæresum, quia quicquid diabolus sparsum per alios seminauerat hæreticos, ex his omnibus hic Satanæ discipulus vnum conuulit coagulatum, suamque damnatissimam legem statuit, & ordinavit, in qua nedum permittit, quinimo omnes suadet carnales voluptates bestis, & hominibus communes. Quibus tam ingentem multitudinem ad se traxit, nec mirum, quia naturaliter mel muscæ sequuntur, & cadauera lupi. Contra quem Machometum serpentem Francorum reges ad venenum illius extinguendum surrexerunt. Et inter cæteros Philippus huius nominis secundus forma pulcherrimus, facie lætus, fide catholicus, munificentia largus, consilio prouidus dicti sui tenax, in iudiciis suis velox, & rectus: in rebus bellicis expertissimus, ac fortunatissimus. [Et sic regno dignus, iuxta illud, Species Priami digna erat imperio. Conuenit enim principem esse conditionatum in multis, de quibus in chronicis Helinandus libro ij. sic dicit: Princeps constitutus non multiplicabit sibi equos, nec subditis erit onerosus. Neque multiplicabit sibi seruos, nec canes, aut bestias, sed quod satis est tenebit. Histriones, mimos, lenones, meretrices repudiabit, inferiores non corrumpet exemplo: quia teste Claudia, libro iij. Mobile mutatur semper cum principe vulgus: vxorẽque non habebit plures, Literis intendet, & cum iudicabit, ad partem alteram non declinabit, Deum præcipue colet, munera non acce-

ptabit, suosque officiales frequenter non mutabit. Hæc ille. Pariter David rufus erat, & pulcher nimis, j. Reg. xvj. qui de Christo prophetans Psal. xliij. de illius pulchritudine, sic dicit: Speciosus forma præ filiis hominum, &c. vide quæ plenius habentur infra super verbo, *mortuõq. restatore. j.* dum loquimur de nullitate sententiæ capitalis cõtra Christũ latæ.] Hic cum intellexisset de perditione Ierusalem rumores Christianorum lamentabiles, Ludouico trium annorum filio relicto ad subsidium festinauit. Et cum in decimoquarto ætatis anno ita volente Ludouico eius patre, coronatus fuisset atque sacratus, Sacerō coronamenti absoluto, memor, vt Gaguinus libro vj. refert, rex adolescens, quàm impiè plerique per Franciam decierant, & execrabili Deum blasphemia prouocarent, legem tulit, si quis eius impietatis reus compertus esset, in fluium aut paludem citra mortem demitteretur. Quod Tholozæ adhuc seruatur, vbi ter in Guaronnæ flumen proiciuntur: quam prædicam ponit Cyn. in l. ij. C. de reb. cred. & iureiuran. & nedum blasphemias & iuramenta Philippus ille vocatus Augustus, & ab aliis *Philippe le conquérant, autrement le Conragueux*, à regno suo, 971 Verum etiam Iudæos lege Mahumetica pariter quo ad voluptates carnales in futuro seculo excercendas infectos, & nonnulla alia nephanda perpetrantes expulit, anno domini M. clxxxij. vt Vincentius refert lib. xxx. cap. xxv. Credunt profecto Iudæi, errorique Saracenorum (vt Lyræ dicit Gen. j.) assentiunt, qui beatitudinem futuræ vitæ in corporalibus ciborum & venereorum delectationibus ponunt, quod nedum apud catholicos, sed etiam apud gentiles Philosophos (qui beatitudinem in partis intellectiue operibus ponunt) absurdum reputatur, vt plenè per Philosophum in j. Ethi. de quo Gaguinus allegato lib. vj. capit. iij. sic dicit: In Iudæos quoque, quorum erat per omnem Franciam ingens multitudo, seueritatem exercuit (scilicet Philippus.) itaque huic perfidæ genti impia consuetudo erat, surreptum quotannis aliquem infantem Christianum in locum apud se subterrancum ducere, atque illum diu penis affectum, tandem die veneris sancto cruci affigere, contententes hoc suo immani facinore Dei Christi mortem, & Christianorum religionem ludibrio habentes. Quam rem postquam rex certò cognouit, iubet ad quartum Calendas Martias omnes Iudæos comprehendendi: comprehensos auro argentoque atque vestibus expoliat. Post pauca ibi, idem Gaguinus subiungens, Cum in Franciam Philippus venisset, essetque apud sanctũ Germanum de Layo, excreabile Iudæorum facinus ad eum delatum est. Apud Brayum castrum Iudæi Christianum quemdam captum sero spineo coronauerunt, deductũque per oppidum, & multis vulneribus affectum tandem cruci affigentes interemerunt, permitte loci domina, quam ipsi muneribus euicissent. Cognita iniuria, rex nulla mora interposita, necientibus aulicis quid animo cogitaret, ad Brayum perproperè se contulit, moxque portas & viarũ exitus à suis diligenter obseruari præcipiens supra octoginta Iudæos comprehensos cremare iubet, & finaliter à regno expulsi fuerunt. 98 Consequenter Philippus tertius Catholicæ fidei Clypeus cũ valido exercitu Saracenos infideles persecutus est. Et ad eò, quòd post strages plurimas Tunicij regem expugnauit, quem tributariam pensionem auunculo suo Carolo Siciliæ regi soluere coegit. Nunquam etiam beatissimus ille Ludouicus, vt huius

ius venenosi serpentis furiosus impetus reprimeret, cum duobus suis fratribus, ac fortissimo exercitu bis crucem assumpsit, & de Saracenis mirabiliter triumphauit, & tandem Tunicij apud infideles decessit.

99 Prius t̄ corona Christi spinea in præmium ali-quod laborum à Balduino imperatore Constantino politano ei donata: de quo Gaguinus, lib. vij. cap. ij. Per hos, inquit, dies Balduynus imperator Ludouico coronam Christi spineam dono dat, quam religioſissimo receptam apparatu ex Vicennis ad Dionysianum cœnobium portari iubet, comitantibus se fratribus Roberto, Alphonso, Caroloque, nec multo post tempore Ludouicus cognito, quòd Balduynus rerum inops bonam dominicæ crucis partem cum sponsia, & lancea ferro, quibus dum cruci Christus esset potus, & confosus fuerat, pignori obligasset, ingenti pecunia recepta Ludouicus, per Balduyni assensum dissoluto are sacrosancta dominicæ passionis monumenta in regio apud Parisios facello condidit, institutis ibi ad Dei cultum ministris. Hæc ille. Certè omnes à Clodoueo protochristiano, Francorum reges seipfos suaque dederunt in pericula mortis, vt Christianam religionem à morsu tortuosi serpentis Mahometi liliorum virtute liberarent. Igitur conuenientissimè lilia à superius emissa in scuto regio figurantur. T̄Secundò principaliter in scuto regis Christianissimi lilia figurantur aurea, & non argentea, vel alterius coloris. Ex quo pulchra aperiantur documenta ipsi regibus necessaria. Primò quia aurum est coloris optimi, & puritatem quandã ac fulgorem eximium præ cæteris metallis habet, & inde dicitur aurum ab aura, id est, à splendore, secundum Iſidorum, vnde in libro de Natura rerum dicitur, quòd aurum est in corporibus sicut Sol inter stellas. Sol autem dicitur rex stellarum & lumen earum. Sic aurum est rex corporalium rerum, & mensura omnium. Et quanto rubicundius fuerit, tanto melius est: quale est aurum quod in India, & terra Equilath nascitur. Quam fluuius Phison, alio nomine dictus Ganges circuit, in qua terra aurum nascitur optimũ, vt dicitur Genesis secundo cap. Ex hoc auro prouocatur rex Christianissimus ad sapientiam acquirendam, quæ auro purior est & splendidior, imò omne aurum in cõparatione illius arena est exigua. Et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Sapientiæ ij. T̄ Comparatur enim auro sapientia ratione puritatis, & splendoris in conspectu æterni iudicis: de qua Lactantius libro ij. diuinarum institutionum, Illibabilis, inquit, est tantquam lux, & claritas solis sapientia, quia vt sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. & lib. iij. c. xxvj. Vno, inquit, lauacro malitia omnis abolebitur, tantæ sapientiæ vis est, vt in hominis pectus infusa matrem delictorũ stultitiam vno semel impetu expellat, quæ tanquam virtutũ nobilissima est profecto regibus necessaria: quia sicut, qui in tenebris ambulat, luminis claritate indigent, ne pedibus offendant, sic reges, qui potestatem habent perpetrandi omnia peccata, & omnia sua implendi desideria, ambulat quodammodo vias tenebrosas & difficiles, indigent lumine sapientiæ, vt habeant principandi scientiam, ac in cunctis agendis publicam sciant procurare utilitatem: hanc verè sapientiam habuere inter cæteros Alexander Macedonius, Salomon, Carolus Magnus, qui nedum sapiens fuit, quinimo studium sapientiæ Parisiis fundauit, vt vidistis super verbo, *Raynuinus de Clara*, Etiam beatus Ludouicus, Carolus quintus sa-

piens appellatus, & plures alij Francorum reges. Secundò, aurum habet proprietatem lætificandi, quam non habet aurum per Alchimiam Sophisticatum, secundum Thomam. [Sapientiam regibus esse necessariam Vegetius lib. j. de re militari, apertè ostendit. Nullus, inquit, est, cui sapientia magis cõgruat, quàm principi, cuius doctrina omnibus debet prodesse subiectis. Nam sapientia (vt Policrates libr. iij. & vij. ait) fecit Romanos dominari. Romani, inquit, viguerunt quandiu literati fuerunt. Sed ex quo virtus literarum in eis languit, ex tunc manus armata infirmata est, & cecidit principatus: quoniam sapientia ait, Per me reges regnant, Proverb. octauo. Ob quod (vt idem Policrates libr. vj. refert) Traianus olim hortabatur regem Francorum vt filios suos in Artibus liberalibus erudire iuberet. Rex enim insapiens perdet populum suum, Ecclesi. decimo. Et sapiens multiplicabit eum, sed prohdolor hodie fortassis superbia eleuauit corda eorum, ita vt negligant omnia, quæ à prudentibus scrutari debent, &c. non certè considerantes beatam illam solũm esse rempocam, quæ per sapientes regitur, secundum Platonem, quem refert Boetius lib. j. de consolatione, & magis extensè Valerius lib. vij. titul. de sapienter dictis, & factis in hæc verba, Iam Platonis verbis astricã, sed sensu præualens sententiã qui tunc demum beatum terrarum obem futurum prædicauit, cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cõcepissent.] Vnde limatura auri (vt dicit Auicenn.) ingreditur medicinis melancholiæ, & alopeciæ. Et confert doloribus cordis, ac tremori ipsius, necnon timori animæ, datã cum succo boraginis auxiliatur syncopizantibus. T̄ Ex quo instruitur rex Christianissimus, quòd gaudens sit semper & lætus: quia animi lætitia interdum corporis dolores mitigat. Tristitia verò humanæ vitæ gemula est, & passio mortifera. Iuxta illud Proverbiorum xvij. d. Animus gaudens floridam ætatem facit, spiritus tristis desiccã ossa. Tertio, quia verum aurum ponderositatem habet, & soliditatem: quia, vt dicitur in libro de natura rerum, Aurum est in duplo ponderosius argento, ære, aut stanno, habetque ex sua soliditate puritatem, & generositatẽ super omnia metalla. Ideo est pretiosus, durabilis, tractabilis, omni tempore fulgens, recreans visum, & cæteros sensus. Ex t̄ quo regi Christianissimo datur salubre documentum, vt tanquam aureus sit solidus, maturus, secretus, & grauis in discutiendis rerum causis, ne leuitate, aut furore ductus feratur in præceps. Nã veri principes nec misericordia fluctantur, nec corumpuntur, neque pœnitentiã, aut satisfactione mitigantur: sed diuina & humana lege reuoluta, & personarum acceptione remota, difinitiuã sententiã post plenam causæ discussionem feratur, quia ideo lilia gestat aurea, vt sit velut aurum solidus, stabilis, ac fixus, ne per facilitatem aut inconstantiam subditos suos inficiat. Cũ enim instabilitas sit dispositio quædam ad omne peccatum, facilliter parere solet confusionem in populis. Iuxta illud Proverbiorum vndecimo, Impius facit opus instabile, sicut Nero fecit qui felicitatis magnitudine abusus, omnium viro-rum leuissimus, omniumque flagitiorum genere inquinatissimus fuit. Ex quo malè ei successit. Quarto quia aurum secundum phisicos temperatius est omni metallo. Vnde virtutes habet mirabiles confortandi cor, stomachum, & cæteros sensus. Non quòd incorporetur aut membra nutriat, sed quia alteratiua virtute corpus immutat. Et ideo confortat, quia asperit

tate sua superflua detegit. Licet enim aurum calidæ sit naturæ, vt medici dicunt, tamen eius caliditas est modici excessus. Ob quod non locatur in gradus quauis ab aliquibus ponatur. Sic rex ipse Christianissimus, quasi aurum erit temperatus, calidus quidem amore charitatis & dilectionis erga subditos.

Et præ oculis habere illud Senecæ, Si vis amari ama, quoniam vt dicit Helinandus, vbi supra, ita decet principem viuere, vt à subditis diligatur: & sic suos diligit, vt etiam pro ipsis mori non timeat, sicut Codrus Atheniensium rex, pro victoria populi sui seipsum morti tradidit, qui mutato habitu regio, sarmata colligans castraque hostium Ingressus à milite interfectus est: sic etiam Christus pro salute populi sui occisus fuit. Vnde princeps sic faciendo, à suis diligitur: nam dux (vt Cæsar dicere solebat) qui non laborat, vt militibus charus sit, militem amare nescit. Videant illum magnum Alexandrum, qui videns militem Macedonem præ nimia senectute frigore stupefactum de sede sublimi descendit, & suis manibus eum in sedem posuit, & eo modo fecit, vt à suis diligeretur. aliter princeps, qui à suis non diligitur, tanquam tyrannus dominatur, nec securitate vbi est fruitur: sicut de Dionysio tyranno legitur, cui eum corpus suum iuberet à multis militibus custodiri, Plato dixit: Quod, inquit, malum fecisti, vt à tot militibus custodiri habeas? Quapropter dicit Claudianus: Non sic excubiz, non circumstantia tela, quem tutatur amor, quasi dicat, quod qui amat, non eget custodia. Ob quod dicere Traianus Romanorum imperator solitus erat: Talem priuatis imperatorem esse oportet, quales priuatis sibi optat habere, hoc inter cætera fecit nedum viros, sed & foeminas gloria belli pollere regni que potiri. Vt de Amazonibus lib. iij. de gestis antiquis refert Diodorus, dicens: Eas omnium subditorum beneuolentiam iusto æquoque imperio adeptas. Exemplo etiam Moyse, qui Exodi trigesimo secundo. Aut, inquit, dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Similiter apostolus ad Romanos loquens. Optabam ego anathema esse pro fratribus meis.

104 ¶ Quia sententia datur intelligi, quod tota pastoralis cura amore veræ dilectionis ornari debet, quæ à pascio pascis nomen sumpsit. Cui vigilantia incumbit ad subditorum utilitatem, & totalem consolationem. Iuxta illud Quidij,

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

Regium profectò est omnibus prodesse, & nulli nocere, quod in belluis clarè monstratur. Et sic viuunt apes, quod rege amisso, totum dilabitur examen. Et cum sint animalia iracundissima, ac pro corporis capto pugnantissima, quæ aculeos in vulnere relinquunt. Rex tamen apum aculeo caret. Nec voluit eum natura scruum esse, à quo telum detraxit, quod regibus & principibus dignum exemplum est, vt & ipsi ab exiguis animalibus discant turbas populorum sine aculeo seueritatis in debitum finem dirigere, & tunc velut aurea lilia amore veræ charitatis erunt radiantia.

105 tes. Quintò, ¶ quia verum aurum sub malleo non resistit, vt ferrum, nec frangitur, vt vas terreum, nec resonat, vt cymbalù: sed si malleo percutitur, cedit, & in omnem partem dilatatur. Et sicut in libro de natura rerum dicitur, Licet aurum sit generosissimum super omnia metalla, nihilominus est maximè ductibile, & tractabile, ex quo plura documenta regi Christianissimo ostenduntur, patientiæ, hilaritatis, constantiæ, & fortitudinis. Cum ¶ enim statum hu-

ius seculi pelago cõparetur, in quo rara sunt prospera, densa sunt turbulenta, & præsens vita tota tentatio sit, in qua nullus seruus Christi absque tribulatione esse potest, ideo non debet rex Christianissimus perturbari in rebus aduersis, nec frangi per diffidentiam nec conuerti per impatientiam: sed vt sit aureus collum submittere debet in quo diuinæ correctionis, considerans Deum esse summum medicum, de quo loquitur Hieronymus in epistola ad Amanum, non parcat medicus vt parcat, scruum vt misereatur. Et idem in epistola ad amicum ægrotum ait, Nec mirandum est, quod malorum frequentium stragibus variis sic mortalium vita populetur in mundo, in quo nemo nascitur ridens, in quo lumèn vitæ, nisi cum lachrymis auspiciatur. [Zoroastres ea hora risisse fertur, qua natus fuit, de quo infra super verbo, Adiecit impuberi.] Et iterum artis est medicinæ aliquoties signibus & ferro curare. Quid mirum, si Dominus nostrarum medicus animarum turbinibus excutiat, morbis examinet, calamitâtibus perget? fortitudinis est nostræ, quasi per ignes & flammam vasorum more purgari. Hæc ille. Sextò, quia verum aurum diutius, & durabilius in sua operatione permanet, quam aurum sophisticatum teste beato Thoma. Et sicut dicitur in allegato libro de natura rerum, aurum cunctis corporibus nobilissimum est, & rex eorum ac dominus, quia nec terra, nec aqua, nec aër, nec igne corrumpitur, aut minuitur. Sed ignis reficit eum & humectat, nec comburunt eum sulphura, quæ alia comburunt corpora, natura quippe eius & complexio recta est, ita quod in eo non est additio, neque diminutio. Et iterum aurum in igne positum non comburitur, sed probatur & purgatur: nec aurum rubigo vlla, nec erugo eius bonitatem consumit, pondus uel minuit. Ex cuius auri proprietate animari debet rex Christianissimus ad perseverantiam diuinæ legis, quia hæc virtus sola, scilicet perseverantia meretur coronam. Et que vnica æterni regis filia, ac cunctarum virtutum finis, sine qua nemo Deum videbit. Natura enim (dicit Hieronymus libro tertio, titulo de constantia, in principio) sic comparatum est, vt quisquis se aliquid ordinis, ac recta mente complexum confidit, vel iam gestum, si obtrectetur, acriter tutatur, vel nondum editum si interpellatur, sine vlla cunctatione ad effectum perducatur. Profectò in vanum bonum agitur, secundum Gregorium, si ante vitæ terminum deseratur. Et frustra velociter currit, qui prius quam ad metas venerit, deficit. Tolle perseverantiam, ait Bernardus, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui incæperit, sed qui vsque in finem perseverauerit, hic saluus erit. Prout in clivis Francorum reges fecere. Qui à Clodoueo primo catholico nunquam in fide defecerunt, ob quod etiam Christianissimi vocantur. Septimò, quia verum aurum cæteris metallis est pretiosius, virtutem habens conseruatiuam, nec vnquam putrescit, sed putrida resoluunt & corrigit. Adeo quod, secundum Aucennam, cauterium melius est, & velocius sanabile, quod fit ex auro, nec vulnus ex auro factum corrumpitur in tumores, imò vitæ factæ ex auro instrumento, meliores sunt, quam ex alio metallo. Et sunt, qui dicunt aurum valere ad iuuentutem conseruandam. Vnde plures sequantur aurum potabile, ex qua dignitate auri incitatur rex Christianissimus ad veram humilitatem, quæ virtus est aurea cæterarum virtutum conseruatiua, teste Hieronymo in epistola ad

la ad Celanciam, vbi humilitas, inquit, est præcipua conseruatrix, & quasi quædam custos virtutum omnium. Nihilque ita est, quod nos hominibus gratos esse Deo faciat, quam si vitæ merito magni humilitate infirmi simus. Et Isidorus libro tertio, capitulo quadragesimonono. Qui rectè vitur regni potestate, ita se præstare omnibus debet, vt quâto magis honoris celsitudine claret, tanto fementipsum mente humiliet. Proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non timuit, sed humiliter se deticiens dixit, Viliis incedam, & vilior apparebo ante Deum. [De virtute humilitatis, & triplici gradu eiusdem, vide glossam in Clementina prima. in fine. de religiosis domibus.] Octauò & vltimò aureis liliis. ideo decoratur scutum regis, quia verum aurum fistulas, & hæmorrhoidas sanat, vlcera putrida, & terti odoris emendat, corporique humano maximè congruit: ita quod in cibo sumptum, iuuat multum, ac vinum in quo extinctæ fuerint laminæ aureæ candentes, spleneticos iuuat, quæ si haberi non possint, de chalybe fiant. Hæc profectò virtus medicinalis auri regem prouocat Christianissimum ad iustitiæ amplectum, quæ virtus sola magna est, & mater omnium, quos magnos facit. [Verè nulla alia causa fuit, quæ sic creuit potestas Romanorum super alios, nisi virtutes, quæ exurebantur in eis, & micabant, præsertim iustitia, quam summè colebant. Et quandiu seruauerunt modestiam, & dilexerunt iustitiam, inuicti semper vbi que manserunt, corrupti verò vbi que faciliter deuicti leguntur. Præterea in quadam revelatione beata Brigidæ diuinitus facta habetur, quod Deus testimonium perhibet antiquioribus Romanis, quod nusquam homines in mundo ex puris naturalibus iustis, & rationabilibus vixerunt, ob quod toti mundo dominati fuerunt, quandiu bene vixerunt. Sed ex post mutatis moribus corruerunt, vt habetur infra super verbo, condidit. primo. loquendo de maris tractantibus subditos.] Est ¶ enim iustitia virtus confortatiua, & corroboratiua, quæ sui splendore reges & regias sedes magnificat, quibus dictum est Sapientia primo, diligite iustitiam, qui iudicatis terram, id est, ecclesiam, quæ tota est sicut terra humilis, & corde infima. Vel qui iudicatis terram, id est, peccatores, qui terrena diligunt. Vel qui iudicatis terram, id est, homines de terra formatos, vel humanam carnem aut eos qui carnales sunt, vel habitantes in terra, quos iustitia curat ab omni morbo. Vnde Hieronymus, iustitia, inquit, quasi aurea virtus curatiua est morbidarum aegritudinum: quia puniendo tollit scelera & peccata, atque putridas carnes, & scabiosas curando abradit. & Augustinus in libro de duodecim abusivorum gradibus, sic dicit, Quantum iustitia regis seculo valeat, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimen gentis, cura languorum, lætitiæ hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fecunditas. solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi bimct ipsi (scilicet principi) spes futuræ beatitudinis. Hæc ille. Pariter Anselmus in libro cur Deus homo. Iustitia, inquit, est animi libertas, suam cuique tribuens propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, & egeno operosam misericordiam. [Ad hoc Mercurius Trimegistus, iustitia, inquit, nil aliud est quam Dei vocatio. Deus enim, qui hominem generat, atque inspirat, omnes pares esse voluit: eandemque viuendi

conditionem omnibus proposuit, immortalitatem omnibus spondidit. Nemo apud eum seruus, nemo dominus, nemo pauper est, nisi qui iustitia indiget. Nemo diues, nisi qui virtutibus plenus est. Præterea dicit Lanctantius libro de vero cultu, Primum iustitiæ officium est coniungi cum Deo. Secundum est coniungi cum homine, sed illud primum religio dicitur. Secundum verò humanitatis nominatur. Itaque tam Deo quam proximo iustitia debetur. Iudex sic ergo iudicet, vt Deum non offendat, & proximum non iniurietur. Non est enim iustitia, vbi crudelitas exercetur. Hæc ille.] Quia scilicet iustitia remota, nil aliud sunt regna, nisi magna latrocinia, secundum Augustinum libro quarto de ciuitate Dei, capitulo quia etiam latrocinia, nil aliud sunt, quam parua regna. Hæc ille. De iustitia Romanorum, ad instar quorum regnum Franciæ fuit erectum. Valerius libro sexto titulo de iustitia. Tempus, inquit, est iustitiæ sancta penetralia adire, in quibus semper æqui ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione versatur, & vbi studium verecundiæ cupiditas rationi cedit, nihilque vile quod parum honestum videri possit, ducitur: eius autem præcipuum, & certissimum inter omnes gentes, nostra ciuitas exemplum est. Subiungens de exteris. in fin. Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius. Seleucus Locrensiū princeps vrbe Locrensiū à se saluberrimis, atque vtilissimis legibus munita, cum filius eius adulterij crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum vtroque oculo carere deberet, tota ciuitas in honorem patris necessitatem pœnæ adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit, ad vltimum precibus populi cuius suoprius, deinde filij oculo eruto, vsum vtrique videndi reliquit, ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento se inter misericordiam patrem, & iustum legislatorem partitus. & sequitur. Sed aliquando Charondæ Tiri regis præfector, & abscissor iustitia. Ad vim & cruorem vsque seditiosas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo vt si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur. interiecto deinde tempore ex longinquo iure gladio accinctus domum repetens, subito indicta concione sicut erat, scilicet cum gladio, in eam processit, ab eoque qui proximè confisterat, soluta à se legis suæ monitis, idem ego illam, inquit, sanciam, ac protinus ferro, quod habebat districto incubuit. Cùmque liceret culpam vel dissimulare, vel errorem defendere, pœnam tamen representare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret. Hæc ille. Si ergo pagani, & idololatræ de proprio filio, imò de seipsis vsque ad mortem iustitiam fecerint, vt videtis, quanto plus Christiani principes sine comparatione præexcellentes hoc facere tenentur? Et quia rex Francorum (vt alibi dicam.) [Hoc dixit super verbo, Et uxorem nomine Adelastram, in primo articulo successorum ab interflato. in fine, quinta decisione & exemplum ponit supra verbo, Candidi. primo. dum decidit an dominus subditos verberare possit.] de seipso & aliis ita fecit, & dilexit semper iustitiam, vt clarè demonstrat officia ex antiquo in domo sua, & regno instituta, & odiuit iniquitatem, vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ confortibus suis. Ad quorum differentiam solus nomen Christianissimum adeptus est. Ita quod propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam deduxit eum mirabiliter dextera sua. Cuius sedes in seculum seculi, virga directionis virga regni sui. Psalm. xliij. Tertiò ¶ principaliter in scuto Francorum regum

in ternario numero, & non maiori nec minori aurea lilia figurantur. Habet enim hic numerus rationem cuiusdam totalitatis. Puta principium, medium, & finem. Nam secundum Chronicas etiam gentiles in eorum cultu diuino utebantur numero ternario ad sacrificaciones Deorum, ut habetur lib. j. de Cælo, & Mundo. super quo beatus Tho. in commento. Sicut, inquit, natura perficit omnia in ternario numero: ita gentiles, qui diuinum instituerunt cultum, volentes Deo tribuere omne quod perfectum est, attribuunt ei ternarium numerum in sacrificiis & laudibus ipsorum. Legimus præterea in scripturis sanctis numerum ternarium multipliciter cõsecratum, eo quod opera mirabiliora Dei in eo facta, & ordinata sunt. Vnde si mysterio trium liliorum regis Christianissimi explorare quis conetur, tantò magis exuberabit ratio discernendi, quanto plura mysteria in ternario numero elucescunt. In primis ergo tria redolentia lilia, quæ in scuto regio figurantur odoramenta Catholice fidei in beatissima Trinitate asseruit, scilicet quod patri in diuinis attribuitur potetia, filio sapientia, & spiritu sancto clementia. Quæ tria attributa sicut sanctissimam Trinitatem ornant, ita regiam maiestatem magnificant. Quæ sacratissima Trinitati debet potestatis conformari, scilicet ut sit rex primo clarus potentia patris ad tyrannos debellandum, & barbaras gentes, ac Turcarum perfidiam extinguendam. Secundò cõuenit ut ornatus exsistat sapientia filij in discernendis rerum causis. Tertio, quod sit clementia plenus, quæ quanto in eo maior fuerit, tãto in cõspectu Dei, & hominum mirabilior, & gratior apparebit. Secundò principaliter tria lilia (quæ in scuto regis figurantur) tres substantias in persona Christi denotant. Sicut enim in diuinis est trinitas personarum in essentia vnitate, ita in Christi persona est trinitas essentiarum, seu naturarum in vnitate personarum: scilicet deitas, anima, & caro. Et sicut in diuinis per diuersas personas nõ distinguitur esse, sic in Christo per diuersas naturas nõ distinguitur persona. Patet tria lilia tres Christi natiuitates ostendunt. Prima dicitur, qua æternaliter nascitur ex patre. Secunda, qua nascitur temporaliter ex matre. Tertia, qua in mente nascitur spiritualiter. Tertio principaliter tria lilia tres potentias animæ rationalis, quæ ad imaginem Dei creata est. In metallum. C. de poenis. patenter ostendunt. Nam sicut Deus est vnus in essentia, & trinus in personis, sic etiã anima rationalis est vna in essentia, & trina in potentia: quia habet in se memoriam, intellectum, & voluntatem. Et memoria quidem repræsentat patrem, intelligentia filium, & voluntas spiritum sanctum. Cuius ratio in hoc est: quia ex memoria primæ veritatis generatur intelligentia. Ideo memoria assimilatur patri: intelligentia verò est genita, ideo assimilatur filio. Amor quoque ab vtroque procedit, si placet ei, quod intelligitur: ideo voluntas assimilatur spiritui sancto. Quarto tria lilia in scuto regis posita, tres Angelorum hierarchias significant, in quarum singulis tres ordines inueniuntur, ut similitudo beatissimæ Trinitatis in eis ostendatur impressa. In prima quidè hierarchia catholici tres collocantur ordines: Seraphin ut primos, Cherubin ut medios, Thronos ut vltimos. In secunda verò hierarchia alij tres, videlicet dominationes, virtutes, & potestates. Similiter in tertia hierarchia ordinantur principatus, Archangeli, & Angeli, de quibus loquitur Isidorus libro septimo Etymolo. cap. quinto. & in libro de Summo bono. cap. duodecimo. Quintò

tria lilia in scuto regis depicta, tres virtutes Theologales, scilicet fidem, spem, & charitatem significant, quibus anima rationalis rectificatur, & dirigitur in beatissimam Trinitatem, secundum tria ternis personis Trinitatis appropriata, de quibus supra. Ita quod fides dirigit in summè verum assentiendo. Spes verò dirigit in summè arduum expectando. Charitas dirigit in summè bonum amando. Et fides in præsentem Deum sequitur. Spes verò in cælo comitatur. Sed charitas perenniter amplectatur. Etiam fides facit Deo assenti re, seps in Deo considerare, charitas verò facit Deum amare. Iterum per fidem cognoscitur Deus ut veritas, per spem habetur Deus ut æternitas, per charitatem diligitur Deus ut bonitas. Vel tria sunt nobis necessaria ad salutem. Quæ salus per has tres virtutes consequitur. Primò requiritur cognitio finis, quæ habetur per fidem, quæ ad cor syncerum firmadum sola sufficit. Secundò, requiritur viuacitas cordis, quæ per spem habetur, ut dicit Esaias. Qui sperant in domino, mutant fortitudinem, asument pennas sicut aquilæ, current, & non deficient. Tertio requiritur perseuerantia operis, quæ habetur per virtutem charitatis, quæ voluntatè & corroborat, occasiones tollendo omnium peccatorum. Iuxta illud Apostoli, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, sublimitas, & profundum: Sextò lilia tria in scuto regis ordinata, ad tria opera veræ poenitentia nos ire compellunt, videlicet ad contritionem, confessionem, & satisfactionem. Hæc enim sunt illa tria nobilissima spiritus sancti charismata ad salutem necessaria, sine quibus nullo modo esse possit in homine lapsus salus. Nam dicuntur tres partes poenitentia essentialis: quia sicut omne peccatum committitur ore, corde, & opere, ita oportet quod per contrarium curetur secundum Chrysostomum dicentem, vnumquodque per quascunq; causas contrahitur, per easdem dissoluatur. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Peccatori igitur volenti Deo reconciliari expedit omnino, ut culpam per cordis contritionem detestetur, & eam ore per confessionem explicet, atque opere per satisfactionem puniat. Septimò tria lilia regem Christianissimum ad tria salutifera consilia (in quibus consistit omnis perfectio Christianæ religionis) excitant. Quæ quidè tria consilia per Christum cunctis fidelibus ostensa sunt contra tres peccatorum radices, de quibus I Ioannes Euangelista in sua Canonica secundo capitulo sic dicit, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: ad quas radices extirpandas, & à mentibus hominum tollendas Christus primò dedit castitatis consilium, quod directè opponitur contra luxuriam, & carnales delectationes, quæ vehementissimæ sunt. Et per quas intentio hominis permaximè trahitur, & applicatur ad corporalia, & debilitatur circa intelligibilia. Iuxta illud Matthæi quinto, Audistis quia dictum est antiquis, nõ mœchaberis. Ego autem dico vobis quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Secundò radix dicitur concupiscentia oculorum, quæ est in avaris, & cupidis. Dicitur autem cupiditas radix omnium malorum, ad similitudinè radicis arboris, quæ toti arbori præstat nutrimentum. Nam per diuitias acquirit homo facultatè perpetrandi quodcumque peccatum, & adimplendi sua omnia desideria. Cum pecuniæ obediunt omnia. Ecclesiastici decimo. Ad quam radicem à cordibus hominum tollendam dedit

dedit Christus consilium paupertatis. Matthæi nono, Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Tertia radix peccatorum est superbia, de qua dicitur Ecclesiast. allegat. decimo cap. Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, implebitur male dicitis, & subuertet eum in finem. Ad hanc radicem extirpandam dedit nobis Christus consilium humilitatis, & mansuetudinis. allegat. Matthæi ix. cap. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Octauò & vltimò tria lilia in scuto regis diuinitus ordinata, tres denotant vnitates, quæ necessariò requiruntur ad conseruandum veram Christianæ religionis dignitatem, & habendum bonorum morum honestatem, de quibus Apostolus ad Ephesios quarto, Vnus dominus, vna fides, vnus baptisma. Hæc tria sunt, quæ verum perhibent testimonium de excellentia fidei catholice. Vnde inter laudabilia omnia catholice fidei opera, quæ rex explorare debet pro suæ dignitatis, ac totius religionis Christianorum salute, nullum maius, nullum honorabilius, nullum denique gratius Deo offerri potest, quàm barbaras gentes, & Turcarum perfidiam, cæterosque populos, qui falsos ritus ac deos colunt alienos, expugnare, atque in frænâ submittere sub Christi fide, pat talia sancta exercitia apud Francorum reges semper floruerunt. Quarto principaliter & vltimò tria aurea lilia sunt in scuto regis Christianissimi Saphyrino, id est, colore Saphyri, qui similis est sereno cælo, cõuenientissimè depicta, multiplici ratione. Primò, quia cum rex sit Paranympus ecclesie Christi, cuius officium est, & semper fuit à tempore Clodouei prædicti, ampliare cultum diuinum, ac gloriam Christianæ religionis extollere, & magnificare, ut sæpe dictum est, decetissimum fuit insignia maiestatis suæ sereno cælo similia fore: ut sicut ipse Christus, qui est rex regum, & dominus dominantium, quodammodo pro scuto suo habet cælum sydereum, miro ac vario alrorum fulgore decoratum, sic rex Francorum Christianissimus pro gloria Christi scutum gerit nobilissimum, in quo aurea lilia colore Saphyri, quasi astra in sereno cælo affixa, fulgere videntur. Ut etiam ex cæli altitudine intelligatur, quanta sit suæ dignitatis sublimitas. Tanta est autem altitudo cæli, quod à mortali homine non potest mensurari. Nam licet Rabbi Moyles, & Ptolomæus Alexandria rex, qui apud Græcos habetur præcipuus secundum Isidorum, & Archimedes Siculus, plurisque alij tam Græci, quàm Hæbræi, tam Aegyptij, quàm Chaldæi & Latini, in Arithmetica, Geometria, ac Astrologia doctissimi, ratos ac diffinitos alrorum cursus, distancias quoque orbium ac Planetarum, ut à Luna vsque ad Mercurium, & à Mercurio vsque ad Venerem, Solem, Martem, Iouem, ac tandem à Saturno vsque ad firmamentum, quasi balbutiendo diuiserint, mensurauerint, & dinumerauerint: nihilominus tamen credimus antiquos mathematicos falsa multa dixisse. Cum etiam tempore Aristotelis (magno teste Alberico) nondum perfectè scirentur quantitates orbium, & diametrorum Solis, Lunæ, Mercurij, cæterorumque Planetarum. Vnde adharendum videtur conclusioni catholice Ecclesiastici primo: Altitudinem cæli & latitudinem terræ & profundum abyssi quis dimensus est? quasi dicat nullus. Et sic ad propositum, in scuto Francorum regum color similis sereno cælo conuenienter datus est: quia sicut cælum situatum est in loco eminentiori, atque inter omnia corporalia al-

tius eleuatum. Sic rex Christianissimus inter omnes seculi huius reges Christianæ religionis dignitates potentia, diuitiis ac nobilitate, est sublimior atque admirabilior. Secundò principaliter campus scuti regij nedum cælo, sed etiam Saphyro lapidi in colore assimilatur rationibus sequentibus. Quia Saphyrus colore suo videtur trahere regem ad cælestia desideria. [Scilicet per rectam fidem: quia nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe. Pariter nihil est, quod ita nequeat occulsi subiacere, quàm vera religio, ut in epistola, inter claras. C. de summa Trinitate.] Nam dicit Gregorius decimo octauo libro moralium, capitulo octauo, Saphyrum tenere similitudinem coloris aerei, per quod designant appetitum languentis animæ tendentis ad cælestia. Vnde dicit Helinandus, quod quia Saphyrus cælo sereno similis est, castè portari vult, gemmæque gemmarum, & lapis sanctus dicitur. Ideo in libro de natura rerum habetur, quod qui Saphyrum portat, expedit quoddam studio castitatem seruet, quoniam hic lapis tanto dicitur pretiosior & melior, quanto coloris cælesti est similior. Sic rex Christianissimus tantò magis erit Deo & angelis gratior & charior, quanto magis in contemplatione rerum diuinarum fuerit sublimior. Et sic quantumcunque excellat in dignitate, potentia, diuitiis vel abundantia temporalium, nihilominus felicitate prosperarum rerum huius seculi non debet corrumpi, aut deprauari. Sed magis ac magis oculos mentis conuertere ad altiora desideria, ad veros honores, ad securas diuitias, ad cælestes thesauros, ac delectationes æternas. Regia quoque dignitatem suam in Christo rege, quæ in speculo limpidissimo contemplari debet, ut quod in se prauum deprehenderit, corrigat: quod rectum, teneat: quod deforme, componat: quod pulchrum, seruet: quod sanum, excolat: quod infirmum, assidua meditatione corroboret. Præcepta diuinæ legis efficaciter impleat. Et quid sibi cauendum, quid ue sectandū sit agnoscat. Decens quippe est, ut rex se totum in vita, & moribus componat: quia quanto mirabilius præcunctis regibus vniuersi orbis excedit honoris dignitate, ita conuenit ut cæteros transcendat mentis sublimitate, & totus sydereus fulgeat maiestate. Præterea Saphyrus sua claritate, duritie, ac puritate regem docet fortitudinem, atque mentis puritatem conseruare. Est enim Saphyrus gemma summè dura, hilaris, clara & pura, utpote similis cælo serenissimo, & purissimo. Inde dicit Plinius, quod Saphyrus aureis collucet punctis. Et Arnaldus de Villanova, Saphyrus est gemma fulgens, quæ hominem reddit castum, mitem, & humilem. Sic rex esse debet mente serenus & purus, ut inter læta inuictus, inter tristia faciem viuam constantis animi obtineat. Non multum gaudens de temporalibus commodis, nec omnino lugens de aduersis: nec eum blanda corrumpan, nec tristia concutiant: nec falsa vituperatio minuat, siue laudatio augeat. [Iuxta illud Boetij in primo de consolatione, Gaudia pelle, pelle timorem. Nec dolor ad sit, nubila mens est, hæc vbi regnant.] Nec peccatoris sui stabilem firmitatem quicquid mundus promittat, aut minetur, excutiat. Sed i demper sit serenus ac perseuerans, ne bona fallacia labētis seculi in eum præualere videantur. Quæ omnia fortissimi sunt animi, qualis regis esse debet. Iuxta illud Laëtantij, lib. j. diuinarum Institutionū, sic dicentis, Animū vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est.

Hæc qui facit, non modo ego eum cum summis viris comparo, sed Deo simillimum iudico. Non enim fortior putandus est, qui Leonem, quam qui violentiam, & in seipso inclusam feram superat iracundiam. Aut qui rapacissimas volucres deicit, quam qui cupiditates avidissimas coercet. Aut qui Amazonem bellatricem, quam qui libidinem vincit pudoris, & famæ debellatricem. Aut qui fumum de stabulo, quam qui vitia de corde eiecerit, quæ magis sunt perniciofa velut domestica, & propria mala, quam illa quæ vitari poterant & caueri. Ex quo fit, vt solus ille vir fortis debeat iudicari, qui temperans, modestus, & iustus est. Hæc ille. Vnde restat mentem regiam esse debere Saphirinam, & puram per mentis constantiam, atque animi integritatem.

Tertio principaliter tria lilia aurea in campo Saphirino depinguntur. Quia Saphirus animum hominis purum, & deuotum efficit ad Deum, atque in bonis firmat, & paces conciliat, taliter quod inter omnes lapides pretiosos dicitur lapis sanctus, quia ad sanctitatem, & deuotionem hominem disponit. Ob quod legitur Exodi vigesimo octauo, & trigesimo nono capitulo, quod Moyfes ad præceptum Domini vestem sanctam fecit Aaron summo sacerdoti in gloriam & decorem, in qua inter diuersos lapides pretiosos Saphirus connumeratur. Sic Ieremias Thronorum quarto. Destructionem Ierusalem, ruinam templi, & sacerdotum recogitans, eorum pulchritudinem a similitudine Saphiro, dicens, Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores chore antiquo, Saphiro pulchriores. Conuenit itaque, vt maiestas regia sit tota sydereæ, & Saphirina, per reuerentiam & beneuolentiam ad omnia, quæ diuinum cultum concernunt: vt sicut in dignitate & potentia cæteris est eminentior, ita expedit, vt in amore rerum diuinarum sit amabilior, & conformior: sicut sui fuerunt prædecessores. Quarto Saphirus, secundum Arnaldum corpus humanum vegetat, ac membra integra conseruat, curat dolorem frontis, & sudorem restringit, corpora præbet integra, bonique coloris, tortiones ventris tollit, & omnia vlcera cum lacte sanat. Præterea in libro de natura rerum dicitur, quod Saphirus morbum illum horribilem, Noli me tangere appellatum, fugat. Tamen viatiatur tunc eius colore, ex quo instruitur rex Christianissimus vt vigilas sit, & sollicitus ad corpus mysticum, id est, ecclesiam protegendum. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, quæ secundum Apostolum, non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. huius autem corporis membra tenetur rex vegetare, ac custodire, ne à lupis voracibus dilacerentur, & ne morbida ægritudine putrescant, ac pauperibus beneficia, suffragia, & elemosynas largiri, quibus recreentur, tantquam membra corporis mystici: quia sicut Saphirus membra corporis conseruat & recreat, sic conuenit vt rex, quia tria lilia in Saphiri colore extendit, membra corporis mystici dirigat, & custodiat, ne deuios sequantur anfractus. [Huius nanque corporis mystici rex est caput in temporalibus: quia res publica est. sicut quoddam corpus, quod secundum Helinandum in Chronicis libro secundo diuino numine animatur, & regitur, cuius caput dicitur princeps, & Senatores locum cordis tenent, iudices autem, & præfides tenent locum oculorum & aurium, & oratores locum linguæ, cæterisque membris personæ aliquæ reipublicæ comparari possent. Et vnde

dicantur senatores, & quis eos primus instituit, habetur infra super verbo, *Adiecta impuberi.*] Quinto Saphirus est gemma pretiosa, sereno cælo similis, quæ percussa à radiis solaribus ardentem fulgorem emittit. Præterea dicit Isidorus lib. decimo sexto. & Imo. capitulo nono. quod Saphirus pulueres habet aureos (paruos, ex quo instruitur regia maiestas, vt gratias sollicita sit Deo reddere in tanto cumulo beneficiorum, quia quanto plura à sole iustitiæ Christo suscepit beneficia, tanto magis ardentia desideria refundere debet in Christum, à quo procedunt. Et e contra tanto grauius de ingratitude indicabitur omnis homo, quanto magis multiplicatis beneficiis ingratus probabitur extitisse. Iuxta illud Chrysofost. Quanto maiora beneficia sunt hominibus constituta, tanto grauiora peccatis parantur iudicia. Sexto Saphirus est gemma valde delectabilis, gaudiosa, & pulchra, de quo quidam lapidarius ait,

*Saphiri species dignitas apertissima regum,
Egregium fulgens puroque simillima cælo
Vtilior est nullo virtutibus atque decore.*

Ex quo instruitur rex Christianissimus, vt delectabiliter & gaudiosè pulchritudinem ad decentiam Christianæ religionis velit conseruare: hoc autem fiet si purgabuntur sæces luxuriæ, auariciæ, simoniæ, blasphemiarum, tyranniæ, ac cætera publica peccata, & notoria, quæ iram Dei prouocant, & pariter dolores, atque angustias animæ rationalis. Vnde expedit omnino, vt reges ac principes non iniqui sint, sed iniquorum correctores, de quo Isidorus libro tertio de summo bono. capitulo quadragesimo octauo. Reges inquit, à rectè agendo vocati sunt. Ideo sicut rectè faciendum regium nomen obtinetur, ita peccando amittitur. Rectè igitur illi reges vocantur, qui tam semet ipsos, quam subiectos bene regendo modificare norunt. Hæc ille. Et sic patet ad regem Christianissimum pertinere peccata grauiora præsertim notoria tollere & punire, vt in Dei ecclesia spiritualis conseruetur lætitia: quia teste Augustino, Verum gaudium non datur impiis. Sed illis qui Deum gratis colunt, quorum gaudium ipse est, & ipsa beata vita, quæ sola vera vita est, & non altera. Septimo in colore Saphiri aurea lilia extenduntur, quia Saphirus suo valore, & pretio vires acuit regis Christianissimi ad cogitandum sumptuositate cælestium ædificiorum. Nam teste Isidoro vbi supra, Saphirus inter gemmas purpureas computatur, habet pariter excessum valoris inter lapides pretiosos. Ob quod sanctissimus Thobias Spiritu eleuatus videns excellentiam cælestis patriæ, dicit portas eius esse de Saphiro ædificatas. Pariter Ioannes Apocalypsis vigesimo primo dicit, Fundamenta muri supernæ ciuitatis esse ex lapidibus pretiosis: inter quos Saphirus connumeratur. Ex quo instruitur rex totus Saphireus, vt totaliter inclinetur ad cogitandum excellentiam ædificiorum supernæ ciuitatis. de qua dictum est per Prophetam Psalmo octogesimo sexto, Fundamenta eius in montibus sanctis. Et sequitur, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Octauo & vltimo scutum regis Christianissimi in Saphiri colore figuratur: quia Saphirus sua significatione eum excitat ad cogitandum nedum ædificia supernæ ciuitatis, sed etiam eminentiam gloriæ æternæ. Nec solummodo Saphirus significat æternam gloriam, verum etiam suo colore animum hominis ad cælestia gaudia inclinatur. Et ratio est, quia cum omne simile naturaliter appetat suum simile, & Saphirus inter omnes gemmas

similis est sereno cælo: vnde rex Saphiro non conueniret, nisi ad cælestia inclinaret, ac cælestia appetere. Saphirus enim etiam in scripturis sacris significare videtur æternam gloriam, vt habetur Exodi xxiii. vbi Moyfes, Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta de senioribus Israël Deum viderunt. Sub cuius pedibus erat quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cæelum cum serenum est. Pariter in Ezechiele x. cap. legitur: quod species gloriæ domini super Cherubim erat quasi lapis Saphirus: quæ verba non sunt intelligenda vt sonat litera. Quia illa patria & beatorum gloria maior est sine comparatione ac mirabilior omni pulchritudine Saphiri: imò penitus omnem inuestigationem excedit humanam. Sed quia intellectus noster manuducitur per creaturas ad cognitionem cælestium, & balbutiendo vt possumus excelsa Dei resonamus. Ideo volens loqui propheta de æterna patria & gloria, similitudinem Saphiri assumpsit, qui inter omnes gemmas est admirandæ virtutis, & pretiositatis: atque magis conueniens in colore cælesti. Ad præmissa igitur inclinant insignia dignitatis regie, tum quia è cælis clapsa, tum quia auro atque sydereo cælo (vt iam dixi) sunt similia. Qui colores inter cæteros dicuntur nobiliores: de quibus in tractatu de insigni, & armis, sic dicit Bart. vj. colum. Vnus est color est nobilior altero respectu eius quem repræsentat secundum se. vnde color aureus nobilior est. Per eum repræsentatur lux, nam si quis radios solis figurare vellet, quod est corpus magis luminosum, hoc non posset congruentius facere, quam per radios aureos. Et constat nil luce nobilior, vt dicit text. in epistola inter claras. C. de summa Trinita. ibi nihil est, quod lumine clariore & c. Et in Authen. habita. C. ne filius pro patre. Ibi totus mundus illuminatur & c. Ideo in sacra scriptura pro re maximæ excellentiæ figuratur sol. vt ibi Fulgebunt iusti sicut sol & stellæ. Daniel. xij. Et Matth. vij. & ibidem xxij. cap. Replenduit facies eius, scilicet Christi in transfiguratione, sicut sol. Et propter huiusmodi nobilitatem nulli permisum est vestes portare deauratas, nisi principi. l. prima. & secunda. C. de vesti. olobe. & de auro. libro xj. Sequens color nobilis est color purpureus seu rubeus, qui figurat ignem, qui super cætera elementa est elementum nobilior. Propter cuius nobilitatem nulli permisum est portare vestes comptas eius colore. vt dicta l. secunda & quarta, de vesti. olobe. vbi dicitur dictum colorem esse aliis nobiliorem: quia etiam communicatur auro: quod, vt supra vidistis, quanto est magis rubicundum, tanto est pretiosius. Sequens color post prædictos nobilis est color azureus: & azureus per quem figuratur nobilis aer, qui est corpus transparens & diaphanum maximè receptiuum lucis, sine quo aere nullum viuens supra terram viuere posset: quietiam repræsentatur in Saphiro, sicut in azuro ex communicatione coloris. Vnde prædicti colores propter id, quod repræsentant, cæteris dicuntur nobiliores: in quibus voluit Deus arma & insignia Christianissimi regis, non sine magnis rationibus depingi & figurari, vt vidistis. Vnde

116 * præmissis consideratis præsertim requisitis in rege virtutibus, non mirum, si lex & consuetudo Franciæ, fragilitatem muliebrem à regni successione excluderent. Licet admittantur ad succedendum in regno Nauarræ secundum Petr. Iacob. in titu. de causis ex quibus vasa. & etiam in regno Apuliæ: vt dixi secundum Bald. in dicta l. quoties. C. de

suis & legit. hæredi. & in capit. primo. §. hoc quoque. de successione feudo. dicens ibi regnasse inclutam reginam Ioannam xl. ferè annis. Et ita prudenter, quod in cathedra regali non sedit similis ei in gratia & virtute: sed tandem miserabiliter diem clausit extremum. Videatis Dominicum in capitulo, grandi. de supplen. negligenti. prælato. lib. vj. vbi sentit de iure communi scæminas in regnis succedere non posse: & si succedant, hoc est ex particulari lege, vel consuetudine regni, vel per usurpationem: sicut legitur de Hyrene Leonis quarti imperatoris Bizantini seu Constantinopolitani vxore: quæ Atheniensis fuit nobilissima, & insignis decoris conspicua: propter cuius pulchritudinem Constantinus quintus dicto Leoni filio suo eam dedit in vxorem, ex quo filium suscepit nomine Constantinum. Sed mortuo Leone, cum filius adulescentulus adhuc esset, per decennium egregiè rexit. Tamen postea filium excaecatum in carcerem traxit, & folio imperiali ipsa conscendens præ cæteris mortuilibus cum ingenti gloria sola imperauit, vt libro decimo Burgomensis refert. Et plures aliæ regnarunt de quibus supra: de quo per Imo. in dicto capitulo, grandi. Quia t in regno Franciæ nec iure communi, aut particulari lege, vel consuetudine, scæmina succedere potest. Quicquid hæcenus Burgundorum dux post obitum Ludouici Hutini Philippi pulchri Francorum regis primogeniti, etiam Ioanne ex dicti Hutini vxore Clementia prægnante relicta nato, & paucis post diebus mortuo, prætendisset in successione regni filiæ dicti Hutini, quæ comiti nupserat Ebroyensi, fauens contra Philippum longum dicti Hutini fratrem, & dicti Ioannis præmortui patrum: cui patruo (dicta comitissa Ebroyensi exclusa) remansit regnum ex consilio procerum. de quo Gaguinus lib. vij. capit. si. sic dicit, Per id tempus Clementia quam moriens Ludouicus, scilicet Hutinus, grauidam reliquerat, filium Ioannem parit paucorum dierum regem. Quo defuncto Philippus scilicet longus rex appellatus est, reclamante Burgundorum duce, quod diceret non ad Philippum, sed ad Ludouici defuncti filiam, scilicet Ebroyensem comitissam regna patris pertinere. Quæ res difficiles postea controuersias Francorum quieti inuexit, & seminariū discordiæ inter Anglos & Francos fortè fuit. Hæc ille. nec obstat t text. in dicto capitulo, dilecti. de arbitris. vbi scæmina ex tunc regina Franciæ erat: quia secundum Panormitanum & doctor. ibi, mulier illa vocabatur regina, non quod sibi regnum pertineret: sed quia vxor regis erat, cuius radiis coruscabat, la scæminæ. ff. de senatori. in Authent. de consuli. in princip. facit l. fina. C. de incolis. libro decimo: vbi bonus textus. Et sic rationabiliter regina appellatur etiam secundum cõmunem vsu loquendi: quo vxores dignitate mariti in honorem decorantur. Vel erat vidua regis Franciæ relicta, quæ durante viduitate vocabatur regina. Et hoc modo loquendi etiam vtimur, vt quandiu vidua permancet, dignitate mariti defuncti post illius mortem sicut in vita decoratur. Cum vidua sit mariti mortui imago. [De quo vide pulchra super verbo, qui cum alia matrimonio contrahens. vbi plenè loquitur de priuilegio viduitatis.] ipsum repræsentans secundum Bald. de quo est text. in cap. ex parte. de foro competenti. Quæ t omnia pro decisione antiquæ quæstionis faciunt, oræ post mortem dicti Philippi pulchri Francorum regis, qui

qui pridie diui Andree, mense Nouembri, anno Christiani natalis millesimo ccccij. obiit apud fontem Bleaudi, qui vicus in Vastinio est. Postquam annos octo & viginti regnasset, quinque relictis liberis, quos ex Ioanna vxore suscepit, Ludouico Hutino, Philippo longo Pictauiorum comite, Carolo qui etiam pulcher est vocatus, principe Marchie, filia, quam infante mors abstulit: Et altera Isabella, qua Edoardo secundo Anglorum regi Philippus ipse pater matrimonio iunxerat. Qui tres filij successiuè postquam reges fuerunt, sine liberis saltem masculis, qui longo tempore vixerint, decesserunt. Ex quo orta fuit grandis illa quaestio, An regnum dictae Isabellae, seu Edoardo tertio illius nominis eius filio, aut Philippo filio Caroli Valesiani, quondam fratris Philippi pulchri consobrino dictorum trium fratrum regum defunctorum germano deberetur. Et tam ex lege Salica, quam ex regni consuetudine fuit iudicatum pro Philippo. de quo Gaguinus libro octauo, capitulo secundo. Philippo, inquit, pulchro masculinae proles tres liberi, vt dictum est, fuerunt. singuli fratres Philippo pulchro defuncto, regnum legitima successione tenuere. Hurinus patri, Longus Hutino, Longo (cui vnica erat filia comitis Arthesiensis vxor) Carolus pulcher successit. Nam Ioannes Hutini filius dum Rhemus vnctionis gratia petiit, moritur. Filia Ebroyensis comes sibi copulauit. Hutinus annum, Longus quinque, Pulcher annos septem, nullis liberis masculis relictis regnum possedit: qui Ioannam Burgundam grauidam cum reliquisset, turbationis de qua nunc agit occasio exitit. Nam cum Blancham regina peperisset, de legitimo haerede contentio insurrexit. Erat eodem tempore ex Carolo Valesio Philippi pulchri fratre, superstes Philippus filius qui & Valesius appellabatur, cui fratre Carolo Alenconij comite, Edoardo igitur atque Philippo Valesio de successione contententibus, conuentus Francorum habitus est, quem trium statuum concionem vulgus vocat. ibi de contententiu iure, diu multumque discussatum est, dicentibus Valesianis Philippum Carolum pulchri haereditatem esse, cuius & duorum praecedentium regum Hutini & Longi consobrini per genus masculinum esset. Contra asseruerantibus Anglis: Edoardo tertio non iniuste regnum vendicare, quem Isabella trium quos memorauit regum soror genuisset. Igitur cum ex regibus nepos & masculus esset Edoardus successorem Caroli definitum iri magnopere deposcebant. Sed Edoardo obstabat lex Salica, quae à Pharamondo (vt supra scripsi) Francis data in illos vsque dies obseruatissima habebatur. Ea lege soli virilis sexus reges à maribus regibus orti regnum administrant. Nec ad eam dignitatem foeminae admittuntur. Ad stipulatur praeterea vetustissimae legi diuturna consuetudo: quae mares non foeminas Francis praefici obtinebat. Quare Edoardo (qui ex foemina ortus erat) nulla successione ratio poterat suffragari. Quod si iuris quippiam Edoardus ex matris origine sibi praesumeret, videret ipse Nauarra regem qui ex Hutini filia & Ebroyensi comite cum natus esset, nullam in regno potestatem quaesuisse, quod intelligeret foeminas à regni haereditate esse remotas. His rationibus edocti hi, qui communi auctoritate consilium habebant, Philippo regni adiudicant. Cuius iudicio nec Edoardus detrahit, fide post paucos annos apud Ambianos Philippo de Aquitaniae feudo praestita. [Ex tribus fuit Edoardus peremptorie à regno Franciae exclusus, Primò ex

lege & moribus regni. Secundò procerum diffinitione, à qua ipse non reluctauit. Tertiò, quia fidelitatem post interuallu, & sic delibetate pro ducatu Aquitaniae liberè praestitit, quod faciendo Philippum Valesium regem approbauit: & iuri, si quod habebat, ei reuerentia praestando renunciauit. capitulo, ex ore, de his quae fiunt à maiori parte capituli. Sub quo Philippo Ioannes Faber opus suum compilauit super libro institutionum, vt ibi dicit in prooemio. §. primo. secunda colum. Et praeterea dum Ludouicus Grossus Ludouicum eius filium Rhemis sacrari iuberet, Henricus tunc Anglorum rex dicti Edoardi successior velut Aquitaniae dux, ei seruiuit in sacro, vt habetur infra super verbo. *Adiella impuberi.*] Cuius denique aspernator fuit, & ferè principium dedit, vt idem Gaguinus praedixerat, Iacobus Arceuella plebeio genere ortus, qui Gandauim erat, & seruili ministerio Carolo Valesio aliquando seruierat: hunc cum astutus esset, & ingenio polleret, & alti cordis esset, Edoardus auctoritatem illi apud Gandensibus comparat: ita vt non parui intra paucos dies fuerit aestimatus. Nactus ergo nomen Iacobus Arceuella Gandensibus quam necessaria illis esset Anglorum communitio ostendit: Flamingos omnes lanificos deditos esse dicens, qui nisi ex Anglia nullas lanas haberent: ideo opere praeratum illis esse Edoardi partes sequi. Hac oratione persuasis Gandensibus ipse Brugas petit satellite multo stipatus, deinde Ypres, atque alia maritimae orae oppida praeadens, ab omnibus magna laetitia exceptus est. Postea autem conuentu Gandauim facti coniurant omnes bellum cum Edoardo gerere: atque ita omnes qui exultabant ad se reuocarunt. Coacta nobilitate obfides dare, ne secus ac iuratum erat, quippiam moliretur. Haec ille. Oratio domini, si Carolus Valesianus sapienter ab initio egisset, dictum Arceuellam, quem alti cordis ingeniique versuti cognoscere potuerat, in domo vna sola hora non tenuisset. Praesertim si diuini Bernardi in epistola de cura & regimine rei familiaris vidisset, sic dicens: tem, Famulum alti cordis repelle, vt futurum inimicum. Et pauper famulum tuis moribus blandientem. Famulo te de vitio laudanti resistas. Famulum adulantem ne admittas, quia te decipere cogitat. Famulum rixosum euitare cures. Sed famulum de facili verecundantem dilige, vt filiu &c. Certè in praemissis omnibus famulus ille nequam vitiosus exitit, qui pro honore & beneficiis à Carolo comite de Valesio susceptis belli lethiferi Philippo Valesiano eius filio postea regi facto, seminarium fuit sub falso praesupposito, quod filius ex filia Fraciae descendens succedere in regno potest. Licet talis appellatione masculorum non comprehendatur, secundum communem opinionem. [vt plenè habetur infra super verbo, *Tandem sine liberis est defuncta.*] Nam sicut filia non succedit in regno, sic nec masculus ex ea progenitus, pro quo facit text. in d. §. hoc autem, qui feud. da. non pos. & de gradi. suc. f. u. §. ad filias, vt plenè dicit Bald. in d. l. quoties. excluso enim ascendente satis dicuntur descendentes exclusi. l. si. C. de natur. libe. & l. si viua matre. C. de bonis maternis. Ideo non potuit dictus Edoardus tertius praedictae Isabellae filius ius aliquod praetendere in regno, secundum Bald. in repeti. l. j. C. de sum. Trin. de quo bonam habetis gl. in prooemio pragmaticae super verb. Consanguineis. Vltra quam videatis Bald. eleganter loquentem in l. j. ff. de senato. vbi dicit filias ex rationabili consuetudine Francorum in regno succedere non posse, sicut nec successit filia

fit filia Ludouici vltimi comiti Ebroyensi nupta. Sed Philippus longus, nec etiam filia Philippi longi comitis Arthesiensis. Sed Carolus pulcher earum patrus, vt vidistis. Ex quo infert ibi Baldus nullum posse reges Angliae in regno isto praetendere interesse ex persona dicti Edoardi, qui Carolo pulchro sine liberis defuncto succedere non potuit, quauis masculus foret. Prout etiam non successerat rex Nauarrae ex filia Hutini & comite Ebroyensi genitus, vt dixi. Quae vltimi & immediati temporis expleta sunt cum dicto Edoardo coeurrentia & contempore: quia secundum Bald. vbi supra, non potest in causato plus virtutis esse, quam ab influenti potetia causa procedat. Per text. in dicto §. hoc autè notandum. subiungens, qd si male in aliquibus successerit Francorum regibus, hoc forte fuit propter aliam causam, quae diuina erat. Et non propter illam, quae clara est pro rege Francorum. [Nam solent reddi sex causae propter quas non est pax inter homines, sed bellum etiam contra veros principes, de quibus per glo. super verbo, pacem. in cap. ad apostolicae. de sententia & re iudicata. lib. sexto. Vnde prooemio, quod Angli tanto tempore regnum Franciae occupatum tulerunt vna eorum notoria iniustitia.] Facit quod ad propositum dicit Rapha. Fulgo. consilio duodecimo. in princ. quod mortifera radix non potest stipitem aut ramum vllum virentem & fructiferum facere. Allegat Bald. in l. maximum. C. de libe. praet. Ex quo clare datur intelligi, quod sicut filia non succedit, ita nec eius soboles. Vnde praesertim dicta l. Salica. Cui tam Philippus Valesianus, quam etiam Edoardus antedictus stare consenserant. Per quam deinde proceres seu pares regni ad vtilitatem dicti Philippi iudicant, & regnum Franciae sibi pertinere decreuerunt, & Edoardo penitus & rationabiliter excluso. [Et si rationi & iuribus & propriis renunciationibus Angli credere nolint, credant saltem operibus manifestis regum Franciae, qui dictum in firmis quibus naturaliter mederi non potest, diuina virtute eis insita curant sola manus impositione: quae causa sine alia esset sufficiens ad patenter iudicandum verè eis regnum pertinere, & non regi Angliae, vt habetur infra, super verbo. *Et uxorem nomine Adelaesiam.* in primo principio articulo. circa finem, quinta decisione.] An autè in emphyteosi succedat foeminae, & veniant appellatione filiorum, & regulariter non veniunt. Quia in contractibus & coeessionibus inter viuos, in quibus fit interpretatio contra illum in cuius commodum verba proferuntur iuxta l. veteribus. ff. de pact. masculinum non concipit foemininum: secundum Archidia. singulariter in cap. si quis suadente. xvij. quaest. iij. quem sequitur Imo. in cap. potuit. circa finem de loca. dicens sic aliam consuluisse. Quod verum intelligatis, nisi in concessione dictum extitisset expressè de filiabus, quia tunc succederet prout dixi in feudo, in quo foemina succedit, si fuerit dictu in inuestitura. Et pariter in emphyteosi erit, per text. in §. emphyteosim autem. in authent. de non alie. aut permu. rerum ecclie. col. ij. qui sic intelligitur. Et idem esset si consuetudo patriae haberet filias posse in emphyteosi succedere. Cui standum esset. l. minime sunt mutanda. ff. de legi. & c. cum dilectus. de consuetudi. prout est in praesenti patria Tholosae, & ferè vbiq; circa montes: vbi ex consuetudine feuda & emphyteosis ad instar patrimoniorum iura redacta, vt supra dixi in feudo. Videatis Ludouic. consil. xxxv. incip. Vifa facti serie. Et cum his sit expeditus iste primus casus,

in quo foeminae de iure communi aequaliter non succedunt cum masculis. Secundò principaliter foeminae non succedunt cum masculis etiam in bonis allodialibus non feudalibus neque emphyteoticis, quoties statutum aut patriae consuetudo habet, qd filia stantibus masculis non succedat, quia tunc non succedere possunt. Cum consuetudo vel statutum eas excludat, etià si moniales factae. [De hoc habetur plenè infra super verbo, *Et uxorem nomine Adelaesiam.* in primo articulo successione ab intestato. Et ibi dicitur an monachi dicantur successione capaces. Jessen tanquam statuto coeprehensa, quia nascendo iam ligatae erant statuto aut consuetudine filias propter masculos excludentes. Vnde monachus succedens seu subsequens tollere non potest ius masculis quaesitum secundum Panor. in capit. quod clericus. de foro coepeten. Quem post longam disputationem, sequitur Fely. in cap. ecclesia sanctae Mariae. xxx. col. versicu. sexto quarto. de coestitu. Si autem monachus statutum praecederet vel consuetudinem, non posset eas quibus ius erat iam quaesitum excludere, & idem si monachus statutum sequeretur, & statutum eas expressim excluderet: quod fieri non potest, de quo per Barto. in l. fina. C. de pact. Sed vbi statutum simpliciter foeminas excludit, nihil expressè de monialibus disponendo, eo tunc omnes foeminas excludit, quauis religiofas: quae dicto obtinente statuto succedere non poterunt etiam in iure patronatus, quod patri competebat, secundum Panor. in dicto capitulo, cum feculum. de iure patronatus. Cum eo casu ius patronatus naturam patrimonij fortiatur secundum doctores. Pro cuius intellectu est aduertendum, quod tale statutum vel consuetudo potest dupliciter disponere. Primò quod filia dotata stantibus masculis non succedat. Secundò disponere potest simpliciter, quod filia stantibus masculis non succedat, nulla de dote facta mentione. Quo ad primum dicatis tale statutum aut consuetudinem valere, quia per statutum potest in totum legitima tolli filio debita in bonis patris, vt post longam disputationem tenuit Richardus Malumbre, quem Dynus sequitur, in cap. indultum. de regulis iuris. libro sexto. Cynus in l. sancimus. C. de nupt. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditionibus & demonstrati. Ange. in l. Papinia. §. quarta. ff. de inofficio testamento. & consiluit Panor. consilio lxxv. incip. Quidam decessit. dicens in fin. hanc esse communem opinionem, saltem quatenus legitima excedit valorem alimentorum filio debitorum: & causa legitima eam tollendi est fauor masculorum & agnationis conseruanda, in qua nomen domus & arma consistunt, vt videbitis. Et ita dicit tenere Ioannem Andream hic, & Bald. in l. cum lege. C. de episcopis & clericis. Videatis. Ioan. And. in addition. Specu. super titu. de success. ab intestato. Ergo à fortiori valere debet statutum filiam excludens dotatam: quasi tunc voluerit dotem ei succedere loco legitima: & dotis contemplatione filiam excludere à successione. facit l. qui volebat. ff. de haer. instit. Secundò hoc probatur ratione: quia legitima non est nisi quaedam portio congruè taxata à lege, vt in authent. nouissima. C. de inoffi. testa. Quae quidè portio dicitur bonorum subsidium. Sed filia dotata satis habet subsidium, scilicet dotis & mariti sui. l. j. & authent. praeterea. C. vnde vir & vxor. Ergo tale statutum aut consuetudo de iure valet, secundum Bartolum in l. si filius. & l. fina. §. quoniam. ff. ad Tertull. & in l. j. §. si pater. ff. de coniungen. cum emancip. libe. & consilio suo

lio suo ducentesimo primo, incipiente, Viso testamēto Mimini. & Baldum in dicta l. maximum. & in l. si emancipati. C. de collationibus. & in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inofficioso testamento. & Angelum in l. dorē filia. C. de collationibus. & in l. galus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. & consilio centesimo quarto, incipiente, Statuto comūnis, cum consilio sequenti. Et tale statutum quod filia dotata nō succedat, si factum fuerit à summo principe, velut imperatore, vel rege Francia, qui iura imperij habent, dicitur ius civile. Cuius remediū seu ius petendi hāreditatem, & sic succedendi filia-bus exclusis competit perpetuū masculis, videlicet vsque ad triginta annos. l. licet. C. de iure deliberandi. Si autem tale statutum factum esset ab inferiore, dicitur ius pratorium. l. ius autem civile. §. primo. ff. de iustitia & iure. Et not. Bartolus in l. prima. in fine. ff. de honorū possessionibus. volens quod si ex constitutione ducis, marchionis, ciuitatis, vel alterius à principe inferioris hāreditas deferatur, necessaria etiam est hodie bonorum possessio, quā iure pratorio competit: quā agnoscī debet, peti, & intentari per descendentes infra annum: & per collaterales agnoscī debet intra centum dies viles. Idem voluit Bartolus in l. quinta. in principio. ff. de verborum obligationibus. & Baldus in rubrica. C. qui admittit ad bonorum possessionem possunt. Quod tamen intelligatis verum, nisi dux, comes, aut marchio, vel alius inferior statuti conditor, dignitatem haberet perpetuam ad successores transmissibilem: quia tunc 128 cū constitutio pro lege perpetua seruanda foret. Et consequenter ius succedendi ex ea perpetuū competere, secundum Bartolum, in l. omnes verō populi. versiculo. quarto quāro. ff. de iustitia & iure. Ange. in dicta l. quinta. Ludouicus & Bartolus in l. finali. ff. de pe. & Angelus in §. sed iste quidem. in situ. de 129 actionibus. Et est tale statutum filias dotatas excludens fauorabile, & non odiosum. Nam ad iudicandū naturam constitutionis, an scilicet dicatur fauorabilis vel odiosa, considerari debet id quod principi paliter constituto intendit: id est, cui principaliter prouidet. Or istud statutum prius & principaliter masculis prouidet, volens eos fauorabilius tractare. Quā ratione potius mouetur, quā odio filiarū: secundum glossam plenē in fine capit. sciant cuncti. de electionibus. libro sexto. Bartolus per illum textum in l. qui exceptionem. ff. de cōditione indebiti. & Panormitanus in capitulo primo, tertia colum. de locato. [De quo plenē dicitur in dicto verbo, & v. x. rem nomine Adalasia. in primo praeludio, dū loquitur de statuto matrem excludente propter agnatos.] & Pau. in casu proprio, consilio clxxj. & Ludouicus consilio centesimo vigesimo nono, & Baldus in l. secunda. C. de in ius vocando. Ideo tale statutum dicitur fauorabile, & sic ampliandum, & extendendum, ac fauorabiliter obseruandum. Cum mens statuētium sumere rationem videatur ex eo, quia apud masculos remanent ferē omnia opera defunctorum. Vnde æquum est; apud eos remanere commoda successionum. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris. & 130 hæc est veritas. Primò, quia videmus ad solos masculos propulsationem & vindictam iniuriæ defuncti actiue & passiuē pertinere, quia licet in filia cadat inimicitia, prout animi rancorem concernit, per textum in l. prima. C. de his qui se deferunt. libro x. quem ibi ad hoc ponderat Ange. volens, quod debēs habere pacem cum hæredibus defuncti, debet cū mu-

liere pacisci, sicut cū masculino, cum ei permissa sit vindicta iudicialis. l. forem. C. de his qui. vt indign. & l. si femina. C. ad turpil. facit tex. no. in l. j. §. potuisse. ff. ad Silleia. vbi ancilla iudicialiter defuncti necem vendicat patroni, sicut seruus. Attamē filiabus & mulieribus prohibetur vindicta extrajudicialis iniuriæ vi belli, aut duelli, seu manu forti. vt dicit gl. in cap. j. an mutus vel imperfectus seu. recti. per quam dicunt Bald. & Ange. in l. iij. §. quanto. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. iij. §. Lucius. ff. de lega. ij. quod si habenda est pax cum hæredibus defuncti occisi, filia femina pacem habere non potest, id est, fructum pacis, qui ad masculos pertinet, si extant. secundum Imo. in l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. facit bonus text. in l. fina. §. fin. ibi, virilis animi. ff. qui petant tuto. quem ad hoc ponderat Ange. consil. cclxxxvij. incipiente. viso facto & statutis prædictis. Sic ergo in proposito, cū tale onus vindictæ violento spectet ad masculos. Statutum filias excludens à successione paterna, velut dictum onus recompensans, dicitur fauorabile, quia etiam facere pacem & commoda pacis consequi masculis pertinet, secundum Bald. post glo. in cap. j. §. decedente, aliās incipit: hoc autem notandum. qui seu. dare poss. vbi est glo. nota. super verbo, legibus. dicens mulierem non posse leuare faydam, id est, inimicitiam. Præterea tale statutum publicam concernit vtilitatem: quæ honestatem requirit in singulis familiis conseruari. l. j. §. sed si hæres. ff. de ventre inspi. & l. super statu. C. de quæstionib. Constat autem honestatem familiarum diuitiis cōseruari, quæ plerunque propter inopiā perit. l. iij. in principio. ff. de testib. & in authen. illo eod. titu. §. sancimus. coll. viij. & in l. j. ff. de custo. reorum. & in authen. de defenso. ciui. in princ. colla. iij. & l. si creditores. ff. de priuileg. & l. pietas. C. de susce. tuto. Sunt autem diuitiæ maximum adiumentum honestatis familiaræ. vt dicit Ange. consil. cccxj. incip. circumscripito dicto statuto. iuxta illud Ouidij, *In pretio pretium nunc est. dat census honores, Censu amicitias, pauper vbique iacet.* Quæ necessitas aliquando cogit. vnde Valerius libro viij. titu. de necessitate. Abominanda, inquit, necessitatis amarissima leges, & truculentissima imperia tum vrbē nostram, tum etiam exteras gentes, multa non intellectu tantum, sed etiā auditu grauiā periret coggerunt, [Et sæpe (inquit Salustius in Iugurthino) vicit in senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiā anteferebat. Et paucis charior fides, quā pecunia fuit: & pauci quibus bonum & æquū diuitiis charius erat. Et parum tuta per seipsam probitas est: imò ante expertus sum parum fidei miseris esse, & bonum publicum priuata gratia deuictum, maximæque innocentia plus periculi quā honoris est, tanta vis auaritia animos eorum vcluti tabes inuaserat. animus enim æger auaritia faciliē conuersus est, & magnitudine pecuniæ à bono honestoque in prauū abstractus est. hæc ille ibi in diuersis locis. idem reperies in libro nauis stultorum: scilicet, *Paupertas fugitur, totòque arcessitur orbe. Vndique numme places. pauper vbique iacet. Ridetur solus pauper, solisque fugatur. Cedit inops cunctis, nummus in arce sedet. Paupertatis onus omnes iam ferre recusant. Auri sacra fames peccora cuncta quatit.* Item adde no. in cap. pauper. xj. quæst. iij. scilicet pauper dum non habet quid offerat, non solum auditū contemnitur, sed etiam contra charitatem opprimatur & c.

tur, & c. vt ibi vidi.] Præterea propter diuitias personæ recedantur nobiliores secundum Innocentium in capitulo, sedes. de rescriptis. facit l. honor. §. de honoribus. ff. de muneribus & honoribus. & pauperes ac miser citò flexibiles sunt secundum Philosophum vt dicta l. tertia. omnique societate & amicitia nudati. vnde dicitur Proverbiorum decimonono, Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis: fra tres hominis pauperis oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo. Et intantum, quod Scipio Aemilianus vir vti que inter Romanos sapientissimus in senatu ad diffiniendum consultus, Seruio Sulpitio Galba inope & paupere, & Aurelio diuite avarissimo cōsulibus, vter eorum in Hispaniam aduersus Viriatum Lusitaniam Hispania partem tunc occupantem, mitteretur, contententibus respondit neutrum esse mittendum, æquē suspectum iudicans Galbam pauperem licet bonum, qui nihil rerum habebat, sicut Aurelium diuitem cui nihil satis erat. de quo Valerius libro sexto, titulo de grauitate dictis & factis. Idem, inquit, scilicet Scipio, cum Seruio Sulpitio Galba & Aurelio consules in senatu contenderent, vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissentio esset, omnibus quoniam eius scilicet Scipionis sententia inclinaretur expectantibus, Neutrum, inquit, mihi mitti placet: quia alter nihil habet, alteri nihil est satis, æquē malam si centis imperij magistrum iudicans inopiam atque avaritiam. Quo dicto vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit. hæc ille. Et sic paupertas suspecta est. Ob quod aliqui philosophi in diuitiis ascribere nobilitatem, vt refert Bartolus in l. prima. C. de dignitatibus. libro duodecimo. Et ad propositum multa deduxit Bonartius de monte magno orator optimus, in quadam de nobilitate per eum disputata quaestione principi montis Ferrati directa. incipiente, Apud maiores nostros & c. Imò fuit imperator quidam qui dixit nobilitatem esse antiquam aris & diuitiarum possessionem cum pulchris regiminibus & moribus, vt ibi dicit Bartolus in dicta l. prima. Et notanter dicitur, quod nobilitas est antiqua aris & diuitiarum possessio: ad differentiam subitæ & festinatæ substantiæ, quæ nobilitatem nō tribuit, sed potius finitram inducit præsumptionem, vt quidam ex honestiori ordine dixisse fertur Scyllæ Romano, Quo, inquit, modo vir bonus esse potes? qui cum nihil à patre tali relictum sit, tot & tanta possideas? vt habetur ex Plutarcho, de vita Syllæ in principio. Verè, vt Sapiens dixit, Substantia festinata minuitur. Tamen diuitias & bona temporalia [De quo vide pulchra quæ habentur infra, super verbo, *Cetera bona.* in principio.] habere multum confert, si iuste fuerint acquisita & sapienter possessa. Nec diuitiæ malæ sunt, vt patet in personis Abraham, Lot, & Iob. Sed earum abusus, vt in diuite epulone: de quo habetur Luca decimosexto, imò conferunt ad nobilitatem, vt videtis. Præterea egestate sordentibus, mors est solatium, & vita supplicium. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. iuxta illud Ecclesiast. quadragesimo. melius est mori, quā indigere. Num vita eius, scilicet indigētis, semper est in cogitatione victus. Ideo talis qui ex diuturno viuūt artificio, inter inopes computatur. capit. quo super. vbi Panormitanus in principio, infra de voto. adeo quod si in testem producatetur ultra victum ei deberetur dieta, secundum Salicetum & doctores in l. quoniam liberi. C. de testibus. Quapropter cum appellatione familiaræ veniat agnatio. l. pronūtiatio. ff. de

verborum significationibus. & l. prima. iuncta glossa de probation. ab publicam pertinet vtilitatem, vt prolem masculinam comitentur paternæ diuitiæ. Cum per eam memoria aeterna conferatur ascendentiū. l. liberorum. ff. de verborum significationibus. l. & quia. ff. de interrog. actio. videmus etiam tale statutum ius & legem imitari duodecim tabularum: quia agnati cognatis præferantur: & masculi feminis. institut. de hæredibus ab intestato. §. item vetustas. & institut. ad Tertullianum. in principi. Et insuper conuenit tale statutum amorī, voto, & dilectioni parentum. Nam parentes naturaliter plus diligunt masculos, quā filias. Quinimò matres, quibus fortè & communitè filia dulcior esset, & magis gratiosa, veluti ei similis in sexu, semper concipere & parere mallent masculum. [Etiam mater plus appetit concipere & parere marem, quā femina.] quia grauius femina in utero gerunt, & pariunt: secundum Philosophum in libro animalium. Quæ, inquit, femina ferunt, sunt pallidiores, & grauius degunt, & varia audius appetunt, statimque fastidiunt, quā quæ mares. & plus motus magna ex parte mas in utero infert, quā femina, & celerius prodit. Et sic matrem non tantum torquet in partu. Præterea naturaliter masculi longioris sunt vitæ foemellis. Cum calidius animal sit masculus, quā foemella, secundum Philosophum in libro de longi. & breuitate vitæ. Imò dicit idem Philosophus in dicto libro de animalibus. quod in genere humano pauci gemini seruantur: si alter mas sit, & alter femina, quæ mari nocet in breuitate vitæ, & inde dicitur Ecclesiast. trigesimo sexto. Omnem masculum excipiet mulier, id est, gratanter accipiet in partu, plusquam si mulierem pareret, secundum Lyram, ibi: quia femina non est homo simpliciter, sed dicitur homo occasionatus: secundum Philosophum allega. libro de animalibus, quod denotat imperfectiōnem ratione defectus materiæ, ex quo prouenit quod femina generatur. Ex quibus domini clarè intelligit, quā summè Deo tenemur, & obnoxij sumus, quos masculos creauit, & non mulieres fecit, quibus Genesis tertio, dixit, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vnde refert Lanctantius libro tertio, non sine causa Platonem de quatuor gratias egisse Deo. Primò, quod homo natus esset, & non animal brutum. Secundò, quod Græcus potius quā barbarus. Tertio, quod Athenis tempore Socratis. Quarto, quod mas potius quā femina. quia secundum Thom. in prima parte quæst. xcix. artic. ij. femina est quid occasionatū & defectuosum, eo quod virtus actiua quæ est in semine maris, producere intendit simile sibi perfectum secundum masculinū sexum. Sed quod femina generetur, est propter virtutis actiua debilitatem, vel aliquam materiæ indispotionem, aut propter aliquam transmutationem ab extrinseco: putā à ventis Australib. qui sunt humidissimi, secundum Philosophum in dicto libro animalium, vbi dicit, quod ventus septentrionalis coadiuuat generationem masculorum: australis verò ad generationem foeminarum. vnde si Adam non peccasset in paradiso deliciarum residens, qui est supra oēs ventos, homines tot foeminas & non plus quā mares generassent, & c. cōtra secundum Tho. ibi: & dixi supra in principi. Et cōtra sexus masculinus nobilior sit foemineo nobis ostendit, & clare demonstrat ordo, & prioritas creationis, quā Deus operatus fuit in creatione humanæ naturæ, quæ prius fuit producta in vno solo indiuiduo, & in sexu

in sexu virili tantum, vt sic esset primus homo principium omnium indiuiduorum naturæ humanæ: & consequenter totius speciei suo modo. Sicut Deus est principium totius vniuersi. vt quo ad hoc esset in masculo quædam similitudo hominis ad Deum propter humanæ naturæ dignitatem. iuxta illud Act. xvij. Deus fecit ex vno omne genus hominum, id est ex Adam quæ solum (cùm Eua adhuc creata non esset) posuit in paradysum voluptatis, & que soli adduxit omnia quæ creauerat, quibus ipse nomina imposuit, & deinde Eua creauit: [Eua creauit de costa Adæ dormientis, in qua dormitione fuerunt sicut Ioanni supra pectus Domini in cœna dormienti reuelata à Deo secreta, & mirabilia multa: vt habetur infra super verbo, *Cuidam Perro tradiderunt.*] vt patet Genesis ij. Nec obstat quod dictum ibi erat ca. j. masculum & foeminam creauit eos. Quia hoc ibi dicitur per anticipationem, volens Deus statim mentionem facere de multiplicatione humanæ naturæ per commixtionem matris & foeminæ: dicendo, Crescite & multiplicamini. Sed postea in dicto cap. seriose, & per ordinem explicatur modus formationis mulieris de costa viri. Ex quibus reprobatæ semper fuit fantastica quorundam Hebræorum habitio, dicentium humanam naturam ab initio fuisse in vtroque sexu formatam, per tex. in dicto cap. j. dum dicitur: masculum & foeminam creauit eos. Veruntamen corpora viri & mulieris ita secundum eos erant coniuncta in lateribus, quæ faciebant vnum totum continuum; postea tamen separata fuerunt virtute diuina, quod est falsum, quia non est verisimile Deum duo corpora simul iuncta fecisse: quod pertinet ad monstrum.

[De quibus habetur super verbo, *soholes quam gestabat in vtero.* & super verbo, *qua filium ex eo suscipiens.* & plenius super verbo, *& filios suscipiens ex eadem.* in principio.] quæ solum per accidens contingunt in natura, & non fuisset rationabile quod in prima rerum creatione, artifex omnium ab illis inciperet, quæ sunt per accidens. Cùm talia non cadât sub arte maxime in natura humana, quæ nobilior est secundum Lyram, allegato Genesis primò cap. super verbo, masculum. Et ratione huius prioritatis & aliorum supradictorum vertex legum, Vlpianus in l. j. ff. de senatorib. maiorem dicit esse dignitatem in ipso sexu virili.

[De quo plenè habetur infra super verbo, *si absque liberis moreretur.* ij. in materia exemplaris substitutionis, & in iij. articulo eiusdem.] virili, quàm foemineo. Ad conseruationem cuius & nominis ac familiaritatis defuncti multa satis exorbitantia & miraculosa facta hæcenus fuerunt. quia fratricida qui solus supererat, & in quo nomen patris & domus consistebat, à lege veniam obtinuit precibus matris, & delictum eius impunitum remansit. secundi Regum decimo-quarto. ea sola ratione, vt nomen patris & reliquæ domus non extinguerentur in terra, vt ibi dicitur. Sic fecit Christus Lucæ septimo: qui filium viduæ vnicum, cùm mortuus portaretur, resuscitauit.

Imò & monachus de monasterio exire, & cum illo facilliter dispensari ad matrimonium contrahendum duraturum, donec filium susceperit, in quo nomen domus illustri conseruetur, secundum Ioannem Andræam in capitulo, actus legitimi. de regulis iuris libro sexto. in mercuriali. [De quo plenè habetur infra super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.* in princip.] Ex quibus restat talia statuta esse fauorabilia, velut tendentia ad conseruationem nominis & familiaritatis: quod publicè interest. Et ad quem finem

punitio criminum remittitur, & neruus religionis soluitur, quod est notabile. Et hanc partem, quod talia statuta dicantur & sint fauorabilia, tenet Ioannes Andraas in additionibus Speculi, super titulo de successione ab intestato. in additione incipiente, est sciendum, quod Iacobus de Aretio. Cynus in l. prima. C. ad legem Iuliam de adulteriis. Ang. in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. & allegat consilium cclxxxvij. Baldus in l. quod verò. ff. de legibus. Paulus consilio cccxxxij. incipiente, Primum est de intellectu statuti. dicens non esse nouum derogari naturali æquitati per naturalem æquitatem. argu. l. prima. ff. de vsuris. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Idem tenet Ludouicus, consilio quadringentesimo decimo, incipiente, Quatuor sunt quæ refragantur. & consilio decimo sexto, incipiente, Viso themate. & Baldus in dicta lege, maximum vitium. Dicentes dictum statutum, cùm sit fauore masculorum factum: qui quidem fauor ratione legitima fundatur, vt vidistis, dicitur fauorabile, & est cõmunis opinio. Ex quo cùm sit fauorabile, decidit Ioannes de Anania in capitulo Iudæi. lo. ij. quem ibi sequitur Felynus, de Iudæis. Quod tale statutum extenditur ad Iudæos in terra statuti habitantes, vt masculus foeminam excludat. Pro quo facit quod sentit Baldus in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusatio. tuto. dum dicit immunitatem concessam habitatoribus alicuius loci extendi ad Iudæos ibi habitantes. Idè dicit in capitulo primo, de noua fidelitatis forma. facit tex. in authentica, de quæsto. in principio. & melius glossa prima, quam ibi not. Dominicus in capitulo, ius quiritum. prima distinctio. Si autem statutum filias excluderet maritatas non facta mentione de dote, tale statutum non esset fauorabile. sed potius odiosum, secundum Panor. in rubrica de sponfalibus. de quo infra dicam. Vnum tamen tenebitis, quod siue dictum statutum sit fauorabile, siue odiosum, non extenditur ad bona dotantis, vltra territorium statuentium sita & posita. vt est de mente Bart. Bal. & omnium in l. prima. C. de summa Trinita. & plenè consuluit Alexand. in prima parte consilio cxxvij. incipiente, Consideratis verbis.

Or pro intellectu huius statuti siue consuetudinis, sciendum est quod ad hoc, vt tale statutum locum habeat, scilicet vt filia excludantur, duo sunt necessaria. Primò, qd filij super sint masculi, qui filias excludant: quia aliàs non excluderentur, quasi deficiente ratione statuti. Tamen ad eas excludendas sufficit, quod vnus super sit masculus secundum Bald. in l. prima. C. de conditio. inser. Cùm hoc suadeat ratio naturalis: vt dicta l. prima. facit tex. in l. iubemus. §. penultimo. C. ad Trebell. & in l. iij. §. j. ff. de negotiis gestis. vbi dicit Baldus, & quod statutum puniens falsos testes, locum habet in producente vnum. Idem tenet Bartolus in l. prima. §. qm̄nem. ff. vbi bonorum raporum. facit quod ipsemet no. in l. Stichus qui meus erit. ff. de legatis primo. & sequitur Petr. de Ancharano. in capitulo penultimo, de re iudicata. libro sexto. Nec refert, an ille masculus super sit laicus, vel clericus: quia vterque filiam excludit, licet in clerico cessare videatur ratio statuti, quæ est familiaritatis conseruatio, vt dixi: quia per clericos qui matrimonium contrahere non possunt, conseruari non possunt, cùm prolem nisi damnatam habere non valeant. Tamen cùm in clericis filios habere non possit sit impedimentum accidentale & non naturale, tale vitium attendi non debet: secundum Baldum in quodam

dam eius consilio inter cõsilia Angeli fratris sui posito. cclxx. incipien. Quis succedat filio infanti. nam quoties statutum priuilegiando affert commodum, etiam includit clericos, secundum Panor. in cap. constitutus. iij. colum. de integro restitutione. & in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi plenè Feli. de consti. tu. in vij. quæstio. Et etiã includere videtur monachos, qui licet per monachationem esse desinant in patris potestate, tamen iura retinent suorum: ita quod habet omnia iura suorum, ac si in potestate remansissent. l. finali. C. de episc. & cler. licet Speculante videatur contrarium, titu. de statu monacho. versiculo li. j. quæritur. Sed eius opinio locum habere posset in professo regulam mendicantium, qui in omnibus & per omnia habetur pro naturaliter mortuo secundum Barto. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. ij. Et idem in aliis non mendicantibus secundum consuetudinem huius regni: quæ omnes monachos à succedendo repellit, vt dicã infra super verbo, *uxorè nomine Adalafiam.* [Vbi plene in pti 143 tu. in vij. quæstio. Et t quæ sequitur dictu statutu, filias stantibus masculis excludens, locum habere stante filio nõ habente virilia, seu testicularis carente, vel aliàs inhabili ad procreandum: quia tales defectus sunt: ex accidenti, & non à natura. Ideo attē di debet communis hominum natura, & non alicuius speciale vitium. l. si quis posthumus. in principi. ff. de liberis & posthu. secundum Bal. in dicto consilio iij. colum. Anto. de Butri. & Panor. in capi. quod clericis. xij. col. de foro compet. Quæ opinio seruatur in practica secundum Imo. in cap. dilecti filij. de foro compet. licet Ange. consil. cclxxxij. incipiente: Stante prædicto themate. in fin. cõsulerit contrariu cõtra magis communem opinionem: per quam voluerunt aliqui tales spadones, quibus abscissa sunt virilia, posse matrimoniu cõtrahere. l. si serua. §. si spadonem. ff. de iure dotiu. & dicta l. si quis posthumus. in principi. de quo per glo. in cap. hi qui. xxxij. quæst. vij. & Ioan. And. in cap. quod sedem. de frigi. & maleficia. Tamen Ludou. singulari. xxvij. sub litera M. incipiente, Bononiæ dum eram. tenet, quod matrimonium contrahere nõ potest. Cùm in eo cesset duplex causa institutionis matrimonij, scilicet sobolis procreatio, & fornicationis euitatio. Et respondendo ad dictum §. si spadonem. dicit quod loquitur in carente vno solo testiculo, qui cũ alio generare potest & fornicari. l. Pomponius. ff. de edil. edicto. Vnde restat, quod clerici sicut laici foeminas excludunt, & fructu statuti gaudent, licet religiosi existant: quod intelligitur vt supra dixi. Et t quod dictu est, masculos filias excludere, est verum, quoties agitur de hæreditate laici, aut clerici coniugati, qui in omni præterquã criminali, laico comparatur. c. primo. de cleri. coniuga. lib. vj. Si autem ageretur de hæreditate clerici defuncti, vt quia postquã ex vxore habuit liberos, effectus presbyter decessit: tunc tale statutum foeminas excludens locum non haberet secundum Imo. in dicto capi. quod clericis. quia tale statutum agit facere heredē decedenti. Or quia decedens non est subditus statuenti, tale statutum ipsum non comprehendit secundum eum ibi dicens sic aliàs consuetis filiam excludi à paterna successione per filiu naturalem & legitimum, quia existentia filij naturalis tantum vel spurij eam non excluderet. Cũ tales masculi in testamento nõ cõprehendantur. Per ea, quæ 147 vidistis super verbo, *Raynutius de clera.* Etiã t si le-

gitimati essent, vt refert Ludou. eum alijs famosis docto. cõsulerit. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. volens, quod si statutum dicat, quod filij legitime nati excludant filias, tale statutum locum nõ habet in filio naturali legitimo, qui licet sit legitimus, non tamen est legitime natus. ff. filium. l. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Vnde casus iste velut omissus à statuto, relinquatur dispositioni iuris communis: quo tales non excludunt filias. facit l. si extraneus. ff. de conditio. ob causam. Præterea statutum nõ trahitur ad casum fictum. l. prima. §. hoc interdicitur. ff. de fonte. Et tales legitimi non dicuntur proprie filij, sed improprie & ficti, vt d. l. filium.

Et idem dicit Ludouicus vbi supra. Si statutum simpliciter loqueretur, quod filij excludant filias, quo etiam casu filia non excluderetur per masculum legitimum. l. prima. §. si quis filium. ff. si tabulæ testamen. nullæ extabunt. vbi licet filius in potestate patris constitutus nepotem excludat ex se natum, tamē si filius ille emancipetur, & postea readoptetur, & sic pristina patris potestati restitatur, nõ excludit nepotem. l. filio quem pater. ff. de liberis & posthu. sed in proposito licet si filius fuisset legitimus, exclusisset foeminam: tamē postea ad iura legitimitatis deductus filiam excludere non debet. Sed cõtrariam sententiam, quod imò legitimatus filiam excludat, tenet Bal. in l. cum acutissimi. [De quo plenè habetur infra super verbo, *si absque liberis moreretur.* j. in ij. limitatione.] C. de fideicom. quia secundum eum legitimatus habet verum principium: quod probat ex decisione Iacob. de Are. quæ refert Ioan. Andræ. in addi. Spec. titu. de success. ab intestat. in fin. dicens, quod conditio, si absque liberis decesserit, non verificatur stante filio legitimo, qui substitutum excludit. tales enim filij legitimi dicuntur filij naturales & legitimi, scilicet natura & l. cooperantibus. facit text. in Authen. quibus mo. naturales efficiu. legit. §. si quis igitur. in fin. ibi, donum patris & principis. quod idē est ac si diceret natura simul & leg. s. Præterea tales legitimi verè & nõ ficti dicuntur legitimi, argu. l. secunda. C. de iure anu. aureor. vbi libertus restitutus natalibus dicitur verè ingenuus, ita in proposito erit, vt legit. matus dicatur verè legitime natus. Cum 148 t legitimare aliud non sit, quàm maculam ab herede illegitimitatis: quæ iuri naturæ nõ inhæret, sed eratur iure gentium offuscata ex defectu matrimonij secundum glo. in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. & ita refidet Bald. vbi supra. Sed pro concordia opinionum assumere necesse est doctrinam Ant. de Butri. in capitulo cum venerabilem. qui filij sunt legitimi. volentis, quod legitimi per sequēs matrimonium vel alios mores legales, de quibus in capitulo. per tuas, illo eodem titulo. comprehenduntur appellatio ne legitimatorum: etiam in statuto facta. Et ita intelligi potest opinio Bald. in dicta lege, cum acutissimi. Secus autem esset in legitimo per rescriptum principis, qui statuto non comprehenderetur mentionem faciente de legitimis, aut filijs simpliciter. Et ita debet intelligi opinio Ludou. in d. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. ad quod facit quod supra dixi, super verbo, Raynutius. in quarta fallentia. Et ratio differentia est, quia dato quod legitimatus per rescriptum sit verè legitimus, tamen non est legitimus de iure communi. Sed de iure speciali, de quo statutum non præsumitur cogitasse, maxime in præiudicium aliorum ad excludendum filias. facit lex, Iulianus. ff. qui & à quibus. Sed solum censetur statutum dispo-

fuisse & sensisse de legitimis iure communi, quales sunt legitimati per sequens matrimonium, iuxta s. fina. institut. de nupt. secundum Pau. qui quidem cō-
sultit consil. ccxxij. incipiente: super eo quod primo loco. vj. & vij. column. & in l. fin. C. de his qui veniā
149 aeta. impetra. vbi Bal. & Sali. Similiter stante tati-
l. statuto, filius legitimus tantum, scilicet civilis, id est
est adoptivus, vel arrogatus, filiam dotatam non ex-
cludit. Per ea quae notant Cyn. & Ang. in l. generali-
ter. s. cum autem. C. de instit. & sublitu. sub condi-
tio. fact. vbi dicunt dispositionem l. cum acutissimi.
C. de fideicom. non locum habere in filiis legitimis
tantum, quia substitutum non excludunt. [De quo
plenē habetur super verbo, si absque liberis moreve-
tur. j. in iij. limitatione.] Sicut eum excluderent natu-
rales & legitimi simul, vt ibi: nam tale statutum natu-
ralitatem considerans, filium non comprehendit
adoptivum, qui est tantum civiliter filius. facit text.
in dicta l. finali. C. de his qui veniā aeta. impetra. &
optimē in l. si quis ita. s. is cui. ff. de legat. ij. vbi Bart.
facit tex. in l. ij. s. ad op. ff. de vacatio. & excusatio. mu-
nerum. vbi inter liberos non computantur: attenden-
da est enim natura plusquam accidens. l. qui habet. ff.
de tute. Ergo statutum praesumitur potius sensisse de
filio secundum naturam, quam secundum accidens.
facit quod voluit Bald. quem ibi refert Panormitan.
in c. licet de officio delega. Præterea tale statutum
est exorbitans, vt dicta l. maximum virtium. ergo ve-
nit restringendum. Cum de his cogitasse non præ-
sumatur. capitulo, cum à iure communi. de regulis iu-
ris. libro vj. Præsertim quia prejudicaret filiabus. Vn-
de cum satis operari possit in filio naturali & legiti-
mo, non extendi debet ad filium civilem tantum in
150 odium foeminarum. Bene tamen verum est, quod sicut
filius naturalis & legitimus filias excludit, ita & ne-
pos ex eo excludit eas, scilicet amitas suas, secundum
Iaco. Butrig. in quadam sua disputatione incipien-
te, statuto vel consuetudine. [Bald. in iij. parte con-
sultit contrarium: vt plenē habetur infra super ver-
bo, & uxorem nomine Adela. s. am. loquendo de iure
repræsentationis nepotum loco patris. dic vt ibi.]
Qua sequitur Ioan. Andr. in addi. Spec. tit. de succes-
sione. ab intest. super rubric. & Cyn. in dicta l. j. C. de adul-
te. volentes nomine filij sub larga significatione ve-
nire nepotem. quod sequitur Pau. consil. clxxxij. inci-
pien. Præsens casus. Nam tale statutum respectu ma-
sculorum, vt vidistis, non dicitur odiosum: maximē,
quia nepos ex filio venit ex persona sui patris, secun-
dum Bald. consil. ccxxxvij. incipien. Præsens casus.
& Ludou. consil. cxxix. incipiente, licet magna apud
me fuerit dubitatio. Quod est verum, siue in tali sta-
tuto sit assignata certa ratio, siue non: quia ex quo as-
signari non potest, nisi vna, scilicet conseruationis fa-
milie, vt dixi: certē illa habetur semper pro expressa,
secundum glos. in l. quamuis. C. de fideicom. & not.
Bal. in l. fin. C. de libe. præteri. vel ex hæreda. & in l.
nominatim. ff. de libe. & posthu. per illum text. Cum
igitur ratio statuti, quæ alia non est, quàm conserua-
tio familie, militet in nepote sicut in filio, tale statu-
tum locum habebit. Nec tunc fieri dicitur extensio
de casu ad casum, secundum Bal. singulariter in l. de
151 quibus. ff. de legibus. Quoties tamen in pluribus
est eadē ratio, tunc illa vna & eadem expressa vel non
expressa in vno, omnes alios decedit casus similes, nō
vi extensionis, sed comprehensionis: quia sicut genus
comprehendit species, sic etiam generalis ratio diuer-

fas comprehendit species casuum emergentium. Sed
quando essent diuersæ rationes similes, tunc diceret-
tur de vna ad aliam fieri extensio: tunc aliud nō est.
quàm quadam interpretatio de termino ad termi-
num per adæquationem & paritatem rationis. Vn-
de quoties est vna eadem ratio numero, non dicitur
proprie fieri extensio. Sed virtute legis vel statuti di-
recte fit determinatio, licet verba deficiant. Et hæc
vera, quod nepos excludit foeminas, vbi statutum di-
cit, masculum foeminas excludere, vel dicit filij ex-
cludere sororem. Secus si statutū diceret fratrem ex-
cludere sororem. Quo casu nepos foeminam non
excluderet: quia licet appellatione filij veniat nepos,
vt videtis: non tamen reperitur, quod appellatione
fratris veniat nepos ex fratre: in qua sententia multi
conueniunt. Attamen dubitandum est, quod contra-
riū sit veritas: quia ratio statuti quæ est conseruatio
familie suadet, quod veniat talis nepos per textū no-
ta. in s. quarto gradu. institut. de gradibus cognatio.
Plus tamen videtur, quod sicut filius excludit filiam, &
nepos ex filio suam amittam: ita idem nepos ex filio
neptem excludit ex alio filio secundum Iacobum
de Aretio. quem sequitur Ioannes Andr. in ad-
dit. Speculato. super allegato titulo de succes. ab inte-
sta. & Bald. in l. sancimus. C. de inofficioso testamen-
to. quia ratio eadem est in hoc casu, quæ est in fratre
& sorore. Et verba statuti non repugnant, imō mēs
& intentio concordat, quæ est conseruatio familie
& agnationis, quod verum esset, etiam si statutum di-
ceret fratrem excludere foeminam. Nam licet appel-
latione fratris non veniat nepos, quo ad excluden-
dum filiam eius amitam, secundum aliquos, vt supra
dixi. Tamen secus est quo ad excludendum filiam ex
filio, & sic neptem: quia cum isti sint pari gradu con-
sanguinei, bene appellantur fratres & sorores, vt di-
cto s. quarto gradu. Vnum tamen menti tenebitis,
quod talia statuta filias excludentia propter
masculos vel agnatos, effectum sortiuntur patre ab-
intestato moriente, vel etiam facto testamento, in
quo masculi seu agnati fuerint hæredes instituti,
quorum fauore filia excluderentur. Si autem extra-
nei essent hæredes instituti, filia non excluderentur,
quin præterea dicere possint testamentum nul-
lum: vel in aliquo instituta petere possint legitimam,
vel legitimam supplementum in corporibus hæredi-
arijs, cum fructibus à tempore mortis testatoris, vt
clare consulti Alexan. in prima parte consilij lxxxix.
incipiente super primo dubio, quia in pecunia non
cogerentur legitimam acceptare, secundum Bartol.
in l. suus quoque. ff. de hæredibus instituendis. nisi
relictum pecuniarium eis in testamento patris reli-
ctum acceptassent: quo casu petere possent pecuniā
cum vsuris concurrentibus ad fructus corporum eis
non acceptassent. Quæ quidem vsuræ etiam hodie pe-
ti possunt licite, cum loco interesse succedat. de quo
plenē in dicto consilio. Et ita his præteritis diebus di-
ctum fuit per arrestum curie parlamenti Tolosæ
contra Ludouicum de Ruppessolio, scilicet fratrem
domini Berengarij domini & hæredis vniuersa-
lis domus de Ruppessolio: & castri noui de Monte
raterio huius senescallie, qui relictū in pecunia si-
bi à patre factum agnouerat, parte illius recipien-
do. Et domum legitimam petebat in corporibus hæ-
reditarijs: tamen fuit dictū, quod residuum habe-
ret in pecunia. Alter vero frater videlicet Astor-
gius, qui nihil de legato pecuniario sibi relictō rece-
perat,

perat, suam legitimum haberet in corporibus hære-
155 ditarijs. Secundò tamen principaliter, vt dictum statu-
tum locū habereat, requiritur, quod filia de cuius ex-
clusionem querit, sit legitima: tamē sufficit quod
dotata fuerit actualiter, vt quia iam maritata, & dos
ei data, & tradita realiter, vt quod dos sit ei assigna-
ta per patrem in testamento: vel aliter secundum Bar-
tol. in l. Titio centū. §. Titio genero. ff. de conditio-
nibus & demonstrationibus. & in l. qui pupillam. ff.
de adulterijs. Primò per illum textū. Secundò per
l. non est matrimonium. ff. de ritu nuptiarum. facit
l. qui pupillam, eodem titulo. Tertio, per gloss. quæ
hoc videtur velle in l. cum in plures. §. primo. ff. de
administratione. tutorum. Quarto, quia statutum lo-
quitur de filia dotata à patre. Sed pater potest assi-
gnando exercuit actum dotandi, quantum in eo fuit.
l. mulier. §. primo. ff. de conditione instituenda. & l.
Stichum. ff. de statu liberorum, ergo &c. Et hæc opi-
nionē sequitur Baldus in l. nō suat. C. de bonis quæ
liberis. dicens ita consuetudine seruari, in ciuitate Pe-
rusij, vbi communis vsus loquendi interpretatur il-
lam esse dotatam, cui dos assignata fuit tantum. fa-
cit gloss. in l. prima. §. accedit. C. de rei uxoriæ actio-
ne. & Paulus consilio ccxxxij. incipiente, super eo
quod queritur. Subiungens ibi idem esse, si dos fuit
sed filia per patrem in testamento relictā sub condi-
156 tione. Idem tenet in dicto §. Titio genero. [De quo
plenē habetur super verbo, reliquit. loquendo quan-
do legitimum dilationem capit.] An tamen dos
data pro matrimonio spiritali, puta pro filia facta
moniali, eam excludat à successione patris, videatis
plenē Petrum de Vbaldis in l. o tractatu de duobus
fratribus patris xj. & columna sexta. Tamen in præ-
senti regno Francie quæstio nō procedere: in quo
professi nunquam succedunt secundum Masuerum
titulo de successione in testamentis, & vltimis volun-
tatis. §. item. per consuetudinem regni vt videbi-
157 tis super verbo, & uxorem nomine Adela. s. am. [Vbi
de hoc plenē in primo principali articulo.] Sanē
tamen intelligatis per solam dotis constitutionē
& simplicem assignationem filiam excludi à succes-
sione, vbi statutum simpliciter excludit filiam dota-
158 tam. Si tamen verò statutum filiam excluderet dota-
tam & maritam, prout facit statutum præsentis ci-
uitatis Caturei huius tenoris. Filia tamen per patrem
maritata in bonis paternis nihil ulterius petere po-
test. Sed si dos promissa soluta non fuerit, illam so-
lummodo petat sine plurius alijs autem bonis quæ
patris sunt vel fuerunt, alijs statibus liberis nullum
ius habeat, nec habere debeat: nisi in his quæ à patre
sibi data fuerunt: vel relictā. Et si contingeret, quod
vnus ex fratribus dictæ filie maritate decederet in
159 minori ætate, vel sine vilo condito testamento, bona
illius fratris decedentis ad alios fratres non ad soro-
rem debent pertinere. Hæc ibi. Tunc stante tali sta-
tuto, non sufficeret filiam esse in testamento dota-
tam, secundum Baldum in dicta l. non sine. Quin-
imò requireretur duo copulanda: scilicet quod fo-
160 ret maritata & dotata. Si tamen statutum dice-
ret, quod filia maritata cum fratribus non succede-
ret, requireretur quod esset vxor per verba de præ-
senti, vt excluderetur: licet ad dotem agere posse
ei constitutum vel constituendum. Cum etiam eo
tunc sine dote constituta sit à successione dotantis
exclusa, quæuis vt congruē doretur agere possit. Nec
sufficeret, quod esset sponsa secundum Petrum, vt
161 tenet refert Cynus in dicta lege, non sine. Nam tamen vbi

tractatur de odio mulieris, appellatione maritate
non venit sponsa. l. solet. in fine. vbi Baldus & Ange-
lus. ff. de his qui notantur infamia. & Baldus in lege,
si ante. ff. solu. matrimonio. & Panormitanus in ca-
pitulo, illud. de præsumptio. & super rubrica de spō-
satio. in fine. Et est communis opinio, quam intelli-
gatis esse veram in vera sponsa, quæ non excluditur,
vt dixi. Vbi verò essent sponsalia inter impuberes de
præsentis contracta, quæ per superuenientiam legiti-
mæ ætatis transissent in matrimonium de præsen-
ti, iuxta capitulum primū. de desponsatione impube-
rum. libro sexto. Tunc in tali sponsa ex hoc vxoref-
fecta statutum locum haberet, etiam si carnalis copu-
lata sequuta non sit: quia talis dicitur maritata secun-
dum doctores. Et idō esset secundum aliquos in spon-
sa de futuro, quæ fuit per sponsum carnaliter cogui-
ta. Quia cum talia sponsalia præsumptione iuris &
de iure transeant in matrimonium de præsentis. capi-
tulo, is qui fidem. infra de sponsa. Talis dicitur satis
maritata. Facit quod in simili dicit Panormitanus,
in prima parte consilio primo. Quod est bona limi-
tatio ad Bartolum in dicto §. Titio genero. Volen-
tem sufficere dotem esse constitutam ad excluden-
dum filiam: quia hoc locum non haberet vbi statu-
tum requireret filiam esse maritam & dotatam, vt
in præsentis ciuitate, vbi fallit dictum Bartoli. Se-
cundò tamen fallit, vbi statutum requireret dotem datam
& traditam: quo casu non verificaretur in dote sim-
pliciter promissa, vel testamento relictā seu destina-
ta secundum Bartol. in l. i. libemus. §. sanē. C. de sacro.
sanctis ecclesijs. quem sequuntur Baldus & Ludouic.
in l. ab hostibus. §. si vxorem. ff. soluto matrimonio.
& Paulus in l. si marito. §. primo. illo eodē titulo. Et
plenē Andr. de Yfernia in capitulo primo, de suc-
cessione feudorum. Nam aliud est dotē esse datam, &
aliud esse promissam. facit l. sciendum. §. si fundus. ff.
162 qui testis. coguntur. Præterea tamen verbum simpli-
citer prolatū intelligi debet in posteriori significato.
instit. de iure naturali. §. ius autem civile. Ergo cum
statutum requirit dotem datam, & consequenter ma-
trimonium esse contractū, sine quo dos esse non po-
test. Tali casu non sufficeret dotem esse promissam
aut simpliciter constitutam. Tertio fallit prædicta
decisio Bartol. vbi pater legaret simpliciter certam
quantitatem ipsi filie, puta centum, vel eam impli-
tueret in centum: quia tunc non excluderetur per
statutum velut dotata. Cum tale simplex legatum
vel institutum multum differat à dotis constitutione.
l. filia. cum ibi nota. C. de legatis. Aliàs sequeretur,
quod mulier si nunquam nubere ex quoque legato
diceretur dotata: quod lege non probatur. Vn-
de iste casus tanquam omissus à statuto relinquatur
dispositioni iuris communis argumento. l. si cum do-
tem. §. primo. ff. soluto matrimonio. & l. commodi-
simē. ff. de liberis & posthumis. Maxime cum ag-
163 tur de lege communi corrigenda, & de materia ex-
orbitanti. argumento l. cum quidam. allegato titu-
lo de liberis & posthumis. Præterea, quia cessat
qualitas requisita à statuto, scilicet dotatio, igitur
cessare debet statutum. Ideo requiritur, quod pater
ad excludendum filiam sibi legat, vel aliquid relin-
164 quat pro dote. Aut si efficiatur monialis, det
aliquid monasterio in elemosinam pro filia quæ
monasterium ingreditur: cum qua dote erit talis fi-
lia à successione excussa virtute statuti filiam mari-
tata & dotata excludentis: quia ingrediendo
contraxit matrimonium cum Deo immortalis. Et sic
D ij p. ter.

pater dando ipsi monasterio dotem satis dare dicitur. Et talis donatio ex communi vsu loquendi dos appellatur, secundum Bartolum in dicto §. Titio genero. Et doctores, maxime Panormitanus in capitulo lo, in presentia de probationi. & plene Fely. [De quo plenius dicitur super verbo, *dotem quam ei dederat*, in principio.] in capitulo, ecclesia sancte Mariae. in sexta quaestione de constitutio. Ex hac decisione, quod simplex legatum per patrem filiae relictum, non censetur factum causa dotis, deciditur, quod si pater filiae suae reliquerit centum pro dote, deinde ei domum simpliciter legaverit, licet legatum dotis tacitam habeat conditionem, seu dilationem, scilicet cum filia nupserit, vel ad annos nubiles pervenerit: nec ante peti possit dicta mulierem ff. de ritu. nuptia. & l. quod pupille. ff. quando dies legat. cedit. & l. hac conditio. la. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & clare decidunt Barto. & Pau. in dicto §. Titio genero. Tamen dicta conditio legatae dotis adiecta non inest, nec subauditur in legato domus. eidem filiae simpliciter facto: imò legatum domus ilico debetur, nec expectabitur, quod filia nubat, vel ad annos nubiles perveniat. Nam licet conditio adiecta vni legato recepta censetur in alio eidem personae per eundem & in eodem testamento facta & relicta. l. in repetendis. & l. si tibi pure. ff. de lega. tertio. tamen istud est verum, vbi conditio expressa non inerat, neque subintelligebatur: quo casu expressa in vno, censetur repetita in alio. Sed in casu nostro conditio nuptiarum tacite legato dotis inerat, & subintelligebatur: ideo expressa per testatorem in legato dotis nunquam intelligitur repetita in alio, ut est casus singularis & mirabilis in l. si in diem. §. fina. ff. de conditionibus & demonstrationibus, secundum Ludouic. singulari xv. super litera L. incipiente, Dico tibi vni quod est perpetuo menti tenendum. Orta ad propositum revertendo, ut filia per statutum excludatur, oportet quod sit dotata. Et sufficit, quod semel dotata fuerit, licet tempore mortis patris viduata reperitur morte mariti, secundum Baldum in l. prima. in fine. C. vnde vir & vxor. dotata enim satis dicitur, quae soluto matrimonio dotem recuperavit, seu recuperare potuit. l. fina. C. communia viri & iudicij. & l. si locus pro filia. ff. pro socio. & l. filia. de collatio. & ita se habet sepe quod eum communis vsus loquendi. Patet & sufficit ad excludendum filiam, quod dotata fuerit siue à patre, siue à matre siue ab auo, siue ad auia: dummodo de eorum vel alicuius dotantis ipsorum hereditate agatur. Quoniam tunc appellatione patris & matris continentur auus & auia. l. iuxta. in fi. ff. de verborum significatione. & l. quicunque. C. de seruis fugiti. secundum Paul. consilio cccxliij. incipiente, primū est de intellectu dicti statuti. vbi concluditur, quod statutum matrem excludens, excludit etiam auiam. Vnde siue agatur de hereditate paterna vel materna, aut vel auia: sufficit feminam esse dotatam, aut ei de dote vel pro dote esse prouisum, vel relictū ab illo, de cuius hereditate agitur. Si autem pater filiam dotaret de propria substantia ipsius filiae vel vxoris, & non de suis bonis, filia non excluderetur à bonis paternis, quantumcumque pater actum dotandi exercuerit. Cum non sit in effectu dotata de bonis & substantia patris: quia per donationem significatur ius, & non actus sudi ministerij, argumen. l. pater ex prouincia. ff. de manumissis vindicta. Nisi expressē ex verbis statuti colligeretur, quod etiam

aliquid de dotata excluderetur secundum Baldum in l. mater pro filia. C. de iure dotium. quem sequitur Iason in l. quoniam nouella. C. de inofficio. testamen. 198 & Pau. vbi supra. Sufficit & ergo quod per patrem filia dotetur, ut à successione excludatur: aut saltem stet per filiam, quomodo dotetur: ut quia non vult dotari, nec nubere, sed castitate seruire, ut patri succedat: quo casu cum per ipsam stet, quomodo dotetur, certè pro dotata habetur, argumento l. filium. ff. vbi pupill. edu. debe. facit. l. iure civili. ff. de conditio. & demonstrationi. & l. Labco scribit. ff. de contrahēda emptione. Et tamen hoc casu cum statutum velit dotem succedere loco legitima: l. qui volebat. ff. de heredibus instituendis. Sufficit illi m offerre secundum Baldum in l. pactum. versiculo xxv. C. de colla. & l. si. versiculo, sed ponamus. C. de pactis. Et si filia acceptare nolit, habetur pro dotata, dum tamen ius succedendi non sit adhuc quaesitum: quia si iam esset ei quaesitum, non posset cogi inuita dotari: & sic renunciaret successioni ad eam delatae. Præterea intelligitur filia per quam stet haberi pro dotata, si culpa sua non dotetur, ut quia dotata non vult, nec nubere, ut dixi: quia si hoc contingeret non culpa filiae, ut quia pater moritur relicta filia posthuma, vel infante, aut furiosa: & sic cessante culpa filiae non potuit eam dotare, tunc non censetur per statutum excludi, nec audiretur frater post mortem patris volens eam dotare loco patris ad eam excludendam, secundum Baldum in l. si plures. versiculo, iuxta præmissa. C. de conditio. inser. & Per. de Ancha. in capitulo primo. de constituto. Barto. in dicto §. Titio genero. Et in quodam eius consilio. incipit. Quidam decessit intestatus: multominus audiretur frater, si pater eam dotare potuisset, & noluit, aut neglexit: quia statutum eam excludere non intendit, nisi à successione dotantis, & non alterius: nisi aliud in statuto caneretur, secundum glo. & Bal. in l. prima. C. de legit. heredi. Nec transit ad heredes facultas dotandi filiam ad eam excludendam à successione: super quo Iason in l. cum mota. vj. colum. C. de transactione. tria membra facit. Aliquando statutum pure loquitur, scilicet quod statibus masculis filiae non succedant patri, sed debeant dotari: & tunc facultas dotandi transit ad heredes etiam masculi mortui: qui eius loco succedunt, & illius personam representant. Aliquando statutum loquitur conditionaliter incipiens à presenti conditione, ut puta si mulier dotata fuerit à patre vel fratribus, non succedat in bonis patris. Et tunc facultas implendi legalem conditionem scilicet dotandi, ad heredes non transit, ut plene per Barto. & Moderni. in l. si decem cum petero. ff. de verborum obligationibus. Præsertim cum incipiat à conditione, ut declarat Barto. in l. eo testatore. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nam etiam in vltimis voluntatibus facultas implendi conditionem non transit ad heredes. Institutio. de verborum obligationibus. §. ex conditionali. & l. vnica. §. si autem sub conditione. C. de cadu. tollen. Et statuta intelligi debent secundum leges vltimarum voluntatum, ut dicit Barto. in l. prima. C. de his quibus vt indig. Aliquando & tertio verba statuti sunt dubia, ut quia stare possunt conditionaliter, vel modaliter. Puta si statutum dicat, quod filia dotata non succedat patri. hæc verba intelligi possunt conditionaliter, videlicet si filia dotabitur: & etiam intelligi possunt modaliter, aut patre, & certè in dubio stabunt conditionaliter secundum Baldum si bene ponderetur in

tur in dicta l. si plures. versiculo, iuxta prædicta formatur talis quaestio. C. de conditio. inser. & Per. de Anchara. in dicto cap. primo. de constituto. vers. pone statuto cauetur, quod filia dotata. Ad quod facit decisio Bal. in dicta l. cum mota. de transactione. vbi dicit, quod quoties causa quae apponitur, requiritur ad originem, sicut in casu nostro, tunc stat conditionaliter: secus quando ponitur ad effectum, ut est textus optimus secundum Imola. ibi, in l. cum ta. §. j. ff. de conditioni. & demōstra. & Bal. in l. iij. C. de arbi. & Pau. consilio. c. vij. incipit. super eod. de quo quæritur. & consilio. c. ix. vbi tenet contrarium, videlicet quod stante tali statuto filia à matre dotata non succedet patri. Tamen primum communiter tenetur. videatis Ludouic. consilio. cccclxxxvj. incipiente. in casu proposita consultationis dicentem, quod ibi statutum filiae dotatam excluderet à quacunque successione extranei dotantis: ad cuius successione soli coniuncti, & non extranei vocantur, tale statutum intelligitur eam excludere à successione suorum parentum, ut aliquid operetur. argument. capituli. si papa. de privilegiis. libro sexto. & l. si quando. C. de inofficio. testamento. in principio. & melius in l. si quando. ff. de legatis primo. idem tenet Paulus consilio cccxlj. incipiente, præsupposito quod dictum statutum. 173 Nam statutum dare non potest potestatem tertiae personae, puta vni ex parentibus dotandi filiam ut à successione alterius excludatur. Cum actus proprius legis sit aliquos excludere, alios vocare ad successione. l. hoc iure. ff. de verbo. signifi. & no. Bar. 174 super rubr. ff. de acquir. heredi. His tamen cessantibus, filia dotata non excluditur, nisi dumtaxat à successione dotantis: vnde si filia de ius propriis bonis fuerit dotata, à successione etiam propriorum parentum non censetur excludi secundum Bal. in l. à matre. C. de iure dotium. vbi supra dixi. Et sicut ad eam excludendam à successione dotantis requiritur, quod tempore mortis ipsius sit dotata, aut dos relicta: ita etiam stante statuto excludente filiam dotatam à quacunque persona. Quia non sufficeret, si post mortem patris dotaretur à matre, vel alio. Nam cum tempore mortis patris qualitas dotantis in ea deficiat statutum ei non nocet, nec eam excludit, velut non qualificatū. & sic sufficit hæres sui patris iure suitatis: adeo quod mater vel alius eam postea dotando facere non potest, eam definire esse hæredem patris. Idem e contra si potest mortem matris & aditā hereditate per filiam hæredem factā eam dotaret, quia propter hoc non definirer matris hæres esse, secundum Bal. in l. si mater. C. de suis & legit. her. & in quodam suo consilio. incipit. Quædam mulier nomine L. eoneta. & Cy. in l. j. C. de adult. & Ioan. Andre. in additio. Specu. super dicto tit. de succed. ab intest. videat 176 tis Ludouic. consilio. xl. incipiente, Vissis ac discussis. Bal. in l. maxime. C. de bonis quod libe. & in l. si mater. C. de suis & legit. hered. Pe. de Anch. consilio. cccxxxvij. 175 & Pau. in dicto §. Titio genero. in fin. Et restat, quod duobus interuenientibus, scilicet masculo existente, & tempore delatae hereditatis feminā dotatam esse, talis femina virtute dicti statuti dicitur à successione excludi: & nedum ipsa, sed eius filius vel filia, & cetera: a proles etiam per rectam lineam descendens secundum Cyn. post Nicola. de Mira. in l. j. C. que sit longa consuetudo. Bart. in l. j. §. in fi. ff. ad Tertull. Bal. & Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. B. in dicta l. maxime. de lib. prete. & in l. quod verò. ff. de legi. & in l. illam. C. de collatio.

& Angel. in §. ne qui. in Authen. de trie. & semisse. colla. iii. & consilio. c. incipiente, statutum prædictū. & Paul. allega. consilio. cccxxvij. incipiente præfens casus. Nam postquam filia excluditur, ergo & neptis, & cetera proles, secundum Baldum in l. venia. C. de in ius vocan. & Panormi. consilio. lxxv. incipiente, quidam decessit. & idem de nepote ex filia, à paritate rationis. Cum mutato sexu non mutetur causa exclusionis, que est conseruatio agnationis & nominis familie. Præterea nepos venire non potest, nisi tanquam imago matris suae, ut dicta l. illam. de collationibus. Vnde excludi censetur tota linea descendens ex filia. Ad quod facit: quia nisi actus à principio sumat initium, non potest ex illo fieri vltior productio. l. quacunque gerimus. ff. de actio. & obligatio. Sed principium, scilicet licet filia, est exclusum: ergo, & c. Præterea statutum habuit ad naturam respectum, non ad personam. Ideo quia nepos masculus ex filia descendens est alterius naturae & agnationis: cum familiam sui patris sequatur, & non matris, institutione de patria potest. in principio. Certè si de medio tollatur filia non propter hoc descendens ex ea subintrat gradum vel locum. Quæ ratio confundit decisionem in hoc puncto. in dicta l. maximum. Ad hoc faciunt quæ dixi, secundum Baldum in prima fallentia. circa finem. quod d. nepos à feudis successione sicut filia eius mater repellitur. [Vt plenius habetur in verbo, *tandem sine liberis est defuncta*.] Vnde de concludendum restat, non distinguendo an filia præmoriatur patri vel e contra, quod sicut filia dotata est per statutum excludi, ita & nepos ex ea, ac vltior proles seu posteritas descendens ex ea. Vbi verò filia non esset dotata, succederet patri morienti, & omnes ex ea descendentes, etiam si talis filia culpa sui non fuerit dotata: non quia maritari noluit, sed quia forte inuito patre matrimonium cum aliquo sine dote, contraxit. (De quo plenius habetur super verbo, *dotem quam ei dederat*.) Quo casu pater eam non tenetur dotare, ut plene per glo. & Bartolum in l. obligamur. ff. de actionibus & obligationibus. Nam hoc casu patri succedet cum fratre suo, non oblatore dicto statuto. secundum Panormi. singulariter in cap. accedens in fine. de procura. Si autem filia non dotata patri præmoreretur, fortè tunc fieri posset distinctio inter nepotem masculum, & neptem ex ea: quia neptis si dotetur per aut non succedet, ex quo in ipsa cadit qualitas dotis. Quæ cum cadere non possit in nepote masculino, esset fortè aliud dicendum. Cū tunc essemus extra casum statuti requirentis filiam esse dotatā, neque hoc casu nepos dicitur ex radice inhabili, eo quia mater nunquam dotata fuit. Et idē eo tunc esset in nepte, si non fuerit per auum dotata vel maritata. Statuto non continēte. Et sicut filia excluditur per statutum, ita etiā excludi censetur neptis ex filio masculino, secundum Rapha. in l. venia. C. de in ius vocan. licet Bal. ibi contrarium voluisset: quia sicut filia propria defuncti excluditur ut videtis, ita excludi debet neptis ex filio, que melioris non debet esse conditionis, quam propria eius filia, de cuius successione agitur, argumē. in viua matre. C. de bonis maternis. Præterea qualitas sexus masculi, quæ erat in patre, cessat in filia. Et sic patri re præsentare non potest. Cum non habeat qualitatē requisitā in statuto argumen. l. fin. C. de natu. liberis. Vltimus dico, quod si filia dotata stante dicto statuto, nedum est excludi ab hereditate patris eam dotantis, sed etiam à bonis ei obuenientibus ex con-

Repe. cap. Raynu. Gul. Benedicti.

tractu patris & sic a feudo & emphyteosi, quæ pater acceperat pro se & filiis suis masculis, & feminis. Nam verba contractus interpretari debent secundum formam & ordinem statuti, ut scilicet illa verba, & feminis, intelligantur non tantum masculis, arguuntur. l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. secundum Barto. not. in l. vi. iurifurandi obligatio. §. si liberi. ff. de operis liber. sed Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanctis eccl. tenuit contrarium per textum in l. fin. ff. de pactis. & l. post mortem. §. si. ff. de bonorum possessione contratabula. Tamen ex verbis suis in l. liberi. C. de operis liber. sumi potest concordia inter eos dicendo, aut statutum filiam dotatam excludit ab hæreditate patris, & hoc casu cum hoc ius feudale vel emphyteoticarium sit separatim ab hæreditate, poterit filia in feudo & emphyteosi succedere, sicut masculus. Et ita procedere potest opinio ipsius Bal. Aut statutum disponit, quod filia non succedat in bonis patris: & tunc quia horum appellatione venit ius emphyteoticum. l. bonorum. ff. de verborum significatione. Filia excluditur ab emphyteosi per masculum. Et ita intelligitur opinio Barto. videatis Felynum in capit. que in ecclesiis. in fine. de constitutio. vbi concludere videtur feminas esse omnino exclusas etiam a feudo & emphyteosi ecclesiæ, propter existentiam masculorum. Et nedum mortuo patre ab intestato exclusæ censentur per statutum, & a succedendo repelluntur, sed etiam si pater testamentum fecerit, in quo solos masculos hæredes instituerit: quia etiam tunc filia velut in testamento præterita dicere non poterit testamentum patris nullum, nec ipsum impugnare per viam nullitatis, aut contrabulare, secundum Baldum in dicta l. posthumus. §. si quis. ff. de inoff. testamento. & Ange. eodem titulo. l. Papinianus. §. si mortis causa. & Barto. in l. ij. §. finali. ff. ad Tertul. & in l. j. §. sciendum. ff. de suis & legit. hæredib. vbi dicit, quod tale statutum vel consuetudo, eo tunc facit desuere filiam esse suam, & consequenter non continuatur in eam dominium paternæ hæreditatis, ut pater ad interrompendam necesse habeat eam ex hæredare, imò liberè testando potest eam præterire, iuxta nota. per Bartol. in l. in suis. ff. de liberis & posthumis. Et sine causa ingratitude in testamento inferenda ex hæredare simpliciter dicendo: filiam meam ex hæredare esse volo, ut dicam super verbo, *In eodem testamento relinquens*. secundò. Et quod testamentum præterita vel ex hæredata impugnare non possit, tenent Raphael Fulgo. Paulus in l. filia. C. de collat. Bald. Ange. & Alexan. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. Bald. & Salice. in l. ij. & fina. C. de liberis præteritis. & ratio est, quia illi tantum datur bonorum possessio contratabula. Et testamentum aliàs impugnare permittitur, cui ab intestato successio debetur. l. j. §. filia. & l. illud. §. j. ff. de bonorum possessione contratabula. Sed huic filie per statutum exclusæ non debetur successio, nec eius posteritati, ut dictum est. Ergo nec ei dabitur bonorum possessio contra testamentum patris. Secundò, quia liberi admittuntur ad testamenta paternæ impugnanda, in quibus sunt præteriti. Et hoc propter iniuriam eis illatam. ut dicam super verbo, *In eodem testamento relinquens*. primò. Sed cum filia statuto prohibeatur succedere, & eius soboles, nulla ei videtur facta iniuria ex præteritione vel ex hæredatione: igitur cessante iniuria cessare debet actio. facit l. si præteritus. ff. de inoff. testamento. Et hanc opin. sequitur

Angel. consil. cxix. incipiente, Viso themate prædicto. & consil. cxxxv. incipiente, In quaestione vergente, & Paul. consil. cccxlvij. vbi ad hoc allegat nota in l. prima. §. si pater. ff. de coniungend. cum emancip. liber. vbi dicitur, quod hæc remedia his tantum dantur personis, quæ testamentum dicere possunt nullum. Idem Bald. & Salic. in dicta l. maximum. & Ludovicus consilio xij. incipiente. Idem videtur mihi. Plus dico, quod tales filia per statutum exclusæ nedum repelluntur ab impugnando testamentum paternum, ut dictum est: imò etiam nullum habent remedium ad penendum legitimam in bonis dantis, nec supplementum illius, etiam si dos non sufficeret ad legitimam: talibus enim exclusis non debetur legitima. Cum dos ei succedat loco legitimæ, etiam si eis dos data vel assignata fuerit sine titulo institutionis in testamento, vel aliàs secundum Paulum allegato consilio cccxlvij. incipiente, In puncto quaeritur. Et Bart. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstrationi. Et idem Paulus consilio cvij. incipiente, Super primo quaesito. & consil. cxvij. incipiente, In casu præfenti. & clarius consilio cxvii. incipiente, Si domina Corua lia. consilio cccxxx. incipiente, Pro pleniori responsione. Et sequitur Ludovicus consilio xvj. incipiente, Viso themate. idem tenet Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legit. hæred. & Petrus de Anchar. consilio xlvij. Quod sanè intelligatis verum, si filij masculi, quorum favore emanavit statutum, fuerint in testamento patris hæredes instituti. Secus si pater hæredes vniuersaliter instituerit extraneos filiis ex hæredatis, aut particulariter in re certa institutis hæredibus: quia tunc licet filia statuto exclusæ sit per existentiam masculorum. Tamen si dos non sufficeret ad legitimam, filia agere posset ad supplementum contra extraneos hæredes, per text. in l. omnimodo. C. de inoff. testamento. secundum Paul. allegato consilio cccxlvij. §. colum. & Alexand. in prima parte consil. lxxix. incipiente. Super primo dubio. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. vbi respondet ad rationem Salic. contrarium tenentis, & quod ipse fuit pluries requisitus consulere pro opin. Salic. sed nunquam hoc facere voluit, cõcludens statutum excludere filiam à legitimæ & supplemento, & ita restat in vericu. reperio etiam inter prædicta Salic. & idem tenet Iason in authen. nouissima. & clarius in l. si quando. §. fina. in fin. C. de inoff. testamento. (Vide plenius infra super verbo, *et uxorem nomine Adelsam*. Dñi deciditur, quod statutum excludere à legitimæ) Vnum tamen mente teneatis, quod licet filia eo modo per statutum exclusæ petere non possit legitimam, nec supplementum illius, filiis masculis hæredibus institutis, ut dictum est. Tamen si esset incongruè dotata, agere posset, ut congruè dotaretur arbitrio boni viri, secundum Bal. in l. fin. C. de dotis promiss. per text. in l. si filie. ff. de lega. iij. quod est æquum. licet contrarium sensisset in dicta l. si defunctus. Pro hoc facit, quia statutum loquens de filia dotata, intelligi debet de congruè dotata. Argumeto l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. Et sic incongruè dotata agere posset ad supplementum dotis, nisi statutum expresse diceret, quod filia esset contenta dote sibi data vel promissa, secundum Baldum in dicta l. fina. argumento l. qui volebat. ff. de hæred. instit. & clarins in Authentica, res que. C. cõmunia de legatis. vbi Baldus dicit ita consuetudine appropriari

approbari: quia licet statutum sit durum, tamè cum non sit contra bonos mores seruandum est. l. prospexit. ff. qui & à quibus manu. libera. non accipiunt. facit capitul. scriptum. vj. quaestione iij. facit quod nota in l. Ballista. ff. ad Trebel. Vnde statute dicto statuto standu erit taxationi per patrem factæ, secundum Bald. vbi supra. ut filia remedium non computat ad legitimam nec supplementum illius, nec ad supplementum dotis quantumcunque esset dos incongrua mensuræ legitimæ. Et hæc vera, quod ad legitimam non debet haberi respectus vbi statutum disponit filiam dotatam tantum masculis non succedere. Si autem statutum filium excluderet à successione existentibus masculis: & mideret eam dotari arbitrio propinquorum: tunc non deberet propinqui arbitrari dotem minorem, quam esset legitima. secundum Salice. & Fulgo. in Authen. res que. per illum text. C. communia de lega. quos sequitur Alex. consil. lxxix. primæ partis incip. Super primo dubio quaeritur. & in dicto §. & quid si tantum. & Iason in dicta Authen. nouissima. in fine. quod est non. & sic alij parentes filia mortuo patre, non tam liberam habet dotem arbitrandi facultatem, sicut pater, qui eam minorem legitimam taxare potest. facit text. no. in l. si furioso puberi. (De cuius intellectu plenè habetur infra super verbo, *relinquit*. in xij. casu in quo filius grauari potest in legitimam.) ff. de cura. furio. Si verò dos data per patrem, non esset cõgrua mensuræ alimentorum, tunc posset filia ad supplementum agere, quatenus ei dos non sufficeret ad alimentum. si bona paterna ad hoc sufficerent, cum dos loco alimentorum succedat, secundum Barto. in l. cum de in rem verso. ff. de vris. quæ quidem alimenta iure naturæ debentur. instit. de iure natura. §. j. Et sic statuto tolli non possunt. l. j. §. fin. ff. de iustitia & iure. ideo non potest tale statutum dotem tollere, nec illius congruentiam. Cum dos & alimentum a pari regulentur. l. cum vnus. §. fin. ff. de alimen. & cibal. leg. & doris congruitas non attenditur nec cõsideratur respectu legitimæ, sed respectu alimentorum. Vnde est dicendum, quod propter statutum, aut consuetudinem filios excludentem non prohibetur patrem, qui filias dotauit eas hæredes instituire, & per testamentum vocare. Quinimò talis filia in testamento patris hæres instituta virtute dicti statuti non excluditur, etiam si statutum contrarium diceret. scilicet ex testamento vel ab intestato filiam dotatam excludendo: quia cum tunc tollere diceretur liberam testandi facultatem, tale statutum quo ad hoc non valeret, per text. in l. final. & quæ ibi omnes dicunt. C. de pactis. Panormit. & Doct. in c. nulla. de concess. præbend. & plenè videbitis infra in tertio casu fallentis. Nam tale statutum filias dotatas excludens. intelligitur eas tantum excludere à succedendo contra vel præter voluntatem defuncti expresse vel tacite. Qualis est vbi pater moritur ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Cum per dotationem definat esse sua, quantum ad hoc, ut in ipsam non fiat cõtinuatio paternæ hæreditatis, quæ aliàs fieret per l. in suis. vbi plenè Barto. ff. de libe. & posthu. Bal. in dicta l. maximum. & Pau. consil. ccl. incip. Super primo puncto. & Prnor. consil. xij. in. ip. quædam mulier. Et valebit institutio talis filia in testamento patris facta, etiam minus solenni, per l. hac consultißima. §. ex imperfecto. C. eo. titu. secundum Fulgo. ibi in §. per nuncupationem. (De quo plenè super verbo, *testamentum*. in xij. fallen.) Et hoc verum, vbi cõstat patrem expresse & nominatim in

testamento suo vocasse filiam dotatam exclusam, secus si pater simpliciter in testamento dixisset, filios meos hæredes instituo: quia tunc non videtur filiam statuto exclusam vocasse, nisi in quota ipsam contingente secundum statutum patris. scilicet in cõgrua dote. Cum voluntas testatoris sit in dubio interpretanda, secundum cõsuetudinem regionis. l. numis. ff. de lega. iij. Et ad illam consuetudinem se retulisse videtur l. si d si suscepit. ff. de iudi. & ita debet intelligi Petr. de Anchar. in dicto cap. primo. de constit. Bene dicit Bald. in l. quicumque. versic. Sed pone statuto cautur. C. de ser. fugit. quod si pater instituyendo dixisset in testamento, filios instituo hæredes, in eo quod ipsos tangit de iure: tunc etiã filia videtur hæres instituta, non est in parte statutaria, scilicet in dote, sed in ea parte, quæ filia debetur iure communi, videlicet in quota sua iuxta numerum liberorum: quia cum testator ad ius se retulit, videtur de parte digniori intellexisse. Quæ omnia vobis sufficiant de statuto filias dotatas excludente. Tamen, quia ut supra in principio huius secundæ fallentiæ præsuppositum, quod statuta aliquando disponunt simpliciter, videlicet quod statibus masculis, filia non succedat, ita quod de dote nulla in eis fit mentio. Quo casu posset dubitari, an talia statuta de iure valeant, & sustineri possint. Et communiter concluditur, quod sic. Fundantur enim de iure diuino. & sustinentur & tolerantur iure humano. Nam iure diuino fundantur, per text. no. Numer. xxvij. vbi Deus ad Moysen: ad filios, inquit, Israel loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit abque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filia non habuerit, successores habebit fratres suos, &c. Ecce text. apertus, quod si filio masculino filia non succedebat. & tamè de dote nihil dicebatur. Vnde de statuta, quæ hoc disponunt, iuri diuino sunt consona, & penitus conformia. Et oēs populi tam Christiani, quam Iudæi, in locis vbi talia vigent statuta filia simpliciter excludentia, tenentur illa obseruare, cum Iudæi teneantur ab obseruatione legis Moysaycæ, & veniunt Iudæi appellatione populi, ut probat text. in Authen. de quaestio. circa principem quem ad hoc singularem dicit Bal. in c. j. de forma fidei. & in rubric. C. qui accus. non poss. circa si facit quod no. idè Bald. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excu. tuto. & Petr. de Anchar. in c. si sententiam. de sentent. ex cõ. libro vj. & plenè decidit Ioã. de Ana. in c. Iudæi. l. ij. de Iudæis. vbi disputat, an Iudæi in condendis testamentis, aut iure succedendi seruari debent legem Moysaycam, vel ciuilem. Talia enim statuta fundantur in causa legitima, quæ est fauor masculorum, & agnationis conseruandæ, ut in præcedenti statuto vidistis, & plenè Ioã. And. in addi. Spec. titu. de success. ab intestato. Et ratio eorum est fauor reipublicæ suadentis nomen domus, & familie conseruari, quod fieri non potest, nisi in masculis. l. j. §. si hæres. ff. de venire in spi. Secundò sustinentur hæc statuta iure humano, per text. no. in præfenti ca. dum dicit secundum consuetudinem. Nam etiam lex antiqua xij. tabularum rationabiliter præferebat agnatos cognatis, ut l. lege. C. de legi. hæred. facit text. in §. ite vetustas. inst. de hæred. ab intestato. Nec alia ratio legis antiquæ erat, quam ut nomen familie conseruetur, quod non transit ad feminarum potestatem, quæ non matris, sed patris sequitur cõditionem, ut plenè vidistis super verbo, Raynutius de Clera. & declarat Ang. in instit. de legit. agnato. tutel. in principio. & Bal. in l. cum lege. C. de episcopis & cleric. Cõcludit vale-

re statum fœminas excludens propter masculos, 188
 dicens consuetudine ita seruari & approbari, ut ipse
 pariter sequitur in l. j. verb. consequenter quæritur.
 C. de summa Trinita. Licet in repetitione eiusdē l.
 dicat ita demum tale statum valere, si tēpore mor-
 tis patris filia reperiatur dotata tali dote, ex qua su-
 stentari possit, de quo per eundem in capitul. fin. de
 consuetu. & cap. si proponente, de rescrip. Ego sem
 per putavi Bald. non bene dixisse in dicta repetitio-
 ne, quia secundum eum ibi non esset differētia inter
 statum nostrum simpliciter fœminas excludens,
 de quo nūc loquimur. Et statum filias dotatas ex-
 cludēs, de quo supra vidistis, quod non est dicendū.
 argumen. l. si idem. C. de codicil. Vnde tenēdum est
 tale statum eas simpliciter excludens valere, adeo
 quod tunc filiabus non debebitur etiam legitima in
 bonis, & hæreditate patris, quia cum per statum ex-
 clusæ sint ab intestato debetur, & legitima sit portio
 eius, quod ab intestato debetur, tales filie petere nō
 possunt etiam legitimam, secundum Paul. in dicta l.
 Titio cenrum. §. Titio genero. ff. de condi. & demō.
 & plenē per Iasonem in dicta l. si quando. §. fi. C. de
 inoffic. testamen. Sanē tamen intelligatis tale statu-
 tum filias excludere per existentiam masculorum,
 scilicet per statum successuras, quia si ante statu-
 tum iam patri successissent, tunc non excluderentur.
 185 † Cum statum ad præterita non trahatur. capit.
 ij. & capitul. fina. de constitutionibus. & l. leges. C. de
 legi. nisi expressē diceretur in statuto, quod ad præ-
 teritas successiones extēderetur, quia tunc eas exclu-
 deret, de quo per Barto. in l. j. §. fina. ff. ad Tertullia.
 dicens sic aliās consuluisse, per text. ibi, & sequitur
 186 Fely, in dicto cap. fin. tertia colum. † Vnum tamen
 notabitur, quod licet statum filias simpliciter exclu-
 dens non requirit ipsas tempore mortis patris fore
 dotatas, imō ac si dotatæ essent excluduntur à succes-
 sione, poterūt tamen agere contra patrē vel fratres,
 ut eas competenter dotent, per dictam l. si vbi Bal.
 C. de dotis promiss. facit l. qui liberos. ff. de ritu nup-
 tial. Pariter agere poterunt ad alimenta, quæ eis de-
 bētur, antequam dotatæ nuperint. Cum ista sint di-
 uersa, scilicet successio paterna, dos, & alimenta. Er-
 go filia exclusā à successione paterna, nequaquā ex-
 clusā censetur à dote vel alimentis. argumen. l. si do-
 mus. ff. de seruitu. rustic. prædio. facit quod no. An-
 gel. in l. Modestinus. ff. de solutio. & Imo. in l. stipula-
 tio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. &
 tenet Bald. in dicta repeti. versic. vnde si statum
 prohibet. facit text. in authen. si qua mulier. secundū
 187 vnam lecturam. C. de sacrosanct. eccles. † Et licet
 (vt dictū est) non sit de essentia exclusionis filiarū,
 quod tempore mortis patris sint dotatæ, tamē bene
 est de substantia, quod masculi supersint, aliās filia
 non excluderentur, quinimō succederent, vt probat
 text. diuinus supra allegatus. Quod est verum etiam
 si statum mentionem non faceret de masculis, vt
 tenet Alexand. in dicta l. Gallus. §. & quid si tantū.
 Cum ipsorum favore dicatur esse factum, secundū
 Bald. in l. peto. ff. de lega. ij. & Bart. in l. j. §. filium. ff.
 de contratab. & consuluit Ludouicus cōsi. ccccxiij.
 Et etiam requiritur, quod masculi supersites velint
 filias esse à successione exclusas: quia si mallent, &
 consentiret eas simul cum eis succedere, quā ipsas
 dotare, aut dotes soluere. Certē cū ipsis masculis suc-
 cederēt, non obstante statuto filias excludente, pro-
 pterea quod d fauore eorum factum fuit cui renūcia-
 re possunt, secundum Bald. in dicta l. maximum vi-

188 tium. & Paul. in dicto §. Titio genero. † Et intelli-
 gatis sanē per existentiam masculi filiam præsertim
 dotatam excludi ab hæreditate, & bonis paternis,
 scilicet quandiu hæreditas remanet paterna. Si autē
 masculus patri solus succedēs postquam hæreditatē
 adiuuit, seu illi se immiscuit, moriatur. Certē filia nō
 excludetur ab hæreditate sui fratris. Cū post aditio-
 nem non dicatur amplius paterna, sed fraterna suc-
 cessio, secundum Ludo. in l. j. §. veteres. vbi glo. ff. de
 acquiren. posses. & cōsi. iij. incipiē. viso ac discusso
 pūcto, & Alex. plenē in dicto §. veteres. ix. & x. col.
 Quod est verum, etiam si frater adita paterna hære-
 ditate decesserit, nulla alia habēs bona, quā paterna:
 quia postquā filius semel adiuuit, bona deserunt
 esse paterna, & effecta fraterna, ad quæ femina ad-
 mittitur. licet bonis renūciaverit paternis, aut sit ex-
 clusā per statum. Pro quo facit text. optimus in §. j.
 instit. de hæredi. institui. Nisi statum expressē eam
 excluderet à paternis & fraternis, aut eis expressē
 renuntiaffet, sicut eā excludit statum huius, ciuitatis,
 de quo supra. Et etiam statum Toloisanum. Et
 prædictam decisionē in dicto §. veteres. sequitur Ia-
 189 son in §. actionum. in fine. institui. de actio. † Quæ
 omnia vobis sufficiant pro huius secundæ fallentiæ
 principalis expeditione, in qua filia cum masculis
 patri non succedunt, in qua & præcedēt melius est
 nasci masculus, quā femella. l. in multis. ff. de statu
 hominum. Licet interdum expedit, & proficit statu-
 tum esse fœmineum, quā masculinum. l. si fuerit. §. si
 190 na. ff. de rebus dubiis. † Tertio principaliter fallit
 regula nostra in alio casu, in quo filia non succedūt
 cum masculis, etiam dicto statuto seu consuetudine
 non stante, scilicet cum tēpore nuptiarum ante vel
 post filia dote contenta bonis, & hæreditati renun-
 ciant paternis cum iuramento. Quo casu licet aliās
 non valeat pactum de futura successione. l. pactum
 quod dotali. & l. fina. C. de pac. & l. pactū. C. de col-
 la. & plenē Panor. per illum tex. in c. ij. de cōces. præ-
 ben. Tamen iuramentum in casu nostro validat pactum,
 per tex. in ca. quanuis. de pactis. libro vij. gloss.
 & omnes in dicta l. pactū. de colla. Et adeo iuramē-
 tum tale pactū validat, quod ipso obstāte filia, quæ
 renuntiauit exclusā erit, non solū à paterna hære-
 ditate, sed etiam succedere nō poterit in iure patro-
 natus, quod patri vel alteri cuius hæreditati renun-
 tiauit, competebat, secundum Panormi. in c. cum se-
 culum. de iure patro. Sed bene petere poterit feudū
 vel emphyteosim. de quo per Salic. in l. j. vbi Iason
 xcix. col. vers. iij. quærit Salic. C. de iure emphy. &
 dicū infrā in vltimo mēbro futuræ successione. Sed
 pro clario ri intellectu terminorū harum successio-
 num futurarum, hunc articulum quotidianum diui-
 do in quatuor partes. Nam aliquando fit pactū de
 succedendo, aliquando de successione conseruāda,
 interdum verō fit pactum de certo modo succeden-
 do. & quartō fit aliquoties pactum de non succedē-
 191 do. † Quo ad primum, scilicet de succedendo, di-
 co tale pactum esse nullum, veluti omni iure repro-
 batū, vt in iuribus supra in principio allega. & l. sti-
 pulatio hoc modo cōcepta. vbi plenē Bar. & omnes
 ff. de verborum obligationibus. & text. nota. iuncta
 gloss. ex qua hanc doctrinam sumpsit in lex eo instru-
 mento. C. de inutil. stipulat. Ideo talia pacta fieri nō
 debent veluti omni iure damnata. Et maxime fieri
 non debent per personas Ecclesiasticas, quæ stri-
 ctius iura seruari tenentur, vt in propriis terminis
 192 consuluit Angel. consil. clxxvij. † Et reprobatio-
 nis hu-

nis huius pacti de succedendo est triplex ratio. Pri-
 mō, quia hæreditas pacto dari non potest. l. hæredi-
 tas. C. de pac. cōuen. tam super dote, quā propter
 nuptias dona. Per quam dum ibi dicitur, nullo mo-
 do debetur. Dicunt omnes ex tali pacto nullam ori-
 ri obligationem naturalem, neque ciuile. Ad quod
 facit text. in dicta l. ex eo instrumento. per quem ta-
 lia pacta nullius esse momenti declarantur. Et nullū
 pariunt effectum naturalem, neque ciuilem. Secun-
 dō, quia pacta de succedendo liberam tollunt facul-
 tatem testandi, quæ sui natura est ambulatoria vsq;
 ad mortē, l. j. C. de sacrosanct. eccle. l. si quis. in prin-
 cip. ff. de legat. iij. & capit. cum Martha. de celebra-
 missa. Igitur non valent, per dictam l. fin. C. de pact.
 Ad eod quod licet dos sit valde priuilegiata, vt l. j. vbi
 plenē Barto. & omnes. ff. soluto matrimo. Tamē hæ-
 reditas pacto dari non potest in causam dotis, vt di-
 cta l. hæreditas. & dicta l. pactum quod dotali. C. de
 pact. is. secundum Bald. & Salic. ibi dicentes fauora-
 biliorē esse causam liberi arbitrij, quā dotis. Et tū
 si in tali pacto stipulatio intercesserit, vt d. l. stipula-
 tio hoc modo concepta. secundum glo. & Bartolum
 in l. cum donationis. C. de transa. Eō quod talia pa-
 cta votum inducunt alienæ mortis captandæ. Et sic
 sunt contra bonos mores. vt dicta l. fin. & dicto c. ij.
 de conce. præben. quod etiam gentiles abhorret. vt
 ibi. Ille enim, qui pacto esset successurus semper af-
 fectaret, & præsumitur captare mortem iuuentis,
 cui ex pacto successurus esset, vt celerius hæreditatē
 haberet. Vnde talia pacta sunt omni iure damnata,
 taliter quod paciscens, postea contrarium de bonis
 suis disponendo, non teneretur ad interesse ratione
 pacti non seruari, secundum Bald. singulariter in l.
 cum Achimedoram. versic. vltimus quæro. C. vt in
 possessio. lega. vbi dicit, quod si quis caperet vxorē
 intuitu pacti per fœderum facti, quod filiam faceret
 hæredem, si postea fœder alium hæredem instituat,
 non potest agi contra eum ad interesse. nec ob hoc
 retractabitur matrimonium: quoniam talia pacta
 nullam pariunt obligationem, & consequenter nec
 actionem, vt dicta l. pactum quod dotali. secundum
 193 Alexan. ibi in fin. (Quod qualiter intelligit, habe-
 tur super verbo, cū omnibus bonis ei relinquitur à patre,
 dum loquitur an principale propter accessoriū retra-
 ctetur.) facit glo. in cap. penulti. ad fin. de his que vi-
 metū (ve causi. sunt. Hunc tamen regulam seu con-
 clusionem (quod pactum de succedendo nō valeat)
 dico fallere, & cessare in sequētibus casibus. † Pri-
 mō fallit, vbi esset iuramento firmatum. Quo casu
 propter iuramentum tenet tale pactum, & venit ser-
 uandum, secundum Bald. singulariter in cap. mori-
 bus. si de feu. sue. contro. inter dominum & agna. Et
 mouetur per illum tex. & etiam per cap. quanuis pa-
 ctum. de pac. lib. vj. vbi valet pactū de non succeden-
 do per filiam factum, si fuerit iuramento firmatum.
 Et certum est ex pacto de filiam non succedēdo re-
 sultare pactum de masculo solos succedendo, cum
 ex pacto quod filia non succedat, intelligatur satis
 194 resultare, masculum succedere in totum. † Et sic
 respectu masculi, & sui fauore est pactum de succe-
 dendo, quod iuramento firmatum est per illum tex.
 Ad hoc facit text. diuinus iij. Regum j. vbi David
 eximius ille propheta cum Bethsabee coniugi iura-
 mento pollicitus fuisset, quod Salomon eius filius
 sibi in regno succederet, obsecratus per eam in hæc
 verba: Domine, mi rex, tu iurasti per dominū Deū
 tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post

me, & ipse sedebit in folio meo. Et ecce nunc Ado-
 nias regnat, te domine mihi rex, ignorante, cui rex,
 considerans se pacto iurato alstrictum, & ligatū, re-
 spondit: Vinit dominus, qui eruit animam meam
 de omni angustia: quia sicut iuravi tibi, sic faciam
 hodie. Quod aliud non sonat, nisi quod pactum de
 succedendo, vbi est iuramento firmatum, seruandū
 est, sicut ibi eū seruauit rex sanctissimus, & de con-
 filio Nathan propheta. Et tenet Bald. quanuis text.
 illum non alleget, qui tamen facit pro illo. Sed ad-
 uertatis: quia contrarium tenent plures, & est com-
 muniō opinio, quod tale pactum iuramento non
 firmeretur, cum sit contra bonos mores. Per textum
 in capitul. non est obligatorium. de regulis iuris. li-
 bro vj. secundum Bart. in dicta l. stipulatio hoc mo-
 do concepta. facit text. cum gloss. in dicta l. si quan-
 do. §. illud. C. de inoffic. testamen. & idem Bart. in l.
 si quis pro eo. ff. de fideicommiss. Talia enim pacta
 votum inducentia captandæ mortis sunt contra bo-
 nos mores naturales. l. de fideicommissio. C. de trā-
 factio. facit l. iuncta gloss. ibi. C. de pactis. Idcirco
 sunt prohibita: quia per ea succedēt ex pacto datur
 occasio malignandi contra patrē, vt celerius confe-
 quatur eius hæreditatē sibi pacto promissam, & ne-
 dum daretur ei occasio malignandi, sed etiam cæte-
 ris fratribus contra patrē: qui in eorum perniciem
 alterum prætulit. Ob quod & si forte non maligna-
 rentur in mortē patris, saltem hoc facerent per sub-
 tractionem obsequiorum patri debitorum. Et præ-
 terea malignarentur contra ipsum fratrem ex pacto
 succedere debentem. Ad quem pater plus respexit
 quā ad ipsos, sicut Genesis iij. legitur. Quod quia
 dominus respexerat ad Abel, & munera eius, ad
 Cain verō nō respexit. Iratus Cain, quia frater præ-
 ferabatur ei, occidit eum. Mouetur enim & mole-
 stius gerit quis vidēs res suas, aut sibi debitas fratri
 suo deferrī, quā si extraneo darentur. l. cum oportet.
 §. j. ibi, vel ad fratres suos, q̄ etiam grauius mul-
 tis esse videtur, & c. C. de bonis quæ liber. & Gene-
 sis xxvij. sic dicitur. Oderat ergo semper Esau Iacob
 pro benedictione, quia benedixerat ei pater. Dixit-
 que in corde suo, venient dies luctus patris mei, vt
 occidam Iacob fratrem meum, & c. Vnde nimirum
 si talia pacta iuramento non firmentur, vt dictū est.
 195 † Cum iuramentum esse non debeat occasio mali,
 nec vinculum iniquitatis, minis que fratres deduce-
 re ad inæqualitatem, quā iura detestatur propter
 inuidiam, quā generat inter eos, vt videtis l. eam.
 & l. illud. C. de colla. Et sic opinio Bald. in dicto ca-
 pitul. moribus, communiter nō tenetur. Et ipsemet
 in pluribus aliis locis tenuit contrarium, videlicet in
 dicta l. pactum. in quinta opp. C. de collatio. vbi di-
 cit tale pactum esse contra ius diuinum, per textū in
 dicto capitul. ij. de conce. præben. Idem tenet in di-
 cta l. pactum. C. de pactis. quem ibi sequitur Salice.
 & communiter omnes, per dictum ca. non est obli-
 gatorium. Et consuluit Alexand. in tertia parte cō-
 filio xxvij. incipiente, Ponderatis verbis instru-
 menti. vbi expressē reprobat dictum Bald. in dicto
 capitul. moribus. Nec obstat eius motiuum ibi: quia
 malè arguit, nec tenet eius consequentia. Quia non
 sequitur, quod si filia patri fecerit pactum de non
 succedendo cum iuramento, quod propter hoc pa-
 ter ex tali pacto iurato sit alstrictus facere vel habe-
 re masculum hæredem. Quinimō potest alium pe-
 nitus extraneum instituire hæredem, cū filio quan-
 tumcunque grato, & digno relinquere non teneat.

aur, nisi legitimam. l. cum quæritur. C. de inofficio. testamen. Ideo non est verum, quod pactum de non succedendo foeminis iuramento firmatum, includat aut necessario producat pactum de succedendo masculos, prout Bal. præsupponere at. Sentit tamen Imol. in capitulo. cum contingat. de iureiurando. saluari posse opinionem Bald. si eam intelligamus, quod licet tale pactum non firmetur iuramento, tamen veniens contra iuramentum fit periurus. Pro quo facit dictum capitulo. cum contingat. & capit. sicut ex literis. de sponsal. vbi si iurem te ducere in vxorem, & demum per verba de presenti cum alia contraham, valet matrimonium, sed sum periurus. Sicut à simili videmus: quia si iuro non reuocare procuratorem, & postea ipsum reuocem, valet reuocatio, veruntamen sum periurus, vt dicit gloss. singularis in capitulo. fina. de procurato. libro sexto. facit gloss. in capitulo. vltima voluntas. xij. quæstion. ij. Cogitetis tamen circa hoc, quia cum tale pactum de succedendo fit, vt dictum est contra bonos mores etiã de iure canonico, quod votum improbat captandæ mortis ex tali pacto resultans, videtur tale pactum 196 iuramentum nullatenus obligare: quia tales dispositiones, quæ contra bonos mores fiunt, sunt impossibiles. l. reprehendenda. C. de institut. & substitutio. sub condit. factis. Or impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regulis iuris. Per quod videtur: quod veniens contra tale iuramentum non fit periurus, vt sentit & videtur concludere Alexan. in dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis. & in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum 197 obligationibus. ¶ Secundò fallit regula, & conclusio nostra, vbi pactum de succedendo effectus statuto, aut consuetudine approbatum: quoniam tunc valeret ex vi consuetudinis. Consuetudo enim vim habet decreti, & autoritatis superioris, secundum Baldum qui se. u. d. dare non possunt. §. primo. v. col. ij. Ex quo videmus inter nobiles talia pacta, quod primogenitus succedat, tempore matrimonij inita & passata valere, & effectum sortiri propter talem consuetudinem inter nobiles vigentem, quæ seruanda est, secundum Bald. singulariter in dicta l. cum Archimedoram. C. vt in possess. legat. per tex. in cap. mulier. vbi Iacob. de Aluarot. & in capitulo. filij. si de feudo sue. controuer. in quibus iuribus præsupponitur pactum de succedendo fuisse factum in fauorem filiorum, & liberorum primi matrimonij, & valere in exclusionem filiorum secundi matrimonij duntaxat, & non in exclusionem liberorum ex primo matrimonio descendendum, puta nepotum, pronepotum, & cæterorum in posterum ex illis pacificètibz media tẽ descendendum: quos ex tali pacto exclusos intelligere non debemus, cum satis dicantur ex illo descendere matrimonio, ex quo originẽ sumpserunt, vt alibi dicam. (De hoc habetur plenè infra super verbo, Tandem sine liberis est defuncta.) licet ex alio numerali matrimonio geniti sint immediatè, sed illi qui nascuntur ex secundo matrimonio per eodẽ pacificentes post primum solutum contracto, nullo modo dici possunt ex eodem primo matrimonio: & consequenter succedere non possunt in præiudicium liberorum primi matrimonij, quibus fuerat ex pacto ius succedendi quæsitum, vt dicit text. in dicto cap. mulier. & cap. filij. & in l. cum vir vxori. ff. de conditio. & demonstrat. Per que iura talia pacta de succedendo valent: imò iustitiã habent & æquitatem, secundum Bal. in dicto cap. filij. Idem

tenent Barto. & Bald. in secunda opposi. & Salice. in dicta l. pactum. C. de colla. per text. in cap. j. de filiis natis ex matrimo. ad morg. contract. & Ioan. Fabr. in l. j. C. si mancipi. ita venierit ne prostituatur. Præterea lex hoc potest, secundum gloss. in verbo. iubetur. instit. de adop. §. sed si decedens pater. Ergo idẽ poterit consuetudo, quæ vim legis habet, in situ. de iure natu. §. ex non scripto. Sed contrariam sententiam, scilicet dictum pactum consuetudine non firmari, tenuit ipsemet Bal. in l. ij. C. quæ sit longa consue. Et ratio est, quia illud quod fieri non potest per pactum eo, quia est contra bonos mores, non potest fieri per statutum vel consuetudinem, quæ debet esse honesta. ca. erit autem. iij. distinc. Et ita tenet Bart. in iij. quæst. principali. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. vbi plures alias ponit rationes. Et est communis opinio, quam sequitur Alexan. in additio. ad Bald. in dicta l. cum Archimedoram. & in dicta l. pactum. de colla. vbi idem sentit Iason, & idem Alexan. & Iason in dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis. Nec obstant iura per Bal. allegata in dicta l. cum Archimedoram. quia loquitur de pacto de non succedendo, quod nõ est contra bonos mores: quia vt dixi supra, iuramentum firmatur, vt dicto capi. quauis pactum. & dicam in quarto membro. Ideo potest consuetudine approbari. Sed non sic in pacto de succedendo, nisi fortè diceremus, quod tunc consuetudine firmetur, quando pater pacificens illud pactum facit de certa portione, aut de bonis presentibus tantum, & non de futuris, vel aliquod sibi retinuit ad testandũ, & in eadem voluntate perseuerauit vsque ad mortem inclusuẽ. Et ita sentit Ioannes Fab. in dicta l. j. C. si mancipi. ita vñ. ne prostituatur. vbi remittit se ad per eum no. in dicta l. si. C. de pactis. vbi præmissa dixerat de hoc pacto loquens. Cui concordat tex. diuinus Thobiaz. iij. in fi. vbi de omnibus, quæ possidebat Raguel dimidiam partem dedit Thobiaz, hanc faciens scripturam, vt pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum Thobiaz dominio deueniret. Tunc ergo valet pactum de succedendo iuramento, aut consuetudine approbatum, si in eo detur perseuerantia vsque ad mortem inclusuẽ, per tex. in dicta l. fin. pe. pactis. Et clarè demonstratur, per tex. in superius allegato iij. Regum cap. .vbi cum Bersabee regem David eius maritum de obseruando pactum iuratum obsecrasset. Subiit, Veruntamen, mihi domine rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt iudices eis quis sedere debeat i solo tuo post te. Per quæ verba demonstratur, quod licet rex iurasset pactum seruare: tamen perseuerantia requirebatur vsque ad mortem, vt dicta l. si. cum ante mortem potuisset rex Adoniam alterum eius filium eligere, vt regnaret, prout sonant dicta verba, quod est not. ¶ His enim concurrentibus videmus talia pacta inter nobiles, & potentes consuetudine approbari, saltem quo ad iurisdictiones, dominationes, & feuda. In quibus ex pacto patrimoniali primogenitus succedit. Quæquidem pacta regni consuetudine roborantur, secundum Mansuerum in titu. de societate. §. item licet institutio testamentaria. & in titu. de success. §. item institutio testamentaria. vbi dicit ex consuetudine huius regni valere talem institutionem & substitutionem hæredis in pacto matrimoniali factam: quia etiam in actibus inter viuos substitutiones fieri possunt. l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo sunt. quam vocat institutionem aut substitutionem conuentionalem, dicit

199 dicitque eam valere in duobus casibus. ¶ Videlicet, quado fit in cõtractu societatis omnium bonorum. Et in hoc casu idem dicit Salic. in dicta l. fina. C. de pactis. versic. Iuxta hoc quæro, pone quod duo fratres, &c. ¶ Vbi si duo fratres pro bonis sibi conseruandis sibi inuicè solèni stipulatione promiserint bona præmorientis, valet irreuocabiliter talis conventio. Secundò valet in cõtractu matrimonij ex consuetudine. (Idem dicitur infra super verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in v. & vlti. arti. dũ loquitur de multiplici specie agriculturali, in fi. & in iij. art. ibi clarè habetur de societate inter virũ & vxorem consistente præsertim in isto regno Franciæ.) cum iuramentum seruari tunc possit sine interitu salutis æternæ, secundum Baldum in d. c. moribus. dicentẽ de hoc esse ibi text. & in d. capitulo mulie. & capi. filij. & ca. j. de filiis natis ex matrimo. ad morga. imò in d. l. cum Archimedoram. sentire videtur per consuetudinem dari posse robur huic pacti. Quæ quidem consuetudo, vbi viget, sicut in præserti regno magna fulget æquitate ob honorem, & fauorem matrimonij: quia sub tali pacto nobiles nobiliores inueniunt, aut ditiores coniuges, quibus nobilitas crescit. Sũt enim plures, qui sine tali pacto filias suas alii scilicet, quantumcumque virtuosas, & diuitibus non darent in vxores. Vnde cum non solum interfirẽ coniugum, sed etiam suorum parentum, ne sub fide patet consuetudine tolerati bonam fidẽ sequendo decipiantur, & sub spe bonorum, & præmij cõsequendi, dispendium patiantur. Aquisissimum est talia pacta valere, saltem fauore liberorum ex tali matrimonio procreandorum ex parte succedere debentium, quod fuit de vera mente tex. in dicta l. hæreditas. C. de pact. conuen. tam super dote volentis hæreditatẽ non pacto, sed testamẽto extraneis dari, quasi dicat, à contrario sensu, & permittat hæreditatem liberis ex pacto dari, etiam per modum hæreditariæ institutionis, quoties in fauorẽ eorum fit, de quibus non refert, quali voluntate ac dispositione hoc fiat, per text. not. in l. fin. C. famil. eriscum. ita quod valebit pactum ex tunc irreuocabiliter. Cum idem videamus in donatione causa mortis, sui natura reuocabili, vbi cuique est facta mentio mortis. l. seia. §. si. ff. de donatio. causa mor. quæ tunc transit in donationem inter viuos irreuocabilem. (De quo plenè habetur infra super verbo, Testamentum. iij.) cum tẽdit in fauorem coniunctæ personæ, secundum Raph. & Lud. per tex. in l. ij. & l. cum patrem. C. de iure dotium. & l. cum maritus. §. si. ff. de pactis dotali. præsertim, cum non solius donantis aut donatarij, sed etiã alterius interest donationem nõ reuocari secundum Bal. singulariter in l. pro hæreditariis. in fi. C. de hæred. actio. Et maxime vbi alia causa irreuocabiliter obligatoria præcesserit. secundum Bartolũ in l. nam & si cum moriar. ff. de conditio. neq. in deb. sic intelligi gas illum text. in l. j. C. vt actio. ab hærede, & contra hæredem, & in l. hæreditarium. ff. de bonis auctori. iudi. pos. & in l. plenè. C. de contrahen. stip. Ergo à simili in casu nostro hæc tria simul concurrẽtia, scilicet coniunctio personæ, seu liberorum ex illo matrimonio procreandorum fauor. Et interesse alterius quam promittentis vel hæredem facientis, videlicet interesse fœceri filiz patris, cuius interest nõ decipi: liberõsque ex filia nepotes suos succedere, aliàs fortè matrimonium non facturus, vt ex pacto præsumitur. Nec filiam altioris fortè conditionis vel cum rata dote traditurus, cuius interest pactum irreuo-

cabiliter valere ex dicta causa onerosa sibi factum. Nec non quia & tertio concurrat præcedens causa, scilicet matrimonij sui natura irreuocabiliter obligatorum. Et insuper stipulatio & iuramentum, quæ omnia accedunt ad matrimonium tanquam ad principale, & sic ad alium cõtractũ de se validum, vt est casus in l. si quis seruum. iuncta glossa ij. ff. de actione empti, & vendi. & dicam infra in tertia specie horum pactorum de futura successione. versicu. tertio fallit. vbi tale pactum, &c. Certè tale pactum de primogenito, aut filijs ex illo matrimonio procreandis succedendis valere faciunt. Et quod sui natura, velut de futura successione factum, reuocabile erat vsque ad mortem. Sicut donatio causa mortis ad irreuocabilitatem reducunt: imò quodlibet illorum trium hoc faceret inter nobiles, ne claudicaret cõtractus, & ne sit quo ad matrimonium & dotem irreuocabilis, & quo ad institutionem hæredis, & pactum de succedendo reuocabilis ad nutum, & ita in nostris propriis terminis decidit Bal. in dicto capitulo. filij. si de feudo fuerit contro. quem ibi sequuntur Aluarotus, & de sancto Georgio præpositus in vsibus feudorum. Nec considerari debet hoc casu mortis captandæ votum, cum sit incertum, & in dubio potius est bonum præsumendum, quam malum. l. merito. ff. pro socio. maxime vt actus valeat magis, quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. facit quod dicam in sequenti fallacia. Nam etiam mentio mortis in donatione habita, præsumi eam facit esse donationem causa mortis ad nutum donantis vsque ad obitum reuocabilem. Quæ tamen præsumptio vno de illis tribus concurrente, & fortius si omnia simul concurrant, cessat, ita quod valebit vt donatio inter viuos irreuocabiliter. Erga idem in casu nostro, considerato, quod & si pactum nõ esset, etiam liberi succederent, quæ consideratio multum firmat dispositionem aliã inuãlidam, per textum no. in l. j. C. de his qui testamen. sibi adscribunt. vbi hæc ratio exprimitur. ¶ Præterea de voto captandæ mortis inter tam coniunctos non facilliter est præsumendum, inter quos nexus quidam diuinus censetur esse à Deo constitutus. l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. vnde tale votum incertum, & simpliciter præsumptum non venit in consideratione, sed potius iuramentum prælitum, de quo est certissimum, quod seruari potest citra æternæ salutis dispendium, & consequenter venit seruandum. (Casum, aduersamque fortunam spectari neque naturale, neque ciuile est. l. inter stipulantem. §. sacram rem. ff. de verborum obligationibus.) Nec pariter tollit istud pactum facultatem testandi, cum sine bonis corporali bus hæreditas cõsistere possit. l. hæreditatis. & l. hæreditas. ff. de verborum signification. Et non habet bonat estari potest. l. lex cornelia. ff. de vulga. & pupillari. igitur validum etiã tale pactum, attẽta regni consuetudine inter nobiles vigente superius relata super Mansuerum. (Vide plenè in quæstionibus capellæ, quæstio. cccclij. in addi. domini Auffrerij ibi, qui tenet tale pactum valere inter nobiles, allegans plura consilia & arresta Parlamenti Tholosæ: pro dicto pacto prolata, & vltra prædicta habes hic rationes optime cõcludentes, & æquissimas, per alios non tactas.) Pro cuius iustificatione hæc pauca tradidi vobis æquitare subnixã. Et pro quo est gloss. in dicto cap. filij. quæ sentit, quod hoc erat ex lege Salica, quæ fuit prima lex huius regni Franciæ, quæ talia pacta permittebat, de qua lege dixi supra in primo

mo casu, quo forma cum masculis non succedit. Nam hoc casu inter nobiles & magnates quo ad feuda & dominationes toga cedit armis, ut dicitur praefati Doctor. in dicto capitulo. filij. & in capitulo. j. de filiis natis ex matrimonio. ad morga. contracto. ubi sententia videntur talia pacta servari etiam in bonis non feudibus: si hoc habeat consuetudo. Etiam inter non nobiles ex lege Salica, quae causam dedit consuetudini talia pacta servandi in Francia, per textum in dicto capitulo. j. per quem firmatur glossa in dicto capitulo. filij. adeo quod taliter contrahentes matrimonium, ut soli filij ex eo vel vnus eorum succedat, dicitur uxorem ducere lege Salica in his partibus, vel ad Morganicam apud Mediolanenses, ut ibi expressè dicit textus. Et sunt talia pacta iurata seruanda tanquam irrevocabilia. per textum in allegato. iij. Regum. Quod si verum non esset. Nathan propheta nunquam Bethabee, cui tale pactum iuratum fuerat, persuasisset regem David infestare de obseruatione illius, si contra bonos mores fuisset, dum ei dixit: Va de, & ingredi ad regem David, & dic ei: Nōne tu domine mihi rex, iurasti mihi ancillae tuae, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, &c. Nec obstat huic irrevocabilitati, quod dictum est de Bethabee, quae regem adiuit, ut in pacto perseveraret, quasi de se non validum foret, nisi data perseverantia usque post mortem: quia respondetur quod Nathan & Bethabee hoc nō fecerunt diffidentes de validitate pacti, sed ideo, quia David executionem illius distulerat, donec post suam mortem per illa verba, regnabit post me, &c. Et adhuc vivente rege Adonias regnum defacto usurpabat, & sibi appropriabat: qui mortuo rege difficiliter potuisset expelli sine magno scandalo, & Salomonis ac subditorum prauidicio: Bethabee consilio prophetae regem obsecrauit, non de confirmando pacto quod de se validū erat, sed de ipsius exequendo in vita, ut eo mortuo nullum succederet scandalum, prout factum fuit ex consilio prophetae, qui etiam à spiritu sancto doctus erat Salomonem post patrem esse regnaturum. Nam si talia pacta essent usque ad mortem revocabilia, faciliter deciperentur vxor & parentes sui, qui cum tanta substantia, aut generis nobilitate se marito tradiderunt, & bona fide coniunxerunt, quod esset iniquum, ut patet ex supradictis. Nec dicitur donatio causa mortis, ubi mentio mortis non est causa donandi, sed taxatio temporis in executione: & sic reuocari non potest, secundum Oldradū consilio cxxxix. & Bald. in l. quae dotis. ff. soluto matrimo. ut alibi dicitur. (Infrā super verbo, *testamentum*. iij.) Tertio fallit regula seu conclusio nostra in militibus ad praelium pergentibus & tendentibus, inter quos valet pactum de sibi inuicem succedendo, per textum singularē in l. licet. C. de pactis. nec ad rem facti, quod tale pactum inducit votum captandae mortis: quia illa est praesumptio iuris civilis, quae alio iure civili tolli potest. Praesumit enim dicta l. licet. votum captandae mortis, ex tali pacto non induci inter milites simul ad praelium pergentes: quod requirit ille textus. dum dicit, ad bellum pergentes, quo casu praesumendum est, quod vnus alium potius iuaret, & liberaret à morte propter seipsum ne careat socio, & eius succursu priuaretur, quā quod ipsum perimeret, cum socio perempto, & occiso ipse ab hostibus facilius occideretur. Vnde tale pactum etiam inter milites domi factum non valeret, nisi actualiter

sint ad bellum pergentes, vel in castris prope hostes seu in tentoriis existentes, cum sit ex tunc eadem ratio. Praeterea non est verisimile votum mortis captandae vigere inter tales mutuo, & vicissim pacificentes. qui in pari sorte exiunt. Pro quo ponderatur ille textus, dum ibi dicitur, inuicem. Per quod datur intelligi dictam l. locum non habere, ubi pactum non esset mutuum inter eos, ut quia vni soli factum: quia non valeret, secus quando est mutuum: nam talis vicissitudo multum operatur, & tantum, quod si duo fratres etiam non milites bona paterna habentes pacto vicissim conueniant, quod superstes bona praemortis paterna habeat, tale pactum cuiuscunque valoris bona donata existant, valet, cui defectus insinuationis, si quingentorum aureorum summam excedant, obici non poterit, per l. sancimus. C. de donatio. secundum Sali. in dicta l. fi. C. de pactis. quia nō dicitur proprie donatio propter onus. Cum vicissitudinaria existat, quae insinuatione non eget, argumen. l. j. ff. de donatio. ut per Bald. in l. si tibi. ff. si certum petatur. & in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. & plenè per omnes in l. Aquilinus. ff. de donatio. ut etiam per bonas rationes tenet Io. And. in titulo. de instrumen. edi. s. porro. circa vltimam columnam. & Oldrad. consilio allegato cxxxix. incipien. Ad habendum. & consilio v. & Alexand. in dicta l. licet. quae locum non habet in militibus nostro temporis. (Et plenius deciditur infrā super verbo, *testamentum*. j. in ix. fallē. ia.) secundum Angelū consilio clxxxix. Plus dico, quod si alicui bona mea post mortem meam promitto, talis promissio valet, quia intelligitur non de viuera hereditate, sed de bonis, quae habebam tempore donationis. facit l. si ita quis. ff. de auro & argento legato. & l. fin. s. qui indiuisa. ff. de legat. ij. secundum Pet. Cy. Bartol. Bald. & est communis opinio. secundum Alex. in dicta l. fi. C. de pactis. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. Quarto fallit dicta regula, ubi pactum de succedendo fieret ad piam causam, quia tunc valeret, secundum Bald. singulariter in dicta l. fin. C. de pactis nam si tale pactum valet fauore armatae militiae, ut in casu praecedenti vidistis. multo magis valebit fauore caelestis militiae. i. milites. cum glo. C. de loca. facit glo. no. in l. miles. ff. de regulis iuris. Similevi demus fauore pia causa valere donationem omnium bonorum praesentium & futurorum, ut dicit Bald. in dicta l. final. & in authen. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. & Panor. in cap. in praesentia. de probatio. Sed aduertatis, quia Ludo. in repetitione authen. similiter. C. ad legem Falcid. tenet contrarium, dicens, quod si fauore liberorum tale pactum de succedendo non valet, ut dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis. Ergo minus valere potest fauore pia causa, cui non tantum fauetur sicut filiis, secundum Augusti. in c. quicumque. xvj. quae. iij. quem etiam refert glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. Praeterea inter milites, ut dixi, tunc pactum valet de succedendo, cum mutuo & vicissim factum est. vnde vni solum militi factum non valeret, secundum Iasonem in dicta l. si mali. certum est autem inter ecclesiam vel aliam piam causam, & priuatam personam cadere non posse pactum de mutuo, & vicissim succedendo. C. in ecclesia nunquam moriatur, imò est semper perpetua. l. iubemus. la. j. C. de sacrosanc. eccle. & c. si grauiosè. de rescrip. lib. vj. facit capi. quoniam. bb. de offi. deleg. Per quae motiua videtur pactum de succe-

dendo in piam causam factum, non valere, secundum Ludouicum ubi supra. & Iason. in dicta l. final. ij. colum. in fi. de pactis. sed Georgius Natta. in dicto cap. quauis. & Alexand. in dicta l. pactum quod dotali. nititur opinioem Bald. saluare dicentis ad piam causam tale pactum valere. Cum in piis causis non seruantur ea, quae iure civili positio inducta sunt capitulo. cum esset. & capit. relatum. supra eod. & not. plenè Bartol. in repetitione l. j. C. de sacrosanc. eccle. Praeterea magis fauetur pia causa, quam liberis. secundum Bart. ibi v. & vj. quae. iij. principibus, ut patet in l. captatorias. C. de testam. milita. iuncto cap. cum tibi. supra eod. nisi quando relinqueretur pia causa tollendo filio legitimam contra pietatem scriptam in l. i. ff. de inoff. testam. quo casu non diceretur pie relinqui, sed ad causam impia, & etiam ubi sit pactum pia causa de succedendo, non timetur votum capiendae mortis, saltem ita faciliter, secundum glossam in cap. cum venisset. in princip. 208 de restitut. spoliat. Cum in ea ut seruitoribus Christi nulla mala neque sinistra cadat suspicio, nec de ipsis aliquid mali suspicari debemus, ut dicit textus in cap. ablit. xj. quae. iij. per quem dicitur bi glo. quod si clericus amplectitur mulierem, inter preteritam est, quod causa benediceandi hoc faciat, & non causa libidinis. Nec in his vendicari sibi locum not. per glossam in l. quot ait lex. ff. de adult. cum eorum prohibitas fundata de iure communi per dictam glossam licet sit hodie suspensissima. Quam glo. ego semper intellexi veram, ubi talis mulier esset vetula ad minus sexagenaria, vel deformis, & turpissima. Aut talis in qua foedus naturale nihil exi criminis suspicari permitat, ut in capitulo. j. & cap. ij. de cohab. cler. & mulierum. & in l. eum quem probabilem. C. de episco. & cler. Aliter & alia non puto, quod Ierimus praesertim scholaris, qui reperitur solus in domo cum pulchra puella, ibi esset causa dicendi pater nostri, ut dicit Bald. in l. neque natales. C. de proba. 209 tio. & Bartol. in l. ij. ff. de furt. Dicit quod deprehensus in domo alicuius, ubi est pulchra mulier, habet contra se praesumptionem adulterij. capite quinto. ff. de adulte. & Panor. in cap. praeterea, de te. sub. & in cap. literis. de praesumptione. Nec tunc putarem procedere dictam praesumptionem pro clericis, quantumcunque religiosi, etia si essent de monte Carmeli, aut de monte Oliueti, alia sequeretur frustra mulieres esse prohibitas habitare cum eis, maxime cum monachis, qui mulieres frequentare non debent, quantumcunque religiosas ut confan guineas, nec osculari, aut commatres sibi facere. capitul. peruenit. xvij. quae. iij. Sed proh. dolor. Quoniam hodie monachi multi habent pudicitiam, & honoris laxatis commatres habent. Quo sub colore infinita mala committunt iuxta illud, Dulcia commatris sub nomine furta tenemus, ut dicit glossa pragmatica titulo. de concubina. in principio. Et vti nam clerici Moderni vidissent, & sequi vellent textum in capitulo. clericus. lxxxj. distinctio. Vbi clericus solus cum sola foemina loqui non debet, nec cum mulieribus se balneare. [Quia esset contra verecundiam, quae parentes & affines etiam masculos non permittit se nudare, & inuicem lauare, ut habetur infrā super verbo, *uxorem*, in iij. artic. sue cessionū ab intestato. prope fin. vj. conclusionis.] Hae enim est apud gentiles prima reprehensio, ut dicit textus. eadem distinctio. non oportet. Quem pulchre exornat glossa pragmatica super verbo, tenet, in s. publici. ti-

tul. allegato, de concubina. Et plenius per Angelum Aret. in tractatu maleficiorum super verbo, che me hai adulterata mia donna. & ibi Angel. in additio. 211 Vltimus ad propositum reuertendo, pro opinio. Bald. vltra eos potest adduci singulare dictum Bartoli in l. tale pactum. s. finali. ff. de pactis. ubi dicit, quod si pia causa nominetur haeres in aliqua dispositione inter viuos, & paterfamilias sine alia dispositione decedat, eo casu pia causa erit haeres & succedet, per cap. final. infrā de success. ab intesta. Et idem secundum aliquos esset de milite, per dictam l. licet, quod intelligo verum, ut supradixi, inter liberos, per l. fin. C. familiae erciscundae. Quod dictum Bartoli in pia causa reputat mirabile Ludouic. in dicta authen. similiter. dicens in hoc contra Bart. nunquam reperisse contradictorem, ex quo credit, quod eius dictum in practica seruaretur. Tamen ipse ibi eum nō tenet imò multifarie impugnat. Praesertim quia iure non cauetur, quod haereditas in contractu dari possit ad pias causas. Et sic sumus in casu. l. haereditas. C. de pact. conuen. tā super dote. & hanc opin. contra Bar. tenuerant Angel. & Paul. de Cast. in dicta l. tale pactum. Sed finaliter opinionem Bartol. sequitur. Alexan. in dicta l. licet. in fin. per textum in dicta l. j. C. familiae erciscun. ubi fauore liberorum haereditas dari potest in actu, & dispositione inter viuos: ergo fortius relinqui potest pia causa, cui magis fauetur, ut dictum est, quam liberis. Praeterea hoc probat, per textum in dicta l. licet. in fin. ubi est speciale fauore militum, quod pacto & via contractus haereditas detur. Ergo idem erit dicendum in pia causa, per ea quae not. glo. in dicta l. miles. ff. de re iudic. 213 Quinto fallit dicta regula, ubi per tale pactum de succedendo directè non tollitur testandi facultas, sed alia reseruatur forma disponendi de bonis, per textum iuncta glossa magna circa fin. in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligatio. secundum Ludouic. in l. stipulatio hoc modo concepta. eodem titulo. 214 Sexto fallit regula in casu singulari dicta l. fin. C. de pactis. in fin. ubi valet pactum de succedendo inter aliquos factum de consensu illius, decus haereditate agitur. Prouiso, quod in eadem voluntate perseveret usque ad mortem inclusuē, ut ibi plenè dicitur. Septimo fallit, ubi nō fieret pactum super haereditate eius, qui viuit: quia non habet, ut dictum. Sed stipularetur quis ab eo, qui haereditatem habere speret in vnaquamque rem haereditariam subiiciendo poenalem stipulationem. Nam eo casu, mortuo illo de cuius haereditate agitur, si promittens contra promissionem venerit, poenalis stipulatio committitur. l. stipulatio ista. s. quae. iij. ff. de verborum obligationib. secundum Rapha. Cuius ibi, qui dicit quod ubi constaret de fraude, scilicet quod fieret in fraudem legis pactum de succedendo prohibentis, talis stipulatio non valeret, etiam quo ad poenam. 216 Octavo fallit, quia licet non valeat pactum de succedendo in commodum paciscentium, tamen bene valebit in detrimentum eorum: scilicet quia si scus auferet ab eis tanquam indignis, si ad eos deueniat successio ex illo pacto. l. ij. s. si. ff. de his quibus ut indig. glo. & Panor. in dicta l. fin. C. de pactis. facit quod dicit Bart. in l. cum dominus. s. si. ff. de pecul. 217 legat. Nono fallit & vltimo, ubi non ageretur de successione vniuersali, sed solum de singulari & particulari successione, quia tunc super illa valeret pactum de succedendo, secundum Laneclotū in dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis. & consilium Alexan.

Alexand.in tertia parte, consilio xxvij. incipiente, Ponderatis verbis conventionum, &c. vbi plenè.
 218 † Secunda species principalis pacti de futura successione est, quando fit pactum de hereditate cõseruanda de qua possit etiam dubitari, an valeat. & dicatis, quòd aut ille, qui pacto vult sibi hereditatem cõseruare, priuatur propter rigore iuris obseruandum, aut propter dilectum. Primò casu, vbi quis hereditate priuatur propter rigore iuris seruandũ, tũc si testator poterat illum instituere, valet pactum, secundum Bart.in dicta l. fin. C. de pactis. facit institutu de legit. agna. success. §. fin. & l. fin. C. de eman.
 219 cipa. libero. † Ex quo infert Barto. & nobis proderit gratia exempli. Quòd filia dotata exclusa per statutum, ex pacto cum patre initio tempore quo datur, potest sibi ius succedendi cõseruare, cum pater si velit, possit eam heredem instituere, vt supra. In secundo casu principali huius notat declaratum fuit, in fine. Talis enim filia fuerat exclusa ad rigorem iuris obseruandum, argument. dictorum iurium. Quo non obstante rigore poterat per patrem institui. Certè in hoc casu tale pactum factum de succedendo patri, valet vt dictum est. Et dicam latius infra, in quarta specie huius pacti. Hoc enim pactum de successione cõseruanda est fauorabili e. Ideo decidit eleganter Salic. in dicta l. fin. C. de pactis. Quod valet pactum inter duos fratres passatum causa successione cõseruanda, quòd superuiuens potatur bonis causa donationis p̄moriẽtis sine liberis. Nec indiget insinuatione, si bona summã quingentorum aureorum excedant. Idem tenet Iason in dicta l. final. iij. col. in fine. videatis Alexand. in secunda parte consilio lxxx. incipiente visa facti narratione. Si verò pater non poterat pacifcentem heredem instituere, puta quia fortè filia per statutum est exclusa succedere ex testamento, & ab intestato, tunc pactum inter patrem & filiam factum de succedendo non valet, vt in capitul. j. de success. feudorũ.
 220 † Secundo casu principali, quando is, qui vult successione cõseruare excluditur à successione propter delictum, tunc est cõsiderandum, quòd aut tale delictum est, quòd illum pacifcentem excludit ab omni hereditate, & ipsum penitus reddit incapacẽ cuiuscunque successione, & eum priuat omni iure succedendi in genere, vt puta in casu l. penult. C. de hereditibus instituendis. & l. si qua pena. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vbi loquitur de deportatis propter delictum, & tunc talis non potest per pactum sibi cõseruare successione, vt ibi. facit l. quisquis. & quod ibi notatur. C. ad legem Iuliam maiestatis. Quod in potestate partium non est habitare in capaces ad succedendum, nisi princeps manũ ap.
 221 ponat. † Aut tale delictum non reddit ipsum incapacem omnis successione. Puta quia filius fuit patri ingratus, propter quam ingratitudinem solum, & duntaxat priuatur paterna hereditate & non alterius, & tunc si agatur de ingratitudine præterita, ita quòd ex ea priuari possit paterna hereditate, tũc pactum inter ipsum, & patrem de sibi cõseruando successione valet, virtute cuius pacti filius propter illam ingratitudinẽ exhereditari non poterit.
 ¶ Vt plenè habetur infra super ver. in eodem testamento relinquens. J. Cum per pactum sibi videatur remissa, vt l. omnimodo. C. de inofficio. testamento. nam delictum præteritum remitti potest, vt l. si vnus §. illud. ff. de pactis. Quod intelligatis verum, præter quam in casu l. ij. C. de liber. & eorũ libe. vbi

liberto in seruitutem propter eius ingratitudinem reuocato non potest ingratitudo remitti, neque libertas per patronum dari principe inconsulto. Ex quo secundum Docto. infertur primũ, quòd doctor priuatus propter delictum dignitate doctorali non potest inhererato doctorari. etiam ex nouo examine, ita singulariter Bald. in dicta l. ij. in fine allegat tex. in l. nullus. C. de diuer. offic. lib. xij. † Secundò resultat, quòd remotus ab officio vel dignitate propter vitium personæ, nunquam ad illud aspirare potest, ita singulariter determinat Bald. in c. j. §. si duo de pace tenenda. ibi. perpetua macula ei obistente, quòd est verum, nisi ex principis dispensatione, vt l. si illud. C. de suscepto. & archa. li. x. & l. j. C. si rector provincie. Ex quo resultat, quòd notarius ab officio depositus non potest iterum per comitem Palatinum creari tabellio, etiam si per principem sit restitutus ad famam, & non ad officium, ita singulariter decidit Bald. per illum text. in l. si nihil. ff. de manu. vindicta. De hoc qualiter femel remotus ab officio aliquo non potest amplius restitui ad illud, videatis plura dicta, per Felyn. in cap. ex literis. viij. col. de const. Et hæc de ingratitudine, & dilecto præteritis. Et idem frageretur de feloniam præterita per vasallum commissa contra dominum: quia pacto potest remitti sine quo vasallus priuaretur feudo, imò quòd plus est, si proximiores ipsius vasalli offenderent dominum, deinde talis vasallus venderet feudum extraneo, tales proximi offendentes dominum vasalli facti sunt illo feudo indigni, ad eò quòd retrahere non possent feudum offerendo ex consuetudine pretium infra annum, iuxta cap. cõstitutus, de in integrum restit. imò à retractu excluderentur, per tex. in cap. j. §. quæsitum est. de cap. qui curiam vendi. & clarius in cap. imperiale. §. in super. de prohib. seu. aliena. per Feder. & sic per feloniam quis priuatur nedom feudo habito, sed habendo, nisi pacto prouiderit, vt videtis. † Si vero agatur de ingratitudine sine aut feloniam futura, veluti si per pactum dicatur, quòd non obstante quacunque ingratitudine, aut feloniam futuro tempore committenda, filius succedat patri. Quia tale pactum inuitit filium ad delinquendum, non valet, vt dicto §. illud. & l. conuenire. ff. de p. & is dotali. & l. quidam decedens. ff. de administratione tutor. dolus enim futurus remitti non potest, vt l. iuris gentium, §. si pacifcar. ff. de pactis, ex quo infertur, quòd non valet pactum factum, quòd non liceat donatori reuocare donationem propter ingratitudinem committendam, secundum Bald. dum in dicta l. fi. & in l. j. C. de ingra. lib. † Quod intelligatis verum etiam si tale pactum fuerit iuratum. Quoniam tunc etiam non valebit, secundum Ludouicũ in dicta l. stipulatio hoc modo cõcepta, quia tale iuramentum reperitur appositum super eo, quòd est contra bonos mores. Ergo nõ valet, vt in capitul. non est obligatorium. de regulis iuris. li. bro. vj. & l. si quis inquisinos. §. fin. ff. de legatis. j. Et dictum fuit supra in prima specie pacti, licet Ioan. And. in additio. Specula titul. de donatio. §. primo vers. quid si actum. tenuerit, & molè tale pactum iuramento firmari, per cap. quemadmodum. de iure iurando. Sed non obstat, quia ibi fuerat iuratum non accusare propter adulterium præteritum: ideo 227 est iuramentum seruandum. † Cum dolus præteritus remitti possit. Sed aduertatis, quia An. de Butrão, & Imo. in dicto cap. fin. de donatio. & Alexã. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verborum obligatiõ-

obligatiõibus. & Iason in dicta l. fin. C. de pactis. tenet, quòd etiam futura ingratitudo remitti potest quemadmodum. Nec est verum secundum ipsos, quod hæc remissio inuitit ad delinquendum. Quoniam illa non obstante, licet ad priuatã utilitatem remittens non possit accusare, tamẽ ad publicam poterit accusare vindictam, quæ pacto priuatorum remitti non potest. l. ius publicum. ff. de pact. † Vterius ex præmissis infertur nõ valere pactum inter dominum & vasallum passatum, quòd domino nõ liceat, propter feloniam futuram vasallum priuare feudo, quòd sanè intelligatis verum, quando feloniam esset committenda ex fide violata, aut ex aliquo delicto, vt multa exempla possunt dari per totum titulum, quibus modis feud. amittatur. Nam fidem fallere præsertim domino graue est. l. prima. ff. de consti. pe.
 228 non potest. l. ius publicum. ff. de pact. † Vterius ex præmissis infertur nõ valere pactum inter dominum & vasallum passatum, quòd domino nõ liceat, propter feloniam futuram vasallum priuare feudo, quòd sanè intelligatis verum, quando feloniam esset committenda ex fide violata, aut ex aliquo delicto, vt multa exempla possunt dari per totum titulum, quibus modis feud. amittatur. Nam fidem fallere præsertim domino graue est. l. prima. ff. de consti. pe.
 229 cun. † Quod factò docuit Mæuius centurio diui Augusti fidiissimus miles, qui in bello Antoniano captus mori maluit, quàm Antonio parere hosti, à quo propter fidem cõstantiam vitam obtinuit, de quo Valerius, lib. iij. tit. de constantia. Sine vllis, inquit, imaginibus aobilem animum, & idem constantia propositum secutus Mæuius centurio diui Augusti cum Antoniano bello sepe numero excellentes pugnas edidisset, improuisis hostium insidijs circumuentus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatusque quidnam de eo statui deberet: Ingu-
 230 lulari me, inquit, iube, quia nõ salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possum, vt aut Cæsaris miles desinam, aut tuus esse incipiam. Caterum quò constantiam vitam contempsit, eò facilius impetravit. Antonius enim virtuti eius incolomitatem tribuit. † de Marco Curio idem sic scribit Valerius libro iij. tit. l. de abstinentia & continentia. Marcus autem Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perspectissimum specimen Samnitum legatis agresti se foco in scamno asidentem ac ligneo catino cenentem spectandum præbuit. Ille enim Samnitum diuitias contempsit, Samnites eius paupertatem mirati sunt: nam cũ ad eum magnum auri pondus publicè missum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultu risu soluit, p̄tinensq; Superuacue, inquit, ne dicã ineptæ legationis õ ministri, narrate Samnitibus Marcũ Curium malle locupletibus imperare, quàm ipsum fieri locupletem, atq; istud vt pretiosum, ita malo hominum excogitatum munus refertote, scilicet ad eos, qui vos miserunt. Et mementote me, scilicet fidei fidiissimum, nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. Hæc ille. † Sic & Fabritius vir ille Romanorum consul fidiissimus, de quo sic fertur. Quòd cũ Romani eum ad Pyrrhum Epirotarum regem pro redimendis captiuis suis legatum misissent, Pyrrhus sciens ipsum esse pauperem, quartam sui regni partem ei obtulit, vt ad ipsum transfret: qui Pyrrhum & eius pollicitationem contempsit, dicens se malle pauperem in diuitum imperio, quàm diuitẽ in paupere. Quòd audiens Pyrrhus ingenti admiratione tentus est. Et restitutus captiuis confestim legatum misit, interiecto autem anno Fabritius dux contra Pyrrhum à Romanis missus, quẽ cũ Pyrrhus diu auro tentasset in amicitiam suam allicere, Fabritius repulit aurum dicens, Romanos non quærere diuitias, sed vt diuitibus imperent. inde dicit tex. in §. cogitatio. in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. fiant. Quòd interest principis subditos habere locupletes

sub se, tunc quoque cũ rex, & Fabritius castra haberent vicina, Pyrrhi medicus. De salio medico qui Carolum Caluum Francorũ regem necauit, habetur infra super verbo, adiecta impuberi. noctu ad Fabritium venit, promittens veneno se Pyrrhum necaturum, si ei aliquid polliceretur. Quem mox victum Fabritius ad Pyrrhum subridens perducit iussit cum doli denuntiatione: quam obrem admiratus rex ait: ille ipse est Fabritius, qui difficiliss ab honestate, quàm Sol à cursu suo auerti potest, sicut Boetius in secundo de consolatione profa septima testatur, dicens: vbi nunc fidelis ossa Fabritij. † Sic de Camillo etiam consule Romano narrat Valerius lib. vj. tit. de iustitia in princip. xij. cũ Phaliscus circumsedisset, magister ludi plurimos, & nobilissimos inde pueros velut deambulandi gratia eductos in castra Romanorum perduxit, quibus interceptis non erat dubium quin Phalisci deposita belligerandi p̄nacia tradituri se Romano imperatori essent. eare cognita senatus censuit, vt pueri victũ magistrum virgis cadentes in patriã remitteretur. Quia iustitia animi eorum sunt capti, quorum moenia expugnari non poterant. Nanque Phalisci beneficio magis, quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt. † Nec aliter se Lælius Crassus in eodem iustitiae experimento gessit, Gnei Carbonis nomen infesto animo, vt pote inimicissimum sibi detulerat: sed tamen scripium eius à seruo allatum ad se complura continens, quibus facillè opprimi posset, vt erat signatum cum seruo cathenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos viguisse tunc iustitiam credimus, cũ inter accusatores quoque & reostantium virium obtinuisse videamus? Hæc ille. vnde si fides, iustitia, & honestas hosti, quãuis non promissa seruata fuit, multo magis domino est seruanda & superioriori: nam & Ioseph sanctus inuoluit calumniam pati, & biennio carcerem, quàm fidem domino suo principi exercitus Pharaonis, cum ab eius vxore in adulterium traheretur. Genesis xxxix. cum sequebatur. Non ergo sine causa feloniam procedens ex fide rupta vel alio delicto remitti nõ potest pacto in futurum. † Secus si feloniam committenda insurgeret propter reuerentiam nõ præstitam domino. Nã licet reuerentia debita personæ remitti non possit, prout est illa, quæ debetur à filio ipsi patri, aut ab vxore ipsi marito, vt l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. vel quæ à iudice debetur doctori, vel alteri personæ egregiæ, iuxta l. ad egregiam. ff. de iureiuran. secundum Cyn. singulariter in l. nec honore. C. de episcop. & cler. pro quo est casus singularis in cap. ij. §. certum de iudi. libro. vj. secundum Ludouicum singulari decimo, super litera e, incipiente, tu au disti. Tamen aliud est in reuerentia, quæ debetur ratione contractus, prout est illa, quæ debetur à vasallo ipsi domino, quæ bene remitti potest, secundum Bald. in l. prima, in l. ij. quæst. ff. de rerum diuis. & in c. si cautio. de fide instrumen. ita dicit Ludouicus in dicta l. stipulatio hoc modo cõcepta. † Tertia species pacti de futura successione est veluti pactum de hereditate certo modo diuidenda, vel disponenda, de quo dubitati posset an valeat. Et dicatis, quòd nõ valet regulariter, per text. in dicta l. fin. C. de pactis. & l. quidam in iure. §. final. ff. de donatio. & l. ex eo instrumento. iuncta glos. final. C. de inutili stipul.
 236 † Verumtamen hæc regula fallit in quinque casibus, in quibus tale pactum valebit. Primò fallit regula vbi ille (de cuius hereditate agitur) consentiet

illi pacto. Puta inter filios facto patre consentiente, quo casu valet, dumtamen pater consentiens in tali consensu perseveret vsque ad mortem. Casus est singularis in dicta l. final. Secundò fallit, vbi tale pactum fieret super hereditate incerti hominis, vt l. iij. ff. Pro soc. Tertiò fallit, vbi tale pactum disponendi de hereditate fieret in consequentiã alterius præcedentis contractus liciti, vt l. si quis seruus. in principio, ff. de actione empti. Quarto fallit, vbi fieret tale pactum ad liberandum paciscentem, vt puta pater habet plures creditores, filius i vita patris dat certum quid creditoribus, cum pacto, quòd ipsum non molestent, si contingat eum succedere patri, vt l. & suum. § filius. ff. de pactis. Quid autè si filius viuente patre facit pactum debitoribus paternis de nõ petendo, an mortuo patre possit petere? videatis Specula. titu. de pactis. in fin. & Domini. in dicto capitu. quãuis. de pactis. libro vj. facit quod not. Panormi. consilio xij. incipiente; Talis casus est: magnificus dominus. Quintò fallit, vbi talis hereditas venit accessorie, puta vendõ hereditatem, in qua erat annexa substitutio pupillaris, ad quam veditõ sperabat venire. Certè in hac venditione hereditatis fieri potest pactum de hereditate pupilli viuents, cum veniat accessorie, vt l. ij. § illud. versic. planè. in verbo, maximè. ff. de heredit. vel action. vendi. ita dicit

237 Bal. in dicta l. final. C. de pactis. ¶ Quarta & vltima species pacti de futura successiõne est pactum de non succedendo, de quo similiter dubitari posset, an valeat. Et dicendum est, quòd non. tex. est in dicta l. pactum. C. de coll. & not. in l. pactum quod dotali. & l. prima. & dicta l. fina. C. de pactis. & l. de fideicommissio. C. de transactio. & l. si quãdo. § illud. C. de in-

238 officio. testamen. ¶ Et huius determinationis est multiplex ratio. Primò, quia facultas succedendi est de iure publico, vt l. fina. ff. de suis & legit. hered. Quod quidem ius pacto priuatoru tolli non potest, vt l. ius publicum. ff. de pactis. Secundò, quia meritis filij sunt in paterna obsequia prouocandi & inuitandi, & non pactionibus astringendi, vt dicit text. in dicto § illud. qui tamè multipliciter intelligi potest. Primò, quòd ideo non valet, ne filius omittat obsequia paterna, quã verisimiliter omitteret, si se paterna hereditate priuatum sentiret, & in hoc publica veretur utilitas. Secundò potest intelligi, quòd pater potius debet prouocare filios ad eius obsequia meritis, quàm pactionibus astringere, quia talia pacta minus grauant filium, & reddunt illum mansuetum, & timidum, ita vt loqui non audeat. Cum obstante pacto non spectat paternam hereditatẽ, nisi

239 ex testamento, vt infra dicitur, ¶ Et ideo quia pactum restrictiuum libertatis liberti non valet, vt l. prima. § quã onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. minus valebit in homine libero. Tertiò probatur pactum de non succedendo non valere, quia à pari procedunt datio libertatum & ademptio, vt l. iij. § conditiones. ff. de adimediõs lega. facit tex. in § fina. in l. i. de codicil. Sed hereditas pacto dari non potest, vt dicta l. hereditas. C. de pactis cõuen. vt supra dictum est vltimo membro. Ergo nec adimi, vt contrariorum eadem sit disciplina, argum. c. hospitalium. xxij. dist. in l. de his qui sunt sui vel alieni. iuris. § primo. Quarta ratio est, quia pro modico quis renuntiaret futuræ hereditati, etiam magnæ & pingui iuxta illud dictum vulgare: Ad præsens oua cras pullis sunt meliora, vt no. glo. in l. cum hi in principio. ff. de transactio. Ideo ne facilius homi-

nes depauperentur, tale pactum prohibetur. Et hæc rationem sequitur Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussio. Quinta ratio est, quia paterna hereditas naturali instinctu debetur filijs, vt l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen. & l. cum ratio. ff. de bonis damnato. facit l. scripto. ff. vnde liber. Præterea debetur iure diuino. cum scriptum sit per Apostolum ad Galat. iij. Est filius, ergo hæres. Sed naturalia iura, & diuina sunt immutabilia. inquit. de iure naturali. §. sed naturalia & l. quas causas. ff. de capit. diminutio. ergo &c. ¶ Vnde ex his rationibus restat nobis talis regula, quòd pactum de nõ succedendo est ipso iure nullum. Quæ quidem regula fallit in sequentibus casibus. Et primò fallit in patre filium emancipante, & præmium emancipationis recipiente. Quo casu si pater faciat filio pactum de nõ succedendo, tale pactum valet, vt l. prima. §. si vel parens. ff. si quis à patribus fuerit manumissus. Et hoc est quod voluit glo. in verbo, lex ciuilis. in dicto capitu. quãuis. de pactis. libro sexto. Et ibi ponderantur rationes huius casus. Potest enim pater filium emancipans præmium capere de emancipatione, vt puta potest dimidiam vti fructus i bonis iam filio qua suis retinere, aut totum vsum fructum. Sed in bonis filio quærendis non potest pater etiã expresse conueniri de vsum fructu, vt singulariter dicit Io. Andr. in additio. Specu. quem Iason refert, & sequitur in l. fina. C. de pactis. dicens Oldraita consuluisse. Et si pater in præmium emancipationis capiat vltra quàm lex permittat, scilicet vltra dimidiam vsum fructus, priuatur successione filij. Idem si pecuniam capiat quoquo modo, per textu in l. etiam. §. si quis numeros. ff. de oper. liber. Secundò fallit in filio spurio, aut naturali legitimo, qui si tempore quo legitimatur à patre, facit pactum de nõ succedendo patri, valet tale pactum: quia ex quo ipse beneficio patris consequitur legitimacionem, potuit pater in actu legitimandi legem quam voluerit opponere, vt l. traditio. C. de pactis. & capitulo, verum. §. de conditio. opposi. facit l. j. §. si cõuenit. ff. de positi. & l. contractus. ff. de reg. iur. & ita notabiliter dicit Ludouicus de Roma in l. qui supersti. ff. de acquiren. heredita. & ita etiam Alexander refert Bartolum tenuisse in l. qua situm. aliàs incipit, si tibi. in lectura antiqua. ff. de adopt. aliàs in l. qua situm. ff. de acquiren. heredita. idem tenet Iason in dicto capitulo pactu & in l. j. xij. colum. de iure emphyteo. Ex quo dicebat Anto. de Butri. in capitulo, per venerabilem. qui filij sunt legitimi. patrem habentem filium ex uxore sua posse spurium legitimare hac lege, quòd sibi non succedat, nisi in eo, quod sibi nõ placuerit relinquere. Idem tenuit Angel. in l. si ab eo. & clarius in l. si de emancipato. C. de legi. heredi. & ibi Paulus in Rub. de iure anuloru amcorum, & in dicta l. pactu. de colla. facit textus in capitulo primo de filijs natis ex matrimo. ad morg. cõtracto. facit dictu Bart. in l. j. §. in filij. ff. ad Trebel. singulariter dicentis, patrem posse filium emancipare. quo ad vnum casum tantum, puta testandi. allegat text. in l. j. ff. ad Macedo. vbi lex facit filium hæredi. pro. patre. in castrensi vel quasi, & non quo ad alia. [Vnde quã plenè habentur super verbo, matrem in super Cleram. in vj. casu fallentia.] Tertiò fallit quando filius paciscens de nõ succedendo tantu accepisset à patre, quãtum ascendit eius legitima: quo casu pactum valet, per dictam legem primam. §. si vel par. ff. si quis à parentibus fuerit manumissus. ita tenet Iac. Butrig. in di-

in d. l. pactum. C. de colla. Bald. & Ange. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. de verborum obligatio. Barto. & Bald. in l. fin. C. de pactis. argum. l. cum quo. §. sed de peculio. ff. ad legè Falcid. §. si. & ita est communis opinio secundum Ludouicum in dicta l. stipulatio. li. ceter Baldus sibi contrarius in dicta l. pactu, tenet cõtrarium per l. si quando. §. illud. ff. de inofficio testamento. Et in æstimanda tali legitima considerabitur tempus renuntiationis & non mortis patris secundum Iacobum Butri. in dicta l. pactum. de collation. idem tenet Imol. & Ludouicus in dicta l. stipulatio. & Bald. in l. quamuis. C. de fideicommiss. & l. in successione. C. de his qui in fraudem creditor. Quarto fallit si tale pactum de non succedendo fiat post mortẽ illius, de cuius successione agitur. Quoniam tunc valet: quia non agitur de hereditate deferenda, sed iam delata, ergo valet pactum cum non sit de futura successione, vt dicta l. si quando. §. fina. de inofficio testamento. faciunt notata in l. j. C. de pactis. & l. fideicommissio. C. de transactio. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi hoc tenet Barto. ff. de verborum obligatio. Nam mortuo testatore fideicommissum remitti potest, vt dicitur iuribus. Quintò fallit in filio primogenito paciscendo cum tertio, puta fratre non succedendo patri, cedendo sibi iura primogenituræ secundum Angelum in dicta l. stipulatio. Motus authoritatis veteris testamenti, in quo Esau renuntiauit Iacob fratri suo iura primogenituræ, Isaac coram patre viuente, vt patet Genesis vigesimo quinto cap. in fin. & ibi Nicolaus de Lira disputat, an hoc fieri potuerit. Videatis eundem ad Hebræos xij. capit. de quo in capitulo, quàm sit periculosum, & ibi glo. vij. quæstion. j. & nota in l. quoties. in principio. ff. de hereditibus instituentibus. Idem tenet Baldus in dicta l. pactum. & gl. in verbo, adiacere. in capitulo ecclesie vestra. de electionibus. Et ¶ an Iacob supplantare potuerit Esau, videatis Baldum in prima parte consil. cxliij. & cxlv. in fine. vbi concludit quòd non potuit eum supplantare sub falsa pelle, licet incommutabili voce, quod fieri non est licitum de iure. Sed hoc factum fuit ex sola Dei misericordie, qui per prophetam dixerat Malachie primo capit. Iacob dilexi, Esau vero odio habui. vt sequitur Apostolus ad Romanos nono. Contrarium verò tenuit Ludouicus in dicta l. stipulatio. per l. quidam in iure. §. fin. ff. de donatio. & l. ij. §. fina. ff. de his quibus vt indig. vbi dicitur, quòd nulla est conuectio per quã quis de hereditate viuents paciscatur, quãuis legitime à se sperata minus sollicitè agit. ita not. dicit textus in l. ij. §. interdum. ff. de vulgar. & pupillari. Nec obstat secundum eum quod dicitur de Esau & Iacob. Quoniam illud procedit iure veteris testamenti, cuius dicta nõ tenentur, nisi quatenus reperiuntur innouata in nouo testamento & approbata. §. his itaque. vj. distinctione. & clarè dicit Nicolaus de Lira Exodus. xxj. in principio. & not. in cap. fin. vbi Panormitanus de consuetu. vel dicatis quòd ius primogenituræ de se est cessibile, vt not. in cap. licet. de voto. & ibi Panor. & Archidia. in d. ca. quàm sit periculosum. Quia tale ius primogenituræ dicitur esse quoddammodo contra ius naturale, quo æqualiter deferretur successio filiis non inspecto cursu seu ordine natiuitatis, vt dicta l. scripto. ff. vnde libe. & per l. cum ratio. ff. de bon. damnat. & d. l. maximum vitium. C. de libe. præteritis. Non est ergo mirum, si tale ius primogenituræ competens iure speciali facilius tollatur, quàm ius succedendi competens de iure communi. argu. l. eius militi. §. militia missus. ff. de testa. milita. Vnde potest

dici, quòd ius primogenituræ in abstracto considerata & separatum à successione per pactu pot tolli, sed non vnã cū ipsa successione. [De quo plenè habetur super verbo, in eodem testamento relinquens. j. in 246 xvij. limitatione.] Sextò fallit, quando pactum de non succedendo cõsuetudine vel statuto esset approbatum, secundum Bartolum in dicta l. pactum. de collation. quem ibi sequitur Ange. Paul. & Bald. in ij. opo. per text. in c. j. de filiis natis ex matrimo. ad matrimo. ad morg. contrac. & in c. filij. si de seu. fac. cõtro. inter domi. & agna. Secus autem esset in pacto de succedendo: quod consuetudine patriæ firmari non potest, quod qualiter intelligatur, vidistis plenè supra in prima specie pacti. ¶ Septimò fallit quando tale pactum de non succedendo esset iuramento firmatum: quia tunc valet per text. in cap. quãuis. de pact. lib. vj. vbi deciditur, quòd si filia tempore quo nuptui traditur bonis paternis cum iuramento renuntiauerit, à paterna successione perpetuò excluditur propter iuramentum: & etiam à iure patronatus. de quo plenè Panormita. in c. cum seculum, de iure patro. licet glo. tenuerit contrarium & malè in d. l. pactum. & l. qui superstitis. ff. de acquir. heredi. quia standum est d. cap. quãuis. etiam in foro seculari, cum agatur de periculo periuurij. Et sic peccati incurrendi. Quo casu canõ feruatur, & lex succumbit, vt notat glo. in capi. postfor. de regulis iuris. lib. vj. cap. fi. de præscrip. vbi plenè Panor. & in cap. j. de noui operis nuntia. Bartol. & Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosan. ecclesiis. Nec posset iudex secularis aut princeps phibere notariis suis, ne in tali contractu seu renuntiatione apponant iuramentum, sine quo renuntiatio non subsistere posset: licet teneat prohibitio in aliis actibus sine iuramento validis, ne propter iuramentum laici trahantur ad forum ecclesie. Et ita etiam fuit arresto parlamentum Parisiis declaratum anno Domini M. cccx. in Februario, quòd episcopo Tolosano tunc conquerenti non fuerat facta iniuria per vicarium Tolosæ regium, qui inhibuerat notariis regijs, ne ponerent iuramentum in instrumentis suis, dumtamen contractus seu negotia super quibus erant dicta instrumenta confecta, possent absque iuramento subsistere, aliàs per indirectum absorberetur faciliter iurisdicctio temporalis, pro qua tuenda potest iudex secularis inhibere [Vt plenius habetur infra super verbo, & uxorem nomine Adelsiam. in secunda decisione circa medium.] laicis, ne coram episcopo litiget, secundum Ioannem Fabrum in l. si qui ex consensu. C. de episcopi auctoritate. ¶ De quo meminit dominus Aufferrij in suo arrestorum tractatu, & intellige quòd prohiberi potest iuramentum ne fiat: sed si præstetur contra prohibitionem pena incurritur: tamen iuramentum nõ est irritum: cui etiam statuto derogari non potest, vt infra dicitur. ¶ Vbi autem actus non teneret sine iuramento, vt in casu nostro, & similibus, quia tunc iuramentum est de substantia contractus. [Qualiter autem cognoscuntur substantia actus qui geritur, plenè habetur infra super verbo, In eodem testamento relinquens. primo. dom. quærit, an iure ciuili nouissimo sit filius in testamento patris hæres instituendus: vel sufficiat relinquere quocunque titulo.] qui aliàs non valeret. Non posset prohiberi iuramentum, cum ex hoc prohiberentur contractus, qui sunt de iure gentium: quod etiam per principem tolli non potest. institut. de iure natur. §. sed naturalia. Vnde licet prohibere possit subditis iurare: & si iurauerint, vel notarij eos iurare fecerint, possit punire: tamen iuramentum

præstitū non potest tollere, nec effectum illius, etiam si in contractu iuramentū nō esset necessariū: quod verum esse patenter ostenditur, ex eo quia quotidie videmus per quascunque literas regias contractuum rescissorias nunquā mandari actum iurātū rescindi, nisi adiecta clausula. Provisio quod impetrans talem contractus rescissionē obtinuerit à suo prælato diffinitionem, quod est not. Et talis filia cum iuramento renuntians quouis modo succedere non potest. Nedum contra testamentum imò nec præter. sab in testato ipsi patri, vel alteri, cuius successioni cum iuramento renuntiavit secundū Domi. & doct. in d. c. quāuis, & plenē consuluit Alexan. in iij. parte consil. xxix. incip. præclare subtiliter, vbi videatis pulchra circa hoc. Plus decidit Iason. in l. licet. in fi. C. de iur. re delib. ¶ qd licet filius qui alio paternam hereditatem possidente, tacuit per xxx. ann. quod paternam hereditatem non petiit, & sic ab ea petenda est exclusus ex capite vnde liberi, possit eam adhuc petere in fra alios xxx. annos ex capite vnde legitimi. vt singulariter decidit Bald. in d. l. licet. quem ibi sequuntur Moderni. Attamen si filia semel iurauerit non habere regressum ad bona, vel mortuo patre simpliciter sine iuramento bonis renuntiaverit paternis: talis filia à paterna vel alia cui renuntiavit hereditate exclusa erit, non solum ex capite vnde liberi, sed etiā ex capite vnde legitimi, secundū gl. in l. j. §. sed videndū super verbo: succedat. ff. de succel. edic. de quo per Alexan. in l. suum. C. de iure delib. & eundem Iason. in l. j. C. qui admit. ad bo. pos. possunt. & plenē in l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. quod est verū, si iuri succedendi renuntiaverit simpliciter & scienter. l. illud. & l. in plurium. ff. de acquiren. pos. Secus si specificē repudiaret alterum ius, puta vnde liberi, vel vnde legitimi: quia non præiudicaret, nisi in iure expresso. l. ij. ff. vnde legi. secundū Ioan. Fab. post glof. in §. sed agnationis. insti. de agna. tut. in prin. Sola ergo simplex renuntiatio filium omnino excludit, & etiam filium, vel quemcumq; alium renuntiantem: nec petere possit, nec recipiendus foret ad petendum promissionem pro alimentis, etiam si diceret renuntiationem non valere, aut eam rescindi peteret, posito etiam quod acceptum reddere vel communicare offerret: quia quicquid proponeret contra renuntiationem iacet in causā cognitione: qua durante contractus in suo permanet effectu, donec rescindatur per sententiam: & ita fuit arproinquatum aliās Parisiis, pro quo facit text. in l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inoffi. testamen. & cap. suscitata. de integ. restitū. [De quo meminit dominus Aufserij in tracta. suo arrestorum. capitulo vj.] Non tamen erit exclusa à bonis fraternis, quibus expressē non renūtiavit in l. ij. §. illud. ff. de hered. vel actio. ven. vbi hoc tenet Barto. videatis Guid. Papæ quæstio. c. xxxj. facit bonus text. in l. qui cum tutoribus. §. j. ff. de transac. Præterea & hoc adeo est verū, scilicet tale pactum per filiam patri cum iuramento factum valere, & in vtroque foro esse seruandum.

251 Quia tamen licet in ciuitate foret statutum, quod mulieres non possent etiam cum iuramento contrahere sine præsentia & consensu duorum propinquoꝝ, tamen valebit renuntiatione successioni iurata per filiam patri facta, dicto non obstante statuto. Posito quod facta fuerit sine consensu aliorum aliorum propinquoꝝ, quā patris dictam renuntiationem accipientis. Nam non præsumitur quod filia à patre decipiatur, propter naturalem affectio-

nem, quæ naturaliter cadit in patrem erga filios. per text. in l. Aurelius. §. Titius testamento. ad fi. ff. de libe. lega. & l. quidam cum filium. ff. de heredi. insti. Naturalis tenim pietas doli præsumptionem excludit secundū Bald. per illum text. in l. penul. §. j. C. de adop. & pater affectu propensiore, magis quā dolo præsumitur omnia in filia fauorem fecisse. Ita, ¶ vt prætor prior exultat consentire patri rem filij obligare desideranti, quā extraneo tutori. l. falsus. §. Iul. ff. quod cū sal. tu. & meritō parentis status voluntati, qui vtiq; filio rectē prospexit. l. si plures. ff. de adm. tuto. Quia nullum habet filius meliorem amicū, quā patrem suum. l. quidam cum filium. vbi gl. ff. de heredi. insti. [Per quem text. & l. Iul. ff. si quis omis. causa testamē. dicit Bal. in c. per tuas. iij. col. in fi. de proba. qd maior ramicus mundi est pater.] Imò viris bonis conuenit salubre matris consilium admittere, l. quidā decedens. §. Papinianus. alleg. tit. de adm. tut. Cogitare & credere debent filij, qd parentes plus diligunt eos, vt sui ipsorum aliqui, existentes, secundū quod dicitur viij. Ethico. c. iij. & lib. ix. c. vij. etiam dicit idem Philosophus, qd quilibet proprium opus diligit, magis quā diligatur ab opere suo: quia omnes ad illud quod ipsi fecerunt, quodammodo beneuoli sunt. Pater igitur beneuolus est ad filium, eo ipsius existente factore, propter quod magis patrem filium amat, quā filius patrem: eo qd de natura sua propria dederunt filii corpus propriū: filij autē parentibus in generatione nihil dederunt. ideo filij non tantū diligunt parentes, sicut ab eis amantur. l. isti quidem. ff. quod met. cau. Quia diligunt eos vt opera sua, vt carnem suam, & vt membra sua. Et hac de causa non præcepit patribus, sicut nec præcepit homini diligere seipsum. Quæ considerans Solomon Prover. vj. dicit: Fili confertua præcepta patris tui. q. d. qd propter maximā dilectionem non tibi præcipiet nisi bonū. Pariter dixit Solon ex septem Græciæ sapientibus vnus: Parentes reuerere, & meritō: sunt em̄ fideliores amici, quos habet quis in hoc mundo, vt etiam habetur in d. l. quidam cum filium. Ex quibus re stat, ¶ statutū in contractibus filia duos proximiores requirens, locum non habere vbi filia contrahit cū patre. ad quod faciunt quæ dixi supra in præliodio super his verbis. Sed si filia contraheret cum aliis proximioribus, quā cum patre, tunc benequireretur allorū duorū propinquoꝝ consensus secundū formam statuti, ita qd nō sufficeret, qd ipsi propinqui cū muliere contrahentes contractum autorizarent in eorū cōmodum. l. j. §. quæ situm fuit. vbi plenē Alex. v. col. ff. ad Treb. & Bart. in l. j. ff. de auth. tut. Tamen talis bonorū renuntiatione patri facta, & quæcumq; alia dispositio valebit sine præsentia aliorum propinquoꝝ, non obstat dicto statuto. siue fiat contractus, siue distractus vel liberatio. ita etiā in propriis terminis decidit Bal. in xxj. q. in d. l. pactum. de coll. Cum quo transit ibi Ludo. & in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acqui. heredi. & Alexan. consil. clx. incipien. quo ad præsens quæsitum, & consil. præ alleg. inci. præclare. iij. col. & etiā sequitur And. Barb. in c. causam matrimonij. §. de offi. del. Ad tamen huius decisionis corroboracionē facit singulare dictū Azo. in sum. tit. C. de bo. quæ lib. vltra medium. versicu. nec puto qd in alienacione immobilium, vbi dicit, quod quando pater est legitimus administrator filij in potestate existentis in bonis aduentitiis in quibus etiam habet vsumfructum, si aliquid alienare velit de rebus immobilibus, vbi de iure requiritur iudicis

iudicis decretum, iuxta l. magis puto. §. vt possim. & per totū. ff. de rebus eorū. Tamen quando pater alienat, decretū non requiritur propter singularē confidentiam, quā lex habet de patre erga filios & eorum bona. & hoc dictū sequuntur Bald. Ful. Paul. & Alex. in l. præses. C. de transac. magnificentes illud dictum velut singulare, & menti tenendū. Pro quo dicto fallo cit. ¶ qd cū episcopus sit pater pauperū, & quasi legitimus administrator, potest alienare res immobiles sine iudicis decreto. §. si quis in nomine. in Auth. de ecclesiasticis r. secundū Bald. in l. si prædia. ff. de rebus eorum. Sed in contrariū facit, qd qñ filia cum iuramento renuntiat bonis paternis in manibus patris, licet non requiratur decretum, quod per iuramentum suppletur. Auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Tamen consensus duorū propinquoꝝ ex statuto requisitus requiritur, non obstante præsentia patris talem renuntiationē acceptantis. Primò, per l. lata. C. de dona. Secundò, quia ratio dicti statuti est, eo quia mulieres vel minores facilius decipiuntur: quandoque minis, quandoque blanditiis. Ideo æquissima sunt statuta, quæ disponunt, qd interuenire debeat consensus duorū propinquoꝝ secundū Bald. in l. ij. & ix. q. C. de rescin. ven. & l. ij. circa fi. C. de adop. Or sic est, qd facilius possunt filia seduci à patre seu decipi, cui contradicere nō audent, quā ab alio. Ideo potius necessaria est provisio statuti, quā in aliis. Et hoc sentit text. in d. c. quāuis, vbi Papa solūm voluit filiam excludi si sine dolo & metu iurauerit, tacite innuens patrem posse dolum vel metum insinere. Tertio facit quod singulariter decidit Sali. in l. transacionē. C. de transac. vbi dicit, qd licet præsentia consanguineorum vel coniuictarū personarū interuenire debeat, quādo mulier vel minor contrahit, ne dicatur inducta ad contrahendum metu vel blanditiis, vt dicit ibi text. tamen si filia contraheret cū patre, tunc non sufficeret præsentia consanguineorū ad purgandū metum, cum maior sit reuerentia patris, quā illorum. l. si cum dotem. §. eo autē tempore. ff. sol. mat. & l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia. iuncta l. j. ff. de furtis. Quarto facit, quia in patre præsumitur metus reuerentialis: quod idem in marito. gl. & Bar. in l. j. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non datur. imò plus consuluit

257 Fran. Are. c. o. si. xxiiij. incip. Quatuor dubia, ¶ qd in fratre qui est maior natu, gubernat minorem fratrem, præsumitur metus reuerentialis. Quintò facit, quia lex plus confidit de tutore quā de patre: patet, quia pupillus obligatur cum autoritate tutoris, sed non cū autoritate patris. insti. de inuti. stipu. §. pupillus. & ibi gl. assignat rationem, quia pupillus habet tutore obligatū, si eum vel bona sua malè administraret autorizando. Sed obligatum non habet patrem. l. cum oportet. §. sub hac tamē distinctione. C. de bon. quæ lib. quapropter Ias. reliquit finaliter super dicto Bal. cogitandū in d. l. pactum. in fi. nec non super dicto Azo. superius relato, quod sibi nō placet in d. l. præses. C. de transac. Ego verò non puto latius cogitandum in puncto nostro: ¶ quia tale statutum derogans iuramento nō valet, nec impedire potest potestatem iuramenti filiam renuntiantē excludentis, vt supra dixi de principe. Primò, quia potestas secularis, & sic inferior tollere nō potest ius Dei quæsitum ex iuramento. c. cum inferior. de maio. & obed. nec potest inferior aditum ad superiorem tollere directè nec indirectè. c. veniens. de iureiur. de appel. c. ex in sinuatione. quod fieret si tale statutum valeret: quia per eum tolleretur aditus seu recursus, quem habet

laicus medio iuramenti ad iudicem ecclesiasticū pro obseruantia illius. Non enim potest secularis potestas aliquid infringere ortum habens à iurisdictione ecclesiastica. de exce. c. j. lib. vj. facit c. decernimus. de iudiciis. Præterea est vnus peremptorius: quia videmus qd quis compellitur seruare iuramentum interpositum super contractu nō habente iuris cōmunis solennitatē, puta iudicis decretū: quod est necessarium propter præsumptam facilitatem decipiendi minores in suis contractibus, vt dicta Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vdi. Ergo idem erit, si in contractu deficiat solennitas statuti: quia iuramentum tenebit quod obseruari potest sine interitu salutis æternæ per iurantem, nec tendit in alterius quā iurantis præiudicium. Ita eleganter consuluit Ludo. consil. ccccxxxvij. incip. in casu proposito aduertendum cenfeo. Videtis pulchrè pro sustinendo talem renuntiationem per Pau. consil. cccxj. incip. viso puncto. Et qd tale statutū nō valet, plenē consuluit Alex. in j. parte consil. ix. incip. Viso iuramento, & titu. quæstionis. Restat tamen ergo in puncto nostro, qd valet pactū de non succedendo iurātū patri per filiam factū siue fiat tēpore quo nuptui traditur, siue ante, siue post. Quoniam omni tempore locum habet ratio dicti c. quāuis. Nec obstat tex. ibi, dum dicit, nuptui tradebatur: quia ponit facti narrationem. Sic enim fuerat expositum Papæ, secundū Ioan. mo. Archi. Io. And. & Dominicum ibi. Et valet talis renuntiatione iurata, etiam si filia tēpore renuntiationis non fuerit per notariū certiorata, vel alterū de beneficio dictæ l. pactū. C. de colla. secundū Dominicū in d. c. quāuis. quem sequitur Guido Papæ. q. cccxxvij. dicens sic fuisse arresto decisum, cum iuramentum vim habeat certiorationis, vt plenē habetur in c. ex rescripto. vbi pulchrè Bal. de iureiur. qui singulariter loquitur, vt dicam j. testū. iij. Quod est verum, nisi renuntiasset substitutioni seu fideicomisso futuro. Quo casu non valeret renuntiatione, nisi certiorata de contentis in testamento fuisset. l. de his. ff. de transac. vt plenē videbitis in verbo, Si absque liberis moreretur. ij. in materia fideicommissi. substitui. Et tamen tantū filia quæ renuntiauit, censetur esse exclusa: qd si per patrem in testamento præteratur, tale testamentum propter eius præteritionē non erit nullum. Cum de ipsa ac si mortua esset, non teneatur facere mentionem: secundū Bar. in l. j. §. qui habebant. ff. de bo. pos. contra tab. & Alex. in l. gallus. §. & quid si tantū. ff. de libe. & post. hu. & in l. si filius. in fin. ad Tertul. ¶ Nō enim computatur talis filia in numero liberorū, etiam in cōputatione legitimæ: adeo qd partē faciat in legitima liberis debita scūdū aliquos, cum habeat pro mortua: alij verò contra, vt Petr. Iacob. in titu. de conditio. ex leg. l. omnimodo. & communiter doct: Sed portio illius penes patris heredes remanebit: & sic talis filia facit partē. licet nō admittatur ad partem. de quo plenē per Guido. Papæ. q. cccxcv. & plenius dicam in materia legitimæ: & hoc videbitis j. prope fi. & per Bar. & Modernos: vt d. §. & quid si tantū. vbi plures tenuerūt hoc verum esse, vbi liberi testatoris masculi essent in testamento instituti. Secus si penitus extranei, quod ego verū intelligerem, vbi filia esset statuto propter masculos exclusa, quia tunc cessaret causa statuti. Sed si per renuntiationem excluderetur, pro mortua omnimodo haberetur. Præterea dos ei pro legitima sufficit: vltra quam pater non tenetur, nisi constaret eam fauore masculorum renuntiasse, vt dicam j. prope fi. ¶ nec potest filia à successione cū

juramento excluda petere iuramenti relaxationem propter verbum, omnino, positum in d. c. quavis. & verbum, inuolabiliter, positum in dicta Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & ita consuluit Petr. de Anch. consi. cccxxxiiij. incip. Postquam ista domina, vbi pulchre loquitur. & Panor. in prima parte consi. lxxj. incip. Stante statuto, vbi concluditur, quod si absolutio peti posset, iuramentum non ferui ret nisi de vento. Idem consuluit Alex. in iij. parte consi. cccxxij. incip. Visa facti narratione. Videatis Gui- 264 do. Papae. q. cclxi. ij. quod intelligo verum, nisi ex causa legitima, vt puta, si in renuntiatione interuenisset dolus; metus, aut laesio enormissima: quia tunc relaxari posset per superiorem, cu careat iustitia, quae est vna de comitibus iuramenti, vt infra dicitur.

[De quo vide plene consiliu Philippi Decij, in iij. parte consi. xlv. incip. Quod supra mature & c. vbi concludit Auth. sacramenta puberum, non habere locum: data enormi laesione: quia licet iuramentum reddat iurantem ipsum maiorem, non tamen facit eum sagacem.] Iuramentum enim ciuile & aequa interpretationem recipit. Ne quis immoderate laedatur. l. si libertus. ff. de ope. lib. & c. veniens. & c. quanto. de iureiur. & not. Bar. in l. societatem. ff. arbitratorum. ff. pro socio. Praeterea talis laesio, quando esset enormissima, si ceret praesumi dolum, secundum Bar. in l. si in si. ff. de praeto. stipula. & Pet. de Anch. consi. cccix. incip. Iudex. penul. col. in si. & Bal. in l. iij. C. de dotis promissio. Ideo ratione doli praesumpti iuramentum redditur inefficax, vt d. c. quavis. Ideo decidit Fede. de Sen. consi. cccix. incip. Queritur an domina Margarita. q. si filia renuntians fuerit dolose decepta, & ei datum intelligi, q. ultra dotem quae ei dabatur, legatum opulentum fuerit sibi in testamento per patrem relictum, & postea fuit reperi- tum, q. tres librae tantum fuerant ei legatae, cum dolus dederit causam tali renuntiationi, talis dolus est & fuit in casu illo iusta causa petendi relaxationem iuramenti. Pariter etiam decidit Petr. de Anch. in regula, 267 accessorium. xij. col. de reg. iur. lib. vj. de quadam sorore, quae pro sexcentum libris renuntiauit fratri suo paternam successione, valoris quatuor mille florenorum: q. iustam causam habuit propter enormissimam laesionem petendi absolutioem a iuramento. Et ita dicit aliis consuluisset. cuius consiliu habetur illum casum decidens consi. xxxviij. incip. Pro clariori deci- sione. vbi eleganter loquitur. Idem consuluit Paul. consi. clxxvij. incip. Contra superius consulta. vbi pater dotauit filiam de quingentis libris, de bonis propriis filiae, videlicet de dote matris: cum qua dote fecit eam renuntiare residuo, quod ascendebat ad triplum. Et nihilominus paternae hereditati & dote de suo patrimonio danda, ad qua tenetur pater de iure per l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l. fina. C. de dotis promissio. Certè decidit ibi, q. ex hoc filia praesumitur sollicitatione & machinatione patris laesa enormissimè, ita q. petere potest & obtinere debet absolutioem a iuramento. Qua obtenta venire poterit contra suam renuntiationem, etiam si in ea decretum iudicis inter sit. l. si quos. C. de rescin. vendi. Idem sub dubio fortè consuluit Panor. in prima parte, consi. xij. incip. Casus talis est. vlti. col. Concludens atque minorè & enormem laesionem filiae renuntiantis fore iustam causam absoluendi eam a iuramento. Et praesumptio intelligatis vera, & scilicet q. propter laesionem enormissimam daretur absolutio a iuramento, & restitutio contra renuntiationem, si filia tempore iuramenti ignorabat damnum, quod sibi ex iuramento

inferebat. Et hoc probat, secus si sciisset, cum scienti & volenti non fiat dolus. l. cum donationis. C. de transac. ita reperio in propriis terminis decidere Felyn. super verbo, iuramento. in ca. in praesentia: iij. col. de probat. Pro quo facit, quod eleganter consuluit Petr. de Anch. consi. lxxxij. incip. Vis diligenter. & Bal. in rubr. C. de reru. permu. ad fin. & Ad hoc vltra Fely. facit quod singulariter decidit Bal. per illum tex. in c. cum Martinus. de consi. vbi dicit, q. filia quae cum iuramento renuntiauit dote contenta, petere non prohibetur argumentum, de super excrecentibus bonis, si post iuramentum facultates patris fuerint augmentatae: quia ad hoc iuramentum non se extendit vt ibi. Praeterea tempore iuramenti ignorabat damnum bonorum, quae fuerunt postea augmentata. Ideo consuluit aliis, q. de hoc certioraretur filia, & expressè renuntiauerit illi augmento. Videatis plene lafonè in Auth. nouissima. iij. col. C. de inoffi. testa. vbi plene per eum de veritate huius dicti. facit quod plene decidit Panor. per illum tex. in c. cum accessisset. & c. cum Martinus. de consi. vbi dicit, quid operetur talis bonorum super excrecentia, non obstante iuramento, vel alia dispositioe. Et hoc veru, quod petere potest augmentum dotis de bonis super excrecentibus post renuntiationem in vita patris. Si autem illud augmentum seu superexcrecentia contingeret post mortem patris, etiam ex causa de praeterito, & etiam sine opera, & industria haeredis vniuersalis, non posset filia petere propter hoc augmentum dotis soluta: vel constituta. Nec filius augmentum legitimum: sed habebitur respectus valoris bonorum ad tempus mortis. tex. est egregius in l. etiam. ff. si. & l. si patronum ex debita. ff. si. ff. de bo. liber. Et idem deciditur in legitima filij supplenda de superexcrecentibus bonis: vñ concluditur q. vbi in renuntiatione iurata non interuenisset laesio enormissima, vel cam sciens & perfectè intelligens filia renuntiauerit, tunc iuramentum 267 tolli non potest. Nam relaxari non potest sine legitima causa, etiam per papam in praedictum alterius partis cum ius excipiendi quaesitum est ex iuramento, vt not. Inno. in c. cum inter. de renun. & consuluuit Panor. allega consi. xij. & lxxj. vbi eleganter loquitur. & not. gl. in d. c. iij. de iureiur. & in c. auctoritate. xv. q. j. Vnde Panor. in c. cu parati. iij. col. de app. 268 pel. & dicit Papam non posse tollere obligationem iuramentalem, etiam laico quaesitam: ad eod quod sine causa non potest vasallum absolueri a iuramento fidelitatis: quando vocatus a domino feudi teneatur ei parere, intantum quod secundum aliquos si vasallus clericus vocaretur a Papa & a domino feudi, tene- retur potius obedire domino feudi. de quo plene Panor. in d. c. cum parati. facit cle. pastoralis. de re iudi. Idem tenet Panor. in capit. qua fronte. v. col. in fin. eo. tit. Maxime vbi iuramentu effectum & efficaciam capit a lege ciuili: sicut est videre in minore iurante, 269 per Auth. sacramenta. C. si aduer. vend. Nam & casu Papa tollere non posset iuramentu, sicut imperator tollere non posset ius canonicum: quia iurisdictiones amborum sunt distinctae, & vna non potest alia impedire. Ita singulariter consuluit Pau. consi. cccxviij. incipien. praesupposito sine praedictio. Quinimo manu regia & potenti est tale iuramentum tuendum & exequendum, vt dicit singulariter Panor. in c. ex literis. lo. ij. de spon. & clarius in c. cum venissent. cir- 270 ca si. de consi. vbi determinat q. super obseruan- tia talis iuramenti manus regia seu iudices regij & seculares possunt adiri. Ita etiam tenet Bald.

in d

in d. c. j. item sacramenta. in iij. & v. quaestionibus, alleg. ti. de pace. iura. fir. [Et sicut secularis cogit iuramentum ad seruandum iuramentum licitum, sic etiam cogere potest ad absoluendum a iuramento ex parte recipientis illicito. vt singulariter consuluit Fede. de Sen. quem refert & sequitur Ludouicus singulari cccxcxij. incip. vbi iuramentum est licitum.] Nam 271 vt dicit Anto. de But. in c. j. de consi. Papa iurans subicitur & ligatur iuramento: taliter q. non posset seipsum a tali iuramento absolueri, sicut nec se absoluit a peccato: per not. in c. omnis. de poeni. & remis. glo. & doct. in c. sanè. de offi. delega. quod est intelligendum, quod non potest se absolueri a iuramento sine legitima causa: sed cum causa bene posset, cum alium non habeat superiorem, secundum Petrum de Ancha. in c. venerabilem. in fin. de elect. & Panorm. in dicto c. j. & tenet glo. pragma. in verbo, iuret. in ff. & vt eo firmius. ti. de elect. Vnde restat, q. iuramentu etiam Papae sine causa tolli non potest, cum sit de iure diuino, cui Papa subest: sicut tollere non potest ipsum Papa si ab alio praestetur, maxime vt dixi, quod ad effectus, quos iuramentum habet de iure ciuili: quos Papa dispensando non potest extinguere, vt singulariter determinat Pau. de Cas. consi. alleg. cccxviij. Si em sine causa peti posset relaxatio a tali iuramento, de modico nobis seruiret dictum cap. quauis. & quasi frustra occuparet membranas contra cap. si Romanorum. xix. dist. facit text. in l. ij. in fi. C. communia de lega. & cap. commissa. de elect. lib. vj. Praeterea, quia si Papa voluisset tale iuramentum posse relaxari, hoc fieri posse expressisset, cap. ad audientiam. de deci. facit l. j. C. de cadu. tol. Nec ob. si diceretur, quod in omni iuramento semper excepta esset autoritas Papae vel superioris. Quoniam 272 hoc intelligitur in his, quae dependent a plena eius dispositione, qualia non sunt pacta iurata, nec contractus, quibus ipsemet ligatur. capit. j. de probatio. Ita pulchre decidit Panor. in cap. significasti. iij. col. in fi. de elect. Licet enim Deus subiecerit imperatori leges, & Papae canones, tamen eis non subiecit contra- ctus. secundum Bald. in l. ij. C. de serui. & aqua. in c. j. ff. de natu. feud. Vnum tamen menti tenebitis, q. vbiq. iuramentum esset dispensabile, quod quando sit patet ex praedictis, semp adiri debet superior, & dispensatio obtineri, antequam quis veniat contra iuramentum: aliis esset periuus. Nisi necessitas iuramentum: aliis esset periuus. Nisi necessitas 273 instaret veniendi contra, & superior adiri non posset. Quo casu non solum iuramento temerario, sed etiam in licito & honesto, potest iurans contrauenire. non expectata superioris dispensatione: ita singulariter decidit Inn. in cap. venerabilem. de elect. vbi idem putat, si instaret & immineret magna utilitas. Cum magna utilitas aequiparetur necessitati secundum eum in cap. cum omnes. de consi. & hoc dictum Inno. sequitur Panor. in dicto cap. venerabilem. vlti. col. facit quod not. decidit Zaba. in cle. j. q. xxix. vbi plura alleg. de rebu. eccle. no alie. Prouiso, q. talis immineat utilitas: propter quam superior ipsum iurantem verisimiliter a iuramento absoluisset, si adiri potuisset, per iura ibi per eum alleg. Idem tenet Panor. in c. quato. v. col. de iureiur. Circa quod videatis quae pulchre decidit Fely. in cap. cum accessisset. ix. col. de consi. vbi licet in puncto nostro nihil dicat, tamen ponit quatuor alia dicta nostram de- 274 cisionem Inno. valde confirmantia: quae per vos videbitis. Et si super hoc puncto vclitis eum videre plene & eleganter loquentem, videatis in cap. praeterea. pe-

Tom. i.

multi. colum. de sponfa. Si vero Papa aut alius iuramentum relaxaret sine iusta & rationabili causa iurans tutus non esset coram Deo in foro conscientiae, secundum glo. in cap. non est. de voto & voti redemp. facit glo. in cap. sunt quidem. xxv. q. j. Nam licet in iuramento intelligatur fuisse excepta autoritas superioris, tamen hoc intelligitur in his quae dependent a plena dispositione Papae, vt dixi secundum Panor. in ca. veniens de iureiuran. in hoc autem non intelligitur excepta autoritas Papae vel alterius superioris, imò tale iuramentum tolli non potest sine causa rationabili: nec prodest aliis dispensatio quo ad Deum, vt dictum est. Ita eleganter decidit Panor. in cap. significasti. prope fi. de elect. Nec etiam prodest in foro contentioso, per iura superius alleg. Quia Papa tollere non potest ius quaesitum parti. cap. in de concess. praeben. lib. vj. de quo videatis per Fely. in dicto cap. praeterea. vbi dicit, quod cum causa potest iuramentum relaxari per superiorem, quauis relaxandus iurauerit non petere a iuramento relaxationem, vt ibi rationibus & autoritatibus optime probat, & liquidissimè. Et tanta est virtutis & auctoritatis huiusmodi renuntiatione iurata, quod nedom excludit filiam quae iurauit, sed etiam nepotes ex ea descendentes: & haeredes quoscuque ab ipsa ius & causam habentes, vt tenet glo. in dicto cap. quauis. quam ibi sequuntur Ioan. And. in nouel. Ioan. cal. & Gemi. Et excluduntur liberi ex ea descendentes, siue nati fuerint tempore renuntiationis, siue postea, secundum Alexan. in dicto consi. xxix. iij. partis vlti. col. Nam licet vinculum iuramenti non transeat ad haeredes, ita vt haeres qui contrauenit dicatur periuus, cum iuramentum quo ad hoc sit personale, vt in cap. veritatis. de iureiuran. Tamen obseruantia pacti sic iuramento firmati bene ligat haeredem. Pro quo facit text. in dicto capitulo, quauis. dum dicit pactum iuramentum firmari & c. Ita etiam tenet & eleganter determinat Ang. in l. de excep. ff. j. xxvj. colum. dum ibi tractat de secunda specie simulationis. vers. queritur an contractus simulatus firmetur iuramento & c. Ex iuramento enim duo vincula surgunt, vnum scilicet personale & spirituale: quo ligatur iurans sub poena periuurij ad non veniendum contra iuramentum: & sic quo ad vinculum spirituale. Et istud non transit ad haeredes, sed extinguitur cum persona iurantis, vt dicto cap. veritatis. & tenet Guid. Papae alleg. quaestio. cccxiiij. in fin. & quaest. ccccxliij. de his singulariter loquitur. Idem est quo ad fortitudu forum episcopi: nam licet ratione iuramenti filia iurans potuisset trahi coram episcopo, cum iurando ibi sit sortita foru: vt in c. nouit. de iudi. Tamen haeredes non poterunt trahi coram episcopo, si aliis non sint de foro episcopi. Puta quia sunt laici, ita determinat Ioan. And. in nouel. in cap. fina. de foro compe. lib. vj. & Bal. in dicta Authen. sacramenta. C. si aduer. ven- 279 di. in fi. Aliud est vinculum iuramenti reale, scilicet confirmatorium pacti de non succedendo: & illius roboratiuum. roborat enim iuramentum talia pacta, quae de se non valerent, vt dictum est. Et istud vinculum reale & temporale ligat etiam haeredes & successores iurantis ad obseruantiam pacti: ideo decidit Ioan. Fab. in ff. soluitur. in fi. in l. de societa. q. licet pacto fieri non possit, quod societas sit perpetua, tamen perpetua erit, si iuramentu intercesserit. quod quo ad effectum realem transit ad haeredes & eos ligat. Sicut enim aliud pactum de se validum haeredes pacifcentis altringit. vt l. pactum. ff. de probat. Cum E iij omnia

Repe cap. Raynu. Gul. Benedicti.

omnia pacta sui natura sint in dubio realia, & ad hæredes actiud & passiuè transitoria. vt l. tale pactum. ff. de pact. & d. l. si pactum. ff. de proba. no. plenè Henri. in c. cum venisset. de insti. Sic etiam pactam de se inualidum iuramento firmatum hæredes astringit ad pacti obseruantia. Ex quo sequitur, qd eo ipso pacto est agendum non autem ex iuramento. Ad hoc faciunt quæ not. per Io. And. & Bald. vbi s. Ad vnum tamen est aduertendum, dum dixi. s. per talè renuntiationem iurata etiam excludi nepotes à successione aui, obstante eis renuntiatione materna per iura superius alleg. Quia in contrarium fuerunt opi. aliquorum doctorum dicentium, eos non esse exclusos. Ideo omisiss longis & inextricabilibus disputationibus, pro concordia opinionum sequendo ac cõcludendo veritatem, vt mihi videtur, dicatis hoc modo, faciendò duo membra, qd aut ista filia quæ renuntiauit, decessit viuo patre, & tunc indistinctè talis renuntiatio non obstat nepoti. arg. l. gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & l. posthumorum. ff. de iniur. r. p. testa. & insti. de success. ab intest. s. cum filius. Exclutio enim matris quæ decessit in vita illius, de cuius successione agitur, nõ nocet nepotibus. l. si ex patronis. s. si. ff. de verb. obli. Nec iuramentum matris debet filiis nocere. l. iij. s. plures. ff. de iureiu. Etia si sint hæredes matris secundum Bart. in d. l. qui superstitis. Præterea renuntiatio matris habet tacitam conditionem, scilicet si ad ipsam deferatur hæreditas. vnde si dicta conditio non eueniat, puta quia filia viuo patre decessit, & sic patri succedere non potuit, talis renuntiatio habetur pro non facta. Et hæc est opi. cõmunis doct. cum Bal. quem sequitur Paul. in d. l. qui superstitis. ff. de ope. libe. & Alex. in d. l. pactu. C. de colla. vbi Bal. & in l. si. C. de pact. Aut filia quæ bonis paternis renuntiauit, superuixit patri, & demum patre mortuo decessit. Et tãc est considerandum, aut nepos venit tanquam hæres matris exclusæ, & ex illius persona petit aui successione; & tunc nõ auditur. Et ita intelligitur gl. in d. c. quanuis. & sequitur Pau. consi. cccxj. in cip. viso puncto. & consi. seq. Vbi verò nepos nõ venit tanquam hæres matris: tunc aut stant fratres ipsius matris, & tunc cum ipsi debeant admitti ad talem portionem eorum sororis iure accrescendi, cum sint coniuncti & pariter vocati. vt l. j. C. quando non peten. partes peten. accre. Nepos non admittitur, t quoniam ius accrescendi potentius est quam edictum successorium, vt est tex. no. quem ibi ad hoc ponderauit Bald. in l. meminimus. vers. si ex secundo gradu. C. de legiti. hære. facit l. emancipatis. s. qui duos. ff. de contratub. Ergo cum fratres veniãt iure accrescendi excludunt nepotes, qui veniunt per edictum successorium: vt l. ij. C. de success. edi. Vbi verò non sunt aliqui fratres ipsius matris, sed tantum alij remotiores in gradu qui non possunt venire per ius accrescendi propter gradus disparitatem, tunc admittitur nepos per successorium edictum matris eius exclusæ, renuntiatione, morte, aut aliàs quouis modo. vt l. si is qui. in prin. ff. de inoffi. testa. & d. l. ij. de success. edi. & l. j. s. quibus. ff. illo eo. tit. Quod verum intelligit Bal. in d. l. pactum. in ij. q. c. de colla. si fuit simplex renuntiatio, quo casu vt dictum est, vocantur nepotes: fecus si fuerit partis debitæ perceptio: vt puta quia filia quæ renuntiauit, p dote sua & portione aliquid accepit à patre: nõ tunc talis patris susceptio obstat sequentibus nepotibus non vi repudiationis, sed vi successione, quia succedit filia in parte sua, ideo consuluit ibi Bal. quod si pater velit ne-

potes ex filia non succedere, faciat, quod filia vocet se contentam sua portione, & iuret non petere aliquid plus. Et hoc modo per notarios communiter passantur instrumenta talium renuntiationum. Si enim non appareat aliqua causa renuntiationis, successio deuolueretur ad nepotes: vt l. j. C. de success. edi. etiam si renuntiare aliquo accepto pro sua renuntiatione. ff. de acqui. hære. l. fuit quæstionis. & ff. si quis omis. cau. test. l. licet nisi esset tale datum, qd deberet in legitima computari. veluti dos & similia in l. quoniam nouella. C. de inof. test. quoniam tunc non esset noua renuntiatio, sed partis. i. legitima perceptio. Quo casu non fieret locus sequenti in gradu. facit quod not. Bar. in l. j. s. filium. ff. de bo. pos. contra tab. Quod est notandũ, & menti tenendum. Hæc autè quæ dicta sunt de filia renuntiante, & ipsius ac suorum exclusione, vera intelligatis, etiam in masculis renuntiantibus cum eadem sit ratio, dum tamen renuntient cum iuramento, quia aliàs renuntiatio non valeret. vt dicit Bal. in d. l. pactum. C. de colla. vbi in xj. q. dicit singulare verbum t si filius propter expensas studij renuntiare bonis paternis sine iuramento, licet per talem renuntiationem à bonis nõ excludatur paternis, vt dictum est: tamen illa renuntiatio simplex operabitur, qd talis filius tenebitur illas expensas computare in partem suam & in legitimam, cum hoc videatur tacitè actum, vt l. cum quo. s. si. ff. ad leg. Fal. quæ aliàs non imputarentur. Cum in vita patris fuerint consumptæ. Et ita tenent etiam ibi Sal. li. & Pau. de Cast. Sed t an prætextu etiam ibi Sal. phytocicariis vel feudilibus, no. Bar. in l. & iuri iurandi. s. si liberi. ff. de ope. liber. [De quo habetur super verbo, Si absq. liberis moreretur. ij. in materia vulgaris substitutionis tractando primum effectũ illius in fine quintæ limitationis.] Nam quo ad propositum nostrum quemadmodum filia cum iuramento renuntians excluditur à paterna hæreditate, ita etiam filius & ceteri descendentes masculi. sed de filiabus ideo exempla posui, quia vt plurimum contingit qd filia has renuntiationes faciunt cum à parentibus nuptiũ traduntur. Quid t si filia renuntiet bonis paternis in manibus vnus fratris, an talis renuntiatio profit ipsi soli, an omnibus cæteris fratribus? Videatis Bald. & post eum Alex. ibi in l. si actione. C. de pact. & eundem Bal. in l. pactu. in viij. q. C. de colla. & in Authen. nouissima. C. de inoffi. test. Et per hæc sit vobis expeditus tertius casus fallentiæ principalis sumptus à regula in prin. huius notulæ posita: qua dicebatur, qd filia cum masculis æqualiter parentibus succedunt. Quoniam (vt dictũ est) fallit si filia renuntiauerint successioni paternæ cum iuramento: quo casu dicuntur exclusæ, ita quod eis obstante pacto iurato nullatenus audientur volentes aspirare ad successione renuntiatam. Et t hoc fit nunc pro conclusione, qd fallit in casibus sequentibus. Et primò fallit in filia, quæ post renuntiationem iurata fuit in testamento patris hæres instituta: quia non obstante tali iuramento poterit ex testamento succedere: quia dicta renuntiatio quanuis iurata solum ipsam excludit à succedendo patri ab intestato, non autem ex testamento. Ita dicit Bald. in d. l. cum archimedorum. C. vt in pos. lega. & in d. l. pactu. in iij. q. C. de pactis. & Imol. & Ludo. in d. l. qui superstitis. & Bal. in l. si. C. de pactis. vers. venio ad regulam, Et ratio est multiplex. Primò, ne auferatur testatori libera testandi facultas. Secundò, quia renuntiatio etiam iurata non tra-

hitur

hitur ad ius superueniens, vt est casus valde singularis in c. cum inter de renunt. & in l. si patronus non aluerit liberum. ff. de ope. libe. habet enim iuramentũ tacitam conditionem, scilicet rebus sit stantibus, vt l. si. ff. qui satisd. cogã. & l. si. ff. ad municipia. & l. si. C. de non nume. pec. & c. quemadmodum. de iur. reiu. Quinimò quod est fortius, renuntians cum iuramento iuri quod habet vel habere sperat, intelligitur quod habere sperat ex causa præterita: & non ex causa futura, vt dicit Bart. in l. si vxor. s. diuus. ff. de adule. & l. qui Romæ. s. duo fratres. ff. de verb. obli. Ad hoc facit quod in simili consuluit Ludo. consil. xxij. & consil. ccccij. & liij. incip. diligenter inspectis. & Fely. in c. si diligenti. penul. col. vers. Decimò fallit. de for. cõpe. Ad t hoc facit quod decidit Imol. in d. c. cum inter. quod licentiatius qui iurauit alibi non recipere gradum doctoratus, poterit sine metu periri in alia vniuersitate doctorari ex nouo examine. Videatis Bal. in l. qui indignus. ff. de senato. & 289 Iason in l. nulli. iij. col. C. de iudi. facit quod eleganter refert Guido Papæ. q. cccxxvij. fuisse in parlamento Delphinatus decimũ, qd filia non obstante renuntiatione sua iurata, petere potest id quod pater cuius bonis renuntiauerat, perdidit iure disponere per transitũ ad secũda vota: quod defertur sibi & suis fratribus ex primo matrimonio natis. l. femina. s. il. Iud. C. de secun. nup. quæ locũ habet in viro secundo nubente, sicut in femina secundũ gl. ibi, quã sequitur Saly. & communiter docto. Non enim perditur quod pater postea perdidit sua culpa. secundũ Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideic. q. penul. & in l. qui Romæ. s. duo fratres. in si. pe. oppo. ff. de verb. oblig. quia ad hoc qd filia renuntians nõ cogitauit, nõ porrigitur quitantia. l. mater. ff. de inoffi. testa. nec etiam iuramentum. l. si. ff. qui satisd. cog. Videatis eundem 290 Guid. q. cccxxix. facit l. qui cũ tutoribus. s. j. ff. de transac. Nam cum illud non esset tempore renuntiationis sibi debitum nec res, nec spe, sed sola legis dispositione, vbi est si casus contingeret, certè non venit in generali renuntiatione sicut in ea non venit illud quod perditur per cohæredem non implentem patris testatoris voluntatè. iuxta Auth. hoc amplius. C. de fideicõ. secundũ Bart. singulariter in d. l. qui Romæ. s. duo fratres. in j. oppo. ff. de verb. obli. & clarius habetur alleg. q. cccxxvij. Vnde restat qd pactum de non succedendo iuramento firmatum non impedit iuramentum succedere ex testamento, sed duntaxat ab intestato: quod procedit non solum si filia iurauerit in manibus patris, vt puta non succederet: Sed etiam si iurauerit in manibus patris & fratrum suorum ad eorundem commodum & vtilitatem etiam patre consentiente. Quo casu, non obstante iuramento, à patre hæres instituta capere poterit: quia vt dictũ est, hæc filia agit ex noua causa: de qua non præsumitur cogitatum. Præterea quia tale iuramentum censetur per patrem filia relaxatum, eam instituendo, qui hoc potest. glo. est not. in c. ad nostram. s. de iureiuran. le. ij. Nec obstat qd tale iuramentum emanauerat ad commodum & vtilitatem fratrum. Quoniam respondetur, qd inuito patre de cuius hæreditate agitur, tale pactum non valet, nisi detur perseuerantia patris vsque ad mortem. secundũ Bald. in d. c. ad nostrã. vers. po. ne filia. Allegat ad hoc casum singularem in d. l. fin. C. de pact. & ibi dicit Bal. quod etiam pactum iuratum de non succedendo etiã ex testamento nõ præiudicat pacifcenti, si hæres instituat, ne tollatur libera facultas testandi. Nec obstat, si dicatur, qd per ta-

Tom. 1.

le pactũ non tollitur facultas testandi, cum pater possit alios hæredes instituire. Quoniam illud est verũ, qd non tollatur testandi facultas, sed bene tolleretur libera facultas, si pacifcentè nõ posset instituire: tunc enim facultas non esset libera. Vel dicamus secundum Ludo. qd pater contra pactũ iuratum postea filiã instituendo, videtur ei remittere iuramentum, arg. c. præterea. de offic. deleg. Quod fieri potest, quia ille in cuius fauorè est præstitũ iuramentũ, vim obtinet apostolici in illud remittendo, vt tenet glo. in l. adigere. ff. de iure patro. & Io. And. in c. præterea. de spõ. & Bar. in l. Labeo. ff. de iureiurã. [De quo plenè infra super verbo, Testamentum. j. in xij. casu fallentiæ.] Et talis filia sic per patrem instituta habebit hæreditatè etiam ex testamento minus solenni, vt ibi dixi, ita qd in præsentì regno ex generali consuetudine in talem filiam ipso iure transit possessio sine apprehensione, de qua consuetudine videbitis in verbo, Mortuo autem testatore. ij. Secundò fallit in Iudæo vel hæretico renuntiante cũ iuramento, non roboratur. Quia in Iudæis & infidelibus nõ cadunt ista sacramentalia, per l. ij. C. de hæreti. & ita tenuit Bald. in s. item sacramenta. in tir. de pace iura. firmam. Præterea ratio dicti cap. quãuis. in eis locum non habet: cum solum hæc dispositio emanauerit ad euitandum dispendium æternæ salutis: quod cessat in Iudæo & hæretico: qui sunt perdit. c. ita quorundã. j. de Iudæis. Ideo ad talem obseruantiam non sunt cogendi. Præterea Papa non cogit Hebræos quo ad ea quæ respiciunt fauorè animæ: c. qui syncera. & c. de Iudæis. v. distin. hinc dicitur qd non arctantur constitutionibus canonicis: quia foris sunt. c. gaudemus. de diuor. cap. multi. ij. q. j. facit qd not. in c. j. de vsur. lib. vj. Et hæc est communis opi. licet Ludo. in d. l. qui superstitis. p multas rationes tenuerit contrariũ. Tertio fallit vbi filia primò iurasset se non facturam pactum de non succedendo, nec se renuntiaturam: nam cum tali iuramento primo concurrat dispositio iuris communis infirmantis pactum de non succedendo, & implet dominij translationem. Vt dicam. j. super verbo, Testamentum. iij. Ergo secundum iuramentum de non succedendo postea præstitum, cum sit contrariũ primo iuramento licito, non obligat. c. eam te. de iureiur. lib. vj. vbi dicit, qd si mulier primò iurat non consentire alienationi rei dotalis si postea cum iuramento consentiat, non valet alienatio. Pro quo videt casus in c. intellectu. de iureiuran. hoc sequitur Bal. & firmat Ludo. in d. l. qui superstitis. facit quod not. Spec. in tit. de emp. & vendi. s. tertio loco. vers. Et no. generale. & Ioan. And. in c. cum contingat. de iureiur. vbi dicit minorè non posse alienare sine decreto, quantumcunque iuret: si prius iurauerat nõ alienare absque decreto. Hanc sententiã etiam tenet Alexã. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. glo. in d. c. licet. Quam quidem t gl. vltra ipsum limitabit dupliciter. Primò dicatis illam gl. in d. c. licet. habere locũ, vbi primum iuramentum fuisset præstitũ in manibus alicuius, & ad illius commodum, vt patet in d. c. intellectu, vbi rex iurauerat in manibus reipublicæ regni, & ad illius commodum iura regni non alienare. Secus esset si generaliter, & in nullius manibus foret præstitũ: quo casu nulli alteri facit præiudiciũ dictũ iuramentum, quinimò secundum iuramentum præualebit. Ita singulariter determinat Bald. limitando dictam gl. in c. veniens. prope si. de iureiur. & in Auth. sacramenta. vers. vltimus quæro. C. si ad-

F. iij uer.

uer. ven. & ibi pulchra. Secundò limitabitur dictam gl. habere locū, vbiq; ille cui prætatur secundū iuramentū, sciet istū secūdo loco iurante prius iurasse contrariū: quo casu non valet secundū iuramentū, sicut cōtingit in d. c. intellecto. vbi ille cui res regni alienabatur cū iuramento, sciebat aut scire debebat dictum regē prius cōtrariū iurasse. Quod iuramentū à regibus & ceteris administratoribus solitū est prætari palam & publicè tempore coronationis. Ita qd nullus præsūmitur hoc ignorare. facit c. si quis presbyterorum. de reb. eccl. non ali. vbi primum iuramentum à prælato præsūtitū de non alienando est de iure cōmuni & omnibus notū: & sic derogans secundo iuramento in alienatione præsūto. Secus autē foret, si ille cui prætatur secundū iuramentum ignorasset istū sibi secundū iuramentum prius iurasse contrarium: quo casu secundū iuramentum præualeat: ne detur facultas decipiendi, & locus fraudis relinquatur. Ita singulariter dicit Bal. in c. cum contingat vij. col. de iur. & præterea hoc idem tenuit ipsemet Bald. in l. si pradium in fi. C. de iure. do. in ij. lect. quia bis legit illam rubricam & plures alias de quinto libr. C. & id idē prius tenuerat Ioan. Fab. in §. ij. col. in sti. quibus alie. nō licet. dicēs cautelam gl. in d. c. licet. nō esse tutam in foro animæ: imò plures præcipitavit in infernū. videatis eum ibi: quia prudenter loquitur. & hæc nota pro intellectu gl. in d. c. licet. quæ quotidiana est tam in scholis, quàm curijs. **Quartò** fallit in filia impubere, quæ non obstanterenuitiatione, paternā petere poterit hereditatem: & ratio est, quia iuramentū habere debet tres comites. scilicet veritatē, iudiciū, & iustitiā. c. animaduertendū. xxij. q. ij. glo. in Auth. quæ quidē tria nō cadunt in pupillo, præsertim iudiciū, cum tales careāt iudicio. i. discretiōe: in sti. quibus nō est permis. face. testa. §. præterea. vbi dicitur, qd pupillus caret iudicio rationis. Et hoc indubitanter procedit in pupillo doli non capace, ita qd in eo non habet locū dispositio dicti c. quauis. Sed duntaxat habet locū in pubere & adulto, iuxta not. in d. Auth. sacramēta puberum. per Bar. idē dicunt aliō iā filia renūtiante absq; dote, vt in ea non habet locū dispositio dicti c. quauis. per text. ibi dū dicit, dote contenta. sed tutior est sententia contraria, attenda ratione dicti c. quia tale iuramentum etiā absque dote potest seruari sine interitu salutis æternæ. Poterit tamen filia agere vt legitimè doteatur. per l. fi. & ibi Bald. C. de dote promiss. & nedū à patre: sed etiā ab eius hæredibus: ad quos tale onus dotandi transit. Nā in generali renūtiatione hereditatis non intelligitur renūtiatū esse iuri petendæ dotis. ita consuluit Pau. consil. cxxxj. incip. domina Lisa. facit quod idē Pau. consuluit consil. cxxxij. vbi dicit, qd in generali quittatione omnium legatorum sibi debitorum nō includit legatū dotis. Quia dos succedit loco legitimæ. vt no. Cy. in l. sancimus. C. de nup. & Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. sed generalis renūtiatio non trahitur ad legitimam quominus petipossit, vt voluit Gul. de Cug. & Ang. in l. de his. ff. de transac. per l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. test. Quia deficit in tali renūtiatione specialis cōsensus, qui requiritur per dictū §. & generaliter. Quod intelligatis verum, nisi talis renūtiatio esset iurata. **Quo** casu etiā comprehenderet legitimā, cum iuramentum habeat vim specialis & specifiici cōsensus, vt eleganter determinat Bal. in l. j. C. cōmo. per l. cum pater. §. filius matrē. ff. de lega. ij. de cuius dicti intel-

lectu videatis Sali. in d. l. j. C. cōmo. & ita in propriis terminis tenuit Ludo. in l. j. §. si q̄s ita. ff. de ver. obli. & cōsuluit Ang. consil. cxxxij. in fi. incip. Casus talis est. & Ias. in d. §. & generaliter. & in l. sed & si quis. §. quæsitū. ff. si quis cautio. Et hoc intelligatis verū, qd iuramentum vim habet consensus specifiici & specialis, vbi consensus adest in genere, vt in casu nostro, vbi filia generaliter consensit renūtiare bonis paternis. **Quo** casu si renūtiavit cum iuramento, tale iuramentū supplet clausulā specifiicā, ac si expressè renūtiasset legitimam, & acsi certiorata fuisset de inuoluntate simplicis renūtiationis secundū Guid. Papæ. q. cxxxvij. vbi pulchrè. & ita intelliguntur prædicta secundū Imo. in c. j. §. de cōmo. Sed vbi cōsensus non intercessit saltem in genere, tunc iuramentum non supplet: quia hoc esset supplet nō consensus specifiicū, sed totū consensus: quod fieri nō potest, vt pulchrè consuluit Barba. in secundo volumine consiliorū. cōsil. lv. pe. col. vbi ponit exemplum, si quis transigendo quitaret seu renūtiaret iuri sibi ex testamento competenti, nō visis verbis testamētū, vt d. l. de his. vnde cū hoc casu deficiat omnino consensus, cum nō dicatur, quis consentire his quæ non vidit, nec cogitauit, tale iuramentū nihil operabitur: de quo tamen latius dicam j. eo. super verbo, Si absque liberis moreretur. j. in materia fideicomissarie substitutionis. Et ibi videbitis, an hoc sit verū. Subdit ibi idē Barb. in dicto cōsilio vnum mirabile in casu nostro, qd vbiq; specialis & specifiicus consensus in aliquo actu requiritur pro forma, iuramentum non supplet vim clausulæ specifiicæ, ex quo cōcludit. Quod cum in casu nostro d. l. si quando. j. & generaliter. pro forma disponat, qd in renūtiatione fiat specialis mentio de legitimam, sequitur, qd non sufficit generalis renūtiatio iurata, ad eodē qd si filius à patre hæres institutus, & hereditatē restituere grauatus generaliter promiserit, & iurauerit testamentum implere paternum, & singula in testamento cōtenta, non prohibetur petere legitimam: nec Trebellianicam, cum vtraque specialem renūtiationē requirat, vt d. §. & generaliter. iuncto §. si verò expressum. vbi Ang. in Auth. de hære. & falc. & clarè decidit Guido. Papæ. q. ccccxxvij. nam quoties lex in aliquo actu certam requirit solennitatem, aliās annullat actum ipso iure, talis lex videtur tradere formam substantialem: sicut facit text. in d. §. & generaliter. ita eleganter dat formam cognoscendi formam factus. Bald. in cap. j. qui success. tenean. [De quo latius sup verbo, in eodem testamento relinquens. j. verū. tertia quæstio nullam habet dubitationē & c. & verfic. iij. limitat Bal. & c.] Quare hunc passum cogitandum vobis relinquo. quia idem Barba. in prima parte consiliorum, consilio xxv. ix. & x. colum. sentit contrarium. Vnum tamen t mentū tenebitis, quod iuramentum licet supplet consensus specifiicum ipsius iurantis, non tamen supplet consensus alterius, qui fortè in actu habet necesse consentire. Sicut pater in donatione aduentitiorum filij, secundū gloss. vbi Salic. in l. si. §. filius. C. de bon. quæ libe. & idem puto in casu. l. si curatorem. C. de integ. restitut. minorum. Et t̄ intantum filia quæ cum iuramento renūtiat excluditur à petendo legitimā quod etiam illa legitima non accrescet alteri filio non repudianti per dictum, quando non peten. partes non peten. accresc. Et ratio est, quia dicta renūtiatio non est mera repudiatio. Sed quædam satisfactio contemplatione dotis facta. Sed remanebit legitima filie renūtiantis hæredi vniuersali ipsius patris

patris iure repræsentationis. ita eleganter determinat Bartolus per illum textum in l. duobus. ff. de leg. j. & in l. si pacto. C. de pactis. & consuluit Paul. consil. cv. circa fi. Or in dubio pater à filia exigendo iuramentum, videtur suo hæredi prospexisse, & substitutis, quauis extraneis, secundū Guidonem Papæ. q. cxxx. magis quā propriis filiis vniuersaliter non institutis. Vnum tamē menti tenendum not. Imo. in dicta l. superstitis. qd si filia renūtiasset dori & iuri petendæ dotis & alimentorum, tale iuramentum non teneret, secundum **297** eum. **Quintò** fallit in filia renūtiante patri fauore fratrum, qui postea viuo adhuc patre decesserunt. quo casu filia non obstante renūtiatione iurata admittitur ad bona paternam: ita dicit Bald. in dicta l. pactū. in iij. q. C. de colla. per l. iubeamus. C. ad Velleia. & ibi in d. l. pactum. hoc sequitur Sali. & Imo. & Ludo. in d. l. qui superstitis. & idem si filius patri renūtiasset salua legitima successione: de quo per Bar. & doct. in d. l. si. C. de pact. & clarè per Guido. Papæ. q. cxcij. t̄ quia tunc satis videtur masculorum fauore solum renūtiasset: cetera videatis per Geminianum, & Georgium in d. c. quauis. Bald. & Sali. in d. l. pactū. & l. fin. C. de pactis. vbi ponunt multos alios casus, in quibus non habet locum dispositio dicti capit. quauis. seu saltem in eis peti potest absolutio à iuramento: de quo dicitis vt ibi per eos. Sed t̄ an episcopus absoluere possit à iuramento parte aduersa non vocata: in casu quo relaxari debet. Videatis Panormi. in cap. j. & ij. de iureiur. vbi concludit quod non regulariter. Idem tenet Pet. de Ancha. consil. cxcix. & de Zabarel. consil. xxxv. iij. col. Sed Pau. contrarium consuluit: & latissimè cōsilio ccvj. dicens iuramentum tolli posse sine parte vocacione. Sed concordare eos vt pulchrè per Oldrad. vocacione. cxx. vbi eleganter loquitur, & breuiter tangit veritatem æquā: licet Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. xij. colum. ff. de officio procon- **299** sul. teneat indistinctè partis vocacionem esse necessariam. & idem Panor. in cap. quanto. de iureiurā. & dicto cap. quā fronte. v. colum. in fi. de appella. & etiam partis vocacionem fore necessariam tenet de ferrariis in sua practica. in libello iuramenti quod prætatur à parte patri. Et consuluit plenè Alexand. in iij. parte. consil. cxxxij. incipien. Vna facti narratione. iij. col. cōfirmando opinionem Panormi. & sequentium. idem **298** Barbartus in secunda parte consil. xxij. vij. colum. & Guido Papæ ponit latissimè, quæstio. cxj. Tamen consilium Oldra. dictum practicitur in partibus istis, & si bene ponderetur consilium Pau. idē sentit quod Oldra. videlicet quod si petatur iuramentum relaxari, vt per hoc obligatio quæ contracta est tollatur, & instrumentum cancelletur, acsi iuratum non fuisset, partis vocatio necessaria est. Si autem petatur relaxari ad solum habilitandum personam vt iuramento non obstante possit dolum, fraudem, vel metum detegere ipsius contractus, quia tūc de grandi non agitur praiudicio ipsius creditoris, nō est necessaria partis vocatio, cum sibi remaneat adhuc facultas defendendi contractum. Et idem foret vbi notoriè constaret iuramentum continere in se turpitudinem ex parte recipientis: ita quod creditor nullam competeret in contrarium exceptio secundum Panormitanum in dicto cap. primo. de iureiurando. de quo videatis quæstio. capellæ. lxij. Guido Papæ. q. cxl. & cxxxv. cū duobus sequentibus. [De efficacia iuramenti extraiudicialis plenè habetur super verbo, Testamentum. iij.] **300** Inter quæ vnū menti commendabitur, quod t̄ ex iuramento competit parti cui iuratum est exceptio litis

finiæ omnem impediens litis ingressum: ita quod si filia quæ renūtiavit cum iuramento petat paternam hereditatem, repellitur ab ingressu litis, opposita per hæredes patris exceptione iuramenti, quæ impedit litis contestationem: ita quod amplius nō quæretur an bene renūtiatum fuerit. Sed duntaxat an filia agens iurauerit, vt in §. itē si quis postulante. in lti. de actio- nibus. ita eleganter determinat Baldus in l. postquam. C. de pactis. & in c. j. de iureiurand. & idem Bal. in titu. de pace Constan. in fine. super verbo, nolentibus. Laus, honor, gloria, gratiarum actio, sint Christo Iesu in seculorum secula.


S V M M A.

- 1 Testari quis potest, etiam si matrem habeat.
- 2 Testamentum eius qui est in potestate patris non valet.
- 3 Filius presumitur esse in potestate patris.
- 4 Filius non presumitur emancipatus, etiam si sit in possessione sui iuris.
- 5 Emancipatus presumitur qui seorsum à patre decennium habuit.
- 6 Testamentum filijfamil. non valet, nisi in castrensi vel quasi castrensi pecunio. & nu. 7.
- 7 Doctores militibus equiparantur.
- 8 Doctorum priuilegium intelligitur de actu doctribus in vniuersitate approbata.
- 9 Militibus nostri temporis priuilegia non competunt militaria.
- 10 Filiusfam. testari non potest de peculio profectio.
- 11 Testamentum à filiofam. factum non validatur per superuenientiam libertatis.
- 12 Donatio facta à filiofam. validatur superueniente libertate.
- 13 Filiusfam. testari non potest de aduentitijs, etiam in quibus pater non habet usufructum. & nu. 15.
- 14 Testamentum filijfamil. etiam de consensu patris factum est nullum.
- 15 Filiusfam. in quibus casibus testari potest.
- 16 Clericus in patris potestate constitutus testari potest.
- 17 Filiusfam. sumēs primam tonsuram testabitur inuito patre. & nu. 20.
- 18 Pater non habet usufructum in aduentitijs filij clerici.
- 19 Francorum filij non sunt in patris potestate.
- 20 Filiusfam. testari potest de lucro dotis quod pater perdidit ad secunda vota transeundo.
- 21 Filiusfam. habilitari statuto potest ad testandum.
- 22 Toloza filius seorsum à patre habitans, & filia maritata, habentur pro emancipatis.
- 23 Statutum permittens filio testari extenditur ad donationem causa mortis.
- 24 Filius emancipari potest solum ad testandum.
- 25 Fictionem sola lex inducere potest, non homo priuatus.
- 26 Filiusfam. an testari possit ad pias causas, saltem de consensu patris.
- 27 Licentia testandi includit licentiam donandi causa mortis.
- 28 Licentia testandi semel filio concessa non potest per patrem reuocari.
- 29 Pater non potest codicillari nec disponere pro filio pubere.
- 30 Voluntas patris reuocantis licentiam testandi filio prestitam, nihil est.
- 31 Testari an possit filiusfam. in aduentitijs, etiā quo ad usufructum, de consensu patris ad pias causas. & nu. 35.
- 32 Filiusfamilias an ad pias causas sine consensu patris testari possit de his aduentitijs, in quibus patri non queritur usufructus.
- 33 Filiusfam. testari potest ex priuilegio principis.
- 34 Filius seruus, & monachus, equiparantur.

- 39 *Servus hereditarius relictus non acquirit heredi futuro in casu.*
- 40 *Filius Iudaei vel haereticus baptizatus potest testari. & numero 41.*
- 42 *Filius eius qui religionem ingressus est testari potest.*
- 43 *Filius fami. donare potest causa mortis de patris consensu. etiam ubi testari non possit.*
- 44 *Pater & filius sine eodem contractu contrahunt, tacite videtur pater consentire.*
- 45 *Donatio causa mortis per filium de consensu patris facta morte ipsius filii, non morte patris confirmatur.*
- 46 *Pater consentire potest filio sibi donanti.*
- 47 *Clausula codicillaris an testamentum filii de consensu patris factum valere faciat ut donationem causa mortis.*
- 48 *Donatio causa mortis largè dicitur ultima voluntas.*
- 49 *Codicilli maiorem habent similitudinem cum testamento, quam donatio causa mortis.*
- 50 *Iuramentum filii testantis & patris consentientis facit testamentum valere ut donationem causa mortis.*
- 51 *Donatio per filium facta an valeat si pater postea consentiat.*
- 52 *Licentia condendi ultimam voluntatem a patre data an faciat filii donationem causa mortis validam.*
- 53 *Donatio causa mortis per filium de consensu patris facta an à solo patre possit reuocari.*
- 54 *Donatio per filium absentem facta de consensu patris an valeat.*
- 55 *Donatio absentem facta an valeat saltem iure codicilli aut fideicommissi.*

Sed quia in hac materia successio-
num post liberos & ceteros descendentes, secunda causa
est parentum & ascendentium. I. nam & si pariter
ff. de inoff. testa. de quibus secundo loco praesumitur
Raynuitus cogitasse: Idcirco cum alios ascendentes
non haberet, subditur in textu,

Matrem insuper Cleram.



HOC A tex. vt ex sequen-
tibus apparet, habetis, quod
aliquis non prohibetur testa-
ri, etiam si matrem habeat,
cum mater non habeat filios
in potestate, in l. i. de adoptio.
§. scemina. nisi esset statutum
aut consuetudo in ciuitate,
quod post mortem patris filius reuinceret in potesta-
tem matris: Quoniam tunc habens matrem testari
non possit, cum non esset sui iuris. vt l. qui in potesta-
te. ff. eo. tit. [Quod qualiter intelligatur, plenè ha-
betur super verbo, *Si absque liberis moreretur.* j. in ma-
teria pupillaris subdit. & tertio requisito eiusdem.] Si
2 *iste Raynuitus testator patrem habuisset tempore
conditi testamenti, in cuius potestate fuisset, testa-
mentum eius non valisset, vt d. l. qui in potestate. in l. i.
quibus non est permittit facere testa. §. j. Et in dubio
semper filius esse praesumitur in potestate patris. Na
haec duo sunt vera. Primò quod pater alicuius semper
viuere praesumitur si non probetur mortuus. Cum in
dubio quilibet viuere praesumatur vsque ad centum
annos. Praterèa quis semper praesumitur esse in pa-
tris potestate, donec probetur emancipatus, vt probat
text. melior de iure in l. i. emancipati. dum dicit: *tè-*
que emancipatum probatum fuerit. C. de colla. quem
ad hoc notant Fulgo. Ludouic. & Alexand. ibi: facit
l. si filius. ff. de probat. Na emancipatio est facti, quae
nunquam praesumitur nisi probetur. Et praterèa sem-*

per praesumit primæus naturæ status durare, in quo
4 *filius est natus. In patria potestate quod est verum,*
etiam posito, quod filius esset & reperiretur in pos-
sessione sui iuris. Et sic talis possessio non releuaret
possessorem ab onere probandi titulum possessionis.
I. emancipationem, secundum gloss. sicuti. §. si quæra-
tur. ff. si serui. & vend. & ita tenet Pe. Bald. & Alex.
in l. Titia. ff. fol. ma. Imò plus dicit Bald. in l. ij. C.
de senten. quem sequitur Alexan. in l. j. C. eod. quod d
licet filius facta. communi opinione reputaretur sui iuris,
puta emancipatus, vel quod eius pater erat mortuus,
propter hoc non valeret testamentum per ipsum factum:
quia licet communis reputatio, quo ad testes
sufficiat ad testamenti validitatem, vt d. l. i. non suf-
ficeret ad testatorem habilitandum: cum eo tunc in
substantia testamenti sit defectus, qui grauior est
secundum eum. Nec ob. gl. in l. quauis. C. de edicto di-
ui Adria. tollen. quia loquitur ubi agit ex testamē-
to iudicio possessorio & summario: quo casu sufficit
reputatio & communis opin. Sed ubi ageretur iudicio
petitorio de testamenti validitate, non sufficeret, vt
sentit illa glo. & Iason in d. l. j. iij. colum. & plenè in
l. Barbarius. vij. col. ff. de offic. præto. & nisi filius
seorsum à patre habitasset per decem annos: quia tunc
praesumeretur emancipatus ex lapsu decenniij. Si hoc
allegaret scilicet fuisse emancipatum. Quia ex lapsu
temporistanti praesumitur de titu. allegat. secundum
Bald. ita in propriis terminis decidentem in l. post
mortem ad si. ff. de adopt. facit text. in l. iij. ff. ad Mac.
& in l. j. in verbo, diu passus. C. de patri. pote. Et ita
est intelligenda gl. in d. l. Titia. secundum Ias. in d.
l. si emancipati. de colla. Restat ergo, quod testamentum
filij facta. est nullum, obstante patria potestate, quauis
factum esset inter liberos testatoris, secundum Bald.
in repeti. l. j. C. de sacrosan. eccles. & no. in hac con-
6 *sultissima. §. ex imperfecto. C. eod. Quod intelligi-*
tis verū nisi habuisset peculium castrense: quia forte
erat miles qui in illo habetur pro patrefamiliās. l. ij.
ff. ad Maced. & in l. i. quibus non est permis. fac. te-
sta. §. j. Vel nisi habuisset peculium quasi castren-
7 *se, vt quia forte erat doctor, vel aduocatus. [Quis*
praeseratur doctor, vel miles, vide. j. super verbo, *te-*
stamentum. j. in ix. fallentia.] aut notarius de publico
stipendiatus, prout plenè deciditur in l. fina. C. de
inoffic. testamen. Quoniam illi de tali peculio testa-
ri possunt cum in his de patria potestate non curetur,
8 *vt dictis iuribus. Maximè t̄ doctores militibus æ-*
quiparati, quia per adptionem gradus doctoralis,
nobilitatem & militiam acquisierunt. l. prouiden-
dum. C. de postu. secundum Bar. in pro cemo. C. & ff.
& Panor. in c. j. de dona. Quinimo doct. ab ipso im-
peratore vocantur sui parentes, vt de Vlpiano legitur
in l. ex diu. pij. C. loca. iuncta l. diuo Marco. C. de
quæstio. Ex quo vocantur honorati & celsiores viri,
quibus ingrediendi secreta principis facultas præbe-
tur: & qui à praesidibus, non fratre, sed patre appel-
lantur. Necnō vehiculo aureo vuntur, etiā hodie su-
per mola strato & freno deauratis portantur. l. ij. &
fina. C. de offic. diuer. iud. & l. j. C. de vehi. hono. libr.
xij. de quibus & cæteris eorum priuilegiis scrip sit An-
9 *gel. in §. suspectus. in l. i. de suspect. tutori. t̄ quod de*
solis doct. in vniuersitate approbata regentibus actū
que docentibus [De quo vide plenius super ver-
bo, *Et uxorem nomine Adelastam.* in primo principa-
li articulo, in quinta decisione.] intelligit, qui si xx.
ann. legerint, comites efficiuntur l. j. C. de profel. qui in
vrbe Constan. degunt. libr. xij. & non de alijs doct.
qui so-

qui solū vt eorum dilantent philateria & salutatio-
nes in foro, ac primos accubitus in cœna consequen-
tur, pro solo factu promouentur: quibus priuilegia
doctorum non competunt secundum Bart. in l. me-
dicos. C. de profel. & me. li. x. & Angel. in §. item Ro-
10 *ma. in l. i. de execu. tu. Sicut t̄ nec militibus [Vt etiam*
plenè dicitur super verbo, *Testamentum.* j. in ix. ca-
sū fal. j. nostri temporis priuilegia competunt mili-
taria, ad pompam potius, quam pro tuitione reipub.
deauratis, secundum Cy. & Sali. in l. j. C. de iur. & fac.
igno. & Ang. in §. illis autem. in l. i. de test. in. & Pan.
hic super glo. iij. Vnde restat filio facta. de castrensi. vel
11 *quasi castrensi peculio testari posse. Sed t̄ testari non*
possunt filij facta. de peculio profectio. i. de bonis ex
patria substantia prouenientibus, nec etiam testari
possunt de peculio aduentitio propriis laboribus,
aut prospera fortuna proueniente, nec de peculio pa-
ganico per filios paganico. i. ex arte mechanica acqui-
sito. In quibus scilicet aduentitio & paganico pecu-
lij, pater habet vsumfr. & filius solam proprietatem,
de qua etiam testari non potest, etiam de consensu pa-
tris. Nec aliàs disponere inter viuos sine patris con-
sensus filij etiam si disponeret cū iuramento, vt l. si. §. filius.
12 *& ibi glo. Bal. & Sali. C. de bo. quæ libe. Nec t̄ tale te-*
stamentum nulliter factum reconualesceret per su-
peruenientiam libertatis: puta si testator filius effice-
retur sui iuris post testamentum factum, per emanci-
pationem aut mortē naturalem sui patris præmorien-
tis. l. j. §. sed si filius. ff. de leg. iij. Na licet testamen-
tū morte testatoris confirmetur, & adeo quod ad eius
validitatem maximè attenditur tempus mortis testato-
ris. c. cum Marthæ de cele. mis. per quod videbatur te-
stamentum valere, ubi testator tempore suæ mortis:
& sic tempore quo testamentū confirmari debet, reperit
sui iuris: tū hoc verū non habet, ubi testamentum fuit
ab initio funditus nullū, vt in proposito facit text. in
c. non firmatur. de regu. iur. lib. vj. Sed fideicommissum
alibi quā in testamento relicto bene confirmaretur, si
fideicommissum filius tempore mortis reperiretur sui
13 *iuris, vt d. §. sed si filius. Idem t̄ puto in donatione,*
quæ facta à filio viuente patre non valet, etiam cum iū-
ramento, sicut non valet facta per prodigum. vt d.
l. si. §. filius. ubi hoc tenet gl. Bal. & doc. C. de bo. quæ
libe. & Spe. tit. de actore. §. j. Tamen talis donatio per
mortē patris superuenientē confirmabitur & valida-
bitur per ea quæ posthæc decidit Bart. in l. cum vir.
ff. de vfu. & Pan. in c. cum ex officij. de præscri. ubi
superuenientia iuris validat alienationem, quæ de se
nulla erat propter defectū iuris in alienante tempore
alienationis, sicut dictum est in fideicommissum alibi,
quā in testamento relicto. Et idem forte esset, si filius
post donationem à se nulliter factā emanciparetur,
quia donatio confirmaretur per ea, quæ dicuntur in
l. siue emancipatis. C. de dona. & posthæc Iason, in l.
14 *diuortio. §. j. iij. col. ff. fol. mat. t̄ Plus dico, quod etiam*
non poterit filius testari de bonis aduentitijs, in qui-
bus pater non habet vsumfructum, quæ plenè ponun-
tur per tex. & glo. in authen. ex ipis cū seq. C. de bo.
quæ libe. Nam licet plures famosi Doc. consulerint
filiosfam. in talibus testari posse, multas adducen-
15 *do rationes, quibus facile respondere possent. Tamen*
veritas mihi videtur esse, quod testamentum etiam in ta-
libus nihil valeat. Primò, quia si speciale est in his
aduentitijs, quæ filio proueniunt ex principis largi-
tione, in quibus pater non habet vsumfructum, vt in
his testari possit, per text. singularem in l. cum multa.
ibi, ad instar castren. peculij. C. de bo. quæ libe. Ergo

in cōtrarium est ius commune in alijs, in quibus pa-
ter non habet vsumfructum ex principis largitione
non proueniē. arg. l. ius singulare. ff. de legibus. Secū-
dò, quia speciale est in presbytero, vt ille in aduenti-
tius testetur. Casus est singularis in Authē. presbyte-
ros. C. de epif. & cler. vt j. latius dicitur. Ergo in alijs
personis ius commune est in contrarium. Tertio,
quia ratio quæ ponitur in d. l. si. §. filius. C. de bo. quæ
libe. quare filius testari non potest in aduentitijs, in
quibus pater habet vsumfructum, est, ne filij iuuenili
calore bona propria consumentes patri noceant, qui
eos postea alere cogatur ad egestatē deductos. l. si quæ
à liberis. ff. de liber. agno. Sed hæc ratio ita locum ha-
bet in his aduentitijs, in quibus patri non queritur v-
sumfructus. Cum igitur eadem sit ratio, eadem testari
erit iuris dispositio, arg. l. illud. ff. ad legem Aquil. &
l. adigere. §. quauis. ff. de iure patro. Nec obstat si di-
catur, quod ratio quæ militat in filiis contrahentibus, de
quibus loquitur dictus §. filius. non sibi vendicat locum
in filiis testantibus. Cum post testamentum, & eorum
mortem non habeat pater eos necesse alere. Quia re-
spondeo, quod licet ratio tunc non haberet locum in per-
sona filij iam mortui, nihilominus tamen verificari
poterit in persona nepotis ex filio mortuo remanen-
tis, quem sicut filium auus alere cogitur in egestate cō-
stituti, vt d. l. si quis liberis. §. vtraque. t̄ Quarto hoc
probat, quia quemadmodū quæ vsumfructus aduenti-
tiorum est ipsius patris, non potest ipse filius testari in
proprietate, quæ est sua, vt d. §. filius. ita etiam non
videtur posse cum vsumfructus, & proprietates sua sint,
& quod iuris est de parte quo ad partem, idem de to-
to quo ad totum. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. &
ff. de vfu. l. qui semisses. Non obstat si dicatur, quod
ideo filius testari non potest, quia pater habet vsumfru-
ctum, quia tunc pater est bonorum administrator legi-
timus, quod secus est, quando non habet vsumfru-
ctum. Quoniam respondetur, quod non est bona con-
sequentia. Cum secundum hoc sequeretur, quod cū cura
tor bonorum adulti sit eius legitimus administrator,
quod adules testari non possit, quod est falsum, quia
imò potest, vt l. cū pater. §. curatoris. ff. de leg. ij. ff. de
libe. lega. l. Aurelio. §. Caius. Et per has rationes & plu-
res alias secundum hanc opi. consuluit Ludo schola-
ris existens, & fuit eius primum consilium, prout ipse
refert in repeti. Authentic. similiter. C. ad legem Fal-
cidiam. col. xxxij. Ex præmissis habetis filium testa-
ri posse in castrensi, vel quasi castrensi peculio. Cum
in illis habeatur pro patrefamiliās, vt dicit text. in l.
ij. ff. ad Macedo. & not. plenè in l. fina. C. de inoffi.
testa. & §. fina. in l. i. de testa. mili. Sed in aduentitio
seu paganico peculio non facta differentia. An in co-
pater habeat vsumfructum, vel non, filius testari non
poterit propter patriam potestatem, vt dicta l. qui
in potestate. & l. testamenti factio. secundum vnam
lectu. ff. eod. tit. t̄ Quinimo testamentum à filio fa-
ctum etiam de consensu patris est ipso iure nullum.
Cum ex alterius arbitrio testamentū dependere non
possit, vt l. captatorias. C. de testament. mili. [Vt
plenè habetur super verbo, *condidit.* j.] Et hæc est
vera iuris conclusio. t̄ Quæ tamen fallit in cōsequen-
17 *tibus casibus, in quibus filiusfamiliās testari pote-*
rit. Primò fallit in bonis à principe filio donatis &
collatis, quoniam in his filiusfamiliās testari pote-
rit. Casus est singularis. in d. l. cum multa. C. de bonis
quæ liberis. Secundò fallit in filio presbytero factio,
aut aliàs ordinato, qui licet sit in potestate patris,
quæ propter ordines non dissoluitur, vt not. gloss. &
Docto.

Docto. in c. in decorum. s. de etate & quali. Attamen testari poterit, necdum in eius peculio quasi castrensi, quod lucratus est cum officio presbyterali, sed etiam testari poterit quo ad peculium aduentitium. Casus est singularis in dicta Authen. presbyteros. C. de epis. & cleri. Per quam Authen. glo. singularis in cap. quia ingredientibus. xix. quaestio. vlti. dicit, quod clericus in patris potestate constitutus testari potest. Nec facit differentiam, in quo ordine clericatus sit constitutus: de eo quod clericus filius familiaris testari possit est tex. no. secundum intellectum Hostien. ibi in cap. quia nos. s. cod. titu. cum quo transit Barba. ibi, & in tracta. de praestan. Cardi. quaestio. iij. in princ. Nam milites filij familiaris testari possunt. Ergo & clerici eis aequiparati, vt l. miles. ff. de re iudi. & ibi glo. Et hanc opinio. per illu. tex. etiam tenuerat Panormit. in dicto c. quia nos in si. eleganter dicens: Illud quod reputatur aduentitium laicis, esse castrense, vel quasi castrense in clericis, secundum Innocen. ibi, pro quo dicit esse text. rotundum in dicta Authent. presbyteros. Ex quo Bartho. Cepol. in tracta. de cautelis aduocatoru. dat filio cautelam, & modum testandi inuito patre, scilicet, quod faciat se promoueri ad clericatum suscipiendo saltem primam tonsuram, videatis, ibi per eum, quia idem tenet Iason in l. filij. la. ij. C. de colla. iij. colum. nam priuilegia indulta clericis, vt non ligentur statutis laicorum, etiam competunt clericis in minoribus constitutis, secundum Bal. in c. cu. venissent. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. quem sequitur Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. de constit. xlix. colum. subiungens ibi nullum statutum solemnitate testandi inducens extendi ad clericos. Et hoc est verum, scilicet filium familiaris testari posse de bonis aduentitijs, quando clericatus adheret tempore deationis bonorum, id est, quia filius erat iam clericus, quando bona fuerunt sibi acquisita: sed si iam fuerat ei acquisita ante clericatum, est maius dubium, quod Panor. reliquit indecisum in c. constitutus. v. col. s. de in integ. restit. & forte idem dici posset in bonis acquisitis ante clericatum, vt in illis etiam testari possit, & disponere etiam sine patre: & sic priuabitur pater vsufructu istorum bonorum, etiam ipso viuente. Et hoc etiam est de mente dicti de Cepolla in dicta cautela. Et formaliter ita determinat summa Rosella in verbo clericus. iij. in fi. Et quod habens simplicem tonsuram, habeat priuilegium testandi. text. est in dicta Authen. presbyteros. dum dicit text. lectores & omnes, quos clericos vocamus. Nam tonsurati vocantur clerici. Nam in bonis talium clericorum pater no. habet vsufructum, etiam in bonis matris, & ita tenent Anto. de Batri. Petrus de Anchara. Cardi. & Imol. in dicto c. quia nos. referentes Azon. ita tenuisse in summa. C. de bonis qua. libe. & Hosti. in c. quia nos. Et est veritas, quicquid dixerint Iaco. Butri. & Bart. in dicta l. sacrosancta. C. de sacrosan. eccle. Tertio fallit in Francigenis filiis, qui cum non sint in patria potestate, vt dicit gl. singularis in verbo Romanorum. instit. de patria potesta. tales viuente patre poterunt testari. Et idem in Britonibus, ita singulariter determinat Bal. in c. j. si duo. in tit. de duobus fratri. de nouo benefi. inuesti. vbi dicit, quod Galli & Britones testari possunt. etiam de aduentitijs, cum secundum eorum legem non sint in patrum suorum potestate. Quae quidem patria potestas inuenta est iure Romano, vnde ipsi iure gentium testari possunt. Quo iure non curatur patria potestas, idem tenet Bal. sequendo dictam glo. in c. j. an mari-

tus succedat vxori in benefi. & Ludo. in l. fi. C. qui testat. facere non pot. & ibi Alexan. & in l. j. s. hoc autem. ff. ad Trebel. & Panormi. in c. fin. de conuer. infideli. De quo plenius habetur super verbo, Si absque liberis moretur. ij. in materia pupil. subst. & in ij. requisito eiusdem. Quarto fallit in lucro dotis, quod pater lucratus fuerat, & eius proprietatem perdidit, per transitum ad secunda vota, quae dos applicatur filio primi matrimonij, de qua idem filius poterit in vltima voluntate disponere, licet fuerit in patris potestate constitutus, ita determinat Ang. in Authen. de nupt. s. venient autem. colla. iij. per tex. l. in quibus. in fi. C. de secun. nupt. Quinto fallit, vbi statutum ciuitatis aut patriae habitaret filium ad testandum. Quoniam tunc testari posset, vt tenet Bar. in l. si quaramus. ff. eo. tit. idem sequitur Bal. in Authen. ingressi. fi. C. de sacrosan. eccle. & in l. j. C. de summa Trinit. & ibi Bart. & Bal. ac Fely. tenent tale statutum duntaxat habere locum in filijs & subditis ciuitatis, vbi viger tale statutum, non autem in forensibus ibi testantibus, & Pet. de Ancha. in repetitio. c. j. de consli. vlti. procedo vltorius. & Imo. in c. ij. s. cod. vbi plus dicit, quod ille tunc potest testari etiam de aduentitijs, in quibus pater habet vsufructum, dum tamen taliter testetur, quod non faciat patri prauidicium in suo vsufructu, vt tenet Bal. in dicta l. si quaramus. Sed aduertendum est, quod Ang. ibi tenet contrarium, scilicet filium statuto non posse habitari ad testandum, propter tex. in dicta l. fi. C. qui testa. facere no. pos. dum dicit, nullo etenim modo hoc eis permittimus. Quae verba tollunt in futurum dispensandi & statuendi potestatem in contrarium, vt not. gl. singularis in cle. vt hi qui super verbo, nullo modo. de etate & qual. Idem tenet Barbat. s. in repe. huius rubricae. Sed prima opinio est communior, & tenetur in dubio, quae facit p. statuto Tholosano, in quo cauetur, quod filius familiaris seorsum a patre commorans habeatur pro patre, & pro emancipato, pro quo facit text. in s. si filius. in fi. de obli. qua. ex qua. si malefici. nascuntur. Et etiam filia maritata cum seorsum moretur a patre, & marito suo adhereat, censetur emancipata per statutum Tholosanum, quia etiam de iure non veniunt appellatione paternae familiaris, de quo per doc. & Ias. in l. fi. C. de verb. sig. & sic testari poterit, ac si realiter fuisset emancipatus, quod facere non posset cessante dicto statuto, nisi decennio seorsum a patre habitasset & allegaret emancipatus, vt s. dixi. Pro quo videatis dictu. Bal. in l. post mortem. ff. de adop. vbi dicit, quod filius seorsum a patre habitans longo tempore praesumitur emancipatus fuisse. Cum quo transit Bar. in c. peruenit. iij. col. in fi. s. de emp. & ven. circa quod est m. et tenendum, quod singulariter determinat Paul. consil. clxxiiij. inci. ad primu. quaestiu. & c. dices eo casu sufficere nedu. si filius omnino moretur seorsum a patre, ita quod quilibet per se moretur, sed etiam si filius principaliter alicubi habitet & pater cu. eo: quonia. eo tunc cu. habitet pater cum filio, non censetur filius habitare cu. patre, neque simul habitare. Sed filius principaliter, & de p. se, & pater accessorie: quia nihil gerit pater, sed solus filius. l. & habet s. j. ff. de pre. & quod not. Bart. in l. Sempronio. ff. de vsufru. l. c. vbi in tali locum haberet statutum, ita quod pater etiam no. habebit vsufructum aduentitiu. Secus si ipse filius cum patre moraretur, ita quod pater in domo esset principalis, quoniam tunc seruaretur ius commune, scilicet quod pater haberet in aduentitijs vsufructum, nec in eis filius testaretur, cum non sit sui iuris, vt supradictum est.

Vnum

¶ Vnum teneatis menti, quod si statutum permittat filio familias testari, tale statutum trahitur ad casum mixtum, vt etiam possit filius donare causa mortis sine patre. Ita determinat Iason, in instit. de actio. s. omnium. ix. col. circa medium. allegat Bald. in l. fina. C. cod. titu. vbi hoc non dicit saltem in reo libro, licet determinet similem quaestionem. Tamē de filio nihil dicitur. Sed videatis eum in l. j. vlti. nunc incidenter quaeritur. C. de sacrosan. eccle. vbi hoc dicit. Et quod statutum vel patriae consuetudo possit habitare filium ad testandum, tenet Flor. in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercund. iij. colum. in princ. vbi tractat de statuto Bononiae permittente filios testari de dote. Et ibi quaerit, an extendatur ad localia, quae datur pater filiae sponsae, videatis ibi. Sexto fallit, si filius in patris potestate existens fuerit per patrem emancipatus, quo ad actum testandi, quoniam tunc testari poterit, quia quo ad illud actum patria potestas euauit. Nam quemadmodum lex potest habere filium pro emancipato quo ad aliqua, veluti castrensis, vel quasi, vt l. ij. ff. ad Macedonianum. vbi text. facit filium haberi pro emancipato in castrensis, vel quasi castrensibus, & non quo ad alia, ita similiter pater potest ipsum filium emancipare quo ad quaedam. Ita sentit Barto. licet pedem non figat in l. j. s. in filij. ff. ad Trebellia. sed hoc non est verum, secundum Bald. in d. l. senium. C. qui testamen. facere non possunt. Quia patria potestas est indiuisibilis, neque potest quis esse sub duplici statu contrariis: vt l. j. s. j. C. de Latina liberta. tollend. Et licet primam partem teneat Georgius in c. quamuis. de pactis. lib. vj. col. in fin. Tamen opinio Bal. est comunis & verior, quia ea sequitur Imol. in l. tam is qui pro emptore. ff. de vsucapi. & l. j. s. hoc autem. ff. ad Trebel. & ibi Rapha. & Paul. eam tenent, & idem Paul. in d. l. qui in potestate. ff. eodem. & in d. l. senium. & ibi hoc sequitur Ludo. Nam eodem tempore esse in potestate & esse sui iuris, non potest fieri, nisi ex fictione, quam sola lex potest inducere, & non homo priuatus, vt not. ipsemet Bartol. in repetitio. dictae l. si is qui pro emptore in j. quaestio. principali, quam repetit in xxvj. suae aetatis, & fuit prima lex, quam scriptor tenens suis tradidit scholaribus registrandam, hanc eandem opinionem Bald. contra Bartolum per dictam rationem reperio tenuisse etiam Alexan. & Paul. in dicto s. hoc autem. ¶ Septimo fallit in filio testante ad pias causas, quoniam tunc testamentum valet saltem iure canonico, vt est casus in capi. licet. de sepultu. lib. vj. vbi dicitur, quod filius familias testari potest de consensu patris pro anima in aduentitijs, quorum proprietates est sua, licet administratio legitima & vsufructus patri pertineant, vt dicit glossa in dicto capitul. licet. super verbo, iudicare. Idem tenet Bartolus in dicta l. qui in potestate. ff. eodem. & plenius in l. prima. C. de sacrosan. eccle. Bald. & Salice. in dicta l. senium. in fi. C. qui testamentum. facere non possunt. & l. j. s. si filius. ff. de leg. iij. Quae quidem opinio ex duobus firmatur. Primo quia ratio, quare filius in potestate existens etiam de consensu patris testari non possit, est, quia testamentum debet ex proprio, & non alieno arbitrio dependere, vt l. illa in institutio. ff. de haeredibus instituens. Sed haec ratio cessat in testamentis ad pias causas, quonia. in illis testamentum potest esse ex alieno arbitrio, vt in capi. cum tibi. & ibi gloss. not. supra eodem. qua ad hoc allegat Bald. in Authent. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Igitur per consequens cessat prohibitiua dispositio. Secundo probatur, quia de hoc est ca-

sus formalis in dicto capitul. licet. a contrario sensu ibi, dum dicit: pro anima vero sua citra ipsius patris assensum nisi peculium castrense, vel quasi habeat, aliquid iudicare non potest. Ergo a contrario sensu, cum patris consensu etiam in his, quae non sunt castrensis, vel quasi peculij, poterit pro anima iudicare; id est, disponere. & haec est veritas, quicquid dixerit Ioannes Andraas in nouel. in c. si pater. eo. titu. lib. vj. vbi concludit contrarium & male: quia prima opinio communis est, secundum Ludouicum in dicta Authen. similiter. C. ad legem Falci. vbi plenē respondet ad rationes Ioann. Andr. idem tenet Ange. in s. j. in situ. quibus non est permittum facere testamen. dicitis hanc esse communem opinionem, quod testamentum filij hoc casu valeat, ita quod sufficit consensus seu licentia generalis a patre obtenta, etiam antequam testetur filius, licet per multa tempora, nec esset necessarius quod pater in actu testandi ad pias causas ibidem existens praebat licentiam filio, aut det sibi licentiam testandi certa forma, sed vt dictum est, satis est quod praecesserit licentia testandi generalis ad pias causas, quae quidem licentia seu consensus per patrem praebere potest per epistolam, vt tenet Angelus in l. si quis mihi bona. s. iussum. ff. de acquir. haeredit. per l. honores. Et ibi etiam hoc tenet Angel. ff. de decurio. cuius consensus virtute postea filius ad sui libitum testari poterit ad pias causas, vel donare causa mortis. Quia licentia testandi includit licentiam donandi, vt dixi & eleganter determinat Bald. in dicta l. j. vlti. nunc incidenter quaeritur. C. de sacrosan. eccle. videatis Bald. in dicta l. senium. & in l. fin. vlti. quid si statutum. C. cod. tit. facit tex. in l. cum hie status. s. si miles. ff. de dona. inter virum & vxorē. & l. Marcellus. ff. de don. cau. mor. & l. discretis. s. j. C. qui testa. facere non possunt. glo. & Bart. in l. tam is. ff. de don. cau. mor. Et talis consensus a patre semel filio praestitus tanquam est efficacia, quod testamento semel ad pias causas per filium facto de voluntate patris, pater no. poterit illud reuocare quo ad haereditis institutionem, nec etiam quo ad legata, siue filij adhuc viuat, siue sit mortuus: quia pater no. potest codicillari nec disponere pro filio pubere. Sed duntaxat pro impubere. l. si fundum per fideicommissum. ff. de legatis primo. s. si na. nota. in lex tribus. C. de inofficioso testamento, & plenē dicitur infra in materia pupillaris substitutionis. Vnde si quispiam diceret patrem posse renouare, ego querebam, haec voluntas patris quid est? Testamentum non codicillus non, vltima voluntas non: Ergo nihil est, & sic nihil valet. Nam quod caret esse, caret virtute & operatione. Cum operatio sit posterior pars mentis, essentia vero est prior: sicut patet ad sensum, & probatur in l. fina. C. si certum petatur. secundum Baldum. Et quod talis voluntas non possit reuocari, praesertim in perniciem piae causa. facit tex. no. institut. de rerum diuisio. s. religiosum. vlti. col. in alienum. Ad hoc facit, quod singulariter decidit Panormitanus in prologo huius voluminis Decretalium super verbo, seruus seruorum Dei. in fine. vbi dicit, quod licet promissio facta alteri per medium alterius non obliget promittentem, quin poenitere possit, & suam voluntatem mutare. l. stipulatio. l. ita. s. alteri. ff. de verborum obligationib. attamen semel facta pia causa est irreuocabilis, vt ibi plenē probat sic intelligens gloss. in capi. quoties cordis oculis. j. q. vij. de quo plenius per Fely. vbi supra. Ad hoc facit quod per illum text. decidit singulariter Barto. in l. priuilegia. in fi. C. de sacrosan. eccle. vbi dicitur, quod elegem

syna

syna fieri pauperibus semel introducta, etiam statuto ciuitatis postea mutari vel diminui non potest, imò debet perpetuo præstari, ita quod nedum voluntas ad pias causas expressè præstita est irrevocabilis, sed etiam si tacitè per consuetudinè fuerit inducta: quia per voluntatè expressam statuto declaratam tolli non potest, nec mutari, de cuius dicti veritate plenè Ludovicus in Authen. similiter in prima parte repeti. C. ad legem Falci. ¶ Sed thèmate retento, quod filius de consensu patris possit testari ad pias causas ad adventitij, quorum ususfructus est patris, ut dictum est. Quod est intelligendū, quod testari quo ad proprietatè. Nunc autem est dubium, an idem filius de consensu patris possit ad pias causas quo ad dictorum bonorum ususfructū patri pertinentè. Et videt prima fronte dicendum, quod non: quia ex quo pater consentiret filium testari in his bonis quo ad ususfructum, qui patris est, videtur sibi illum donare, & consequenter filium habitare de isto, ut suo testari & disponere: sed hoc fieri non potest, quia inter patrem & filium donatio nulla est. vt. l. ij. C. de inoffic. dona. & l. donationes. C. de donati. inter virū & uxorem. Nec obstat si diceretur, quod illud procedit, nisi pater donet filio & filius donet alteri. Quo casu donatio facta filio valet, cum apud ipsum non sit remansura. vt. l. in ædibus. §. quod filius. ff. de donatio. sicut est in casu nostro. Sed hoc non est verū simpliciter, quoniam tunc donatio facta filio alteri donaturo procedit & valet, vbi ita filius donat, quod ad eū res donata amplius non sit reuersura. Secus autem si ad eum res donata esset reuersura, seu reuerti posset, ut eleganter traditur in l. si cū filius. ff. de donatio. Ita enim est in casu nostro, vbi filius donat per viam vltimæ voluntatis, quæ reuocabilis est vsque ad vltimū vitæ, vt l. in si. ff. de adimen. lega. In contrariū tamen puto esse veritatem in quæstione proposita. Et dico testamentum filij etiam quo ad ususfructū patris esse validum: ¶ Ex eo quia licet donatio inter patrem & filium regulariter sit nulla, attamen est valida eo casu, quo pater donat filio ususfructum aduentitiorū. Quoniam tunc in illo validum est testamentum, tanquam filius testetur de suo. Casus est singularis in l. cum oportet. C. de bonis quæ libe. quæ ibi commendat Bald. Subdens vltimus donationem talis ususfructus non requirere confirmationem per mortem paternam, & ita refert tenuisse Azon. licet gl. ibi teneat contrarium & malè, quia pro Bal. & Azon. tex. potest adduci valde non. hoc decidens rectè intuenti in c. j. de alic. seu. paterni. in vfi. feud. Vnde nunc pro expedito habetis, quod filiusfamilias testari potest ad pias causas in proprietate, & ususfructu aduentitiorū de consensu patris, ut dictum est. ¶ Sed nunc succedit dubitatio. Nunquid in talibus aduentitijs, in quibus de iure patri non queritur ususfructus, filius testari possit ad pias causas sine consensu patris? & Bart. dicit, quod non in d. l. qui in potestate. ff. eo. Ludou. tamen in dicta Authent. similiter. tenet contrarium, & Bald. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. propter text. ibi dum dicit, liberum sit arbitrium. Pro opi. Bart. facit, quia text. in d. c. licet. requirit indistinctè patris consensum. Et præmissa intellige vera, quando filius testatur ad pias causas tantum. Quo casu potest modis supradictis. Si verò testaretur ad pias causas, & fauore alicuius priuati, veluti legando ecclesie, & Titio feudum, tale relictum non valet, quatenus concernit Titium, nec pars eius accresceret ecclesie. Nā in talibus relictis non habet locum ius accrescendi

de non pia causa ad piam. vt. l. mulieri & Titio. ff. de conditio. & demonst. quia dispensatio ius accrescendi non recipit, ne multiplicetur inconueniens: iudicant Bald. & Salice. in d. l. senium. in si. quod intellige verum, scilicet non habere locum ius accrescendi. Secus tamen esset in hæreditate. Nam si per filiumfamilias in casu supradictò ecclesia & Titius institueretur hæredes de consensu patris, quo ad Titium institutio non valeret. Sed totum accresceret ecclesie, vt tenet Bald. per bonas rationes in d. l. j. versu. iij. quæ incidenter. C. de sacrosanct. eccle. de quo plenius dicam infra super verbo, testamentum primò in xj. fallen. ¶ Octauò fallit, vbi filiusfamilias haberet priuilegium testandi à principe concessum, quo casu virtute priuilegij testari poterit. Quod intelligatis seruata solennitate iuris, vt. l. si quando. §. j. C. de inofficio. testamento. vbi hoc sentit Bal. in monacho. Ergo idem erit in filio, & cū filius, seruus & monachus æquiparentur, secundum Innocent. in cap. olim. de priuile. Quo casu non erit dare hæreditatè iacentem in illo patrimonio, ut singulariter determinat Angel. per illum text. in l. si seruus communis mei, & castrensis peculij. §. j. ff. de stipula. seruorum. vbi licet filiusfamilias possit facere testamentum, ut in casibus prædictis, & fecerit, & possit habere hæredem: Tamen non dicitur eius hæreditas esse antè quàm hæres adeat. Sed dicuntur vacantia bona, & ratio est, quia si hæres adeat, fingitur fuisse hæres vsque ad tempus mortis. l. si ex re. §. si. ff. de stipulatio. seruorum. Si verò non adeat, finguntur illa bona fuisse patris. l. hæreditatem. §. patris. ff. de castren. peculio. Et sic patet, quod mortuo filiofamilias condito testamento, non est dare hæreditatem iacentem in suo patrimonio, non enim antè quàm adcat, vt d. l. si seruus. nec post eam aditam, quia tunc patrimonium suum est iunctum cum patris: onio hæredis, & cœpit esse vnum corpus. Et sic non est amplius hæreditas. l. sed si plures. §. à filio. ff. de vulgari & pupilla. & l. pater. ff. de priuileg. creditorum. Ex quo sequuntur tria, quæ secundum eum sunt admiratione digna. ¶ Primum est, quod si seruus hæreditarius relictus non acquirit hæredi futuro, ut dicta l. seruus communis. Secundum est, quod tali patrimonio non poterit dari curator velut hæreditati iacenti. Tertium, quod contra tale patrimonium non poterit continuari præscriptio, ut lege, si seruus hæreditarius. ff. de stipulatione seruorum. Imol. ibi dicit, quod imò continuari potest præscriptio. Ex eo, quia illa fundatur ex possessione possidentis bona fide & iusto titulo. Quæ durant, licet quis decedat sine hæredibus, vt l. prima. §. proculdubio. ff. de vsucapionibus transforman. ¶ Nonò fallit in filijs Iudæorum si baptizati fuerint, cum sacrum baptisma eos à patria potestate liberet, ut dicit glossa singularis in capitul. Iudæorum. xxvij. quæstione j. de quo per Fely. plenè in capitul. Iudæi. l. ij. de Iudæis. ¶ Decimò fallit in filiis hæreticorum & schismaticorum, cum non sint in patria potestate, prout de primo est text. in capitul. ij. in fine. de hæretic. libro vj. De secundo ita singulariter determinat Baldus in l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Tales enim filij si fideles existant testari poterunt. Secus si cum parentibus remanent in Iudæismo, hæresi, vel schismate, secundum Bald. ibi. ¶ Vndecimò fallit in filio illius, qui religionem ingressus est, qui testari potest: quia cum pater per ingressum monasterij censeatur mortuus mundo,

filius

filii liberatur à patria potestate. Et ita tenet Bart. post Gul. de Cug. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alic. i. quos sequitur Iason in Authen. ingressi. §. iij. col. C. de sacrosanct. eccle. ¶ Aduertendum tamen est, quod licet filius extra casus prædictos non possit in aduentitijs testari etiam de consensu patris, ut dictum est, tamen bene donare posset causa mortis. Nam licet talis donatio sit vltima voluntas, tamen accedit cōtractui, vt not. glo. in l. ij. ff. de dote prælegata. de quo plenè per glo. in §. j. institui. de donatio. Bart. in d. l. tam is. & dicta l. qui in potestate. & Doctò. in dicta l. senium. ¶ Et donare poterit causa mortis sine patris consensu bona aduentitia, in quibus patri non queritur ususfructus, per text. in Authent. vt liceat matri & auæ. in principio. vbi gloss. hoc tenet, & Raphael de Cug. in d. l. tam is. quem sequitur Iason in d. l. senium. j. col. & in l. nemo vlti. colum. eodem tit. qui testamen. facere non possunt. licet Alexan. ibi teneat contrarium. Ludouicus in Auth. similiter. C. ad legem Falci. tenet opi. Rapha. Similiter dicit Rapha. Fulgo. in dic. l. senium. Quod sine consensu patris potest filius causa mortis donare res alienas dum tamen donet de consensu domini rerū. Sed quando donat res in quibus pater habet ususfructum, consensus patris expressus & antecedens est necessarius, ut dictum est, vel quod pater & filius simul donent. ¶ Quia vbiunque pater & filius in eodem instrumento contrahunt, tacitè videtur pater cōtractui filij consentire sine alio formali consensu. Et idem si ambo agant in iudicio: quia valebit iudicium quo ad filium sine alio patris consensu, ut locum non habeat dispositio. l. si. §. filijs. & §. necessitate. C. de bonis quæ libe. secundum Bart. in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ij. & Bal. in l. si. C. ad Macedonia. Bald. Ange. & Alexan. in l. is qui hæres. §. si. ff. de acquirenda hæredita. & Iason in l. quoties. C. de fideicommiss. & Angel. in §. pupillus institui. de vili stipul. ¶ Et talis donatio causa mortis facta per filium & consensu patris confirmatorem nullatenus requiritur mors patris, vt l. iij. C. de donatione causa mortis. & ibi gloss. ¶ Et pariter ne dum potest consentire filio alteri donanti, ut dicta l. tam is. Sed etiā potest consentire filio sibi met patri donanti. Nec est reprobum tunc patrem suum consensum præstare ad sui commodum & vtilitatem, ut tenet Ang. in l. j. §. quæsitum. ff. ad Trebel. per text. in l. prima. C. de impo. lucra. descri. libr. x. Non subaudiendo ibi, quod filius emancipatus esset, ut est communis opinio secundum Alexan. in dic. §. quæsitum. Quod est notandum pro his, quæ not. in ele. si vna. de rebus c. 51. ele. non alic. & in l. cum ipse. C. de contrahen. empt. contrarium tamen refert fuisse decisum Guido Papæ, quæstio. ccxxij. in princ. vbi plura bona de hac donatione ponit, præsertim an reuocari possit sine patre. An autem valeat cōtractus factus in fauorem, & commodum illorum, quorum præsentia requiritur ex statuto vel consuetudine, videatis plenè Fely. in c. edoceri. vij. col. de rescrip. ¶ Quid si pater approbet testamentum filij, in quo est clausula codicillaris, an saltem respectu dictæ clausulæ valeat iure donationis causa mortis? Bald. & Salice. in dic. l. senium. dicunt, quod non. Idem tenuerunt Bart. in d. l. tam is, quia specialis & specifica concessio requiritur ad hoc, ut filius donare possit causa mortis, ut est text. in l. filiusfamilias. §. pari ratione. C. de donatione. Et specificum est, quod ab omni generalitate est

exemptus, vt. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. facit. l. si. §. defensionem. C. de administra. tut. not. gl. & Bart. in l. Prætor. ait. §. j. ff. de noui operis nunciatio. & idem Bartol. in l. j. ff. de vulg. & pupil. Et licet multi transeant cum hac opinione, vos tamen dicatis hoc modo quod si filius testetur de consensu sui patris adiuciendo dictam clausulam hoc modo: si non valet vt testamentum, valeat iure codicillorum, aut cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis. Et tunc cum facta expressa enumeratione testamenti, & codicillorum illa verba generalia cuiuslibet alterius, non possunt referri ad aliam voluntatem, cum vltra testamentum & codicillos non sit alia vltima voluntas, quàm donatio causa mortis. Tunc dicta verba operantur idem, ac si facta foret specialis mentio de donatione causa mortis. argu. capit. qui ad agendum. de procurat. lib. vj. & not. in d. §. quæsitum. facit in argumen. l. ij. ff. de liberis & posthu. ¶ Præterea, quia largè sumpto vocabulo donatio causa mortis est vltima voluntas. l. fin. C. de donatio. causa mor. Vbi verò filius de consensu patris testando adiciet clausulam codicillarem isto modo, Si non valeat iure testamenti, valeat iure cuiuslibet alterius voluntatis. Et sic non facta mentione de clausula codicillari, tunc talis clausula non intelligeretur de donatione causa mortis. Cùm illa verba intelligantur de vltima voluntate simili ipi si testamento, argu. l. si fugitiui. iuncta glo. in versu. qualibet C. de seruis fugi. & l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo lega. & capi. sedes. de rescript. ¶ Et per consequens talis clausula intelligitur de codicillis, qui maiorem habent similitudinem cum testamento, quàm donatio causa mortis, quæ potius accedit cōtractui, ut dictum est, vnde tunc tale testamentum nullo modo valebit vt testamentum, nec vt codicillus. Cùm filiusfamilias non possit testari, nec codicillari. Nec valebit vt donatio causa mortis: quia de illa non censetur cogitasse pater & filius, videatis Alexan. in l. ij. in fin. ff. de lega. j. vbi plenè. Vnum tamen singulariter determinat Ange. in d. l. senium. C. qui testamenta facere non possunt, vbi dicit, quod si in testamento prædicto interuenisset iuramentum filij testantis, & patris illi testamento consentientis, tunc talis voluntas omninò valeret iure donationis causa mortis propter iuramentum; quia circa id in quo interuenit consensus generalis, iuramentum habet vim specifiçi consensus, vt l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. tenet Bald. & Salice. in l. j. C. commo. quod similiter sequitur Alexan. in d. l. senium. circa finem. Ad hoc facit, quod plenè dictum fuit in vltimâ lectione. in fin. supra, super verbo, *Duas habens filias*. ¶ Sed quid erit si filius donat sine patris consensu, & postea pater consentit, an valeat talis donatio? gloss. in l. qui mortis. ff. de donatione causa mortis, tenet quod non, nisi appareat filium post consensum patris perseuerasse in vltima voluntate: quo casu requirantur testes ad probandum dictam perseuerantiā filij, ut dicta l. prima. §. filius. & ibi Bartolus. ff. de legat. iij. Licet multis videatur contrarium, quia actus ab initio non valuit: ideo non potuit postea ex consensu patris conualidari, ut notat Innocentius in capitul. consuetudinis. supra de consuetudi. Nisi dicamus, quod perseuerantia filij hoc operatur, ut sentit Imol. in dicta l. tam is. ¶ Quid si pater dat filio licentiam cōdendi vltimam voluntatem, an filius donare poterit causa mortis? videatis plenè per Alexand. in l. ij. vltima colum. ff. de lega. j. ¶ Quid si filius

si filius fecit donationem causa mortis de consensu 26
patris, an pater solus possit eam reuocare? Bar in l. ij. 27
§. j. ff. de donatio. videtur tenere, qd pater potest eam 28
reuo- are, quia pater permittendo, qd filius donet, ipse 29
pater & non filius videtur donare. vt l. in adibus. §. 30
quod filius, ff. de dona. Vnde cautela est, qd pater con 31
sentiendo filio donanti promittat donatariorum aut no- 32
tario, vt publicæ personæ eius consensum non reuo-
care, de quo dicitur, vt ibi per Bart. * Quid si filius 33
patre cōsentiente det causa mortis alicui absentis? Di-
catis, qd no. a valet talis donatio: quia in donatiōne
causa mortis requiritur, qd fiat præfenti vel alteri pro 36
recipienti, vt l. j. & in l. in causa mortis. ff. de do-
na. causa mortis. * Si d. an donatio facta absentis va- 37
leat saltem iure codicilli, aut fideicommissi? Bar. in d. 38
l. tam is dicit, quod in filio donante nullo modo va-
let. Cū vt dictum est, non possit codicillari, neque 39
fideicommittere, arg. l. ij. ff. de legat. ij. Sed in homine
fui iuris donante valeret iure fideicommissi, quo ca- 40
su quæcūq; verba sufficiūt, vt l. fideicommissa. in prin. 41
ff. de leg. ij. Nā in his fideicommissis nō refert, cū quo
quis loquatur, vt d. l. cū pater. §. donationis. ff. de 42
leg. ij. quod est menti tenendū: quia sæpe cōtingit, qd
fiant donationes causa mortis, & nō est p̄fens per- 43
sona donarij: & tamē valent vt fideicommissa, ita qd 44
succedentes ab intestato ipsi donatori compelluntur 45
restituere donata ipsi donatorio. [Vt plenē dicitur
super verbo, testamentum. iij.] Nec ad validitatem
talis donationis requiritur, quod hæres hereditatem 47
adeat ipsius donatoris, secundū Bal. in l. j. C. de do-
nat. causa mor. quod est no. & hæc sufficiant.

SVMME SECTIONIS. Et uxorem nomine Adelasiam.

Adelasia fuit Raynati uxor. Atherocha & Adicta
mater.
1 Testari causa præfertur causæ intestati.
2 Præsumitur quis semper intestatus decessisse.
3 Extraneos parentibus præferens grauer peccat.
4 Patres ipso iure efficiuntur domini, & possessores heredita-
tius filij.
5 Succedendi ab intestato sunt quatuor ordines.
6 Intestatus quis dicatur.
7 Intestatus dicitur qui iure testari non potuit.
8 Pupillus dicitur intestatus decedere, quia testari nō potuit.
9 Habitus testandi dupliciter consideratur.
10 Habitus testandi est in pupillo.
11 Pupillaris substitutio dicitur testamentum patris.
12 Statutum mentionem faciens filij sine liberis de sancti cō-
prehendit pupillum.
13 Pupilli habere possunt liberos.
14 Statuta quomodo sint stricte intelligenda.
15 Intestatorum appellatione cōprehendi pupillos & infantes.
16 Intestatorū appellatione nō comprehendit pupillos in odiosis.
17 Statutum ecclesie sancti Aniani Aurelianensis.
18 Verbum anceps restringi debet in odiosis.
19 Statuto de intestatis locus est si filius testamentū fecit, quod
rruptum est, vel hereditatis repudiatione destitutum.
20 Successio matris non est de iure naturalis, sed positiuo ideo
tollit statuto potest.
21 Donario ab agnatis facta, insinuatione non eget.
22 Mater excluditur per animum paternum.
23 Mater non venit appellatione legitimi heredis.
24 Descendentes soli excludunt substitutum in testamentaria
substitutione.

Statuta agnatos matri præferētia sunt legi diuina cōfona.
Statuto Tolosano agnati præferuntur matri.
Legalia veteris testamēti possunt legē, vel statuto renouari
Matri quare præferantur agnati.
Salica legi rationes potissima.
Francorū rex nec Papa nec Imperatori homagiū præstat.
Papa cū primum consecratus est, legatos ad regem Frā-
corum mittere debet.
Statuta matrē propter agnatos excludētia sūt fauorabilia.
Consuetudo, vt quis testari non possit, valet fauore agnatio-
nis. & nume. 35.
Statutum matrē excludens comprehendit omnes ab ea
causam habentes.
Clerici etiam matrē excludunt.
Statutum vel consuetudo, quomodo tollatur, & quomodo
probetur.
Scriptura sola consuetudinum confirmatoria sufficit ad ea
rum probationem.
Consuetudo non scripta testibus debet probari.
Sententia contra ius constitutionis lata est nulla, sic etiam
contra ius consuetudinis.
Mater sicut à bonis filij profectibus per agnatos excludi-
tur, ita & ab aduentibus.
Successiones sunt de iure positiuo.
Statuti vel consuetudo legem imitatur, & aliquādo vincit.
Statutum matrē propter agnatos excludens, etiam à le-
gitima eam excludit.
Exclusus à successione intelligitur etiā exclusus à legitima
talis ascendentibus debita non est de iure naturali.
Ius naturale extensiuam interpretationem non capit, sicut
ius civile.
Aruernia consuetudine ascendentes descendentibus nun-
quam succedunt.
Feudorum consuetudine ascendentes descendentibus non
succedunt.
Publica utilitas præfertur utilitati matris.
Statutum vel consuetudo circa successiones plus potest,
quam homo.
Exhereditis nulla debetur legitima, nec inter legitimos
heredes computantur.
Testari sicut potest pater pro filio, ita & statutum vel con-
suetudo alium pro alio testari facit.
Argumentum de pacto ad statutum nō procedit negatiuē.
Frater defuncti præfertur uxori.
Mater præterita non dicit testamentum filij nullum ob-
stante statuto.
Matre exclusa exclusi sunt aui materni.
Ablatini absoluti dispositionem indicant.
Filia exclusa excluduntur ab ea descendentes.
Matri exclusæ debentur alimenta.
Viduitatem seruans per annum lucratur tertiam partem
dotis Tolosæ.
Mater stantibus agnatis etiam legitimam petere non po-
test in bonis filij.
Filius vnius fratris non admittitur cum alio fratre ad ha-
reditatem tertij fratris.
Agnatorum appellatione veniunt filij fratris, sicut & fra-
tres ipsi.
Statuta confusè loquentia secundū ius commune sunt in-
terpretanda.
Mater nō excluditur à bonis filij ex linea materna p̄fectis
Agnati matrem non excludunt, nisi eorum interfit.
Matri in parte succedenti accrescit ius agnatorum repu-
diantium.
Mater si à filio instituat, non excluditur per agnatos.
Mater in testamento nullo per filium instituta an exclu-
datur per agnatos.

T estam

Testamento existente nullo an ibi disposita astringant in fo
ro conscientie.
Mater exclusa à filij successione, an censetur exclusa à
tutela.
Legitima successio intelligitur ab intestato.
Emphyteosis pro se & legitimis heredibus sumpta, illos so-
los intelligit, qui ab intestato succederent.
Legitima successio quatuor sunt iura.
Mater filio succedit ex senatusconsulto Terulliano.
Agnationis, & cognationis differentia nouissimo iure sub-
lata.
Emancipationis & patrie potestatis sublata est hodie diffi-
rentia.
Descendentes in infinitum vocantur.
Agnationis & cognationis sublata est hodie differentia, duo
tamen sunt capita. & nu. 82.
Linea succedendi duplex, recta & transversa.
Ius civile & canonicum differunt in computatione graduum
inter collateralales.
Fratres iure canonico sunt in primo gradu, & iure civili in
secundo.
Consanguinitatis gradus iure canonico improprie nume-
rantur.
Persona quomodo facit gradum iure civili, canonico secus.
Collaterales vsque ad decimum gradum succedunt, exce-
ptis quatuor casibus.
Militum successio maior fauor semper præstat.
Feudi successio extenditur tantum vsque ad septimū gra-
dum in collateralibus.
Feuda non indicantur secundum iura communia, nisi ubi
dicitur vsus feudorum.
Successio regni extenditur in collateralibus vsque in infi-
nitum.
Intestatis descendentes primo loco succedunt.
Ius accrescendi locum habet etiam in fisco.
Accrescendi ius non secundum personas, sed secundū por-
tiones estimatur.
Cohæres iuri accrescendi renuntiare non potest.
Ignoranti non parcat in ius, quæ pertinet ad rigorem iu-
ris obseruandum.
Emptori portio hæreditaria accedit ius accrescendi.
Ius accrescendi portioni acquirit, non personæ.
Ius accrescendi procedit ex quadam legitima coniunctio-
ne, quæ tripliciter consideratur. & nu. 101.
Hæres nō potest vnā partem adire & aliam repudiare.
Protestatio ius accrescendi non impedit.
Aditio hæreditatis est res fauorabilis.
Testator an prohibere possit ius accrescendi.
Hæres institutio nulla est prohibito iure accrescendi.
Hæres qui partem aditit sibi pure relictam, videtur etiā
adire partem conditionalem, & quomodo intelligatur.
Hæres per procuratorem, quare adiri non potest.
Repudiatio vnius partis per heredem facta non valet.
Hæres siue ex testamento siue ab intestato, nō potest partem
adire, & partem repudiare.
Donatarius partem potest accipere & partem repudiare.
Legatis coniunctio iuris accrescit in successioibus ab inte-
sta. & nu. 113. & 114.
Ius accrescendi in successioibus ex testamento.
Ius accrescendi locum non habet, ubi vnus repudians ha-
bet substitutum.
Legatis coniunctio ex identitate rationis operatur ius ac-
crescendi.
Nepotes ex premortuo filio vocantur omnes in stirpe vni.
Ius accrescendi an locum habeat in legitima. & nu. 120.
Vnius loco habentur, qui ad vnā partem vocantur.
Ius accrescendi locum habet in omni successione.

Tom. 1.

F. Ius ac-

- 173 *Im accrescendi & successorii edictum solum operantur* 223 *Lex fin. C. de episco. & cleri. non seruiatur in Gallia. quando hereditas est pluribus simul vel successiuè delata.* 224 *Monasteria in Gallia nunquam succedunt.*
- 174 *Heres transmittit ad suos hereditatem potest, si decessit* 225 *Consuetudo plus potest quam statutum. sit ante quam esset exclusus tempore vel repudiatione.* 226 *Successiones sunt de iure postumo.*
- 175 *Diuisio animum preparat, & memoriam confirmat.* 227 *Fore consentia non tenentur, qui negant monachis partem in hereditate.*
- 176 *Confanguiinei qualiter ab intestato sibi inuicem succedant.* 228 *Lex ligat in foro conscientia, sed non donec sit recepta. & numero 229.*
- 177 *Sui heredes qui dicantur.* 230 *Lex alicui dirigenda populo scribi debet secundum illius idioma.*
- 178 *Suitate largè sumpta mater suos habet heredes.* 231 *Populi consensum adhibent cauti principes, cum leges condere volum.*
- 179 *Testator verba quacunque improprio potest.* 232 *Lycurgus exulare voluit, ut leges suas perpetuas redderet.*
- 180 *Heredes sunt ipso iure possessores in Gallia.* 233 *Ecclesia orientalis non est heretica, etiam si Canones nouerit de continentia clericorum.*
- 181 *Sui heredes dicuntur, qui per subsequens matrimonium sunt legitimi.* 234 *Galliana ecclesia potuit Canones Basilienfis concilij respuere & modificare.*
- 182 *Legitimi succedunt in feudis.* 235 *Ecclesia Gallicana respuere potuit legem ciuilem, & canones illi similes.*
- 183 *Legitimatio fortior est quam adoptio.* 236 *Vnus immemorabilis tantum pot quantum lex & natura, iniquum.*
- 184 *Impossibile reputatur, quod à principe impetratur.* 237 *Consuetudo titulum inducit.*
- 185 *Legitimi sunt ordinum, & beneficiorum capaces.* 238 *Dispensare videtur papa aliquid tolerando.*
- 186 *Legitimi à principe succedunt, sicut & alij.* 239 *Consuetudinem notoriam princeps presumitur scire.*
- 187 *Legitimus non succedit nisi soli patri.* 240 *Clericorum bona consecrata sisco regis cedunt in Gallia.*
- 188 *Legitimatio an extinguatur, si alij postea legitimi nascantur.* 241 *Clericorum bona mobilia capi non possunt per regis officarios.*
- 189 *Primilegium cessat quando incipit esse damnosum, & iniquum.* 242 *Iudex laicus de bonis clericorum mobilibus se intrinmitte-re non potest.*
- 190 *Legitimatio per subsequens matrimonium differt à legitimatione per principem facta, & nu. 191.* 243 *Immobilia clericorum sisco regis publicantur, excepto crimine heresis, & nu. 244.*
- 192 *Rex non potest suum legitime bastardum in prauidium agnatorum.* 245 *Raymundus Tolosanus comes hereticus.*
- 193 *Bastardum regis Gallie nemo se asserit.* 246 *Clerici à suo episcopo male puniti possunt bona per seculares iudices capi in casibus, & nu. 247.*
- 194 *Eudo Andegauensis ex tutore factus rex.* 248 *Laici contra ecclesiam prescribunt.*
- 195 *Nobilitatis parentum meminisse oportet in filij legitimatione.* 249 *Consuetudo excludens monachos à successione non est contra libertates ecclesie.*
- 196 *Legitimatio per principem fieri debet facta mentione aliorum succedentium.* 250 *Monachis succedentibus multa sequi inconuenientia.*
- 197 *Papa legitime non potest bastardum quo ad successionem, & officia temporalia.* 251 *Primilegium eo ipso cessat quod incipit esse damnosum, & nu. 252, 253.*
- 198 *Legitimare non possunt principes seculares quo ad ordines, & officia ecclesiastica.* 254 *Renuntiatio filie iurata non extenditur ad paterna bona.*
- 199 *Callisthenes philosophus ab Alexandro interfectus.* 255 *Necessitas factum non est contra legem.*
- 200 *Legitimatur quis per ingressum religionis, non tamen quo ad beneficia & successiones.* 256 *Leges utilitati cedunt.*
- 201 *Baptismus legitimat quo ad successiones & beneficia.* 257 *Consuetudo filios alios excludens, facilius potest excludere monachos.*
- 202 *Papa non legitime quo ad temporalia quo intelligatur.* 258 *Consuetudo monachos excludens voto eorum conuenit & iuri diuino.*
- 203 *Ius patronatus per se vendi non potest, sed bene in consuetudinem.* 259 *Monachis denegantur litera regie ad partem hereditatis petendam.*
- 204 *Legitimatio legatis triplex.* 260 *Consuetudo monachos excludens approbatur.*
- 205 *Legitimatio per principem non potest plus à patre relinqui quam vni ex alijs, etiam minimo.* 261 *Consuetudo feudorum monachos repellit.*
- 206 *Legitimus non plus potest pot. quam sit dos vnius filie.* 262 *Monacho excluso prouideri debet de alimentis.*
- 207 *Legitimus dicitur suus heres.* 263 *Statuto possunt monachi à successione excludi.*
- 208 *Sus & emancipati àfferunt tantum in modo succedendi.* 264 *Clerici fructus beneficiorum ab intestato ad suos transmittunt, & de eis disponunt.*
- 209 *Monachi etiam professi succedunt suis parentibus.* 265 *Consuetudo in substituit potest idem quod lex & canon.*
- 210 *Nobilitas an perdat per religionis ingressum.* 266 *Clerici ad testandum priuilegiati.*
- 211 *Monachus non desinit esse ciuis.* 267 *Ecclesie in temporalibus successione utiles decisiones.*
- 212 *Ciuitas non perditur per meliorem statum superuenientem.*
- 213 *Doctores possunt religiosi.*
- 214 *Religiosi sunt extra patris potestatem vbi fauor eorum, alijs secus.*
- 215 *Franciscani etiam parentibus non succedunt.*
- 216 *Mulier adulterinam prolem debet monere ut mendicantium regulam profiteatur, ne succedat.*
- 217 *Testamentum mendicantes instituens ualeat.*
- 218 *Mendicantes etiam dispensati beneficia non obtinent.*
- 219 *Mendicantes beneficia obtinentes mandato regis exclusi.*
- 220 *Monachi cuiuscunque ordinis ex consuet. regni non succedunt.*
- 221 *Prostitutum religionem bona non dedicantur, sed proximo iure accrescunt.*
- 222 *Papa dispensare non potest, ut monachus succedat.*

Sed quia in hac successio-num materia potit descendentes, ascendentes, & collaterales parentes, sequens consideratio est eius coniugis in successione mariti sicut excludentis. l. prima. C. unde vir & vxor. Honor enim bene transacti matrimonij, nec non fides communium liberorum patrem inducunt, vt de matre scilicet eius vxore secus nihil presumat. Sed potius eam in memoria aeterna habeat

beat. dicit tex. in l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. ij. Sunt profecto coniuges socij diuinæ & humane domus. l. aduersus. C. de cri. expi. heredi. Præsertim in Francia, vbi omnia tam conquesta, quam bona mobilia, sunt inter eos communia. dicit Ioan. Fab. in §. i. instit. de acquisi. per arrog. imò quod plus est, trãsit ipsa in potestatem mariti, secundum eum in §. j. in titu. ad Tertul. Sed vtinam ipse potestati non subiiceretur vxoris, quia si mulier primatum habeat, contraria erit viro suo. Ecclesiastici xxv. quod non esset inter mediocres plagas, iuxta illud Esa. iij. Populum meum, inquit dominus, exactores sui expoliauerunt, sed mulieres dominatæ sunt eis, scilicet in pœnam. Mulier profecto si audiat amicabilia, surgit vt hostis secundum Angelum. cum igitur Raynuitus alios forte non haberet, præter filias & matrem, consanguineos, nisi vxorem, subditur in textu:

Et vxorem nomine Adelasiam.

X QVO apparet & dictam Adelasiam fuisse ipsius Raynutij vxorem: [Quid sit vxor, vnde & quare sic vocetur, habetur infra super verbo, *cuidam Petro tradiderunt.*] Alitererocha, & Adiectæ matrem, secundum glos. hic in princip. Et cõsequenter has duas sorores fuisse Raynutij filias naturales & legitimas, quæ est pater testamentum non fecisset, iure tamen legitimo, & ab intestato successissent. l. j. C. de his qui sibi ascri. in testament. Successiones enim intestatorum lege antiqua xij. tabul. primo loco ad suos heredes pertinent, scilicet filios filiasve, & deinceps per rectam lineam descendentes, salua tamen gradus prerogatiua. Et hoc vbi testamentum non fuit factum, aut nulliter passatum, aut in irritum deductum, quoniam stante testamento hæres in eo institutus omnes parentes, qui ab intestato successissent, excludit, & omnibus præfertur, adeo quod etiam ius patronatus non ad propinquos sanguinis, sed ad institutos heredes, licet extraneos deferatur: quia si ad emptorem villæ cum alijs iuribus deferatur: capit. cum seculum. & c. ex literis. de iure patro. Multo fortius deferatur ad hæredem testamento institutum, secundum Inno. in rubr. & cap. j. in si. vbi etiam Panor. & Henric. in cap. ex insinuatione. illo eod. titu. & Guido Papæ quæstio. cccc. vij. Et & quia vnusquisque in dubio præsumitur intestatus decessisse, vbi de testamento non apparet, secundum Bartol. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. [De quo plenius habetur j. super verbo, *testamentum.* primo, in princip.] Quo casu ab intestato vocantur legitimi heredes ad successionem: ideo de ipsa legitima successione (scilicet qualiter parentes ab intestato inter se succedant) oportet hic videre. Cum postea text. diffurrendo satis abundè videbitur de successione ex testamento. iura enim à sapientibus edita parentes in successio-nibus intestatorum extraneis prætulerunt. Sicut prudens quisque testator, si sano vtatur consilio, facere tenetur. l. Lucius. la. ij. ff. de hæredi. instit. Prudens, inquit, consilium animaduertit, vt quis non præferat extraneos parentibus. Imò in casu dubio suos semper prætulisse videtur. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Ex his enim successio-nibus, scilicet ratione parentelæ & sanguinis, debiti potius solutio, quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largiti-bus etiã dominis, Tom. I.

ipsa propinquitatis serie deferuntur. l. j. vbi text. not. C. de imponenda lucra, descrip. lib. x. Nam in tam necessarijs sibi coniunctisque personis, sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. Cuius iuris auctoritatem valere, etiam si ab intestato succedant præfinito sibi generis ordine sociari, vt ibi dicitur. Nam coniunctæ personæ si hæreditatem non habeant, non dicuntur perdere lucra, sed debita. l. fi. C. de codicil. & l. & quia. ff. pro socio. & l. fi. §. ij. verfi. fin autem perpetuò. C. de cura. furio. ff. de bonis dam. l. cum ratio. & l. scripto. C. vnde liberi. & in authent. de trien. & semisse. §. j. Adeo quod dicit Ioannes Fab. in §. intestatorum. institut. de successio. ab intestato. 4 Quod si quis propter rancorem animi iniustum parentes suos ei ab intestato successuros, præsertim liberos priuaret hereditate, grauitè peccaret, vt Aurelius inquit Augustinus, in capit. quicumque. xvij. quæstio. iij. Et exemplo nobis tradidit diuus Augustus de Septitia muliere Romana, quæ duobus liberis in testamento præteritis Publio seni secundo marito hereditatem detulit, cuius testamentum Augustus ipse rescidit, & hæreditatem filiis debitam adiudicauit. de quo Valerius libro vij. titu. de testamentis rescissis. sic dicit: Septitia quoque mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum cum iam parere non posset. [De his vetulis nubetibus plenè habetur super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] Publio seni admodum nupit testamento etiam vtroque præterito. A quibus aditus diuus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbauit. Nam hæreditatem maternam filios habere iussit, dotemque, quia non creatorum liberorum causa coniugij intercesserat, virum retinere vituit. ipsa æquitas hac de re cognoscere potuisset iustissime aut gratius pronuntiare, quasi dicat. q. non, imò mulieri dixisset, Spernis quos genuisti, nubis effecta, testameti ordinem violento animo confundis, neq; erubescis ei totum patrimoniũ adicere, cuius polluto tam corpori marcidam senectutem tuam subtrauisti. Ergo dum sic te egeris, ad inferos vsque celesti fulmine afflata es. Hæc ille. Et sic tales grauitè peccant. Etiam Deum, & ecclesiam vel pauperes, aut regem seu sicut hæredem instituendo, vt ibi, & in §. fin. instit. quibus modis testa. infir. & l. ex imperfecto. C. eo. quia cum hereditas sit parentibus debita, a quibus forte processit, & quorum auxilio defunctus sape forsitan adiutus fuerat, censetur æs alienum, de quo non est fienda eleemosyna, nec Deo & sanctis oblatio. cap. non est putanda eleemosyna. j. quæsti. j. maxime si tales sint parentes, qui indigeant, & pauperes existant: quia eos tunc testator extraneos præferendo faceret contra officium pietatis, & ordinem charitatis, ita quod posset ex eo solo anathematizari. cap. si quis reliquerit. trigesima distinctio. [De quo vide infra super verbo, *testamentum.* primo, in princip. nu. 7. vbi ponit exemplum Valerij de punitione super hoc facta per Romanos.] Sunt enim nonnulli parentes adeo leues, quod ilico etiam proprios exheredat filios, quos deberet æconomicè corrigere. Et si opus foret ad iudicium trahere, vt correcti heredes postea instituatur, quibus omni iure hereditas debetur aequaliter etiam discolis, qui patris beneficium sentientes multoties respiciunt, & ad frugem melioris vitæ reducuntur. Ideo à patre patienter tolerati, sanguini honor redditur, si heredes instituatur, vt de Lucio Gellio, & Quinto Hortensio, & Fuluio Flacco nobis Valerius libr. quinto, tit. de Parentum F ij leuer

ferentate exempla salubria tradidit in hec verba: Lucius Gellius omnibus honoribus ad censuram vsque defunctus, cum crimina grauissima de filio, in noueram committam stuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam procurrit cōtinuò, sed plenè vniverso senatu adhibito in consiliu, expositis suspicionibus, defendendi se adolefcenti potestatem fecit. Inspectaq; diligentissimè causa absoluit eum, tum cōsiliu tum etiã sententia sua, quòd si impetu iræ abstractus scuire festinasset, admisisset magis scelus, quàm vindicasset. Quinti autem Hortensij, qui suis temporibus ornamētum Romanæ eloquentiæ fuit admirabilis in filio patientia fuit. Cùm enim eoufque impietate eius suspectam, & nequitiam inuisam haberet, vt Messala suæ sororis filium hæredem habiturus, ambitus reum defendens, iudicibus diceret si illum damnassent, nil præter osculum nepotum, in quibus acquiesceret superfuturum, hac scilicet sententia, quam etiam editæ orationi inseruit, filium potius in tormento animi, quàm in voluptatibus reponens, tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, sed filium hæredem reliquit, moderatè vsus affectibus suis, quia & viuus moribus eius verum testimoniū, & mortuus sanguini honorem debitum reddidit. Idè fecit clari generis magnæque dignitatis vir Fuluius, sed in filio aliquanto terriore, id est, turpiore. Nā cum auxilium senatus implorasset, vt suspectus in parricidio, & ob id latens per triumuirum conquiretetur, ac ipsu patrum conscriptorum comprehensus esset, non solūm cum non notauit, sed etiam decedens dominum omnium, scilicet bonorum esse voluit, quem generat hæredem instituens, nō què fuerat expertus, scilicet criminosum. Hæc ille. [Vide aliud singulare exemplum infra super verbo, in eodem testamento relinquens. ij. dum decidit, an ingratitude penitentia aboleri possit.] Per quæ exempla edocemur, filios leuiter à successione nō esse excludēdos, sed magna moderatione vtendū fore in eis, & cæteris parentibus, quibus omni iure successio debetur, & si contrarium fieret, censeretur parens non sanæ mentis fuisse filios extraneis postponēdo, vt dicit tex. in l. ij. ff. de inoff. testa. 5 Et inde est, quòd in præfenti regno Francorum & vbiq; parentes quauis infames etiam meretrices, vt dixi super verbo, *Duas habens filius*, in princ. ab intestato succedunt, & tanquam proximiores parentes defuncto succedentes ab intestato. [Dummodo nō fuerint infames, per sententiam capitalem effecti. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi Bart. & Bald. & habetur plenè infra super verbo, *mortuo itaque testatore*.] primo. Eo ipso si hæreditatem non repudient efficiuntur hæredes, & possessorēs ex generali consuetudine regni. Qua mortuus fuit viuum De qua consuetudine plenè habetur infra super verbo, *Mortuo itaque testatore*. ij.] eius proximiorē linægerium, qui sine alia aditione, nec corporali adptione in pūcto mortis parentis dominus efficitur, & possessor, cique omnia competūt remedia possessoria, si alius cui possessio nō cōpetit eam occuparet. Præterea tantus est fauor parentum in successione defuncti parētis, q̄ si in eius testamēto essent dati executores eū extraneis, & discordarent in distribuendo relictā, non possēt eos episcopus cōcordare, opinio parentum præferenda est, secundum Bald. singulariter in l. imperatores. ff. de pactis. per illum textum ad hoc not. pro huius tamen successione ab intestato materiæ præludio vobis necesse habeo aliqua generalia

pro intellectu dicendorum præsupponere: quia dicit Philosophus in proemio Physic. quòd à cōmuniōribus semper est inchoandum. facit text. in §. his igitur generaliter cognitis. instituit. de iustitia & iure. Nam si in foro causas dicentibus nephas (vt ita dixerim) videtur esse, nulla præfatione facta iudici rem exponere, quantò magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omisis initiis atque origine non repetita, atque illorū (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare? Nāque (nisi fallor) ipse præfationes, & libentius nos ad lectionem proposita materiæ perducunt, & cūm ibi venerimus eius euidētiorē præstant intellectu. l. j. ff. de origine iuris. & l. j. ff. si certum petatur. Ergo cūm ad hanc legitimam ab intestato successione perueniatur ex quadroplici capite. Cum t̄ quatuor sint ordines principiorū succedendi ab intestato: Pariter quatuor pro intellectu dicendorum præsupponam, & necessariò. Primo enim t̄ præsuppono, quòd nedum dicitur ille mori intestatus vel ab intestato, qui cūm testari potuisset, testamētum non fecit: quia fortè testari noluit, vel non potuit casu vel factu impedius, aut inutiliter ipso iure defectu fortè solennitatis vel alio testatus est, vel testamētum eius in irritum aliquo modo postea deductū est. l. intestatus. de verborum signi. Sed etiam ille dicitur intestatus, qui de iure testari non potuit, vt quia demens, furiosus, aut pupillus. Ex t̄ quibus resultat alia & perutilis quæstionis decisio, quæ hic & Tholose sæpe cōtingit, vbi est statutū vel consuetudo, quòd stātibz agnatis mater à successione filij sui intestati excluditur. Quæ consuetudo etiam viget per totam Italianam, secundum Ioannem Andr. super verbo, Hæreditas in additio. Spec. titu. de curato. §. fina. Quoniã per prædicta nedum excluderetur filio intestato mortuo, qui testari potuerat, & noluit, aut de facto, vel casu fortuito impeditus fuit. Sed etiam si de iure testari non potuit: quia infans aut pupillus erat, vel demens, aut prodigus declaratus. Et ita tenet Barto. in l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. dicens tales satis dici intestatos, & ab intestato decessisse, vt tunc mater per agnatos dicatur per statutum exclusā, attempto maximè communi vsu loquendi, per qua opinione facit textus in l. in testamento. la. j. ibi, mater quidem intestata filia. C. de testamento militari. & in l. secunda ibi, hæreditatem quidem intestati filij. C. de impuberum & aliis substitui. quem ad hoc ponderat ibi Paulus cōtra pertinaces, qui dicunt pupillum non decedere intestatum, quòd est trusa, secundum eum: quia licet propriè loquendo non dicatur intestatus: attamen pro intestato debet haberi, adeo q̄ iura & statuta de intestatis loquentia, in eo sibi locum vendicant per text. in dicta l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. & dicta l. in testamento. & l. secunda. idem tenet ipse Paulus in l. omnem. C. ad Tertullianum. nec erit necesse hoc casu aliter probare communem vsū loquendi, cūm omnes doctores ipsū referant, quòd sufficit secundum Bartol. in l. de quibus. ff. de legibus. Et hanc opinionem, t̄ quòd etiam pupillus, qui de iure testari nō poterat, dicatur intestatus decessisse, in matris exceptionem propter agnatos. Consultuit Bart. consilio centesimo trigesimo secundo, incipiente. Hæc est copia cuiusdam statuti sancti Scuerini. & consilio cxxxvj. incipiente, statuto vrbis veteris canetur. vbi concludit pupillum satis dici, etiam cessante communi vsu loquendi, de iure intestatum, vt dicitur iuribus. Præterea dicit Baldus, institui.

institui. de hæredibus ab intestato. in principio. quòd statutum loquens de decedente ab intestato, locum sibi vendicat, & comprehendit intestabilem, licet sapere consulerit contrarium. [idem tenet per illum textum in l. codicillis. §. matre. ff. de legatis secundo, & plus fidei tibi adhibeo, in eo quòd dixit legendo, quàm consulendo: quia consulendo semper quis appetit cōplacere parti, prece, aut precio, prout de Panormit. dicit Felin. in capit. cūm ex officij. supra de præscript.] Nec obstat, quòd non potest esse priuatio vbi nō est habitus, cūm omnis priuatio præsupponat habitum. institui. de capita. dicto §. j. versiculo, feruus. Et in pupillo non est habitus testandi. Et sic dici non potest intestatus, nec ab intestato mortuus, quòd priuationem denotat. Quia t̄ secundum Bartol. in dicto consilio cxxxij. habitus considerari potest dupliciter. Vno modo strictè secundum naturam vni⁹ indiuidui, & isto modo in homine pupillo nō est habitus testandi propter defectum discretionis. institutio. quibus non est permillum facere testamentum. §. præterea. Alio modo accipitur habitus largè secundum naturam speciei, sub qua est illud indiuiduum, & dat exemplum in muto, & cæco à natiuitate. Certè in eo licet nunquam fuerit habitus loquendi, aut videndi, tamen dicitur mutus vel surdus, non respectu sui tantum, qui est vnum particulare indiuiduum: sed respectu speciei humanæ, cui competit habitus loquendi & videndi. l. discretis. & l. hac conuulsissima. C. qui testamen. facere nō possunt. Sic t̄ in proposito, non est in pupillo habitus testandi respectu sui, sed respectu speciei humanæ, cui conuenit testari, vt dicit textus in l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis. quod satis est secundum Barto. in dicto consilio sic intelligens text. in dicta l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus, ibi. Sed eos pro intestatis accipimus, &c. quasi dicat, in pupillo cadere hoc verbum intestatus respectu humanæ speciei, cui competit ius testandi, & pro Bart. facit glossa in verbo, Opiniones in Clementina prima. §. ad hoc baptisma. de summa Trinitate & fide catholi. volens quòd in paruulis scilicet infantibus & pupillis, ex quo baptizati sunt inest habitus gratiæ & virtutum, quamuis ille habitus ligatus existat propter pueritiam, sicut in dormiente propter somnium. Quia obstante pueritia puer propter imbecillitatem illis vti nō potest quo ad actum, vt impotentia illa seu ligamen non tollit seu impedit habitum, sed actum, sicut casus contingens adulto, non tollit habitum testandi, sed solum actum, quia etiam adulti dormientes, aut ebiij habitus habent, tamen ligatos ne ad actum proficiant. Vnde à simili in casu nostro in paruulis, ex quo nati sunt, inest habitus testandi, ligatus tamen propter pueritiam, cūm propter non vsū rationis habitus ille deduci non possit ad actum, tamen moriendo ante pubertatē, satis mori dicitur intestati, vt dicit tex. in d. l. in testamento. & l. hæreditatē, quæ est l. secunda. Aliàs quicumque adultus, & maior si dormiens, vel alio detentus impedimēto decederet, & sine testamento, nō diceretur mori ab intestato, quòd foret absurdum: & sic intestabiles sicut hi, qui testari potuissent, si voluissent, vel opportunitatem habuissent, mori dicuntur intestati, vel ab intestato, vt etiam per alias nouas rationes consuluit Angelus consilio xcix. incipiente, Vifo themate prædicto. ij. col. & clarius consil. ciiij. incipiente Statuto communis Burgi cauetur. licet antea consilio vigesimo sexto. perfunctoriè transeundo contrarium consuluisset: quia in duobus præfatis cō-

filii plus materiam ad partes disputando decidit, & examinavit, & consulas respondit, quàm in dicto consilio vigesimo sexto. vt in simili de Bald. dicit Panormitanus in capitulo, bonæ. l. secunda in fi. de postulation. prælato. Præterea vna ratio Angeli in dicto consilio ciiij. multum me mouet: quia omnes fatentur illum decessisse intestatum verè & propriè, qui habere potuit testamētum, & non habuit. Or pupillus & infans habere potuit testamētum, & potest vbi pater ei pupillariter substituisset. Quæ t̄ quidem substitutio pupillaris licet verè dicatur testamētum patris quo ad ordinationem, quia pater ipsam ordinauit, attamen verius dicitur testamētum filij impuberis, cūm de sua hæreditate agatur, dicit text. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficioso testamento. iuncta glossa ibi, super verbo, impuberis. in fine. facit l. patris & filij. ff. de vulgari & pupillari substitutione. Ergo pupillus defunctus satis dicitur intestatus, cui pater cūm posset non ei pupillariter substituuit. Et idem de furioso, aut de mente capto, cui pater exemplariter substituere poterat, & nō fecit. l. humanitatis. C. de impube. & aliis substitutionibus. Non obstat textus in dicta l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. Vbi filius pupillus habetur pro intestato. Et sic non propriè intestatus, vt statutum locum habeat secundum illos, qui hoc tenent. quoniam respondetur, quòd etiam si ille textus ita crudè caperetur, vt ipsi intelligunt, & illum sic literizant. tamen quia multò plures sunt alij textus pupillum vocantes absolute intestatum, quàm pro intestato haberi, vt patet ex supra alleg. & est textus in l. diuus. ibi, intestatorum suorum. & l. credendum. §. hæc autem mater, ibi, ab omni quidem filiorum intestatorum. ff. qui pe. tuto. Verè dicuntur intestati. vbi est textus in capitulo, qui duos. in fine. & l. Lucius. ff. de vulgari & pupilla. & l. omnem. C. ad Tertullianum & l. sciant. C. de legitimis hæredibus. vbi impuberes dicuntur mortui ab intestato. facit textus ad hoc notabilis in l. ij. §. si mater non petierit, ibi, intestatorum filiorum. ff. ad Tertullianum. vbi expressè pupilli mortui vocantur stante matre intestati. Quæ quidem iura eos vocantes intestatos, cūm leges scriptæ semper loquantur. l. arriani. C. de hæreticis. satis causant & inducunt, & si opus esset communi vsu loquendi prout non satis illum ita se habuisse & habere probant, per ea quæ de ipso dicam plenè in verbo, eidem impuberi succederent. vbi à maiori parte sapientum & peritorum vsus loquendi sumitur. Plus dico t̄ quòd etiam si statutum conditionem respiceret liberorum, vt quid diceret, filio sine liberis defuncto agnati matrem excludant: etiam si diceret sine liberis ex se procreatis, quæ verba sonant in adulto, & non in pupillo, qui generare non potest. in quo fundamentum faciebat Bald. in secunda parte, consilio quinquagesimo octauo incipiente, factū tale est. vltima columi: Tamen tale statutum casum pupilli comprehendit illis non obstantibus verbis secundum Bartolum, quem omnes sequuntur in l. pupillari. in fi. ff. de vulgari & pupillari substitutione. quia pupillus liberos habere potest legitimos, malitia interdum ætatem supplente, vt plenè videbitis in verbo *si abique liberis moreretur*. secundo. in materia pupillaris substitutionis. Vnde t̄ cum pupilli mori possunt cum liberis, dictum statutum eos censetur comprehendere, tanquam respiciens quòd conuenire potest, prout iam pridem sæpe contingit, quia Salomon ætatis decem annorum filiam Pharaonis eius vxorem

impregnavit, vt Bald. refert secundum aliquos in capitulo, ex parte, de restitutione spoliat. quod in meo Bald. non reperi. Pariter magnus ille dicit Grego. in dialogo secundum quod refert glos. xx. quæst. j. in summa. quod puer nouem annorū impregnavit nutricem suam. Præterea ratio dicti statuti non est nisi vna, scilicet conseruatio agnationis & nominis domus: quæ ratio facit omnes comprehendere casus: siue intestatos, siue intestabiles, sicut personas in eo non expressas comprehendit ex identitate rationis. secundum Panormitanum in terminis propriis in prima parte consi. lxxv. incipien. quidam decessit. vbi enim nō est nisi vna ratio, identitas rationis omnes comprehendit in statuto ex præsumpta mente statuentis. vt dicit glossa singularis super verbo, eligatur. in cle. priua, de elect. quam ibi sequitur Imo. etiam in totalis iuris communis correctionem. Et quod isto casu fortiori dicatur pupillus intestatus, etiam si statutum liberorum conditionem respiceret, est tex. in dicta l. credendum. §. hæc autem mater, & clarius in versi. si verò. ff. qui pe. tuto. maxime quia statutum est fauorabile, vt infra clarè demonstrabitur, & consequenter ampliandum, vt omnes cōprehendat tam intestatos quam intestabiles. secundum Ange. in dictis consi. vt mens dicti statuti plus attendatur quam verba. ¶ vel possimus aliter & singulariter respondere ad dictam l. primā. ff. de suis & legitimis hære. iuncta regula communi, quod statuta sunt propriè & strictè intelligenda, vt minus quam fieri poterit nō derogent iuri cōmuni. Quia hoc verum est, vbi statuta aliquid nouiter indacunt omnino contra ius commune, ita quod nunquam illud de iure communi fuerat, quia cum talia statuta ab omni iure & ratione communi exorbitantia sint odiosa, saltem non fauorabilia: certè sunt strictè & propriè intelligenda. Sed statutum nostrum quo mater defuncti excluditur per agnatos non est omnino iuri communi nec totaliter contrarium, nec matrem nouiter de seipso excludit, sed successione filij defuncti ad ius commune antiquū scilicet legis xij. tabularum rationabiliter reducit, vt infra dicitur. Igitur est amplè etiam impropiè intelligendum, & interpretandum, vt non solum cōprehendat intestatos propriè & strictè sumptos, verum etiam intestabiles, tanquam reipublicæ cōueniens & fauorabile, cum fomentum & principium habeat ab æquissima lege illa antiqua xij. tabu. & à iure communi olim vigente. ita not. dicit Ange. licet non ita clarè alleg. consi. xcix. ij. col. in fi. ibi, nec obstat, quod propriè ille dicitur intestatus &c. Præsertim quia lex illa antiqua xij. tabu. differenter matrem excludebat per agnatos à successione tam puberum testari valentium, quam pupillorum qui testari non valent: pariter facere hoc debet statutum, iuxta legem prædictam largè interpretandum. vbiunque enim agitur de extensione ad causam non specificatam fienda virtute regulæ iuris antiqui semper statutū etiam pœnale (quod plus est) extendi potest. l. si quis seruo. C. de fur. secundū Imo. in dicta cle. j. viij. col. in fi. versi. fallit primò. de elect. Sic statutum etiā in pupillo locum habet præsertim si loqueretur de filio moriente ab intestato, vel sine testamento: quod verificatur in pupillo testari non valente, de quo latè per Alex. in l. ij. C. de institut. & substitut. sub conditione fact. Et idem tenet Ioānes de Plat. & Ange. latissimè in §. j. insti. de hæred. ab intestato. & consuluit Paulus consilio cclxxxvij. incip. Præsupposito quodam statuto castri. dicēs ita sapius consuluisse: & quod in dubio sequendus est Bartol.

idem Ludouicus consil. xxij. incipiente, visa municipali constitutione &c. (Additio.) ¶ Et secundum hæc opinio. (quod appellatione intestatorum comprehendantur pupilli & infantes) fuit iudicatum in casu proprio per arrestū in parlamento Tholosæ, de quo infra dicam. Crederem ¶ tamen esse verum, & saluari posse opi. contrariam, vbi statutum esset odiosum secundum Ioan. Fab. in §. j. insti. de hæred. ab intest. Vbi ¶ exemplum ponit de statuto seu consuetudine ecclesiæ sancti Aniani Aurelianen. per quam decanus dictæ ecclesiæ capit. & sibi appropriat etiam aduentitia bona clericorum intestatorum, seu ab intestato decedentium. Nā si clericus defunctus erat impubes, vel aliās intestabilis, decanus nō excluderet patrem nec matrem defuncti clerici. Quia hoc casu verbum intestatus vel ab intestato, duo significat: vnum propriè scilicet qui testari potuit, sed noluit: vel impedimento facti non potuit. Et aliud impropiè, scilicet qui de iure testari non potuit, vt pupillus qui propriè non dicitur intestatus: sed quia est intestabilis habetur pro intestato. Et sic impropiè dicitur intestatus, vt dicta l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. Quoties ¶ tale verbum, qui potest se habere propriè & impropiè, proferitur in materia odiosa, vt in casu isto, semper restringam ad significationem propriam. ff. de ventre in possessionem mitten. l. prima. §. quæro. & ff. de liberis & posthumis. l. cum quidam. Or hæc consuetudo ecclesiæ est odiosa: quia contra rationē, & contra ius commune: per quæ debet talium bonorum successio deuolui ad proximos secundum parentelæ gradum. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum, & dicto capitulo, quicunque. xvij. quæstione iij. vbi parentes præferuntur ecclesiæ in bonis aliunde acquisitis, secundum gloss. in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. Ergo est restringenda, vt intelligatur de illis, qui propriè dicuntur intestati. Sed in casu nostro statutum matrem excludens propter agnatos, est fauorabile nedum agnationi, sed reipublicæ boni que conuenit moribus & legi diuinæ: ideo non sine causa ampliatur, vt etiam intestabiles comprehendat: & ista est communis opinio habens textus plures, & doctorum maiorem cateruam. Vnde non sine causa fuit arresto parlamenti secuta & approbata vt infra dicitur. Et ¶ restat vltierius ex dictis Bartol. l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. dicto statuto locum esse: siue filius decesserit, nullo per eum condito testamento, siue factō testamento, quod postea ruptum fuit agnatione posthumi, aut destitutum repudiatione hæreditatis. l. intestatus. ff. de verborum significationibus. quia quo ad exclusionem matris perinde censetur testator eius filius ab intestato mortuus, ac si nullum fecisset testamentū. Nam hæc verba, intestatus vel ab intestato, non solum denotant & respiciunt tempus mortis, sed perfectionem temporis, quo quis intestatus est, scilicet agnationis posthumi, aut repudiatæ hæreditatis. vnde verba cum qualitate conueniunt, tempore quo testamentum destituitur, aut nullum declaratur, aut aliter rumpitur. Quibus casibus agnati licet collateralis ac etiam in gradu remotiores matrem excludunt defuncti seruata inter eos sola gradus prærogatiua, vt prior in gradu, sit in successione potior, vt infra plenius videbitis. Successio ¶ enim matrum est de iure ciuili, quia ex senatusconsulto Tertulliano produit, originem & causam habuit, nō per intentionem naturæ. insti. de iure naturali. §. constat. versi. senatusconsultum. Vnde in primitiua natura quæ iura naturalia

naturalia produxit, talis successio ab ordine naturalis intentionis aberrans minimè erat, vt patet. ff. C. & Institutio. ad Tertullianum. Sicut ergo à iure ciuili hæc successio nata est, sic iure ciuili per consuetudines & statuta locorum tolli potest. Institutio. de iure naturali. §. ex non scripto. Saltem in certis casibus, & sic nō semper, putā stante persona agnata, quam statutum præfert, capitulo primo, de naturali successione feudorum. Tale profectō statutum licet aliquantulum sit contra pietatem. l. nā & si parentibus. ff. de inofficioso testamento. Non tamen est contra publicā vtilitatem, cuius interest familias & nomen domus conseruari. l. j. §. publicæ. ff. de ventre inspiciendo. quæ à solis agnatis conseruantur, vt ibi. Si enim prohibetur diuidi agnatio vel affinitas rusticorum. l. professio. C. de agricolis & censitis. libro vndecimo. Quanto plus liberorum præfertim nobilium hominum seruari debet secundum glossam in capitulo, multorum, de Iudæis. Fauetur enim cuiilibet de agnatione, ne patrimonium in extraneos deuoluatur. 22. Adeo, ¶ quod dicit singulariter Ioan. And. in addit. Specu. titulo de instrumen. cdi. §. porro. in fin. addit. ver. fuit etiam alia quæstio de facto &c. Donationem alicui de agnatione vel agnatis factam, in insinuatione non indigere, si summam excedat ccccc. aureorum in l. taxatam. Et rationem ponit: quia non est propriè donatio: scilicet simplex. de qua loquuntur iura insinuationem requirentia. Sed est donatio causata, & propter honestam causam facta, videlicet ne patrimonium in extraneos transfiret. sicut dicitur in l. hoc iure. §. finali. ff. de donationibus. quod donatio alicui facta cum causa scilicet nominis ipsius donatoris ferendi, vt conseruetur nomen domus, non eget insinuatione, vt vidistis super verbo, Raynuus de Cleua. loquendo de conditione ferendi nominis: Ergo ¶ nō contra, imò secundum legis voluntatē mater non succedit. Opus enim est in successione lege deficiente, non lege prohibente. l. obuenerit hæreditatem. ff. de verborum significationibus. & l. secunda & tertia. ff. de petitiō. hæreditatis. & in casu nostro statutum plus facit: quia nedum non defert matri successione, sed prohibet & aufert, eamque agnatis largitur. & sic est mater exclusa secundum Baldum cuius in propriis terminis sunt hæc verba, in quarta parte, consilio nonagesimo sexto, incipiente, præmissis verbis statuti. vbi efficaciter reprehendit quendam, qui dictum statutum interpretabatur, tunc agnatos vocari, si mater non existeret: erroneè credens statutum non personam matris, sed vltiores agnatos excludere: quod dicit esse erroneum: quia imò per delationem successione ad agnatos mater exclusa censetur: maxime per fratres filij defuncti vtrinque coniunctos, vel solum ex parte patris: qui duas vxores habuit, & ex vtraque filium. Nam filio vltimæ vxoris intestato mortuo, non mater sua, sed frater ex prima vxore ei succedit virtute statuti: ita quod priuignus excludit nouercam tanquam proximior agnatus, secundum Bal. in dicto consilio. Pariter ¶ excluditur mater per auum paternum: ita quod locus non erit Authenti. defuncto. C. ad Tertullianum. imò penitus cessat & dormit senatusconsultum Tertullianū, vt clarè consuluit Ludouicus in dicto consilio trigessimosecundo. & Panorm. alleg. consil. lxxv. vbi singulariter & copiosè decidit per auum paternū matrem excludi, non verbis, sed rationabiliter in statuto comprehensum. Idem consuluit Paulus consilio

ccclxvj. incipiente, Casus præfens valde dubitabilis est. Subiungens ibi, quod fortius excludetur mater per eius maritum patrem filij præmortui: & hoc virtute dicti statuti, quod est fauorabile velut ad familiaritæ & domus conseruationem tendens, ne nomen & arma pereant, quæ in agnatis & non cognatis consistunt. insti. de legi. agnata. tute. in principi. ¶ Imò si tali statuto diceretur quod mortuo filio sine legitimo hærede, vel sine hærede, agnati præferantur: semper mater censetur exclusa, si aliqui agnati existant: quia licet appellatione legitimorum hæredum mater veniat, tamen hoc casu legitimus hæres non comprehendit, nisi ex corpore ipsius filij descendentes. l. ex facto. §. finali. iuncta glossa ibi. ff. ad Trebellianum. Aliās statutum seu cōsuetudo nihil operaretur, cum vt videbitis in sequenti præludio hodie cognati sicut agnati dicuntur legitimi hæredes. Et post omnes fideus dicitur esse hæres, vt dicitur in quinto & vltimo articulo. Vnde vix aut nunquam moritur quis sine hærede, ideo restringere necesse est hoc verbum hæres, vt in hoc casu alios non comprehendat, quam ex filio descendentes, quorum loco si non stent, surrogantur agnati. Sicut ¶ enim in substitutione testamentaria soli descendentes excludunt substitutum, vt dicto §. fina. vbi omnes, & plenè decidit Guido papa. quæst. cccclxvij. [De quo plenè habetur super verbo, Si abq. liberis moreretur. primo. per l. cum acutissimi. C. de fidei cōmissis.] Sic etiam erit in hac substitutione statuaritæ & consuetudinaria, vt mater non excludat agnatos filio intestato substitutos. Tale enim statutum omnia reducit ad illam veterè duodecim tabularū legē, qua non stantibus suis per rectam lineam descendentes solis agnatis vniuersa deferebatur successio matre defuncti exclusa, & tota linea feminina, quæ lex æqua est, iusta, & rationabilis. Præsertim ¶ quia ¶ iuri diuino conformis erat, vt patet Numer. vigesimo sexto capitulo, ibi, Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam transibit hæreditas: si filiam nō habuerit, successores habebit fratres suos &c. Vnde de textus ibi nihil de matre dicit. Nec ¶ etiam statutum Tholosanū, cuius verba sunt hæc, Vfus siue consuetudo est Tholosæ, quod si aliquis homo vel femina non habens patrē decedat ab intestato, quod omnia bona, res, & iura mobilia, & immobilia illius personæ defunctæ remanent & deuoluuntur propinquiori seu proximioribus illius personæ defunctæ in gradu parentelæ ex parte patris: & si fortè illa persona defuncta habet patrem tempore mortis suæ: pater illius personæ defunctæ succedet in bonis illius & ei remanent & deuoluuntur de consuetudine Tholosæ &c. Nec mentionem facit de matre, quam propter agnatos exclusisse videtur contra textum in dicta Authenti. defuncto. quia sufficit legislatorem quosdam tantum includere, vt alios exclusisse videatur & censetur. arg. l. quod in rerum. §. fina. ff. de lega. j. Præterea inuitando patrem, & de ipso mentionem expressam faciendo, videtur etiam exclusisse matrem, per regulam, qui de vno dicit, alium exclusisse videtur. l. cum prætor. ff. de iudiciis. & plenè in cap. nō bene dicimus. supra de præsumptio. Censetur enim istud esse testamentum legis, in quo præteritus à lege, censetur ex hæredatus à successione. argumento l. si viro. ff. soluto matrimonio. Militant profectō leges sicut milites, ideo testamento militis comparatur, vt earum sicut militum præteritio habeatur pro ex hæredatione, quoniam si milites militant per leges, & autoritate legis eorum præteritio habeatur

pro exheredatione. l. sicut certi iuris. C. de testamen-
tari. Multo magis præterito legis de matre haberi
debet pro exheredatione secundum Baldum in iij.
parte allega. consi. xcvi. vnde cum lex illa diuina Nu-
meri vigesimo septimo. quam tamen Baldus non alle-
gat, matrem defuncti præterierit: cum de illa mentio-
nem fecit. Satis etiam instantibus agnatis à successione
filij ex iusta causa scilicet publicæ vilitatis exhere-
dasse censetur. Et sic satis est, quod statutum vel con-
suetudo successione filij agnatis deferat, matrem ex
presse non excludendo. Cum inclusio vnius scilicet
agnati sit alterius exclusio, scilicet matris ex virtute
includente determinato modo. l. cum ita. §. in fidei-
com. ff. de lega. secundo. secundum Barto. in l. secun-
da. §. fina. in fine. vbi hoc clarè decidit. ff. ad Tertu-
lianum. Et sic quoties statutum exclusa matre vocat
agnatos, vel simpliciter eos vocat, aliter non exclu-
dendo matrem, semper censetur ipsa exclusa. Et ita
etiam decidit Bald. in dicto. consi. xcvi. licet Angel.
allegato consilio xcix. iij. colum. versicul. Sed videam-
us, an præferatur & c. contrarium sentire videtur,
aliàs esset sibi ipsi contrarius: quod si statutum præferret
agnatos cognatis, non censetur mater defuncti ex-
clusa, cum non sit simpliciter cognata, sed princi-
pium cognationis, ne computetur in numero cognato-
rum. in l. de legit. agna. tute. §. j. sicut vxor non
dicitur affinis, sed causa affinitatis: quod non puto
verum: quia si per solam vocationem agnatorum
censetur exclusa, multò fortius vbi agnati expressè
præferuntur cognatis. secundum Baldum in dicto
consilio. Quæ omnia sunt notanda ad intellectum
dictarum legum civilis & diuinæ, cui in casu nostro
standum est, quia licet seruare legem Mosaicam sit
hodie prohibitum, ne iudaizare videamur, cum per
aduentum Christi omnia ceremonialia præter incen-
sum, quem ecclesia tenuit. Et t. pariter legalia veteris
testamenti fuerint sublata, vt plenè Panormita-
nus in capitulo finali de consuetud. Possunt tamen
principes seculi leges veteris testamenti rationabi-
les suis terris & populo conuenientes renouare, &
posset etiam quilibet populus id idem statuere, vt
& seruari in suo castro aut municipio, quoties expe-
dit sicut in casu nostro statuti & Tholosani, quo di-
cta lex diuina renouatur, quibus vt legibus sic reno-
uatis, easque seruare sine peccato poterimus & pos-
sumus: non tanquam leges veteris testamenti, sed tan-
quam leges principis, vel statuta, aut consuetudines
populi secundum Lyram Exodi xxj. in principio.
Talia enim sunt statuta & populi consuetudines in
casu nostro, qui matri defuncti præferunt agnatos,
non tamen sine ratione. Valde t. durum profectò esset
videre bona agnati ab intestato prædefuncti agnatis
postpositis matri suæ deberi, & per senatusconsultum
Tertul. applicari: cum quibus scilicet bonis fortè in
crastinum (vt mulierum mos est) nuberet alicui garci-
fero vili & inferiori, in dedec. & dedecoratione prio-
ris matrimonij, ac totius agnationis & generis. Quæ
rationem summè ponderat Pet. de Ancha, in propria
rum filiarum exclusionem, quod fortius arbitror con-
sil. cccxij. incipi. pro majori intelligentia. iij. colum.
in princip. Et vt sæpe contingit cum tota illa præda
bonorum domum expoliabit, vt de laboribus, indu-
stria, & sudorib. prioris mariti defuncti vel agnatio-
nis suæ, vnde fortassis bona processerant, alium dita-
bit virum: quod valde durum reputat Ioan. Fab. su-
per rubr. in l. i. de nupt. in fi. Contra verò similem
mariti defuncti intentionem, cuius anima (vt ita lo-

quar) contristatur per transitum vxoris ad secunda vo-
ta, vt habetur in authenti. de nupt. colla. iij. Et durius
adhuc, quia fortè cū bonis illis nuberet inimico capita-
li prioris mariti & domus suæ: in quem inimicus &
liberos inde procedentes bona illa transibunt agna-
tione & domo sui prioris mariti in puncto de paupere-
rata & illusa, à qua fortè bona processerint, aut defun-
ctus prior maritus vel fortè ipsemet filius illa acqui-
rendo per suos parentes adiutus fuerat & succursus,
quod durum foret & lugendum, vt dicit text. in l. cū
oportet. ibi. Et non lugebunt quæ suis laboribus
sibi possessa sunt ad alios transferenda extraneos & c.
C. de bonis quæ liber. maximè viis extraneos ac tali
successione indignos: mulieres enim, sæpe soluta prio-
ris matrimonij lege, illiusque dignitate neglecta, vt
plurimum necdum bona filiorum, sed interdum & vi-
tam nouis maritis addunt, dicit text. in l. lex quæ tu-
tores. C. de admini. tuto. Et vt inam vitæ filiorum ante
pro reperiendo cum bonis illis nouos maritos non
insidiarentur, quæ naturaliter etiam contra propria
cōmoda laborant. l. fi. C. de sponsa. ex quibus tota in-
famit, & non sine causa domus & agnatio in tā flebili
translatione bonorum in extraneos, præferunt indi-
gnos: quia domum in qua defecit pater minor defun-
ctus aut alius, proximi de genere successurus creuit:
in qua maiorum imagines aut nō videre fixas, aut re-
uullas cernere satis est lugubre, vt d. l. lex quæ tu-
tores. Et t. hæ fuerunt potiores rationes antiquæ le-
gis regie salicæ. de qua dixi in verbo, *Duas habens
filias*, prohibentis filias succedere in regno Franciæ.
Quia cum mulier sine sensu & consilio (cum prona
sit rei quæ prohibetur ei) capiat sæpe maritum, con-
tingere posset filiam regis, si ipsa regina foret, nubere
alicui vili saltem impari personæ bassæ, & in simi fla-
tus, aut malè conditionatæ: in alterationem illustri-
simi sanguinis regij, quæ toti regno & nobilioribus
principibus dominaretur, in cuius persona vilesceret
dignitas ac contemneretur & sperneretur maiestas:
& consequenter ei non præstaretur nec seruaretur
fidelitas. Ex quo procederet murmuraciones, odia,
iurgia, quæstiones, & guerræ inextricabiles, in totalè
regni perditionem. Cùm scriptum sit, Regnum in
seipso diuisum desolabitur. Vel fortè nuberet alicui
inimico regni manifesto, vel occulto, qui regni de-
structionem cupiens se vindicaret in principibus,
prælati, nobilibus, & officariis, ac notabilibus per-
sonis, quas persequeretur & destrueret. Et fortè
regnum ipsum subiceret imperatori, vel alteri prin-
cipi ecclesiastico aut seculari: quod nunquam visum
fuit. imò etiam papæ nouiter promoti non consue-
uit rex Franciæ homagium præstare: nisi duntaxat
filialem obedientiam tanquam vicario Christi, &
beati Petri successori. ad quod facit tex. notab. in ca-
pitulo, ego Ludouicus. in fin. lxxij. distinct. t. vbi
papa quam primùm consecratus est legatos ad regem
Francorum mittere debet, qui inter eos amicitia, cha-
ritatem & pacem consociet & c. Præterea si filia re-
gis in regno succederet, imperatori nuberet, qui for-
tè priuilegia regni, quibus rex & regnum ei nō subii-
citur, surriperet, ad regnū & eius libertatem eternaliter
perdendum, & imperio subiciendum, à quo est
notoriè exemptum. capitu. per venerabilem. qui filij
sunt legitimi. Quæ quidem rationes allegatæ fuerunt
pro Philippo Valesiano filio Caroli de Valesio fra-
tris Philippi pulchri regis post vicario Ludouici
Hutini, Philippi longi & Caroli pulchri filiorum di-
cti Philippi pulchri sine masculis defunctorum con-
tra Edoar-

tra Edoardum tertium Anglorum regem ex perso-
na filiarum regnum Franciæ petentem: qui repulsus fuit
ad regni proceribus seu paribus, & regnum adiudica-
tum præfato Philippo Valesiano ex agnatione & li-
nea masculina descendenti per dictas rationes & le-
gem salicam: cui Edoardus ille tertius stare, & iudi-
cium ex ea subire cōsenserat, vt vidistis in dicto ver-
bo, duas habens filias. Quibus t. rationibus quæ li-
terales & in corpore iuris clausæ existunt, euidenter
demonstratur talia statuta agnatis matri & mascu-
los filibus præsentia esse plusquam favorabilia: licet
prima facie odiosum esse videretur & triste, matrem
à luctuosa filij successione excludere. l. fin. C. de insti-
tutionibus & substituti. quæ non obstat quia ad con-
siderandum naturam constitutionis, an favorabilis
dicatur vel odiosa, attenditur id, quod constitutio
principaliter agit & intendit, & cui principaliter pro-
uidet. Or tale statutum potius providet agnationi,
volens eam favorabilius tractare, vt nomen domus
maneat, quod publicè interest. Quæ ratione statutū
potius mouetur, quam odio matris, quæ excluditur,
vt à simili decidit glossa in verbo, alios. quam ibi se-
quitur Dominicus in capitulo, sciant cuncti. de cle-
ctationibus. libro sexto. & tenet Bartolus in l. qui excep-
tionem. in principio. ff. de conditione indebiti. per
illum textum. & Panormitanus in cap. primo. tertia
col. de locato. facit quod per illum textum dicit Bald.
in l. prima. in fi. C. de secundis nuptiis. vbi dicit, quod
etiā si mater succedere prohiberetur expressè in ca-
su nostro, adhuc statutū esset favorabile, quia ad iu-
dicandum rationem probationis an sit fauor vel o-
dium, considerari debet, an prohibitio concernat de-
lictum prohibiti, vel malos mores, vt in casu dictæ l.
primæ, & tunc præsumitur facta propter odium, aut
cōcernit honores & prærogatiua alterius, puta agna-
tionis: & tunc finalis ratio est fauor præsumptus ipsius
agnationis, vt in casu nostro, videatis eundem Bald.
singulariter loquentem in l. venia. vers. & hoc argui-
tur ad aliam quæstionem & c. C. de in ius vocan. vnde
talia statuta sunt favorabiliora eo scilicet respectu,
quo fauent agnatis: qui respectus velut principalis
solum consideratur, quia secum habet bonum reipub-
licæ & interesse, vt d. l. prima. ff. de vent. in spicien-
tibus necnon tollitur per talia statuta votum mortis filio-
rum captandæ per matrem ad habendum eorum suc-
cessionem, cum qua ad libitum postea renubatur, vt di-
cta l. lex quæ tutores: & nō consideratur exclusio ma-
tris, quæ in dicti fauoris consequentiam venit exclu-
denda: & in qua versatur vtilitas priuata ipsius ma-
tris. Et si aliquo modo publica foret, non tamen ita fa-
uorabilis. Cùm longè distet agnatos damna pati, vel
matrem lucrum non capere. l. finali. C. de iure delibe-
randi. vt in propriis terminis arguit Bald. in prima
parte consi. cccxlij. incipiente, Quæritur an pupillis
& c. Præterea videmus, quod licet facultas testandi
summè sit favorabilis. l. prima. C. de sacrosanct. eccle-
siis. & reipublicæ inter sit testamēta sortiri effectum,
& exequi. l. vel negare. ff. quemadmod. testa. aperian.
Cùm testamenti factio publici iuris sit. l. testamenti.
ff. eodem. Attamen t. favorabilis est agnatis defer-
ri hereditatem, adeo quod dicit Ioannes Fab. in §. sed
agnationis. in fine instituta. de legit. agna. tutela. quod
hodie istud ius agnationis ex tali aut simili consuetu-
dine delatum non tollitur capitis diminutione. Et
inde est, quod valet consuetudo in pluribus locis vi-
ges, quod quis de patrimonio suo testari non possit
nisi de cōquæstis suis, vt omnia agnationi remaneant

secundum Ioannem Fabr. super verbo, alemanicus
in proœmio institutionum: quia illud quod est filij
per acquisitionem, magis est suum, quam illud quod
ei obuenit ex parentum successione, secundum eum
ibi. Plus t. dico, quod imò statutum valeret, quod
de quibuscumque non posset, prout seruatur in Nor-
mania, vt infra dicemus in quinto & vltimo articulo
prope finem. Nec sunt omnino talia statuta contrā
ius, quinimò sunt antiquæ prudentiæ consona. Cùm
omnia vt dixi reducant ad illam veterem duodecim
tabularum legem masculos feminis, & agnatos cog-
natis præferentem in ratione naturali fundatam, vt
patet ex prædictis. Ex quibus decidit singulariter
Bal. in l. si is qui. in fine. C. si pendente appellat. mors
interue. quod licet statutum quod femina non suc-
cedat ab intestato, locum non habeat in hereditate
& successione anathematizati in illa maledictione
defuncti, vbi statutum esset stricti iuris, tamen habe-
bit locum in casu nostro in quo statutū est super na-
turali ratione fundatum: quia tunc non est stricti iu-
ris, imò tanquā favorabile extendendum in exclusio-
nem matris à successione filij anathematizati. [De
quo quod testari non possit, habetur plenè super ver-
bo, *mortuo itaque testatore*. j. dū decidit an spiritualiter
mortui, vt sunt excommunicati, testari possint.] de-
functi, qui testari non potuit. allegat in terminis pro-
priis l. j. secundo responso. ff. de suis & legitimis hæ-
redibus. in qua fundantur talia statuta, quæ omnia re-
ducunt ad illam veteris legis naturalem æquitatem.
Et t. pariter omnia reducunt ad veterem huius re-
gni legem Salicam, de qua superius dixi. Vnde cum
favorabilia sunt, vbiunque excludunt à successione
matrem, & facilius ceteros à matre vltiores ascen-
dentes causam ab ipsa prætententes secundum Bald.
in prima parte, consilio cccxvj. incipiente, An statu-
tum quod excludit ascendentes & c. vt infra dicam.
Et nedum stante dicto statuto agnati laici matrem
excludunt. Sed t. etiam clerici qui in favorabilibus,
qualia sunt hæc statuta, comprehenduntur sicut lai-
ci. cap. si in adiutorium. decimā distin. Præterea ead-
em est ratio, scilicet ipsa agnatio: facti l. promittendo.
ff. de iure dotium. & capitulo dilecti filij. de fo-
ro competen. vbi priuilegium populo indultum pro-
dest clericis, vt in casu nostro consuluit Baldus in iij.
parte, consilio xxx. incip. Præsupposito statuto & c.
nisi tales clerici essent monachi. per ea quæ infra di-
cam, in primo principali art. & tetigi in verbo, duas
habens filias. Loquendo de statuto filias excludente
propter masculos. Talia enim statuta velut favorabi-
lora sunt ampliada: ideo pupillos & ceteros intesta-
biles comprehendunt, vt vidistis. Ac t. vigent & ser-
uantur, & in publica scripta & registra pluribus in
locis prout hic & Tholosæ redacta sunt. Quo casu
sunt magni effectus: tum quia semper secundum illa
est iudicandum, siue aliàs fuerit iudicatum, siue honi:
quia sicut lex desuetudine sola, id est, non vsu tolli
non potest, si fortè casus de ceterum annis non contin-
git, vel si contingit, non fuit de eo dubitatum, sed to-
leratum contra legem. Sic etiam talium statuta non
vsu sublata non dicuntur, nisi casu contingente, & fa-
cta inter partes concertatione fuisset decisum in con-
trarium: sed simplex non vsus, quia forte partes no-
lunt vel non curant gaudere fructu aut commodo
legis, statuti, vel consuetudinis, nunquam tollit legem
vel statutum, vt plenè per Ang. in §. igitur. in proœ-
mio institution. vbi necessaria plenè disputat, & sic
cōcludit. Quod maximè est verum: vbi per maiores

talia statuta iurantur in princip. regiminis. l. cum notissimi. imò & illud. verficul. sed & si quis. C. de præscript. xxx. vel xl. annorum. Et præterea ubi talis foret consuetudo in scriptis redacta, tunc sufficienter sola scriptura probaretur per solam libri apertionem, sicut probatur, qualibet lex in corpore iuris communis clausa. Ad cuius probationem sola sufficit libri apertura, vt videmus in feudalibus consuetudinibus, quas habemus in libro feudorum scripto redactas, secundum Barto. in l. de quibus. in iij. principali quaesito. ff. de legi. & Ioan. Fab. in l. j. vj. col. ver. circa quintum. C. quæ sit longa cõsuetudo. & Barto. in j. quaest. quem ibi sequitur Alexand. j. col. in l. moribus. ff. de vulgar. & pupilla. substituit. Cui t̄ decisioni conuenit ordinatio regia Caroli septimi facta ann. domini M. ccccliiij. vbi in c. fina. idem decidit. Scilicet, quod sola illa scriptura etiam cõsuetudinum confirmatoria, sufficit ad plenam consuetudinum confirmatarum probationem: quod verũ intelligo, vbi in confirmatione sunt statuta aut consuetudines descriptæ & incorporate, quo casu talis scriptura pro vero habetur originali secundum glo. quam omnes sequuntur in ea. v. n. 40
nerabilis. de confirma. vtili vel inutili. Nam t̄ si descriptæ non essent in cõfirmatione, necesse foret eas probare vel per testes, cum facti existant, pro quo nõ præsumitur, nisi quatenus probatur. c. j. de constit. lib. vj. vel per aperturã libri, vbi in archiuo reipublicæ fuerunt registrata, & in scriptis redacta, tamẽ ad extrahendum consuetudinem allegatam de illo registro communi, necesse laridõ esset pars vocanda, cuius interest: quia in quolibet actu præiudiciali est vocanda. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. in cuius præsentia summarie per commissarium inquirendum est cum his, qui ad hoc habent officium custodiẽ chartarum communis, si archa illa sit archiuus publicus: & pariter quo ad illum librum habetur communiter recursus, tanquam ad librum consuetudinum: & inde fit consuetudinis extractus plenẽ probans: & ita quotidie practicatur per ea quæ plenẽ habentur in capi. ad audientiam. de præscript. si autem liber ille consuetudinum legeretur in scholis, prout legitur liber feudorũ, vel coram populo certis temporibus statutis, prout leguntur ordinationes regie in curiis parlamentorum die crastina beati Martini: & nonnullæ in vigilia assumptionis beate Mariæ: cum tunc notoriæ essent, non opus foret eos ad probationem solenniter extrahere parte vocata, nec cum prædicta inquisitiõ: imò sufficeret, cum sint notoriæ, & in notorium deductæ, sola earum allegatio, à qua allegatione non excusatur pars, quamuis probatione non oneretur secundũ glossam in clementin. appellanti. de appellationibus. facit glossa in dicto cap. j. de constituto. lib. vj. volens quod sicut princeps nouum quid statuendo censetur velle iura præcedentia contraria tollere, vt ibi, sic etiam consuetudines notorias nouo statuto cõtrarias. 45
facit etiam quod decidunt doctores in cap. ij. de re iudicata. & in l. cum prolatis. ff. illo eodem titu. & in l. j. C. quando prouoc. non est neces. t̄ quod sicut est sententia nulla contra ius consuetudinis notoriæ: facit quod dicit Bal. in l. fin. C. vt quæ defunt aduoca. quod sicut iudex supplere potest ea quæ sunt iuris communis: sic etiam allegare potest supplendo pro parte ea quæ sunt consuetudinis notoriæ. (Additio.) Has ordinationes dicti Caroli Francorum regis in registro ordinationum regiarum cameræ inquestarum parlamentum Tholosæ reperietis folio cxlvj. verso. Hæc t̄ pro-

fectõ. de quibus loquimur, statuta vel consuetudines, non solum matrẽ excludunt à bonis profectiis filij intestati à patre, & agnatione profectis, sed etiam ab aliis quibuscunque bonis per filium aliunde quaesitis etiam aduentitiis & paganis, quæ omnia deferuntur agnatis, quorum fortẽ expensis aut domus fauore vel diligentia defunctus ipse filius ad bona illa acquirendum factus extiterat indultus: quæ industria proficere debet agnationi à qua processit, cum vnaqueque res ad suam facilius reuertatur naturam: maxime quia statutum vel consuetudo patriæ hoc potest: viso t̄ quod omnes mundi successiones sunt de iure positio secundum Baldum in l. lege xij. tabularum. C. de legi. hæredib. & si qua dicantur esse de iure naturali, debet exponi secundum eum, id est, sunt de iure ciuili persuadente naturali in coadunationem consuetudo. ff. de verb. sign. l. pronuntiatio. §. familia. Et ideo quia omne ius ciuile est mutabile, valent statuta quæ disponunt de filiorum & filiarum successione. Et fortius aliorum parentum. Nam sufficit, quod statutum habeat aliquod motiuum. [Vide circa hoc singularia quæ habentur infra super verbo. *In eodem testamento relinquens.* j. in xvij. limitatione] licet non omnino conueniat æquitatem, sed statutum voluntatem & autoritatem: quia vbi de nullius præiudicio tractatur, sicut quando statuitur super hæreditatibus deferendis, vel non deferendis, omne statutum valet, siue rationem habeat in se, vel nõ, quod fieri nõ posset super hæreditatibus per mortẽ patrum iam delatis. Et hoc propter præiudicium quod irrogaretur in iure iam quaesito, quod fieri non potest. c. quãuis. de refer. & ca. fin. de concess. præbend. lib. vj. Sed in quaerendis ius ciuile & positium olim omnia potuit & potest. 44
Suprà t̄ quod ius, statutum, vel consuetudo, etiam omnia potest quæ legem imitatur: cãque interdum vincit. in situ. de iure naturali. §. ex non scripto. Præterea si pater filio pupillariter substituendo eo ipso matrem à quibuscunque bonis excludit. Ita quod nõ habet velut præterita aut exheredata de quo cõqueratur. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. Similiter hoc potest statutum, vel consuetudo, aut quælibet alia lex communis, à quibus pater talem sumpsit substitutiõdi facultatem & autoritatẽ: quia si olim lex ratione suitatis filios suos in successione paterna præferre poterat emancipatis, quos licet aliquãdo sui fuissent, & in potestate patris, excludere poterat. in situ. de hæred. ab intesta. §. emancipati. Quãto facilius matrem excludere potuit, in qua deficit ipsa agnatio, imò ipsa de agnatione nõquã fuit, nec ab ea agnatio: sed nuda cognatio procedit seu incipit. Et si lex xij. tabul. antiqua post suos descendentes cæteris omnibus agnatos præferbat: quia cõmodius videbatur ita iure constitui, vt hæreditates ad masculos conferuerent. dicit tex. in §. cæterum. in situ. de legi. agna. success. Sic t̄ etiam eos præferre rationabiliter potest statutum vel patriæ consuetudo, & feminas omnino excludere etiã à iure petendi legitimã: vt scilicet mater à legitima bonorum filij intestati defuncti per tale statutum vel consuetudinem, quamuis de legitima expressẽ non loquatur, satis censetur exclusã exẽplo legis xij. tabul. qua nihil matri deferebatur stantibus agnatis, licet vltimo gradu constitutis. vt d. §. cæterũ. donec factum fuit senatus cõn. Tertullianum, vt infra dicitur, quod similiter est de iure positio, & consequenter tollibile per contrarium statutum aut cõsuetudinẽ. & ita in propriis terminis consuluit Ludouic. alle. consil. xxxij. in decisioe vltimi dubij. & Panor. in dicto

in dicto cõsilio septuagesimo quinto, septima colum. vbi clarẽ loquitur: & efficaciter probat tale statutum matrem excludere, etiam à legitima: quamuis de legitima mentionẽ non faciat: quod etiam sentit in Authentica nouissima. prope finem. & postea clarẽ decidit & tenet Iason in l. si quando. §. finali. in fine. C. de inofficioso testamẽto. plura ibi allegans, sed non supradicta, dicens idem cõsuluisse Rapha. Cumanum, quem videatis cõsilio centesimo octogesimo octauo, incipiente, spectabilis miles. vbi hoc clarẽ concludit. Pariter allegat Alexan. d. cõsilio quingentesimo quinquagesimo tertio. quod nunc habetur in quarta parte, cõsilio sexagesimo octauo, incipiente, circa præmissam consultationem præsuppono & c. secunda colum. verficulo, & constat quod statutum potest. vbi concludit matrem excludi etiam à legitima. Subiungens nunquam voluisse contrarium consilium, licet à multis fuisset rogatus: quia illa est communis opinio, pro qua refert ibi Paulus sæpe consuluisse: & etiam legendo tenuisse. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & tenet etiam Fabianus de Giocchiis, de monte sancti Sabini, in repetit. dictæ Authenticæ nouissima. in decima quinta quaestione, in fine. dicens: t̄ quod dispositio aliqua excludens quem à successione censetur etiam eum excludere à legitima, nisi expressẽ eam sibi referret, quamuis excludatur proprius filius, per textum notabilem in Authentica: hoc amplius ibi, præter naturale debitum. C. de fideicommissis. Ergo facilius excluditur mater à petendo legitimam vel supplementum illius quod intelligit verum, videlicet quod legitimam aut supplementum petere non poterit. [Vide quæ plenius 50
habentur in fine huius præiudij.] ab intestato. quo casu locum habet statutum. Sed si in testamento filij reperiret mater instituta in aliquo, tunc petere posset ex testamento legitimam supplementum. Cum causa intestati non extendatur ad causam testati secundum eum: & ita saluari posset contraria opinio, quod non excludatur à legitima, qua ex causa intestati petere non posset: licet enim in generali successione renuntiatione non comprehendatur communiter legitima iure naturali debita, qualis est illa quæ filiis debetur & cæteris descendentes in bonis ascendentium, vt dicta l. si quando. §. finali. imò tali non obstante exclusione peti potest legitima, vbi non fuit quis ab ea expressẽ exclusus: quia succedit loco alimentorum, quæ filiis iure natura debentur: nec tolli possunt. l. cum hi. & l. de alimentis. ff. & C. de transactio. Et inde talis legitima descendentes debita vocatur subsidium, & dicitur ius agnationis non quod sit agnatio, sed ius ab agnatione procedens: quod est immutabile, nec diminui potest saltem quo ad concurrentem alimentorum præstationem & valorem. Tamen t̄ legitima matri vel alteri ascendenti de bonis filij debita non est de iure naturali, nec ei debetur prouidentia legis natura: quia quod filius præmoriatur, & mater filio superuiuat, est turbare ordinem naturæ. vt dicta l. nam & si parentibus. ff. de inofficioso testamẽto. & l. scripto. ff. vnde libe. & nihil inordinatum facit natura: & sic à quo remouetur ordo, etiam remouetur prudẽtia ordinantis. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. ff. de verborum obligationibus. Sed est talis legitima matri vel alteri ascendenti debita de iure ciuili positio, & sic variabilis & mutabilis statuto vel consuetudine secundum Bald. in dicta l. de emancipatis. C. de legi. hære-

& clarius per eundem in l. j. ius naturale. in fi. ff. de iust. & iure. quia cum legitima sit ius agnationis, matri non debetur, secundum eum ibi: naturale enim ius hoc non ordinauit, scilicet quod matri, vel ascendenti legitima debeat in bonis & hæreditate descendens. vnde de casu omisso à natura, suppleri nõ potest, vt sit de iure naturali. Cum t̄ ius naturale interpretationem non recipiat extensiuam: sed ius artificiale, id est, ciuile & positium sic: quoties in casu omisso est maior aut saltem penitus eadem ratio statuendi, quæ est in casu expresso, secundum Baldum vbi supra. Et hoc dicere intendit Ioannes Fab. in §. item vetustas. in l. de hæredibus ab intestato. dicens successione qua descendentes suis succedunt ascendentibus, esse naturalem, & debitam, vt dicta l. scripto. & cõsequenter est favorabilis. Aliæ verò successiones, scilicet quando ordine turbato ascendentes suis succedunt descendentes, aut ipsi collaterales collateralibus, est à iure & ordine naturæ exorbitans, vt dicta l. nam & si parentibus. ideo venit restringenda, vt in ea minus veniat. Non ergo sine ratione facilius per generalẽ statutum aut consuetudinis exclusionem matris, censetur ipsa exclusã etiam à legitima. Et t̄ in his fundatur consuetudo Aluerniæ, quam refert Manueus in titulo de successioneibus & vltimis voluntatibus. §. item de consuetudine. pater & mater non succedunt liberis ab intestato: imò deficientibus hæredibus in recta linea & transuersali bona fiscus occupat, quod est notabile potissimẽ in patre. Nam etiam iure ciuili antiquo frater aut soror ex vno latere tantum præferbatur patri & matri. l. fin. C. communia de success. & l. quicumque. C. de bonis quæ liberis. Pariter t̄ videmus quod ex natura & consuetudine feudorum ascendentes non succedunt in feudo. ca. p. titulo primo, de naturali successione feudi. Et alia ratio nõ est, nisi quia successio ascendentium non est de iure naturali, sed ciuili & merè positio, quod statuto vel consuetudine facilius tollitur, etiam in legitima matris, quam in bonis filij habuisset, si statutum aut consuetudo non fuisset, quam e contra filius à legitima suorum ascendentium, secundum eos in dicto §. ius naturale. & dictis consiliis, & idem consuluit Ange. cõsilio cv. incipiente, statuto cauetur. vbi clarẽ de casu nostro loquitur. Ad præmissa facit, quia quoties statuto quis etiam descendens à successione ascendentis (quod fortius est) excluditur, nulla legitima ei debetur secundum Bartolum in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditionibus & demonstrationibus. quem ibi sequitur Paulus, & consil. lxxvij. incip. pro pleniori responsioe. in principi. & ratio est, quia legitima est tertia pars eius quod ab intestato debetur. l. cum quaeritur. in nota Authentice nouissima. & l. parentibus. C. de inofficioso testa. Cum ergo stante dicto statuto nihil ab intestato matri debeatur, nulla esse potest legitima: quia plus & fortius videmus quod quoties filia cui magis fauetur quam matri, est per statutum stantibus masculis à successione exclusã, vel successioni renuntiauit cum iuramento, petere non potest etiam legitimam, licet per statutum aut renuntiationem non fuerit expressẽ à iure petendi legitimam exclusã, secundum Bartolum, Paulum, & Alexandrum, in d. §. Titio genero: & consuluit idem Paulus cõsilio cvij. incipiente, super eo de quo quæritur. & plenẽ vidistis in verbo, duas habens filias. in ij. & iij. principalibus. fallẽ. Nam statutum vel cõsuetudo quem à successione priuans, censetur etiam si filius sit, in totum, & sic à legitima priuare, quam non soluit

solūm potest diminuerē, imō in totum tollere ex causa legitima. Et causa legitima & sufficiens ratione subnixā est fauore masculorum & agnationis, in qua sola nomen conferatur, & dignitas domus & familiae. secundū Panormitanum in dicto consilio in fin. Ergo fortius potest, & in dubio videtur statutum eam tollere matri, ne per eam extinguatur vel attenuetur nomen domus contra publicam utilitatem: 51 ¶ quā praeferri debet priuata utilitati ipsius matris. Videmus insuper consuetudines & statuta successione primogenito deferentia, valere & obseruari vltimēque, vt plenē habetur in cap. licet. de voto & voti redemptione. & in cap. grandi. de supplen. negli. pra. lib. vj. & per Baldum in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. Et talia statuta esse tota nedum in foro contentioso, sed etiam in foro conscientiae, secundū Alexand. in l. quoties. xv. colum. & Iaso. ibi. xij. col. C. de rei vend. prout clarē cuidam militi cōsuluit diuus ille Bernardus, quem refert & sequitur Panor. in dicto cap. licet. Quae quidem statuta & consuetudines in locis vbi vigent, ceteros liberos non solūm à paterna successione, sed etiam à iure petendi legitimam excludunt, quāuis de legitima expressē nihil dicant: cum eo tunc tota paterna haereditas sit legitima primogeniti. [De quo plenē habetur infra super verbo, in eodem testamento relinquens. j. in xvij. limitatione.] Igitur pari ratione & faciliori statutum successione agnatis deferens matre exclusa legitimam comprehendit, vt etiam ab illa sit mater exclusa, cui non ita fauorabiliter debetur in bonis filij sicut debetur filio in bonis patris vel alterius ascendentis, vt patet ex praemis. Præterea videmus matrem à successione filij esse omnino & penitus exclusam, etiam à iure petendi legitimam, vbi pater filio impuberi fecit substitutionem pupillarem, licet ei penitus extraneum substituerit, cum simpliciter substituendo, quāuis de legitima vel matre excludenda nullam expressē fecerit mentionem. l. ex tribus, vbi omnes ita concludunt. C. de inofficio. testam. & rationem ponit textus in dicta l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. quia substitutio pupillaris non censetur hoc casu testamentum filij, vt de illo post illius mortem mater conquiri possit, quasi eam praefererit vel exhaeredauerit. Ergo à simili, imō fortiori statutu. §. ex expressē propter agnatos à filij intestati successione excludens, satis dicitur eam à legitima excludere, à qua etiam excluderetur, si de matre excludenda expressē non diceretur. Cum vocando agnatos, matrem & ceteros cognatos exclusisse videatur, vt supra vidistis secundū Bartolum & Baldum, quasi faciat statutum quandam pupillarem substitutionem, quae sui natura matrem excludit, licet de ipsa tacerit. ¶ Quia filius moriendo ab intestato censetur omnia in agnatos alienasse, secundū Bal. per illum text. in l. codicillis. §. matre. ff. de lega. ij. ¶ Et si filius pubes decesserit, videatur fecisse quandam substitutionem directam, quae vocatur legalis seu statutaria vel consuetudinaria substitutio, quasi filio etiam puberi & minori xxv. annis ab intestato sine liberis defuncto, directē substituerit agnatos, quod lex facere potest & statutum vel consuetudo contra naturam pupillaris substitutionis, quae nisi impuberibus fieri non potest; tamen lex vel statutum hoc potest etiam puberibus directē substituendo. Sicut in casu nostro substituisse videtur agnatos, quia quemadmodum hoc fieri potest per militarem substitutionem. l. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. Sic etiam fieri hoc potest statuto vel consuetudine per hanc statutariam & consuetudinariam substitutionem: quae fortior atque potentior censetur, quam substitutio hominis, considerato maxime quod successiones de iure positio existunt, vt dixi. & statutum in eis hoc & maiora facere potest, secundū Bartolum in dicta l. Centurio. iij. colum. & Alexander ibi. xix. colum. & clarē idem Alexander & Iason in dicta l. moribus. in principio, illo eodem titulo. [De quo plenē dicitur super verbo. Si absq. liberis moueretur. ij. in materia pupillaris substit. & in secundo requisito eiusdem.] Et sic statutum vel consuetudo plus potest circa successiones & modum succedendi, quam homo, quod patet, quia statuto vel consuetudine tolli possunt omnes legum solemnitates circa testamenta. l. si non speciali. vbi omnes. C. eodem titulo. [De quo plenius habetur super verbo, testamentum. j. in x. casu fallentiae.] Quae solemnitates tolli possunt per hominem scilicet testatorem. l. nemo potest. ff. de lega. j. Præterea stante dicto statuto mater censetur à filij successione per legem seu statutum exhaeredata ex iusta & legitima causa, scilicet publica utilitatis, quae in agnatione consistit, vt vidistis. Or. Terentium est, exhaeredatis nullam legitimam deberi, nec exhaeredatos inter legitimos haeredes computari: imō pro mortuis haberi, secundum Baldum & alios in dicta Authent. nouissima. C. de inofficio. testam. nec habet mater in casu huius statuti vel consuetudinis, de quo conqueratur contra filium, qui eam legitima non priuauit, quia non ipse sed statutum aut consuetudo hoc fecit: quod pro filio impubere aut pubere testamentum fecit ei agnatos substituendo, vt dicto §. sed nec impuberis. nam si per substitutionem pupillarem ab homine factam moribus introductam. l. prima, in principio. ff. de vulgari & pupillari. hoc fieri potuit, vt ibi dicit textus, fortius hoc in casu nostro fieri potest per ipsammet statutum vel consuetudinem. Et si per substitutionem militarem etiam in adulto hoc fieri potuit fauore militari, autoritate & dispositione legis ciuilibus, vt dicta l. Centurio. pari modo hoc fieri potest statuto vel consuetudine in casu nostro, qui legem ciuilem imitantur. l. omnes verò populi. ff. de iustitia & iure. & institutio. de iure naturali. §. non scripto. Præterea ¶ sicut pater potest pro filio testari, sic potest statutum vel consuetudo, & multo melius, vt dixi, imō posset quilibet extraneus ex consuetudine pro alio testari, vt plenē dicam infra eodem, in verbo, condidit. primò. pariter conquiri non potest mater de statuto vel consuetudine, quae cum generalis existat, neminem grauat. vnde ab illa recedi vel conquerendo appellari non potest, velut à lege generali. lege si qua poena. ff. de verborum significationibus. & plenē Bartolus in dicta l. omnes verò populi. & Petrus de Ancharano. in capitulo primo de constitutione. & licet nonnullis flex dura videatur, [Vide circa hoc pulchra quae in simili dixit super verbo, in eodem testamento relinquens. primo. in decima octaua limita. loquendo an plures regnum administrare possint.] tamen seruanda est, postquam sic placuit populo, & scripta est, per textum in l. prospexit. §. primo. ff. qui & à quibus manumissi libertatem non accipiunt. voluntas enim sic viuendi habetur pro ratione. l. non omnium. cum l. sequenti. ff. de legibus. ideo valet statutum etiam in exclusionem legitimae. Nec obstat. dicta l.

Et a. l. si quando. §. finali. illo eodem titulo, quia vbi filio vel alteri cui legitima debetur, ius esset in ea quaesitum per mortem patris, tunc exclusus à successione non censetur exclusus à legitima; nisi expressē renuntiauerit legitimae: sed in casu statuti vel consuetudinis agnatos vocantis tempore mortis filij, & minus ante mortem, non erat ius quaesitum matri in successione filij cum statutum praecederet mortem filij, per quam & non ante legitima deberetur matri, ideo facilius in tali dispositione comprehenditur legitima tanquam prohibita; secundum Iasonem & doctores ibi in dicto §. finali. quia iura quaerenda facilius tolluntur seu quæri impediuntur, quam iura iam quaesita. Neque sequitur quod si pacto generali non possit legitima renuntari, vt dicto §. finali. quod statutum generaliter matronam excludens, & minus agnatos simpliciter vocans, tolli non possit. Quia illud ¶ argumentum de pacto ad statutum non procedit negatiue, sed bene procedit affirmatiue secundum Bartolum in l. alia. §. eleganter. ff. de iure matrimonij. per text. in l. fin. in fin. C. de fideiusoribus. videatis eundem Bartolum in dicta l. omnes verò populi. ff. de iustitia & iure. vnde testatorem etiam à iure legitimam in bonis filij intestato mortui statim agnatis fore exclusam per rationes praedictas, & praesertim ne pereat nomen domus & familiae, quae fortē tantis temporum iustis scilicet durauit. Et ne successio in exteris migret nationes: quod lucuosius foret, quàm si sola mater lugeret, quae in hoc certat in lucro captando, & vetus agnatio de damno certat vitando, cui plus viuendum est. vt dicta l. finali. C. de iure deliberandi. Considerato maxime, quod in legitima sicut in residuo hereditatis militantes rationes supradictae; scilicet fauor agnationis & conseruationis domus ac dignitatis nominis eiusdem, quae temporis successu ex tantarum detractione legitimarum in eadem domo successiue debitarum & debendarum periret, & paulatim extingueretur contra matrem statuti & consuetudinis, quae perpetuo domum & familiam conseruare intendit, quae successu temporis periret. Nam vt Salustius in Ingurthino sapienter dixit. Passim multis sibi imperium petentibus breui dilabitur. Ob quod non minus prudenter consulit Petrus de Ancharo. consilio ccc. lxxij. incipiente, ex serie testamenti. quod in ¶ dubio frater defuncti praefertur uxori eiusdem propter naturalem aequitatem quae fauet vt praefertur: quia iura dignitatem agnationis praetulerunt omni succedenti, cum in ea consistant nomen & arma domus. Quae ratione videtur ab omnibus antecessoribus praedicta, & sic praefenda, adeo vt inter dum etiam substituto praefertur, quia licet substitutus videatur à testatore praedilectus propter euidenter quam ei testator ostendit affectionem, ipsum nominatim substituendo, tamen quia illa affectio non est rationalis, nec aequa, non extenditur ad casum dubium in perpetuam nominis & domus testatoris perdicionem: vt plenē habetur in dicto consilio. Per quae omnia fundatur consuetudo Normaniz. ¶ [De qua habetur infra in quinto articulo, prope finem. dum loquitur de his qui facere tenentur excubias in castro domini.] & plurium aliorum locorum & prouinciarum, vbi quis testari instituendo vel substituendo non potest, ne praediceretur agnationi. Ex quibus necessario resultat, quod licet statutum matrem in casu nostro expressē à legitima non excludat, aut de matre expressē non loquatur, sed agnatos sim-

pliciter vocet ad successione, propter quod posset probabiliter dubitari, an ab illa intendat eam excludisse, vel non, semper est in dubio praesumendum & interpretandum eam voluisse etiam à legitima excludere fauore agnationis, quae tolli potest in totum cum matri non debeatur iure naturae, imō nec alimenta secundum Bald. in d. §. ius naturale. & Ludou. in dicto consilio nunc in sui honorem valde roborato. & Panor. singulariter allegato consil. lxxv. Ex ¶ quibus sequitur, quod si filius statim agnatis, quibus vel corū altero haerede instituto testaretur, nulla de matre facta mentione, tale testamentum non esset matris praeteritione nullum. Cum statim agnatis habeatur pro extranea, prout de filiabus statuto exclusis propter masculos, quod fortius est: vidistis super verbo, duas habens filias, in ij. & iij. fallentis, imō cōsuluit Bar. consil. ccj. incipiente viso testamento Mimini. quod etiam si filius nullum de patris, sed penitus haeridem extraneū instituisset, nulla de matre facta mentione, adhuc mater remaneret à successione filij exclusas quia licet agnati non succedat obstat eis testamentum, tamen matrem testatoris excludunt per statutum virtute cuius si mater praeterita testamentum filij querelaret, vel alio modo impugnaret, cum ad causam intestati deducendū, tunc etiam agnati eam excluderet ex tenore statuti, sicut videmus: quia licet vxor marito non succedat, tamen impedit filium naturalem, scilicet bastardum succedere. C. de natur. liber. Authent. licet. Super quo vltimo, scilicet quod nullo agnatorū instituto mater sit exclusa, dubito: quia tunc est in filio testante quod ei imputari possit, scilicet matris praeteritio, quam instituendo saltē in legitima honorare debuerat, mandatum sequendo diuinum, honora patrem & matrem &c. Qui honor in institutione consistit, vt plenē dicam super verbo, in eodem testamento relinquens, primo. vnde credo, quod grauius peccaret, vt supra dixi in principi. Non quod in foro contentioso ei succurrī posset, cum rupto testamento etiam per agnatos ab intestato exclusa maneret, saltem quo ad bona paterna: quia in bonis per eum acquisitis suaderet tunc magna aequitas matrem non excludi, vt in illis sua impietas quia matri sicut patri aequalis est. ff. de curato. furios. l. furiosus puniatur. quia, vt supra dixi, illud quod erat filij per acquisitionem magis suum dicebatur, quàm quod per successione ei obuenerat secundum Io. Fab. post Iaco: in proemio insti. super verbo, alemanicus. quāuis illa quae ex genere venerūt, difficilius perdatur. l. fexmina. ff. de senato. vt ibi dicit, nisi Bart. dicere vellet sua concordando consilia supra. relata; quod aliud sit in filia exclusa per masculos, & aliud in matre per agnatos excludenda, quae facilius excluditur quàm filia, vt supra vidistis. [De quo vide plenē super verbo, in eodem testamento relinquens. j. in ix. limita.] Plus ¶ dico, quod sicut tali statuto agnati excludit matrem, prout verba statuti sonant, sic etiam excludere videtur auum & auiam maternos, & ceteros deinceps alios agnatos etiam à matre causam habentes, siue tempore mortis eius, de cuius successione agitur, sicut mater, siue praedecesserit: quia verba statuti habent non solū vim exclusiuam matris & ceterorū cognatorū, sed etiam virtutē habent inclusiuā & inuitatiuā ac inductiuā agnatorū ad successione. Cum ¶ illi ablatiuū absoluti stantibus agnatis dispositionē inducant, quōries ab eo praefertur, qui circa illud disponere potuit, sicut potest statutum l. fideicommissa. §. cum esset. §. de leg. iij. & l. in ratione. §. tamen. ff. ad legē falc. vt per has & plures alias rationes

Et a. l. si quando. §. finali. illo eodem titulo, quia vbi filio vel alteri cui legitima debetur, ius esset in ea quaesitum per mortem patris, tunc exclusus à successione non censetur exclusus à legitima; nisi expressē renuntiauerit legitimae: sed in casu statuti vel consuetudinis agnatos vocantis tempore mortis filij, & minus ante mortem, non erat ius quaesitum matri in successione filij cum statutum praecederet mortem filij, per quam & non ante legitima deberetur matri, ideo facilius in tali dispositione comprehenditur legitima tanquam prohibita; secundum Iasonem & doctores ibi in dicto §. finali. quia iura quaerenda facilius tolluntur seu quæri impediuntur, quam iura iam quaesita. Neque sequitur quod si pacto generali non possit legitima renuntari, vt dicto §. finali. quod statutum generaliter matronam excludens, & minus agnatos simpliciter vocans, tolli non possit. Quia illud ¶ argumentum de pacto ad statutum non procedit negatiue, sed bene procedit affirmatiue secundum Bartolum in l. alia. §. eleganter. ff. de iure matrimonij. per text. in l. fin. in fin. C. de fideiusoribus. videatis eundem Bartolum in dicta l. omnes verò populi. ff. de iustitia & iure. vnde testatorem etiam à iure legitimam in bonis filij intestato mortui statim agnatis fore exclusam per rationes praedictas, & praesertim ne pereat nomen domus & familiae, quae fortē tantis temporum iustis scilicet durauit. Et ne successio in exteris migret nationes: quod lucuosius foret, quàm si sola mater lugeret, quae in hoc certat in lucro captando, & vetus agnatio de damno certat vitando, cui plus viuendum est. vt dicta l. finali. C. de iure deliberandi. Considerato maxime, quod in legitima sicut in residuo hereditatis militantes rationes supradictae; scilicet fauor agnationis & conseruationis domus ac dignitatis nominis eiusdem, quae temporis successu ex tantarum detractione legitimarum in eadem domo successiue debitarum & debendarum periret, & paulatim extingueretur contra matrem statuti & consuetudinis, quae perpetuo domum & familiam conseruare intendit, quae successu temporis periret. Nam vt Salustius in Ingurthino sapienter dixit. Passim multis sibi imperium petentibus breui dilabitur. Ob quod non minus prudenter consulit Petrus de Ancharo. consilio ccc. lxxij. incipiente, ex serie testamenti. quod in ¶ dubio frater defuncti praefertur uxori eiusdem propter naturalem aequitatem quae fauet vt praefertur: quia iura dignitatem agnationis praetulerunt omni succedenti, cum in ea consistant nomen & arma domus. Quae ratione videtur ab omnibus antecessoribus praedicta, & sic praefenda, adeo vt inter dum etiam substituto praefertur, quia licet substitutus videatur à testatore praedilectus propter euidenter quam ei testator ostendit affectionem, ipsum nominatim substituendo, tamen quia illa affectio non est rationalis, nec aequa, non extenditur ad casum dubium in perpetuam nominis & domus testatoris perdicionem: vt plenē habetur in dicto consilio. Per quae omnia fundatur consuetudo Normaniz. ¶ [De qua habetur infra in quinto articulo, prope finem. dum loquitur de his qui facere tenentur excubias in castro domini.] & plurium aliorum locorum & prouinciarum, vbi quis testari instituendo vel substituendo non potest, ne praediceretur agnationi. Ex quibus necessario resultat, quod licet statutum matrem in casu nostro expressē à legitima non excludat, aut de matre expressē non loquatur, sed agnatos sim-

iones decedit Bart. post Richardum Malumbre. in l. ij. ff. ad Tertul. ubi plus dicit, quod agnati hoc casu succedunt, nedom exclusa matre, de qua statutum expressè loquitur, sed etiam avo & avia maternis & ceteris aliis cognatis, de quibus non loquitur, ut dixi. Qui tamè non excluduntur, eo solo quod mater excluditur, sed ex eo quod agnati ad successionem vocantur: cum in omnibus cognatis æqualis, imò vna & eadem militet ratio; quæ in matre: scilicet ne perdat nomen domus, nec refert an tempore successionis delata mater sit, vel præmorta sit secundum eum ibi. & Io. And. in addit. Spec. super rub. de succes. ab intesta. Bal. in l. i. de defunctis. C. de suis & legi. hære. & in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. Cum quibus transit Iason in l. de quibus. vi. j. col. ff. de legi. & Paul. consil. cccxliij. incipien. Primum est. in fi. sed plenius in lillam. ubi etiam Alexand. C. de collatio. ubi dixit hoc verum, quo ad cognatos filio defuncto coniunctos ex parte matris tantum, ut sunt avus & avia materni, frater & foror, & ceteri ex latere matris tantum, qui omnes indubitanter excluduntur, prout à simili vidistis in verbo; duas habens filias. ¶ Quod exclusa filia per statutum propter masculos. censentur etiam nepotes & ceteri deinceps ex ea descendentes exclusi, siue filia vivat tempore delatæ successionis, siue non. Sed in aliis cognatis filio defuncto coniunctis non ex latere matris tantum, sed patris tantum, vel utriusque scilicet patris & matris plenè distinguit Paul. in d. lillam. quem in aliquibus ibi sequitur Alexan. ut per vos videre poteritis, ne vobis tardiosus existam. Tamen mihi videtur opinio Bar. ubi supra indistinctè loquentis æqua, ac menti & intèctiõni statuti consona: videlicet quòd quicumque cognati excluduntur in quibus & per quos nomen domus conservari non potest, cum etiam illa esset mens legis xij. tabularum, ad quam statutum reducere intendit ius succedendi, secundum quam legem nulla etiam matri debebatur legitima in bonis filij. Puto ¶ tamen, quòd si mortuo filio ab intestato mater ei supervivens reperiretur pauper & indotata, nec patrem haberet, nec patris heredes ad eam sufficienter dotandum vel alimentandum, tunc ei alimenta deberentur condecencia in bonis & hereditate filij sui ab intestato mortui, non quòd alimenta ei debeantur iure naturæ; ut dixi secundum Baldum in dicto §. ius naturale. Nec legitima tanquam subsidium loco alimentorum præstatur, sed ei tunc deberentur de iure positivo ex quadam æquitate, ac pio rationis dictamine, si non habet unde vivat in honorem præteriti matrimonij, & quoddam debito filiationis, vel petere posset & uti prouisione. Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. de qua tamen dicam §. in iij. principali art. & vj. conclusionem: nam sicut tenetur mater alere filium pauperem, sic e contra filius matrem, ut sentit Bal. in j. parte consil. lxxxv. incipien. Statuto civitatis Florentiæ. ubi autem mater sufficienter dotata foret, aut domus paterna sufficiens, vel esset ipsa aliter dives, certè tunc agnati eam penitus excluderent, ita quòd aliud petere non posset præter dotem, quam marito dederat. Et cetera quæ maritus ei fortè in testamento reliquerat, vel aliàs donauerat. Aut statutum vel consuetudo patriæ ei detulit, sicut Florentiæ: ubi per statutum alimenta ei debentur secundum Bald. in dicto consilio. Et

62 ¶ Tholosæ ubi vxor marito supervivens tenendo viduitatem per annum luctus lucratur ex consuetudine & statuto civitatis tertiam partem dotis super bonis mariti: pro modo quantitatis solutæ dotis: quia si

dedit duodecim, recuperabit decem & octo. Et sex lucrabitur, quæ sunt tertia pars dotis & augmenti, secundum vulgare eorum qui dictum augmentum, [de quo plenè habetur in iij. principali art. in iij. conclusi.] vocant agentamentum. Et si vxor nihil de dote soluerit, nihil super bonis mariti ultra dotem lucrabitur, nisi pro quantitate dotis solutæ, per text. in Authen. sed quæ nihil præstitit. C. de pact. conven. tam super dote quam propter nuptias donatio. Nisi maritus fidem habuisset de dote: quo casu quo ad lucrum ex dote percipiendum perinde haberetur, ac si dos realiter soluta fuisset, ut ibi per doct. & Guid. p. p. q. cclxxiiij. & clarius. q. cccclxxv. [Ne sit in potestate mariti habendo fidem de dote aut parte illius fraudare statutum & vxorem in illo lucro: tamen reperio fuisse arrepto parlamenti Tholosæ dictum die xxvj. April. Anno domini M. cccclxxv. de quo §. fit mentio: inter Raymundum Pagefse dominum loci de Azas Tholosæ habitatorem, & Annam de Noue relictam Bertrandi fratris dicti Raymundi, solvendum esse agentamentum dotis dictæ Annæ pro modo & quantitate tantum dotis solutæ: licet dictus Bertrandus eius maritus de parte illius fidem habuisset, unde servata fuit simpliciter & indistin. d. Auth. sed quæ nihil. Et sic antequam ex consuetudine Tholosana mulier aliquid lucratur ratione dotis, necesse est quòd annum luctus persegerit in viduitate, & quòd dotè viro per antea soluerit, vel de illa maritus fidem habuerit. Ultra quòd lucrum aliquid iure legitime mater non habebit in bonis profectiuis filij prædefuncti. Et si filius nihil à patre habuisset, mater ab agnatis filio succedentibus dotem suam recuperare non posset. Et minus recuperaret agentamentum: tamen ex bonis filij aduentitiis velut pauper & indotata, si nihil aliud haberet, alimèntari deberet, ut vidistis. (Additio.) Et ¶ ita scilicet quòd mater stantibus agnatis etiam legitimam petere non posset in bonis filij etiam pupilli, & sic testari non valentis prædefuncti, fuit decilum per arreptum curiæ parlamenti Tholosæ die xxvj. mensis Aprilis, Anno domini M. cccclxxv. in causa successionis nobilis quondam Bertrandi Pagefse domini loci de Azas habitatoris Tholosæ: cuius filia hæres testamentaria post illius mortem ferè annicula decessit, matre eius videlicet Anna de Noue & fratribus dicti quondam Bertrandi Patris suis & consequenter agnatis seu eorum altero superstitibus, inter quos matrem videlicet & agnatos fuit super possessorio disceptatū, sed finaliter nihil fuit dictæ Annæ matri etiam iure legitime filia suæ adiudicatum ultra dotem & agentamentum sibi per consuetudinem debitum: & summam ei in testamento domini Bertrandi quondam mariti sui relicta, imò vniuersa dictæ filia successio agnatis remansit, seu antiquiori capiti domus, quia ubi agitur de agnatis succedèdis, ille solus vocatur qui fortè statuto aut loci consuetudine vel prædecessorum voluntate prærogatiuum habet succedendi: in cuius persona domus conservatur. [Ut plenè dicitur super verbo, in eodem testamento relinquent. in xvij. limita. loquendo de primogenitura.] Si autem de primogenitura non esset inter eos ex consuetudine vel aliàs privilegium, omnibus agnatis proximioribus pari gradu constitutis successio defaretur. vnde si filio defuncto plures superessent patri æquali gradu constituti, omnes exclusa matre nepoti defuncto æqualiter succederent. Nec ¶ admitteretur filius alterius fratris cum patruo aut patris suis, licet de iure communi

muni nepos personam representet sui patris: qui si viveret, ad successionem cum aliis admitteretur. in l. i. de heredita. quæ ab intestato. §. cum autem filius. quia edictum statuti nõ sic aperitur nepoti, sicut edictum prætoris continens ius cõmune, quod etiam ea pertinet non fuisset, si prætor expressè non dixisset. l. si post mortem. §. finali. ff. de contratubul. & dicto §. cum autem filius. & sic in casu non via intestati per patrum non communicatur nepotibus, de quibus statutum non loquitur. l. illam. ibi; eo quòd nulla constitutio. C. de collat. secundum Baldum in tertia parte consilio allegato, trigefimafecunda col. Vnde ius illud representationis locum non habet hoc casu nisi statutum expressè hoc diceret, vel aliàs consuetum esset, ut infra dicam in primo membro primi articuli. ubi de hoc iure representationis plenè dicitur. Cogitabitur ¶ tamen, quia super hoc aliquo dubio, ubi statutum simpliciter & per consequens indefinitè & generaliter loquitur de excludendo matrem propter agnatos, quorum appellatione nepotes etiam veniunt. [Et ita concluditur in dicto primo membro primi articuli principalis harum ab intestato successionum.] Et ¶ statuta confusè loquentia secundum ius commune sunt interpretanda & intelligenda. Et non tam dubitarem, ubi statutum matrem excluderet propter patros: & præmissa intelligatis vera scilicet matrem esse exclusam propter agnatos, scilicet masculos per rationem statuti, ut nomen conservetur. Et sic amita defuncti matrem nõ excluderet, cum in ea nomen & arma domus conservari non possent. secundum Bartolum in dicta l. secunda. ff. ad Tertullianum. licet Bald. consulerit contrarium in prima parte consilio centesimo quadragesimotertio, incipiente, Statuto civitatis Parmæ. Præterea ¶ sanè intelligatis matrem per agnatos esse exclusam in bonis filij mortui aliunde quæsitis, quàm ex munificentia matris ex linea materna habitis. Quoniam in illis mater propter agnatos non excluderetur, imò esset illis potior. argum. l. quod scitis. §. finali. secundum intellectum Barto. ibi. C. de bonis quæ liberis. & l. de emancipatis. §. finali. C. de legitimis hæredibus. de quarum intellectu latius videbitis in dicto primo articulo. Nam in talibus bonis à linea materna filio proventis cessant rationes dicti statuti fundantes, ut ex prædictis clarè intelligere potestis. Præterea æquum est, quòd bona quæ à materno stipite fluxerunt, resuunt in illum, ut dicta l. quod scitis. in fine. sicut videmus naturaliter fieri, quòd aquæ à mari fluunt, & in mare resuunt, sicut enim interest agnationem conservari suffragio bonorum ab ea descendentium. Sic pariter interest cognationem (cuius mater, principium & caput dicitur) conservari per bona ab ea profecta: ita quòd contrarium facere esset potius rigor, quàm æquitas, & iniquitas, quàm iustitia, sic largè statutum interpretari, ut mater etiam ab illis bonis propter agnatos filij præmortui excluderetur, cum satis sit agnationem, cognitioni præferri in ceteris filij bonis. Et ita in propriis terminis consuluit Bartolus, consilio centesimo trigefimosexto, incipiente, statuto vrbis veteris. ¶ Similiter intelligatis agnatos matrem excludere & eius sequelam, ubi omnino exclusa matre ipsi succederent, & ad ipsos devolueretur successio. Quod casu cum eorum non interfit, matrem excludi, certè eam non excludunt, ut pulchrè consulerit Ange. consilio ducentesimo decimo, incipiente, Sta-

tutum supradictum. Qui ponit exemplum in statuto matrem excludente à successione descendentium superstiti masculo vel patruo, quia cum tunc foror personæ defunctæ, de cuius successione agitur, excludat patrum, cum sit casus omnißus à statuto. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. Certè stante forore non vocatur patruus ad successionem, obstant ei forore à statuto omittit: & sic in dispositione iuris communis relicta, quæ patrum excludit, & ad successionem fratris simul cum matre vocatur per Authententicam, defuncto. C. ad Tertullianum. [Imò videtur vocari patruus ad successionem, cum ratio statuti adhuc duret, quæ est conservatio nominis & familiaris domus, ut supra vidistis, quæ per fororè perderetur.] Vnde mater hoc casu, per medium fororis seu filia suæ consequetur, quod per se consequi non potuisset: quia patri tunc solum matrem excludunt cum soli cum matre supersunt, & succedere possunt, aliàs non, ut ibi plenè probat: super quo cogitabitur, quia ipse præsupponit talia statuta esse odiosa eo solo, quòd sunt contra ius commune: & tamen supra contrarium fuit conclusum. Bene tamen fateor eius decisionem in genere esse veram, quòd ubi patri superstitis essent ad succedendum inhabiles, aliter quàm per existentiam personæ femineæ, mater non excluderetur. l. siue ingenua. §. sed si sint sui. ff. ad Tertullianum. & l. si necem. §. si deportatus. ff. de bonis libertorum. & l. prima. §. filium. de contratubul. Idem si agnati omnes hereditatem eis per statutum delatam repudiarent, aut nullus stare in vita: quia cum favore eorum esset mater exclusa, ut supra dixi, cessante illo favore, qui erat causa exclusionis ipsius matris, cessat exclusio. capitulo, cum cessante. de appellationibus. Præterea ubi agnati successionem repudiarent, renuntiarent eorum favori, prout de iure possunt. l. quo favore. C. de legibus. & l. si quis in conferendo. C. de pactis. Adeo quòd decedit Baldus in dicta l. prima. C. de secundis nuptiis. ¶ quòd si mater non possit ab intestato succedere, nisi in certa parte, puta ostantua, ut cauetur statuto Tuderti: & agnati residuum hereditatis eisdem delatam repudiarent ex necessitate iuris accrescendi, accresceret matri portionem habenti, ut videbitis in quarto præludio infra. Ulterius ¶ & postremò intelligatis agnatos matrem excludere & sequelam eius, ubi filius ab intestato decessit. Si autem cum testamento decederet, in quo matrem hæredem instituisset, vel ea non stante alium ex ea parte descendentem, aut cognatum collateralem, tunc ei mater agnatis exclusis succederet, si consuetudo in contrarium non obviaret: quæ filium testari favore agnatorum prohiberet, ut supra dixi. Et idem quolibet alio hærede instituto cognato vel penitus extraneo, qui non obstante statuto succederet ex testamento, secundum Ludovicum consilio centesimo nonagesimonono, incipiente, præfens statuti particula. ¶ ubi plus dicit, quòd etiam si hoc casu testamentum filij præmortui esset nullum, aut ex aliquo defectu irritaretur, & sic causa testati deduceretur ad causam intestati, mater tunc ab intestato non excluderetur per agnatos postquam filius testamentum fecit, quamvis inutiliter, in quo matrem inuitavit, nisi usus communis haberet contrarium. allegat Bartolus in dicta l. prima. ff. de suis & legitimis hæredibus. tamen Angelus ubi testamentum esset nullum vel irritaretur, tenet contrarium; consilio vigefimosexto, incipiente, statutum excludens matrem

matrem. & sentit Antonius de But. cōsilio vigesimo, incipiente, æquitas valde suggerit. quod puto verius. Cūm eo tunc ac si nullum fecisset testamentum, dicitur ab intestato mortuus, vt supra vidistis in principio: quod vbi testamentum non tenuit ex defectu solennitatis, aut irritum quouismodo deductum est, licet de facto testatus fuerit, semper videtur ab intestato decessisse, ita quod tota hæreditas debetur ab intestato vocatis. ¶ Et agnatis quibus iuste acquiruntur etiam in foro conscientie, non obstante tali testamento & voluntate testatoris nulla vel inutili: ex qua nunquam adiri potuit hæreditas, nec acquiri hæredi scripto. secundum Baldum in qua. dam sua disputatione incipiente, statuto cauetur. & in l. si post diuisionem. & l. cum quis. & vtrouique clarius Iason C. de iuris & facti ignorantia. & plenè Alexander in l. nemo potest. septima colum. ff. de legatis primò. vbi dicit hoc verum, nisi conscientia ab intestato succedentis ei dicitur vel scrupulosè persuaderet, malè faceret subrahendo hæreditatem hæredi scripto in tali testamento nullo aut irritando, quo casu necesse haberet obedire cōscientie suæ: quod est notandum.

73 Vnum tamen menti tenebitis, quod licet stante dicto statuto vel consuetudine, mater excludatur à successione filij intestati, non tamen excluditur à tutela eiusdem, si illam gerere velit iuxta Authenticam, matri & auæ. C. quando mulier tutoris officio fungi potest. secundum Ioannem Andream in additioni. Speculi, titulo de curatoribus, in fine. nisi per statutum expressè à tutela excluderetur. & ita etiam tenet Baldus in quarta parte, consilio ceterimo vndecimo, incipiente, statutum quod ego vidi. Et ratio est: quia matri non datur tutela filiorum, eo quod hæres, sed eo quia mater est. ideo licet per statutum excludatur à qualitate hæredis, non tamen excluditur à qualitate matris, secundum Salicetum in l. sicut. C. de legitima tutela. & dicta Authentica matri & auæ. idem consuluit Alexander in tertia parte, consilio centesimo decimo. versiculo, & posito & c.

Secundò, præsuppono, quod si defuncto aliquo ab intestato soli hæredes legitimi ad successione vocantur, secundum gradus prerogatiuam: vt qui defuncto erat in gradu proximior, sit in succedendo potior. Et inde est, quod sola ab intestato successio, & non ex testamento quo interdictum extranei ad eam vocantur, dicitur propriè legitima successio, quasi sola lege delata absque hominis ministerio, licet successio ex testamento largè & minus propriè dicatur legitima successio: sed non omnino impropriè, cum sit confirmata, licet non inuenta à lege duodecim tabularum permittente quemcumque hæredem etiam extraneum testamento institutum habere hæreditatem. l. obuenire. ff. de verborum significationibus. Tamen illa propriè & strictè dicitur legitima successio, quæ sine hominis ministerio defertur à lege: & absque testamenti vel cuiuscunque alterius dispositionis medio, ita quod illi soli hæredes dicuntur legitimi, qui per legem ab intestato vocantur. l. prima. ff. de legitima tutela. & textus melior in iure, qui hanc ponit differentiam, quem Baldus ibi ad hoc dicit singulararem in l. tertia. §. de illo. ff. pro socio. sicet l. illud. §. de acquirenda hæreditate. [Qui autem veniant appellatione hæredum simpliciter prolatorum, vide infra super verbo. §. absq. liberis moveretur. primò. in materia substitutionis pupillaris circa principium.

75 Ex t quo nobis in practica magnus & notabilis resultat effectus, quod si quis pro se & legitimis hære-

dibus emphyteusim acquireret, nõ venirent ad illam, nisi illi qui propriè dicuntur hæredes legitimi, qui soli censentur vocati tanquam ab intestato succeduri, & non in testamento instituti, de quo per Alex. in l. ex facto. §. si. circa fin. ff. ad Trebel. nisi tales fuissent in testamento instituti, quia aliis fuissent ab intestato vocati, qui non minus dicuntur hæredes legitimi, secundum Bart. in l. iij. ff. de lega. primo. Et non solum filij erunt legitimi hæredes & deinceps ceteri defuncti tenens habitus ab intestato succedentium, vt dicto §. de illo, secundum Alex. ibi, siue sit masculus, siue sit femina, secundum Ioann. Andr. in c. Raynaldus. infra eo. Vnde restat illam propriè legitimam esse successione, quæ ab intestato defertur. Et illos esse legitimos hæredes, qui tanquam in grada parentelæ proximioris, ab intestato vocantur, vt plenè per Iaf. in l. prima ij. col. C. quando non petentium partes petent. accrescant. vbi ad præmissa plura adducit notanda consilia. Circa t quam legitimam successione, quæ ab intestato defertur, ne varietas & intricata legum ciuiliū diuersitas, quæ potius intellectu iuuenum præsertim canonistarum oneraret, quam instrueret, vos à vero intellectu præsentis materiæ istis difficilis diuertat & errare faciat, considerare habebitis quatuor iura, quorum tria propria imperator, [Io. Fab. cõqueritur de imperatore in lib. institutionum vetera iura hodie inuicta recitante.] qui vias intelligendi faciles dare iuuenibus, tam in proœmio institutionum, quam tit. de iustitia & iure. §. his itaque. pollicitus fuerat, sed non fecit, imò veterem prudentiam nobis hodie superuacuum cõplexus est, de quo Io. Fab. regnicola noster, cum quali reprehendens cõqueritur in §. reperitis. in l. de seruilis cognatio. sic dicens, vtinam imperator ab antiquitatibus furatus non fuisset huc librum, scilicet institutionum. Sed solum iura moderna, quibus hodie vimur, in eo recitasset, & nobis tradidisset. Ob quod ne turbetur cor vestrum, neque formidet, scire debetis in hac legitima ab intestato successione quatuor iura esse consideranda.

Primum fuit ius antiquissimum legis duodecim tabularum, quo iure duæ solæ ab intestato succedebant personæ, videlicet suus hæres, id est, proximior per rectam lineam descendens, qui tempore mortis eius de cuius successione agebatur, erat in ipsius potestate veluti filius, ex eo nepos, & ceteri deinceps. Et aliquo illorum non stante, proximior succedebat agnatus de agnatione defuncti seu linea collateralium masculina procedens. Institutio. de legitima agnatorum successione. §. primo. Et post illas duas personas (id est, illis non stantibus tempore mortis defuncti) statim ad successione vocabatur fiscus, vt dicto §. primo. & §. placebat. eodem titulo. & l. finali. ff. de successio. edito. Cuius quidem legis duodecim tabularum verba ponuntur in l. pronuntiatio. ff. de verborum significatione quæ talia sunt: Non existente suo herede proximior agnatus familiam defuncti habet & c. Sed quia successu temporis lex ista Romanis visa fuit nimis rigorosa, si se excelsiue fauens, cum matrè à filij successione ab intestato defuncti, & e contra filium à materna successione excluderet: quia suus hæres esse non poterat, tanquã in eius potestate non existens. institutio. de adoptio. §. femina. Fuit t secundo loco factum senatusconsultum Tertull. quo mater filio absque liberis intestatè defuncto succederet, & non fiscus. Pariter cõtra factum fuit senatusconsultum Orficianum. quo filius etiã matris sic

tri succederet, vt plenè habetur. ff. C. & institutio. ad Orficianum & Tertullianum, per totum. superuenit deinde tertium ius, scilicet ius prætorium, quo iure excluso illo, qui proximior agnatus erat tempore mortis eius, de cuius successione agitur, repudiatione aut temporis lapsu, vt quia tempore determinato bonorum possessionem non agnouit, non statim vocaretur fiscus, sed succederet cognati, scilicet per lineam femineam descendentes, ex quo resultabat cognatos de iure ciuili antiquo, scilicet legis duodecim tabularum fuisse incognitos, sed prætor benignitate motus sola consanguinitatis iura considerans, eos ad successione vocauit, & recepit. institutio. de successione. cognatorum. in principio. & l. fina. C. vnde legitimi. Tamen considerato hoc iure prætorio, adhuc maxima resultabat iniuitas, ad quam prætores non aduerterant, cum sæpe contingeret, quod mortuo aliquo ab intestato pluribus relictis agnatis, & cognatis diuersi gradus, vno agnato proximior lapsu temporis, aut repudiatione excluso, ceteri agnati remotiores exclusi manebant, postquam proximiores, & in primo gradu agnatorum tempore mortis defuncti (de cuius agebatur successione) non fuerant, & vocabantur ad illam successione cognati. vnde reperiebatur, quod interdum vnus cognatus longè inferioris gradus, quam esset aliquis de superstitibus agnatis succedebat, tota agnatione contra rationem, & æquitatem exclusa. ¶ Ideo superuenit quartum ius, scilicet nouissimum, quo nunc vimur, per quod sola sublata fuit differentia agnationis & cognationis, ad eodè quod hodie cognati succedunt sicut agnati, & simul cum eis, vbi sunt eiusdem gradus, & si diuersi gradus forent, salua gradus prerogatiua (vt qui proximior est præferatur) simul succedunt. in §. reliquum. in Authentica, de hæreditate ab intestato. collatione viij. Ita quod hodie in hac ab intestato successione sublata fuit sexus differentia, vt ibi, sicut sublata fuerat in successione ex testamento. l. maximum. C. de liberis præteritis. Etiam in feudis in præfenti regno Franciæ, in quibus succedunt femine sicut masculi, secundum Ioannem Fabrum, in Authentica ingressi. C. de sacrosanctis ecclesiis. vt plenè vidistis in verbo, *Duas habens filias*. ¶ Pariter etiam cum in successione ascendentium (ad quam liberi priore loco vocantur) quatuor emanassent iura. Primum fuerat ius ciuile antiquum, scilicet ius digestorum, post legè illam duodecim tabularum factum, & ius antiquum codicillorum subsecutum, quibus iuribus filij emancipati erant iure ciuili incogniti, & penitus reputabantur extranei, & consequenter patri non succedebant ab intestato, sed soli sui hæredes, videlicet filij in potestate constituti. institutio. de exhæredatione libero. §. emancipati. Secundum fuit ius prætorium, quo filij emancipati fuerunt à benigno prætore cogniti, & ad patri succedendum admissi, & recepti sicut liberi in patria potestate constituti. institutio. de bonorum possessione. in principio. Tamen necesse habebat petere bonorum possessionem, vnde liberi intra annum à prætore. Quo elapso tempore exclusi erant à successione, quod non fuisset de iure ciuili, si in patria potestate fuissent, imò triginta annos habuissent ad paternam hæreditatem petendam. l. licet. C. de iure deliberandi. Tertium fuit ius nouellarum constitutionum. C. scilicet. l. meminimus. C. de legitim. hæredibus. quo nouiter statutum fuerat filios emancipatos patri succedere ad similitudinem suorum, scilicet in potestate constitutorum. Quia cum

nullum simile sit idem l. quod nerua. ff. depositi. Ex illo iure multæ insurgebant ambiguitates. An in omnibus similes essent, vel in aliquibus dissimiles. Superuenit quartum & vltimum ius nouissimum Authenticorum, quo nunc vimur, per quod sublata fuit omnis differentia emancipationis, & patriæ potestatis in hac successione ab intestato, vt in Authentica, de hæred. quæ ab intestato defertur. §. nullam verò. Siue agatur de successione inter ascendentes & descendentes, aut collaterales: quia vbiq. emancipati hodie succedunt, ac si essent sui in patriæ potestate constituti. Salua inter eos duntaxat sola gradus prerogatiua. Et sicut filij verè emancipati ac si sui forent, succedunt, sic etiam & multò facilius illi, qui verè emancipati non fuerant. Sed pro emancipationis habentur, quales sunt filij seorsum à patre habitantes, & larem distinctum tenentes, qui ex testamento & consuetudine Tolosana habentur pro emancipatis. Attamen patri succedunt cum suis & patre commorantibus & habitantibus. Quo autem ad succedendum ex testamento manet adhuc in aliquibus differentia iustitatis & emancipationis, vt plenè videbitis super verbo, *in eodem testamento relinquens*. primo, & in verbo, *Si absque liberis moveretur*. secundò in materia pupillaris substitutionis. Et fortè adhuc durat illa differentia quo ad modum succedendi, & etiam quo ad effectum transmissionis etiam successione ab intestato, vt videbitis in verbo, mortuo itaque testatore, secundò. Tertio præsuppono, t quod vbi agitur de successione ascendentium ab intestato mortuorum descendentes vsque in infinitum vocantur, nulla facta differentia sexus nec iustitatis & emancipationis, nisi sola gradus prerogatiua. Et idem e contra ascendentes suis succedunt descendentes in infinitum, si soli sint. Si verò ageretur de successione alicuius collateralis, vt quia non sunt aliqui de recta linea, aut tales supersunt ascendentes, cum quibus collaterales interdum succedunt, vt videbitis, licet olim iure antiquo, & non agnati infra decimum gradum, aut decimo gradu existentes ad successione admitterentur, & hodie admittantur, cognati autem vsque ad sextum gradum, & non vltra admittantur. institutio. de successione. cognati. §. fina. Tamen hodie iure, quo vimur nouissimum, postquam sexus differentia sublata fuit, cognati sicut agnati, soli vel simul vsque ad decimum gradum succedunt. in Authentica de hæreditate. quæ ab intestato. §. si verò neque fratres. vbi gloss. Bartolus, & ceteri in Authentica in successione. C. de suis & legitimis hæredibus. Quod procedit, etiam si tales cognati hæreditatem peterent de iure prætorio, quo erant solum cognati vsque ad sextum gradum: quia etiam hodie admittentur vsque ad decimum, ac si venirent & hæreditatem peterent de iure ciuili, per textum in dicto §. nullam verò. ibi, in quacunque successione. Et ibi, In omnibus successione vacare differentiam & c. secundum Baldum & Alexandrum in l. certum. C. vnde legitimi. Quicquid in contrarium ibi tenuisset Salicetus. ¶ Quæ iura nouissima cum fuerint fauore cognatorum edita, vt scilicet agnatis parificentur, nõ debent in eorum retorqueri lisionem, imò in augmentum honoris, & non diminutionem vtilitatis, quia quæ ad augmentum sunt non debent interpretari in diminutionem. argumento l. quod fauore. C. de legitimi. ¶ Ex quo singulariter decidit Baldus in dicta l. certum. quod licet hodie pariter admittantur cognati cū agnatis, ad eodè quod venire possunt per caput vnde legitimi, sicut agnati: licet olim deficientibus agnatis

venire non possent, nisi ex capite vnde cognati, tamē propter hoc non perdunt suum proprium caput, vnde de cognati, nec sunt hodie hæc duo capita, scilicet vnde de legitimi, & vnde cognati, in vnum caput transfusa, sed remanent duo capita integra, & separata. Quæ decisio est magni effectus: quia collateralis ad successionem vocatus siue agnatus, siue cognatus existat, si fuerit à bonorum possessione vnde legitimi lapsu temporis exclusus, poterit hoc nõ obstante succedere per bonorum possessionem vnde cognati, per textum in l. j. §. sed videndum. ff. de successio. edicto. quia expedit nobis plures vias habere. l. si domus. ff. de seruitut. vrbano. prædiorum. Sicut à simili in suis hæredibus decidit Bald. in dicta l. licet. C. de iure deliberandi. vt infra in quarto præludio latius dicitur. Nec est in hoc hodie correctus dictus §. sed videndum. secundum Alexand. in dicta l. certum. Credo tamen, quod stante statuto aut cõsuetudine, quod agnati excludant matrem, de quo supra vidistis in primo præludio. Tale statutum vel consuetudo non extenderetur ad cognatos, in exclusionem matris cognati defuncti, sicut eam excluderent agnati: quia statutum de illis non loquitur, sed de agnatis tantum. Præterea rationes propter quas agnati eam excludunt, videlicet vt nomen domus & familiæ conferatur, deficiunt in cognatis ex fœmineo sexu propagatis, qui in alienam transferrunt familiam, nomen illorum capientes ad quos trãferunt. institut. de patria potestate, in fine. quod non esset, imò cognati matrem excludere viderentur, si duo hæc capita essent hodie in vnum transfusa, prout non sunt, licet cognati priuilegio gaudeant succedendi cum agnatis vsque ad decimum gradum inclusiue, & non vltra: imò veniret contra superfluitatem, aut collegium, vel fœcus, vt infra videbitis in quarto & quinto articulis. Ex quibus pariter aliud resultat notabile, quod si stante dicto statuto filius decesserit matrem suam, agnatis, & etiam cognatis superstitibus, licet si mater non esset, cognati cum agnatis succederent, tamen non succedunt obstante eis matre, quæ licet excludatur per statutum, tamen cognatos excludit, ita quod agnati consequuntur per medium illius, quod per se non possent secundum aliquos. Alij verò contra per ea, quæ supra dixi in primo præludio, quia si statutum excludit matrem, facilius excludere debet ceteros cognatos, per rationes, quas ibi vidistis.

83 ¶ Vnum tamen restat, quod in hac materia succedendi ab intestato est differentia inter lineas, quæ duæ sunt, secundum Baldum in tertia parte, consilio cclxxj. videlicet linea recta, & linea inflexa seu transuersalis. Et recta linea est duplex, scilicet ascendens & descendens, quæ clara est: quia à patre inclusiue in superius est linea ascendens, & à filiis etiam inclusiue in inferius est linea descendens. Similiter linea transuersalis est duplex, scilicet superior, vt patrius, amittor, auunculus, & matertera: Et descendens seu inferior est, vt frater, fratris filius, soror, & sororis filius, & deinceps. Vnde in recta linea existentes, in qua sunt descendentes & ascendentes, sibi inuicem succedunt in infinitum, sed non collaterales, nisi vsque ad

84 decimum gradum. ¶ Est & alia differentia inter eos, quia in computatione graduum in prima linea seu recta non est aliqua differentia inter ius civile & canonicum: quia vtroque iure filius est in primo gradu descendenti, nepos in secundo, & sic de sequentibus descendendo. Pariter ascendendo pater est in primo gradu ascendenti, auus in secundo, & sic

85 deinceps ascendendo. ¶ Sed in collateralibus duo fra-

tres iure isto canonico inuicem sunt in primo gradu, sed de iure civili sunt in secundo. & sic de singulis, quæ quidè differentia inter hæc iura in collateralibus surgit ex diuerso modo, & forma computandi gradus. Nam in his collateralibus in computatione graduum est triplex differentia inter iura prædicta, quoniam de iure civili, si velitis scire, in quo gradu sunt ibi in vicem collaterales, necesse est inuenire stipitem, scilicet illum, à quo omnes isti procedunt & descendunt: quia ascendere oportet vsque ad stipitem, & deinde à dicto stipite descendere oportet vsque ad personam, de qua queritur. Sed de iure isto canonico non inquiritur stipites. Et licet gl. in l. iurisconsultus. ff. de grad. dicat stipitem non connumerari pro vna persona, vt pariter dicit Bald. in Authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. & Ange. in §. hæcenus. insti. de gradi. & Alex. in l. j. ff. de iurisdic. omnium iudi. Attamen stipites connumeratur, vt expressè dicit tex. in dicta l. iurisconsultus. §. sunt ex latribus. vers. idè faciendum. Et ita tenent gl. & Docto. si eorum computatio bene consideretur in l. si auis. C. de suc. edic. Or si computetur stipites pro vno gradu, prout computari debet per illum tex. Tunc prima persona à qua cõputationem incipere volueritis, non computabitur, aliàs fecus. Et ita concordabitur hanc differentiam, secundum Iasonem. ¶ Secunda differentia est, quia de iure civili fit graduum computatio ad similitudinem scalarum, ascendendo de gradu in gradum vsque ad stipitem, & postea descendendo, quæ computatio est propria. Sed de iure isto canonico non fit cõputatio per gradus, sed per saltus, scilicet saltado de vna linea ad aliam, quæ dicitur impropria cõputatio, illa autem quæ fit de iure civili est, vt dixi naturalis & propria arti Arithmeticæ supposita, quæ est scientia naturalis, vnde illi computationi standum est in ceteris, quam in matrimonio. Ita quod si statuto caueretur, quod agnati vsque ad quartum gradum excludant matrem defuncti, tunc computatio fiet secundum leges, quæ propriè dinumerant gradus. Et non secundum computationem iuris canonici, quæ dicitur impropria. Cum verba statutorum debeant propriè sumi, & interpretari. l. j. §. hæc autem verba. vbi Docto. ff. de negotiis gestis. Sicut etiã acciperetur vbi de gradu non fieret mentio: quia agnati matrem excluderent stantes vsque ad decimum gradum, secundum propriam computationem, vt disputando tenuit Iaco. Butri. quem Bald. sequitur in dicta l. si auis. in fin. ¶ Tertia differentia est, quia de iure civili vnaquæque persona facit gradum, sed de iure canonico duæ personæ gradum faciunt. Et ratio differentie est, quia regulariter computatio graduum fit per canonicas propter matrimonia, in quibus duæ simul personæ considerantur. Cõputatio autè quæ fit de iure civili, fit regulariter propter successiones. Ideo quælibet persona gradum facit, secundum Bald. in dicta l. meminimus. C. de legitimis hæredi. Pau. in dicta l. si auis. & Christophorum Porcū, in §. j. insti. de gradi. vos autè videatis bonam gl. in c. fin. de consanguinitate & affinitate. hinc dicit gl. in dicto §. hæcenus. insti. de gradibus, quod computatio nostra procedit in matrimonio, sed computatio graduum de iure civili procedit in materia successionum, quod est notandum. ¶ Restat ergo, quod in successione ab intestato collaterales, nulla facta differentia sexus agnationis, & cognationis inuicem succedunt, hodie vsque ad decimum gradum inclusiue, modo & forma prædictis computandū, nisi in quatuor casibus, in quibus dicta regula fallit. Primò in agnatis

agnatis & cognatis patroni, qui liberto vsq; ad quintum gradum solum succedunt, Insti. de succes. liberto. §. multis. Quia non ita fauorabiliter debetur eis successio illa, sicut hæredibus suorū partem. Secundo fallit in eo, qui incestas contraxit nuptias: quia nõ admittuntur agnati nec cognati, nisi vsque ad tertium gradum. l. si quis incestus. C. de incest. nupt. secundum Bald. in dicta l. certum. C. vnde legi. Nec est hodie hoc casu aliquid immutatum iure nouissimo, vt talis successio ad decimum gradum extendatur, cum hoc fuerit introductum odio contrahendis incestas nuptias, & in eius pœnam. Ergo fieri non debet successiois extensio vsque ad decimum gradum in eius fauorem, argumen. l. relegatorum. in fi. ff. de interdicitis & relega. Et idem est in damnato, de quocunque alio crimine olim bonorum confiscationem importante, cui hodie collaterales non succedunt vltra tertium gradum. C. de bonis damna. Authent. bona damnatorum. nisi damnatus quis fuisset ex forma statuti: quia tunc ei succederet iure communi, & sic vsq; ad decimum gradum, secundum Bald. singulariter in l. ij. C. qui testata. facere possunt. In regno autem Francie ex suis legibus, & consuetudine persona confiscata etiã solum bannita ipso iure sunt bona confiscata, prout erat de iure communi antiquo, ideo parentes in quocunque gradu existant non succedunt, sed fœcus. Tertiò fallit in milite, cui non succedunt agnati nec cognati, nisi vsque ad quintum gradum. l. ij. ff. de vetera. militum successio. secundum Ang. in dicta l. certum. & ratio potest esse: quia hæc bona militum crescentia, vt plurimum à principe, aut in castris principis, vel intuitu eiusdem acquiruntur: ideo nimirum si in talibus bonis fœcus citius succedat, & vocetur nõ expectato decimo gradu, quã in bonis paganis. Præterea in successione militum, in qua non seruatur, nisi merum & purum ius gentium, etiam iure veteri nulla considerabatur sexus differentia. Quinimo ad successioem militis defuncti, ita vocabantur cognati, sicut agnati, vt dicta l. ij. Ad eò quod non putant moderni hoc casu aliquid fuisse iure nouissimo mutatum, sed quod illa l. ij. remanserit, & sit hodie incorrecta per regulam, quæ habet, quod lex noua aliquid generaliter statuens, prout facit dictus §. nullam verò. in Authen. de hæredib. ab intesta. Corrigit generaliter, & tollens differentia agnationis & cognationis, nõ loqui intelligitur in casibus specialibus à regula exceptis, prout sunt dicti tres casus, nec illis derogasse, imò debet talis lex noua limitari, & intelligi non procedere in dictis casibus specialibus, secundum gloss. in l. scientiam. vbi Bart. & ceteri. ff. qui satisda. cogan. & idem Bar. in extrauaganti, ad reprimend. in verbo, non obstantibus. ¶ Præterea licet maior fauor semper præstetur in militum successioibus, quàm aliorum. l. j. & per totum. ff. C. & insti. de testa. milit. Tamen quia tex. in dicto §. nullam verò. solum iura corrigi, quæ olim differentiam faciebant inter agnatos & cognatos, volens à cætero nullam inter eos esse differentiam, & de numero graduum nihil disponit. Sequitur, quod non corrigi dictam l. ij. quæ in successione militum differentiam non faciebat inter agnatos & cognatos, & correctione nõ indigebat: vnde text. ille bonus potius hoc casu confirmat dictam l. ij. quàm eam corrigat. Præsertim quia de numero graduum mentionem non fecit, licet glo. ibi in §. si verò neque fratres. Propter generalem sublatam differentiam sexus dicitur cognatos succedere vsque ad decimum gradum, prout agnati antea succedebant, quod intelligendum

est de successioibus, in quibus iure antiquo erat illa sexus differentia, quæ in militum successione deficiebat, vt dicta l. secunda. ¶ Quarto & vltimò fallit regula nostra in successione feudorum, vbi agnati transuersales non succedunt, nisi vsque ad septimum gradum. c. j. §. hoc autem sciendum. qui feud. dare possunt. & in c. j. §. hoc quoque. de succes. feud. glo. & Bal. in c. j. de feud. marchie. & in c. satis bene. de prohib. feud. alie. per Lota. & in Authentica, defuncto. C. ad Tertullia. Etiam si ageretur de successione antiqui feudum, secundum Baldum. vbi supra. vnde mortuo vasallo stantibus solis collateralibus vltra septimum gradum vacat eius successio, nec censetur hoc ius hodie correctum per dicta iura nouissima, vt successio feudalis sit vsque ad decimum gradum extensa, sicut est successio patrimonialium bonorum: ¶ quia nunquam feuda iudicantur, secundum iura communia, nisi quãdo in casu occurrente nõ reperiretur quæstio vsu feudorum decisa, vt dicit text. in cap. j. de feud. cog. Or in casu nostro reperitur in feudis expressa dicta decisio, vt talis successio vltra septimum non porrigatur gradum igitur est illi standum. Illam tamen decisionem intelligatis veram, quod transuersales agnati vltra septimum gradum succedere non possunt. Imò talis successio gradu septimo terminatur, quando de acquirente feudum primordialiter, & immediatè fit transitus ad collaterales fortè ex pacto vel alio modo. Si autem de acquirente feudum fieret primordialiter transitus in descendentes, tunc feudo semel ad descendentes deuento, & in aliquo eorum radicato extenderetur successio in infinitum, etiam ad transuersales illorum descendentiū primi acquirentis. c. j. de natura. succes. feud. & §. j. de succes. feud. secundum Bald. vbi supra versu. item oppo. ad fin. huius cap. & c. de feudo Marchie. & clarè Aluarotum cap. primo. §. & quia. qui feud. dare possunt. Et maximè in præsentis regno Francie, in quo feuda sunt ad patrimonium redacta, secundum Ioan. Fab. in Authent. in gressi. C. de sacrosan. ecclesi. vt infra in primo prin. articulo dicitur, siue secundum ius commune patrimoniorum iudicanda, vt eorū successio in infinitum vel vsq; ad decimum extendatur gradum, super quo cogitabit, quia liber feudorum postquam in regno publicè legitur, satis ius commune censetur, vbi alia consuetudo non reperiretur. [Præterea in successioibus istis, cum sint de iure positio multū attenditur consuetudo ad ampliandum vel restringendum gradus, vt dicitur infra in iij. membro j. artic. in principio. loquendo de success. collateralium. ¶ Vnum tamen menti tenebitis, & erit quinta fallentia, quod vbi de successione regni, in quo etiam collaterales succedunt, ageretur, successio diffunditur in infinitum, maximè in præsentis regno Francie, in quo si tota domus regia foret (quod Deus auertat) extincta, ita quod non superesset nisi aliquis de sanguine antiquo, puta de domo Aureliana, aut Borbonij, vel altera licet comitali, aut inferiori, certè ille quauis in millesimo gradu esset vel vltra, succederet in regno, fisco excluso, & idem si ageretur de successione illustrum Comitum & Baronum, secundum Bald. in dicto capitulo. j. de feud. Marchie, quem ibi sequuntur Aluarotus & Præpositi. Ad quod videatis, quæ super hoc plenè dicta fuere in verbo, duas habens filias. in prima principali fallentia, circa finem illius. ¶ Quarto & vltimò præsuppono, quod mortuo aliquo intestato soli descendentes primo loco succedunt, deinde ascendentes & collaterales, & si sint plures eiusdè

Repe. cap. Raynu. Gul. Benedicti.

capitis & gradus, ut duo vel ultra omnes simul, & equaliter vocantur, ita quod succedunt in capita, si omnes succedere velint. Si autem vnus à successione excluderetur tempore, aut repudiatione, vel omnes (præter vnum) similiter excluderentur, qui portionem ei delatam adiret. Et tunc in primo casu pars repudians vel tempore exclusi accresceret alijs etiam inuitis pro hæreditaria portione eorum cuiuslibet delata & agnita. In secundo vero ea portiones omnium cohæredum à successione exclusorum accrescerent alteri, qui solus partem suam agnouit. Et hoc fit per ius accrescendi, quo partes non petentium petentibus accrescunt, etiam inuitis. l. j. C. quando non peten. par. tes peten. accrescunt. ¶ Quod ius accrescendi etiam locum habet in fisco, secundum Alexand. in l. j. ff. de acquirend. hæredi. si fuerit cum alio hæres institutus, quicquid ibi voluisset in contrarium Ludo. & à simili locum etiam habere videretur in ecclesia, quæ fisco comparatur. l. fin. C. de sacrosan. eccle. Saluari tam non possit opi. Lud. in casu per Bal. posito, in dicta l. j. ix. qd. C. quando non peten. partes. ¶ Non tamen intelligatis partes non petentium accrescere personis petentibus, quia male intelligerentur, sed accrescunt portionibus petentium & succedere voluntium. l. ij. ff. de acquirend. hæredi. ¶ Hac ratione accrescunt portionibus: quia ius accrescendi portionem, respicit ad hæredes, transit ita quod si cohæres adita portione sua decedat, & alter cohæres partem suam repudiet, ille hæres cohæredis defuncti totum habebit. l. hæc scriptura. §. si. ff. de condi. & demonstra. Et in hoc differt ius accrescendi à substitutione, quæ cum personam respiciat substituti, ad hæredes non transmittitur. l. si ex pluribus. ff. de suis & legiti. hæredi. Sed extinguitur cum persona substituti ante conditionem substitutionis defuncti, nisi vnita foret cum ipso iure accrescendi, ratione cuius transmittitur ad hæredes, non sui natura, sed potius iuris accrescendi, cui vnita fuit, per tex. singularem in l. qui patri. ff. de acquirend. hæredi. De quo habetur infra super verbo, si absque liberis moueretur. secundum in materia pupil. substit. in fin. & clarè super verbo, in eodem testamento relinquens. primò, in vlt. limitatione, loquendo qualiter hæredes vnuerfali repudiante hæreditas accrescit instituto in re certa. ¶ Ex quo dicit Barto. quod cohæres huic iuri accrescendi (cum ei non competat, sed portioni) renunciare non possit. idem tenet in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. in iij. prin. q. & Bal. in dicta ix. q. Ius enim accrescendi competit & operatur de iure communi, & non ex privilegio, cui iuri communi renunciarum non potest. l. nemo potest. ff. de legat. j. vnde qui portionem hæreditatis quantumcumque; minimam agnouit, cæteris non petentibus, vel à successione exclusis, totam hæreditatem ipso iure accrescendi suæ portioni vnitam habere cogitur, ac si fuisset ei ab initio in solidum delata. l. vnica. §. his itaque diffinitis. C. de cadu. tol. Etiam si portio illa accrescens sit ei dā nosa, posito etiam quod adeundo partem suam interderet lucrari, & verè esset ei lucrosa: vt quia forte per testatorem ab omni onere exempta. Et etiam posito, quod partem accrescentem ignoraret esse sibi damnosam ignorantia iuris vel facti, quæ ignorantia postquam originem habuit à lucro, non prodest ignorantem in damno euitando, sicut nec in lucro captando. l. 97 si duo. iuncta glo. ff. de acquirend. hæredi. ¶ quia in his, quæ pertinent ad rigorem iuris obseruandum, non parcatur ignorantia, sexui, ætati, damno, nec rusticitati. l. iuris ignorantia. vbi Bald. C. qui admitti ad

bonorum possess. Nec statuti aut consuetudinis rigoris. Aded quod si statutum prohiberet matrem succedere filio ab intestato, nisi in certa portione stantibus agnatis, si agnati omnes residuum successione repudiarent, tota successio accresceret matri, quæ suam portiunculam acceptat. Non obstante rigore statuti prohibitiui, vt supra in primo præludio dixi. Maxime quia ius accrescendi, vt vidistis, non personæ competit, sed hæreditariæ portioni adita, quam ille cohæres sine residuo hæreditatis retinere non potest. ¶ Ex quo etiam notabiliter decidit Bar. in dicta l. re coniuncti. x. colu. & v. quæstio. primæ principalis quæstionis, quod si cohæres portionem quam adiuuit, cuidam extraneo vendiderit, & reliqui cohæredes suas repudiauerint portiones, aut ab eis fuerint alio modo exclusi, tales portiones non venditori, sed portioni aditæ & venditæ, & sic emptori accrescunt. ¶ Cum ius illud accrescendi acquirat portioni, & non personæ, & non venditori, qui nullam habet portionem, cui accrescere possint. l. si Titio. ff. de usufructu. Præterea emptor hæreditatis vicem obtinet hæredis. l. ij. §. plenè. ff. de hæredi. vel actio. vendita. facit l. si totam. ff. de acquirend. hæredi. vbi portio per cohæredem repudiata alteri non accrescit cohæredi, sed fideicommissario, cui hæreditatem restituerat. Nec obstat, quod vendita aut restituta hæreditate, ipse venditor vel hæres restituens remanet hæres: quia verum est, quod hæres remanet solo nomine: sed emptor, aut fideicommissarius dicitur hæres re & utilitate. Nec est absurdum, quod sint duo eiusdem hæreditatis hæredes, vnus nomine, & alter re & utilitate, secundum Paulum in l. fina. ff. de acquirend. hæredi. prout à simili videmus de domino directo & utili, vt per Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqu. possid. Cui quidem domino utili omnis pertinet utilitas, maxime iuris accrescendi, quod operatur ad causam, & ratione portionis, & non personæ, aut nudi nominis. ¶ Et procedit in hac successione ab intestato hoc ius accrescendi ex quadam legali coniunctione, quæ inter hæredes vocatos ad successionem consistit, quæ inter se sunt re & verbis coniuncti, secundum glo. in l. prima. §. idem aut. ff. de usufructu. accrescen. ¶ Quæ quidem legalis coniunctio tripliciter contingere potest. Primò ex singularitate vocationis, vt quando defuncto non superest nisi vnus proximior descendens, vel ascendens, aut collateralis, in quo non est dubium omnimodam esse coniunctionem. Scilicet re, cum eidem hæreditati succedat talis hæres, & verbis, quia solus ad eam vocatur ex verbis legis, aut testatoris, si in testamento fuerit hæres institutus, & vocatus solus ab intestato ex verbis legis, cum non sit alius, qui ipsum præcedat, vel cum eo cõcurrat. Vnde terminum si non possit talis hæres vnā partem adire, & alteram repudiare: quia hoc esset diuidere, & separare omnimodam vnitatem, & legalem coniunctionem. Ideo in illa persona vnā tantum partem adente locum habet ius accrescendi, vt scilicet vna parte adita, cæteræ eiusdem hæreditatis partes ipso iure illi accrescant etiam inuito, ita quod pars illa adita totum ad se trahit, & hæres in solidum sit, & quantum cunque partem adeundo protestaretur aliam habere nolle, quoniam talis protestatio tollere non potest iuris dispositionem cui renunciarum non potest, vt vidistis. Et idem foret si partem adeundo, reliquam formaliter & expressè renunciarum & repudiaret, cum aditio partis prius facta secum illico traxerit executionem quo ad totum, vt ei non obstat secuta repudiatio,

Et vxorem nomine Adelasiam.

51

tio. Secus esset e contra, vbi hæres à repudiatione inciperet: vt quia vnā partem sibi delatæ hæreditatis repudiasset, de reliqua nihil diceretur: quia talis repudiatio nihil valeret, nec partes reliquas ad se priuatiuè traheret. l. si solus. ff. de acquirend. hæredi. ¶ Et ratio differentie est: quia aditio est fauorabilis, quæ facit quem decedere cum hærede, & testatū vbi testamentum facit, quod est fauorabile, & publicè interest. l. vel negare. ff. quemadmo. testape. & in §. licet autem domino. in l. qui. & ex quibus cau. manu. non poss. Vnde talis aditio semper ampliatur, vt totum comprehendat tanquam fauorabilis. Repudiatio autem contrarium operans (videlicet, quod defunctus heredem non habeat, vel intestatus decedat) est odiosa, & sic restringenda. argumen. l. cum quidam. ff. de liberis & posthu. & cap. odia. de regu. iur. libro vj. Præterea aditio hæreditatis est habitus, & sic est aliquid, idè non sine causa recipit augmentum. Sed repudiatio est priuatio, & nihil: sed quod nihil est, aliquid recipere aut producere non potest. Nam esset implicare contradictionem, quod quis hæres esset, & non esset hæres, vel quod quis pro parte decederet cum hærede, & pro parte sine hærede, secundum Bartol. & Docto. in dicta l. secunda. ff. de acquirend. hæredi. Quæ omnia etiam locum habent in coniunctione hominis procedente ex singularitate vocationis, vt tetigi, vt quando vnus solus hæres vocatus per testatorem fuit ex testamento. ¶ Qui si in solidum institutus hæreditatem in parte adiens de reliqua nihil dixerit, totum adiuisset videtur, siue institutus fuisset simpliciter, siue in pluribus partibus hæreditatis nominatim & separatim, vt dicta l. j. & l. ij. ff. de acquirend. hæredi. ita quod aditio vnus portiunculæ ad se totum trahit, & singulas alias partes, etiam si hæredi adhuc delatæ non forent tempore aditionis, vt quia pro parte quam adiuuit, fuerat hæres purè institutus. Et in alia vel reliquis sub conditione, quæ post impleta fuit: quia tunc non erit necessaria alia aditio post impletam conditionem: imò ipso iure, ipsa reliqua pars, quæ conditionalis fuerat, accrescit priori parti aditæ. l. liber homo. §. Titius. ff. de hæredi. institu. facit l. testamento. C. de impuberum & alijs substituta. Præterea est hoc etiam verum, si in parte quam hæres adiuuit, institutus fuisset simpliciter & absolute, & in reliquis partibus datus fuisset substitutus, aut in singulis dictis partibus dati fuissent diuersi substituti: nam talis hæres cum nullum habeat cohæredem, adeundo partem videtur totum adire, & totum ei accrescit, quia substituti in reliqua vel reliquis partibus dati solum videntur in subsidium, scilicet casu quo hæres institutus nullo modo adiuisset, & aliquam partem non agnouisset. Nec censetur testator hoc faciendo diuisisse hæreditatem, instituendo eum hæredem separatim in diuersis partibus, nisi in singulis partibus diuersos instituisse hæredes: quia sola diuisio portionum facta non censetur causa diuidendi hæreditatem. Sed alio respectu, sicut fit aliquando diuisio fundi gratia vberioris culture, remanente fundi vnitate. l. Caius. ff. de lega. ij. Prout etiam est videre in mensura, qua panni mensurantur, in qua licet sint plura demonstrantia diuersas mensuras, puta diuersos palmos, tamen propter hoc non diuiditur vnitas illius mensuræ, secundum Bartol. Ideo non est mirum si hæres adeundo vnā partem hæreditatis dicatur adire & aliam, ne eadem hæreditas habeat pro parte hæredem, & non pro alia parte, vt plenè deciditur in dicta l. si solus. ff. de acquirend. hæredi. ¶ Per quam rationem decidit

Bal. in l. dominus. §. per fideicommiss. ff. de usufru. testatorem ius accrescendi prohibere non posse, ne pro parte habeat hæredem, & pro parte non. Et ita etiam post Dy. tenet Imo. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredib. institu. hoc etiam ius accrescendi immediatè competit hæredi à lege, & non à testatore, licet interdum habeat ipsum iudicio testatoris, per tex. vbi Barto. & Imo. in l. si in testamento. ff. de vulga. & pupilla. Vnde quod à lege competit, non potest à testatore prohiberi, vt dicta l. nemo potest. ff. de legat. j. Nec obstat, quod idem Barto. in l. quoties. §. si duo. ff. de hæredi. institu. videtur contrarium decidisse: quia loquitur in hæredis institutione non vera, sed interpretatiua, secundum Bal. vbi supra. Et plenè per Docto. in l. penulti. ff. de iniusto rupt. testamen. Puta si testator in re certa vnum solum hæredem instituisse, cum hoc, quod nihil ei accrescere possit. Quo casu, cum talis hæredum institutio verè non sit vnuerfalis, sed interpretatiua, nullo alio dato cohærede vnuerfali, & institutus tunc totum habeat, vt dicto §. si ex fundo. si testator tunc ius accrescendi prohibuerit, valet prohibitio. Sed hæredis institutio nulla erit ex prohibitione iuris accrescendi: quia testator tunc prohibendo ius accrescendi videtur velle decedere sine aliquo hærede, & sic ab intestato. Præterea dicit Bald. in dicta l. j. vers. venio ad materiam. C. quando non peten. partes. quod ius ipsum accrescendi prohiberi non potest verò & directo hæredi, sed bene ficto hæredi, qualis est in re certa institutus, vt dicto §. si ex fundo. & dicta l. quoties. §. si duo. qui quadam fictione censetur institutus in toto, & idem dicit ibi in dicta ix. quæstio. quod si testator tres aut plures habens hæredes prohibuerit, ne vni eorum accresceret: quia cum tunc alteri vel alijs accrescere possit, quali tacitè substitutis, valebit eo casu ius accrescendi prohibitio, quasi deficientibus causis, propter quas prohiberi non potest, de quibus supra. Secus si in totū prohiberetur in personis omnium hæredum institutorum, de quo plenè per dominos de Rota in nouis, decisione cccxxxij. incipien. si pater plures filios. Et sic arguendo à causa causante in legatis, & fideicommissis prohiberi potest ius accrescendi, secundum Bal. in dicto §. per fideicommissum, vbi ponit quid in legato alimentorum. ¶ Sanè tamen intelligatis, quod dixi supra, si licet quod hæres in parte hæreditatis purè institutus, & in reliqua sub conditione, si partem puram adierit, etiam adiuisset videtur conditionalem, vt conditione stante ei accrescat sine alia aditione, nisi adiuisset partem puram cum expressa conditione, si altera pars sibi non accresceret: quia tunc non valeret aditio, nec quo ad partem puram, nec quo ad conditionalem, secundum Barto. in dicta l. ij. ff. de acquirenda hæredi. Pro quo facit ff. de conditio. & demonstra. l. demonstratio. §. quod autem iuris. ibi, ac si conditio naliter. Præterea etiam vera intelligatis præmissa, vbi omnes partes hæreditatis fuissent hæredi per seipsum delatæ. Si autem vna esset ei delata per seipsum, altera verò per alium puta filium aut seruum, tunc si primam per seipsum delatam adierit, non ex hoc efficitur hæres in alia ei per filium aut seruum deferenda. Cum in illa effici non possit hæres, nisi mediante aditione filij vel serui: vnde ante sui aditionem in sua non fuit potestate illam adire. Sed si filius illam primò adiuuit, aut seruus iussu domini cohæredis, tunc statim ipsi hæredi acquiritur, nedum pars adita per filium vel seruum, sed etiam sua, quia ex acquisitione vnus sequitur acquisitio alterius. Præterea hæres

inbendo filio vel seruo adire, satis illam partem acquirendo videtur suam adire, cum tunc in sui sola potestate esset eam adire. l. si ego. & dicta l. si solus. ff. de acquir. hered. sicut videmus in simili, & quod hereditas per procuratorem adiri non potest, cum ipsum constituendo satis declarat suam voluntatem, quod hereditatem habere vult. Ex quo actu solo satis dicitur hereditas per ipsummet constituentem adita. l. Paulus. secundum communem rationem Doctor. ibi ff. de acquir. heredit. ad quod facit secundum Bart. in l. serui electionem. ff. de lega. j. quod dicunt Philosophi naturales, quod quoties agens est liberum, ita, quod actus gerendus in sua consistit mera voluntate, & patiens est dispositum, tunc eo ipso quod agens vult, actus geritur & consummatur. ¶ Pariter intelligatisane, quod supra dixi, de repudiatione de vna tantum parte per heredem facta, quod non valeat, nec quo ad illam partem, nec quo ad reliquas, vbi tota hereditas, aut singula eius partes fuerunt heredi delata eodem iure, scilicet institutionis: vt quia fuit simpliciter heres institutus, vel expressè in toto, aut diuisim in pluribus partibus integram hereditatem facientibus, vt dicta l. j. vel in aliqua re quantumcumque modica alio non dato cohæredere, quo casu vt dixi, trahitur interpretatiue ad totum, vt dicto §. si ex fundo. Si autem plures portiones heredi deferrentur diuerso iure, vt quia vna ei delata esset iure institutionis, quia forte institutus fuit in dimidia, altera verò ei delata esset iure substitutionis, vt quia fuit cohæredi suo substitutus. Si partem, in qua fuerat institutus, repudiauerit, de reliqua nihil dicens, tunc valet repudiatio quo ad partem repudiatam, nec trahit se ad aliam, cum sit odiosa. Quia non obstante repudiatione poterit aliam partem ei iure substitutionis delatam adire, siue tempore repudiationis esset ei iam delata, siue postea ei deferatur, conditione substitutionis adueniente. Tamen ad eundem nunc illam ex substitutione delatam habebit primam, quam ex institutione sibi delatam repudiauerat, quæ portioni nunc aditæ accrescit. l. si tu ex parte. versu. item si mihi. ff. de acquir. heredi. vbi heres incepit à repudiatione, quæ valet in parte repudiata, & postea accreuit portioni aditæ ex substitutione, quod necessariò fit ex potestate iuris accrescendi, vbi talis heres institutus fuerat suo proprio nomine expresso substitutus cohæredi suo. Si autem fuisset cohæredi substitutus sub nomine appellatiuo, puta sub nomine heredis, & prius partem suam repudiasset, non posset alteram partem ex substitutione delatam adire, quia non est heres. Et sic ex substitutione succedere non potest. l. qui plures. in fine. ibi, hi substituti videbuntur, qui heredes extiterunt, & c. ff. de vulga. & pupilla. substituti. vbi idem dicitur, si duo fuerint heredes instituti, & inuicem recipere substituti, non expressis nominibus propriis, quia per talem reciprocam substitutionem satis videtur substituti sub nominibus appellatiuis tanquam cohæredes. Ideo nisi adeant ex institutione, etiam adire non possunt ex substitutione, vt dicta l. si plures. & l. qui liberis. in princi. illo eodem titu. facit l. Lucius. ff. de fideicommiss. liber. ¶ Vnde restat, quod heres ex testamento vel ab intestato non possit vnâ partem hereditatis habere, & reliquam repudiare, quia esset heres & non heres, quod est impossibile. Quinimò si hereditatem retenta legitima repudiaret, totam hereditatem haberet, secundum Bal. Pau. & Fulg. in l. heres instituta. C. de impube. & aliis substitutio. [De quo plenè dicitur super ver-

bo si absque liberis moreretur. j. in materia vulgaris substitutionis. tractando primum illius effectum.] necessè enim habet, vel totam adire, vel totam repudiare. ¶ Quod secus est in contractibus, quia si donata fuerit aliqua res, poterit donatarius vnâ partem capere, & reliquam repudiare: & ratio differentie est, secundum Barto. in dicta l. j. ff. de acquir. heredit. quia institutio heredis, aut delatio hereditatis ab intestato suâ habent etiam, priusquam acceptentur perfectionem: cum pendente ex vnus tantum voluntate, scilicet defuncti expressa, quando ex testamento, vel tacita, vbi ab intestato succeditur. Et hoc casu etiam ex voluntate legis expressa, ideo non possunt post perfectionem diuidi. Sed donatio suam non habet perfectionem, priusquam donatarius consentiat, non ergo sine causa potest pro parte perfici & acceptari, secundum Barto. quem sequitur Bald. dictum eius tanquam subtile commendans. Hæc iam in prima legali coniunctione, quæ ex singularitate vocationis surgit, vbi defuncto ab intestato non superest, nisi vnus heres verbo legis vocatus, & pariter de coniunctione hominis re & verbis, vt quando ex testamento vocatus non fuit nisi vnus, qui verbis testatoris, & personæ eius singularitate & re scilicet ad vnâ eandemque hereditatem vocatus fuit, dicta vobis sufficiant. ¶ Secundò contingit hæc legalis coniunctio in successione ab intestato, ex similitate vocationis, id est, ex plurium simultanea vocatione, vt quia defuncto ab intestato non vnus solus, sed plures proximiores in eodem aut pari gradu existentes simul ad eandem vocantur successione. l. j. §. nemo. ff. ad Tertullia. & l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. heredi. & dicta l. j. C. quando non peten. partes. nam tales simul ad successione vocati sunt pariformiter omnimoda coniunctione legali simul iuncti: quia primò sunt verbis legis coniuncti, eò quod simul à lege collectiue & sermonis vnitate (quæ tales coniunctos, quasi vnum corpus demonstrat) vocantur, veluti quando supersunt defuncto plures liberi, aut plures ascendentes, vel collaterales agnati, vel cognati eodem vel pari gradu constituti, qui simul à lege vocantur ad successione. Et quia ad eandem vocantur hereditatem, etiam dicuntur re coniuncti, eò, quia in eadem re, id est, hereditate succedunt omnes in viriles aut stirpales portiones, vt infra primo membro videbitur primi articuli. ¶ Et in his pluribus sic legaliter coniunctis vno repudiante, locum habet ius accrescendi. [Secus si adiuisset: quia per aditionem extinguitur ius accrescendi quo ad portionem hereditatis aditam, sicut extinguetur vulgaris substitutio. l. post aditam. C. de impuberum & aliis substitui. Non enim habet locum ius accrescendi post aditam hereditatem, cum non sit portio vacans, quæ accrescere possit. l. j. in fine. ff. de usufruct. accrescen. nisi in casu singulari. l. qui patri. ff. de acquir. her. vt quando ius accrescendi esset vnium cum pupillari substitutione, quo casu pupillo moriente post aditam hereditatem, hereditas, nedum pupilli, sed etiam patris sui accrescit suo cohæredi paternæ hereditatis, sibi pupillariter substituto: quia sicut illo casu hoc ius accrescendi redit pupillarem substitutionem ei vnitam ad hæredes substituti transfusibilem, vt dixi supra: sic etiam substitutio facit eum durare, & eum conseruat post aditam hereditatem, vt dicta l. qui patri, vbi Barto. & omnes: vbi est aliud singulare, quod ius accrescendi locum habet in diuersis hereditatibus, licet communiter locum non habeat. l. si duobus. ff. de testament. milit.

mihi. nisi dicamus, quod hoc casu sanore ipsius pupilli, vt habeat hæredem hæreditatis diuersorum, scilicet patris & filij loco vnus habeatur, vel quod sit speciale in casu illius. l. qui patri. secundum Alexandr. ¶ Quod plus contingit & cõpetit ex hac simultanea vocatione, quàm ex consanguinitate inter eos existente, ita, quod sanguinis nexus non est causa huius iuris, secundum Barto. in dicta l. re coniuncti. penul. colum. versu. iij. quarto. ff. de leg. iij. Ex hoc ibi decidens, quod si pater ab intestato defuncto, duobus relictis filiis ex prima vxore, & duobus ex alia, vnus repudiet, portio illius repudiantis non accrescit soli alteri fratri suo vtrinque coniuncto, imò omnes tres simul vocantur ad illam partem, & admittuntur. Et sic accrescit etiam alijs duobus ex alia vxore susceptis, ¶ Quod coniunctio legalis, quæ est causa illius iuris accrescendi, non contingit ex eo, quod plus & pluribus modis sunt consanguinei, & inuicem successores: sed ex eo solo, quod simul à lege vocantur. l. j. §. si quis ex nepotibus. ff. de coniungen. cum emancipa. lib. licet Dynus in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. contrarium voluisset, scilicet portio non repudiantis soli alteri fratri vtrinque coniuncto deferri, per text. in Authenti. cessante. & Authentici. post fratres. C. de legiti. heredi. quæ non obstant, quia loquitur in successione fratris præmortui, in qua frater vtrinque coniunctus præfertur. Sed in casu nostro tractatur de iure accrescendi in bonis patris, quæ nunquam quæ sita fuerant fratri repudianti, ideo omnes pariter vocantur tanquam in bonis patris, nisi sustinendo Dynum diceremus, quod loquitur in substitutione pupillari, per quam succeditur pupillo, in cuius successione frater vtrinque coniunctus tanquam plus coniunctus præfertur, vt dicta Authentici. in successione. & Authentici. post fratres: quod secus esset in substitutione vulgaris, per quam succeditur patri. Vnde restat, quod vno illorum cohæredum ab intestato vocatorum excluso tempore, aut expressa repudiatione, portio sua æqualiter accrescit cæteris etiam inuitis pro portionibus hereditarijs, vt in dict. l. j. C. quando non petentium partes. ¶ Et idem est in successione ex testamento, vbi plures fuerunt per testatorem heredes instituti, & re & verbis ex simultanea vocatione per hominem, scilicet testatorem collectiue ad eandem rem seu hereditatem vocati & coniuncti, quoniam vnus illorum excluso, aut repudiante cæteris sua portio vacans accrescit ipso iure, etiam inuitis, æqualiter si æquè fuerant instituti, vel dispariter pro portionibus eis per testatorem delatis. ¶ Nisi cohæredi excluso, aut repudiante datus fuisset à testatore substitutus: quia ille præferretur coniunctis, & ius accrescendi impediret, quod oritur ex tacita voluntate testatoris, quæ cessat propter expressam à testatore factam substitutionem. ¶ l. j. §. si duo. ff. de bono. possel. secundum tab. & C. de fideicommiss. Authentici. hoc amplius. & in Authentica de hæred. & fal. §. si quis autem non implens. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. & l. si tibi & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. iij. nisi appareret aliud ex mente testatoris, expressa vel tacita, seu coniecturata. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupill. vbi ex coniecturali mente defuncti, ille, qui erat cohæres, & coniunctus præferretur substituto, quæ ad hoc not. Oldr. Præterea substitutus ius accrescendi tunc impedit, quando datus fuit cohæredi meo vniversali ter mecum instituto, de quo hic loquimur. Secus si datus mihi foret particulariter, vt quia institutus

fui heres solus in diuersis portionibus, in quarum aliquibus datus fuit mihi substitutus: quia tunc datio substituti ius accrescendi non impedit. l. si solus. ff. de acquir. heredi. vt supra vidistis in prima legali coniunctione, quod est notandum. ¶ Tertio & vltimò hæc coniunctio legalis, quæ ius accrescendi operatur, contingit in successione ab intestato ex identitate rationis: vt quia plures simul per eandem rationem vocantur. Puta si pater intestatus decesserit duobus relictis filiis, & duobus aut pluribus nepotibus ex altero primogenito filio, quo casu per legem omnes simul vocantur, tam filij quàm nepotes ad eandem successione re & verbis legis coniuncti, sed non omnes vocantur eadem ratione: nam filij ex eo, quod filij vocantur, & succedunt in capita, vt viriles portiones, ita quot erunt portiones, quot capita seu personæ filiorum. ¶ Nepotes verò ex præmortuo filio vocantur & succedunt omnes, quotquot sint, in stirpem, id est, in vnâ solam portionem: quia etiam vnâ solam representant personam, scilicet eorum patris præmortui, taliter quod omnes simul nihil aliud plus habebunt, quàm alter ex filiis eius, de cuius tractatur successione, & quam solus eorum pater haberet, si de præmortuo viueret: vt infra latius in primo articulo videbitis. Vnde sunt inter se hi nepotes plus coniuncti, quàm cum patris, cum solum ex simultanea legis vocatione coniungantur patris suis, cum quibus ad succedendum auo simul à lege vocantur. Sed ultra illam coniunctionem legalem, quæ iunguntur cum patris, ipsi inter se iunguntur identitate rationis, eò quod omnes simul in eadè stirpe, & solum in vna & eadem portione succedunt æqualiter, in qua sola succederet eorum pater si viueret, vnde si alter ipsorum partem illius portionis expressè repudiaret, vel tacitè, vt quia tempore excluderetur, pars illa sic vacans solis alijs accresceret nepotibus fratribus suis, & non patris, secundum Baldum in capit. j. versu. iij. not. de natura succel. feud. Hi enim cum sint dupliciter coniuncti, præferuntur patris sola legali coniunctione iunctis. Si verò alter ex patris partem suam repudiaret, quia tunc caput vnum vacat: certè dimidia partis repudiatæ soli reliquo eius fratri accresceret. Et reliqua dimidia dictis omnibus accresceret nepotibus, sicut accreuisset eorum patri, si viueret. Et pariter si omnes ex præmortuo filio nepotes repudiarent, vel alijs excluderentur, tota illa portio, cū tunc totum vnum caput sit vacans, ac si eorum pater repudiasset, patris deferretur pro partibus, quibus vocati sunt ad successione. Quia ius accrescendi operatur solum secundum portiones hereditarias. l. Mæuio. in princip. ff. de lega. iij. & dicta l. liber homo. §. cum quis. ff. de heredi. instituen. & hoc est, quod in effectu voluit Barto. in dicta l. re coniuncti. vij. colum. versu. quarto principaliter est videndum. ff. de lega. iij. licet non ita clarè loquatur. ¶ Ex quo etiam deciditur, quod cum plures filij sint eadem ratione in legitima coniuncti, vbi pluribus debetur, extraneo fortè per partem vniversali ter herede instituto, si alter eorum partem suam repudiaret, non heredi vniversali, sed reliquis fratribus in eadem portione coniunctis accresceret, & cum etiam in legitima locum habeat ius accrescendi, quandiu est in acquirendo, quoniam si repudians portionem legitime prius acceptasset, vt quia filia dote sibi data vel constituta repudiasset hereditatem. capitu. quamuis. de pactis. libro sexto. de quo plenè vidistis, in verbo, *Duas habens filias*. Vel filius fuisset donatione propter nuptias contentus, quia

quia tunc censetur portionem suam habuisse, licet plus forte legitima ascendat, talis renunciatio non fratribus suis in legitima eadem coniunctis, sed patri seu huius heredi vniuersali proderit, vt illud quod plus valebat, legitima penes eum remaneat, non iure accrescendi, quod iam agnitis & acquisitis locum habere non potest, sed iure retentionis & exceptionis ex renunciatione expressa vel tacita resultantis & competentis heredi vniuersali, aut alteri, cui facta fuerat, secundum Bald. in lege, Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testamen. & in l. huiusmodi. §. si Titio. & l. duobus. ff. de lega. j. & plenius per eundem in l. prima. in vj. quæstio. C. quando non peten. partes. & in l. prima. §. iurisdictione. C. de cadu. tollend. Si autem omnes filij in eadem legitima coniuncti, eam repudiarent, tunc accresceret heredi vniuersali, qua tota vacaret. ¶ Vnde restat, quod vbiunque vocantur plures præcisè ad vnam partem, & vnus ad aliam, quod illi plures ad eandem partem vocati sunt præcisè, vt vnus & loco vnus, vt ff. de collatio. l. si nepotes. Vnde illi sunt plus coniuncti, cum vna voce sint magis inuicem omnes concreti. l. fina. C. de impuber. & aliis substitutio. secundum Bald. in dicta l. prima. in decisione vij. quæstio. C. quando non petentium partes. Quod secus est in filiis plurium vxorum: quia cum omnes vocentur in capita ad successionem, & quilibet in sua portione, si vnus repudiet, non plus habebit eius frater eiusdem matris, & vtriusque coniunctus, quam frater alterius matris, vt supra vidistis, quia non sunt in eadem stirpe nec portione coniuncti: deo in capita succedunt, & quilibet in portione sua, & non plures in eadem. ¶ Ex quibus omnibus summè & vtiliter resultat hoc ius accrescendi locum habere in omni successione, alicui vel aliquibus ex testamento vel ab intestato ex sua persona vel alterius, puta filij aut ferui delata. Et non solum in portionibus vni & eidem personæ, etiam diuerso iure delatis, sed etiam in delatis pluribus & diuersis hæredibus, & nedum in successione alicui vel aliquibus delata iure ciuili, sed etiam iure prætorio, vt dicta l. j. ¶ Pariter locum habet non solum in successione iure communi, scilicet prætorio vel ciuili, sed etiam iure statuario aut consuetudinario delata, quo iure interdum succedunt masculi filij ab exclusis, vt plenè vidistis in verbo, duas habens filias. Vel matre exclusa soli agnati vocantur, vt supra vidistis in primo præludio. Nam quomodocunque deferantur successiones etiam iure consuetudinario, certè inter tales illo iure succedentes locum habet ius accrescendi, ad eò quod si stante tali statuto, quod filiae stantibus masculis non succedant patri, pater intestatus decesserit, duobus stantibus filiis, & vni filibus, & vnus ex filiis partem suam non petierit, aut repudauerit, portio illius quam habet ex statuto, & sic iure speciali, quadam identitate rationis vltra suam virilem sibi iure communi debitam, accrescit alteri fratri cohæredi, & non fororibus suis per statutum exclusis, quæ nullam habent partem, cui portio deficiens accrescere possit, & certum vt vidistis, ius accrescendi non operari fauore personæ, sed portionis, cui pars vacans accrescit, etiam in successione, sic iure speciali delatis. l. si duobus. ff. de bonorum possessione contra ta-

masculos prædilexit in eos vniuersam deferendo successione, ita etiam in deferendo portionem cohæredis exclusi, sicut à simili decidit Bartol. in l. fina. ff. ad Trebellian. de testatore, qui masculos vniuersaliter instituit, & filiam in re certa: deinde subiunxit, quod portio præmorientis ad superuenientes perueniret. Quia tunc soli masculi, quos vniuersaliter instituendo prædilexit, etiam videntur substitutione & fideicommissio integraliter habendo prædilecti, vt filiae præferantur, quæ portionem non habent similem, de quo ibi per eum, & Ange. in §. præiudiciales. j. colum. in fine. institutio. de actio. dam tamen ratio re-cti sermonis saluari possit, vt ibi per eos. Si autem omnes masculi repudiarent, filie non iure accrescendi, cum portionem non habeant, sed in defectum filiorum succederent, vel iure accrescendi, si portionem per statutum haberent. Sicut infra, & in primo dixi præludio de matre solum in certa portione stantibus agnatis succedente: quia si nullus staret, aut omnes repudiarent, tota successio matri accresceret, seu portio sui, secundum Baldum in l. prima. in fine. C. de secund. nupt. secus si aliqui duntaxat agnati repudiarent: quia tunc aliis non repudiantibus, & non matri accresceret, vt patet ex prædictis. Pariter decidit Bald. in l. hac edictali. §. primo. in fine. C. de secund. nupt. quod si plures sint liberi prioris matrimonij, qui reuocare possunt relictum secundæ vxori à patre factum, & vnus eorum partem repudiet, cæteris accrescit, etiam in feudis, quæ iure consuetudinario hæredibus deferuntur: locum habet ius accrescendi, vbi feudum non est nouum. capitu. primo, in fine. de duobus fratribus à capita. inuerti. idem in nouo in hoc regno, in quo feuda sunt quo ad succedendum ad instar patrimoniorum redacta, vt dicit Ioannes Faber in Authentica, ingressi. C. de sacrosanctis eccles. vt dicam infra in primo successione num articulo. ¶ Similiter decidit Bal. in leg. prima. §. vbi autem. C. de caducis tollendis. hoc ius accrescendi locum habere in gratia successione, & dispense fatua, puta si dispensatum foret cum aliquo, quod suis possit relinquere spuriis: nam inter eos locus foret iuri accrescendi, vt pars repudiantis alteri accrescat. Et pariter locum habet inter succedentes de iure speciali, ita quod minor cohæres, qui repudiavit, si iure & priuilegio speciali minorum in integrum restituatur, ius accrescendi habebit. leg. prima. §. primo. ff. de collatio. bonorum. ¶ Et operatur ius istud accrescendi vnionem partium vacantium cum portione hereditatis agnata, & adita irrevocabilem, ad eò quod parte semel per vnum ex cohæredibus omissa vel repudiata, & parti per alium adita vnita, talis pars vnita non poterit amplius ab ea diuidi, nec separari, cui accrescit, & vnita semel fuit: dummodò illa pars, quæ iure accrescendi vnita fuit, verè & plenè vacauerit, taliter, quod cohæres adire omitteret, aut expressè repudians sit omninò seu omni iure, via, & capite exclusus, quo casu fit per ius accrescendi talis vnio perpetua & irrevocabilis. Si autem cohæres omninò exclusus non esset, vt quia alio iure vel capite venire possit, sicut faceret, si exclusus solum foret de iure prætorio, vt quia forte bonorum possessionem illo iure prætorio sibi delatam, tempore debito non agnouisset, videlicet infra annum, si est de liberis, aut infra centum dies viles, si est de collateralibus, puta agnatis vel cognatis: tamen adhuc restat facultas ad eundem de iure ciuili, quæ durat triginta annis, vt dicta l.

dicta licet. C. de iure deliberan. vel fortè talis cohæres exclusus fuit tempore, puta si est de descendentibus, fuit fortè exclusus à capite vnde liberi. Sed quia adhuc venire potest ex capite vnde legitimi, tanquam agnatus. A quo etiam capite exclusus venire adhuc possit ex tertio capite, scilicet vnde cognati. Et partem illam à qua ex priori aut prioribus capitibus exclusus erat, portio cohæredis vnitam reuocare poterit, quæ licet portio adita fuisset ipso iure quaesita, & iure accrescendi vnita, tamen hoc fuit reuocabiliter, vt supra tetigi in tertio præludio. ¶ Et idem in collateralibus, ¶ quia agnatus à capite, vnde legitimi exclusus, & parte sua iure accrescendi adita parti vnita, adhuc venire poterit ex capite vnde cognati, & suam portionem iam cohæredis portio vnitam reuocare ad se. Quia nunquam fit per ius accrescendi perpetua & irrevocabilis vnio, donec cohæres exclusus fuerit ex omni iure & capite, quo venire potest, nec censetur exclusus, donec fuerit prorsus & omninò exclusus, secundum Bald. cum quo ceteri transeunt in dicta licet. [Et plenè declaratur infra super verbo, mortuo itaque testatore. ij. loquendo de secunda specie transmissionis hereditatis.] Vnde his casibus reuocata ex alio restanti capite, dicta iam facta per ius accrescendi vnionem, tale ius accrescendi, quod eam operatum fuerat, nullum alium censetur habuisse effectum, nisi quod cohæres, cuius portio pars vacans vnita fuerat, interim administravit, & administrando interim capere potuit credita, & cætera commoda hereditaria, ac soluere debita, cum pro vero hærede reputaretur, argument. eorum. quæ decidit Barto. in l. si vrbana. ff. de conditione indebiti. & plenè Panormitan. in capit. nihil. de elect. vbi quod plus est, dicuntur valere gesta per intrusum, quantum toleratur. Et si cohæres ille successu temporis omni via, iure & capite excluderetur, portio sua ab initio alteri iure accrescendi vnita, & omnia quæ percepit ex illa, vel ad causam illius perpetuò remanebunt, & irrevocabiliter penes illum cohæredem suum velut vnita, non vt ex nunc, sed vt ex tunc, scilicet à tempore, quo prius fuerat licet reuocabiliter vnita, secundum Doctorem in l. prima. C. quando non petentium partes. quicquid ibi voluerit Bald. Etiam e contra, si vnio illa semel facta postea ex aliquo restanti capite reuocaretur, cohæres, à cuius portione pars illa vnita euocatur, tenebitur de gestis pro illa, & ad causam illius, rationem & reliqua reddere cohæredi nunc euocanti. Et hæc vera scilicet, quod liberi aut collaterales ab vno capite exclusi, venire adhuc successiuè possunt ex sequentibus & restantibus capitibus, vbi lapsu temporis exclusi forent à præcedenti capite, vt quia infra terminum iuris suam non agnouerunt, nec petierunt portionem, vel eam ab vno aut duobus capitibus, vel ex vno iure solo eam repudiarent & renunciarent. Quibus casibus, vt dictum est, venire possent ex sequentibus & restantibus capitibus. ¶ Si autem cohæres exclusus foret simpliciter vel absoluta renunciatione, vt quia noluit, nec vult hæres esse, tunc omnino videtur exclusus omni iure ciuili & prætorio, ac etiam ex omni & quocunque capite, scilicet vnde liberi, vnde legitimi, & vnde cognati. facit tex. in §. penult. institutio. de bonorum possess. ¶ Et maxime si in tali renunciatione intercesserit iuramentum, quod vim habet specificæ consensus, ac si specificè singulis capitibus renunciasset, & omni ac cuiusque iuri. secundum Baldum, in l. j. C. commoda. & plenè Iaso. in l. sed &

si rei capitalis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. imò talis iurata renunciatio traheretur ad legitimam, secundum Ludouicum in l. prima. §. si ita quis. ff. de verborum obligat. & Modernos in l. si quando. §. fin. C. de inoffic. testamen. de quo plenè vidistis super verbo, duas habens filias. in tertia principali fallentia. tractando pactum de non succedendo. verficu. vij. fallit. ¶ Et fuit introductum hoc ius accrescendi secundum aliquos, ne cõtingat testator decedere pro parte testatù, & pro parte intestatù, quod ius nostrum nõ patitur. l. ius nostrum. ff. de regul. iur. secundum gloss. in d. l. feruus cõmunis. Sed hæc ratio non valet, ex qua sequeretur ius accrescendi locum nõ habere in successione ab intestato, quod est falsum, vt dicta l. prima. C. quando non petentium partes. nec etiam locum haberet in contractibus, quod verum non est, imò in eis locum habet. l. fundus ille. ff. de contrahend. empt. seruata tamen distinctione Bartol. in dicta l. re coniuncti. prope finem. ff. de lega. ij. & in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obliga. vnde omisa ratione prædicta, & aliis pluribus, quæ necessariò non concludunt, dicatis ius accrescendi fuisse introductum ratione vnionis. secundum Bald. in dicta l. vnica. §. in primo itaque ordine. C. de caducis tollend. vel ne sit earundem rerum naturaliter inter se pugna, vt dicta l. ius nostrum. secundum Bald. in l. prima. C. de indicta viduit. Esset enim euidentis pugna & contrarictas, quem habere hæredem, & non habere. vel dicatis, secundum Franc. Aret. in dicta l. ij. ff. de acquiren. heredita. hoc idco esse, ne eadem res diuerso iure censetur. l. eum qui ædes. ff. de vscap. ideo pars repudiatis alteri parti adita vel ad eundem inuito cohærede ad eundem accrescit ipso iure, vt scilicet cohæres, qui iam partem suam adierat, vel post alterius repudiationem adire vult, totum habeat, & hæres infolidum efficiatur, quia sicut testatori vel ab intestato defuncto tota hereditas pertinuit: ita etiam conuenit illam totam heredi pertinere, qui personam representat defuncti, imò est vna & eadem causa cum defuncto. in Authent. de iure iuran. à morien. prælli. collatio. v. ¶ Or quia defunctus diuidi non poterat, sic nec hæres representare potest dimidiam partem personæ defuncti, & dimidiam non. Quoniam indiuidua non recipiunt sectionem, secundum Bald. in dicta l. prima. C. quando non petentium partes. verficu. venio ad materiam. Et sicut testator hæredem instituendo in vna certa re, quantumcunque modica, videtur eum instituisse in totum, alio non dato hærede vniuersali, aut illo repudiante, vt dicta l. prima. §. si ex fundo. ff. de hæredi. instituen. ita etiam hæres vnam partem ad eundem, quantumcunque modicam, videtur totam hereditatem ei soli delatam, vel portiones cohæredum repudiantium adiuisse, & totam hereditatem accepisse, quam vt vidistis diuidere non possit: vt vnitas seruetur. Quod secus est in legatis & fideicommissis, in quibus locum non habet ius accrescendi. l. & Proculo. ff. de leg. ij. declarando, vt ibi per Bar. & Bal. in d. l. vnica. §. vbi autem. C. de caducis tollend. ¶ Quod verum intelligatis, scilicet ius accrescendi in legatis locum non habere ex coniunctione contingente ex plurium simultanea vocatione, sed bene locum habet in eis ius accrescendi contingens ex singularitate vocationis, vt quia vni soli legatum. ¶ Nam licet legatum vni relictum diuidi nõ possit, quia non potest in parte agnosci, & in parte repudiari, etiam si plures res collectiuè in tali legato continerentur, vt quando grex aut peculium legatum esset. l. Meuius.

cum l. sequen. ff. de legat. ij. tamen si pluribus eadem res legata esset, pars vnus repudiantis, secundum veram naturam iuris accrescedi, quod operatur in inuitum, non accrescit alteri si partem repudiatam habere nolit, vt dicto §. vbi autem, Sed volenti bene accresceret. Tamen in hereditate etiam inuito accresceret ipso iure cum onere suo. Et ratio differentie est, quia legatum ascribitur mero favore legatarij. Sed institutio heredis vel successio, quæ forte alicui ab intestato defertur, non fit mero favore heredis, sed etiam creditorum & testatoris, vel ab intestato defuncti, ideo cogitur hæres inuitus, qui fauori alterius renuntiare non possit, secundum Bal. in dicto §. vbi autem. Et per hoc etiam dicimus, quod in legatis & fideicommissis prohiberi potest ius accrescendi, & etiam renuntiare, vt ibi, & l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. Et ideo cogitur hæres inuitus partem à cohærede repudiatam postquam suam adiuit, recipere, & habere, propter rationes iuris accrescendi supradictas, etiã si pars accrescens sit ei damnosa & onerosa, vt supra dixi. Sed imputetur ei, cur partem suam adiuit: quia hoc faciendo videtur cum creditoribus hereditarijs quasi contraxisse, & de singulis oneribus hereditatis respondisse, & se obligasse: vnde post perfectum contractum non possit penitere, nec in aliorum præiudicium consilium mutare. l. sicut. C. de action. & obligat. & cap. non potest. de regul. iur. libr. vj. Non enim permittitur tunc mutatio voluntatis, nec quo ad partem quam adiuit, vt illam dimitteret, nec etiam quo ad partem illi accrescentem, vt eam refutare possit. ¶ Nisi in certis casibus, in quibus tali heredi succurritur contra rigorem iuris accrescendi ex quadam dulci & benigna æquitate expressa in iure, quæ omnem iuris rigorem superat & excludit, argument. l. placuit. C. de iudic. facit l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. & cap. final. de transactio. ¶ Primo in casu singulari. l. cum hereditate. ff. de acquiren. heredita. vbi dicitur, quod si hæres, cui pars cohæredis repudiantis accreuit, à creditoribus hereditatis pro illa parte molestetur vltra vires hereditarias illius portionis, vel molestari timeat, videns hereditatem sibi damnosam, poterit suam partem aditam, quam aliàs non poterat sine reliqua sibi accrescente retinere, ilico dimittere, & pristinum consilium mutare, ac illam repudiare, & per hunc modum portionem accrescentem ei damnosam cuitare & refutare, ne pro illa vexetur vltra eius vires & valorem. Et hoc facere poterit ex æquitate dictæ l. cum hereditate. vbi de hoc est casus singularis, in quo à rigore iuris, quo hereditas semel adita repudiari non potest, nec portio illi accrescens refutari, receditur, tum propter æquitatem casus superuenientis incogitati, cum adita per eum hereditate pars cohæredis repudiantis sit ei incogitate delata, quæ sibi præiudicare possit vltra vires hereditarias, vbi hereditas soluendo non est. Tum etiã propter rigorem creditorum ab ipso herede vltra vires exigere volentium. Quæ quidem rigor cum exerceatur contra heredem, qui non fuit in causa tanti æris alieni, confundit rigorem iuris accrescendi in eo, saltem, vt possit hæres totum dimittere ex æquitate præfata l. quæ locum etiam habet in testamento militis. l. si certarum. verficu. quod si alterutra pars. ff. de testament. militar. & consequenter locum habet in testamentis & successioibus hereditarij privilegio gaudent militum, de quibus dicitur in verbo, Testamentum. primò. [Vbi de hoc plenè habetur in ix. casu fallentia.] Et à paritate rationis

idem foret, si ius cohæredis etiam, qui hereditatem adiuisset, ex post fuisset ipso iure resolutum, per querelam inofficiosi testamenti, vel alio remedio iuris communis, quod facit indubitanter, quem definire ipso iure heredem esse, quia tunc hæres etiam, qui partem suam adiuerat, qui pars cohæredis sic iure communi resoluta nunc defertur, eodem gaudebit beneficio: ac si cohæres ille nunc cuius nunquam partem suam adiuisset, sed eam à principio repudiasset: quia postquam ius ei per aditionem quæsitum fuit, sic ipso iure remedio iuris communis resolutum haberetur quo ad ipsum hereditas pro non adita, imò pro non sibi delata, vt cohæredi accrescat, quam si postea videat vltra vires sibi damnosam, poterit vt illam euitet, suam partem licet aditam repudiare beneficio dictæ l. cum hereditate. Quoniam adeundo suam partem, habuit causam iustam ignorandi ius cohæredis fore resoluendum, & sibi deferendum, secundum Paulum in l. si minor. ff. de acquirenda heredita. ¶ Vt tamen beneficium dictæ l. cum hereditate, locum habeat, vt scilicet hæres ad euitandum portionem vltra vires hereditarias onerosam sibi accrescentem, possit suam portionem, quamuis aditam repudiare, & sic totam hereditatem dimittere, requiruntur quinque. Primò requiritur, quod hæres vt volens dicto beneficio, partem suam hereditatis sibi ex testamento vel ab intestato delatam adierit, antequam cohæres suam portionem suam repudiaret: quia cum tunc nihil esset tempore aditionis, quod ei imputari possit, seu propter quod videatur partem cohæredis agnouisse: quæ eo tunc repudiata non erat, nec alio modo resoluta, certè succurritur ei beneficio dictæ l. & idem vbi cohæres prius partem suam repudiasset, vel alio modo seu remedio iure communi iam resoluta fuisset, quam repudiationem aut resolutionem ipse hæres postea adeundo ignorasset, licet ex post ad eius notitiam deuenisset, quo etiam casu succurreretur ei beneficio dictæ l. vt partem suam nunc aditam ad euitandum aliam sibi onerosam repudiare possit. l. si duo. ff. de acquiren. heredita. cum patia sint cohæredem post aditionem istius repudiasset, vel antè & postea ad notitiam eius peruenisset. argu. l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confirman. tuto. & c. insinuante. de offic. delegat. Si autem hæres adeundo sciret cohæredem suum iam repudiasset, aut illius partem resolutam fuisse, & nihilominus partem suam adierit, certè tunc totam videtur adiuisse hereditatem, & eo animo vt pro vtraque portione tam propria, quam ei iure accrescendi delata omnibus hereditarijs oneribus teneatur, vt dicta l. si duo. Ita quod partem suam semel aditam repudiare non poterit, nec partem cohæredis refutare, & rigorem iuris accrescendi cuitare, nec impedire, adeò quod beneficium dictæ l. ei tunc non competeret. Secundò requiritur, vt beneficium dictæ l. locum habeat, quod sint creditores hereditarij aut legatarij, secundum Bart. in dicta l. cum hereditate. quia si nulli essent, vel tam pauci, quod clarum & notoriu esset hereditatem esse soluendo, eo tunc locum non haberet dictum beneficium, imò cogereetur hæres, qui suam portionem adiuit, recipere partem repudiatam cohæredis, nec audiretur volens aditam repudiare, cum causam dimittendi non habeat, per ea quæ nunc dicam. Tertio requiritur, quod creditores hereditarij præcisè petant ab herede integra debita illius partis per cohæredè repudiatæ nunc accrescentis, cum p partem suam aditam hæres qui adiuit, indubitanter teneatur: quia

quia tunc propter rigorem creditorum, ne hæres inuitus de casu incogitato teneatur, aut vexetur, poterit vt beneficio dictæ l. partem suam aditam repudiando, & ius accrescendi quo ad partem cohæredis sibi delatam impediendo: quia parte sua repudiata ius accrescendi operari non possit in præiudicium sui portione carentis. Sed tota hereditas vacans in manibus remanebit creditorum & legatariorum, pro tempore & modo debitorum possidenda, vt dicta l. si minor. ff. de acquir. heredita. nisi creditores æquitate moti, gratiosè procedentes, consentirent heredem non conuenire vltra modum, & vires accrescentis partis: quia tunc cessaret beneficium dictæ l. cum hereditate. Quo casu si ad petitionem vnus creditoris, ad cuius instantiam alij creditores hæred i, vt adiret aliquid remiserint ex debito, & hæres adierit hereditatem, & nunc ipse, qui fuit aliorum incitator, quicquam remittere non vult, certè compelleretur de suo credito aliquid remittere arbitrio iudicis, qui bonus vir dicitur. l. vir bonus. ff. iudicatum solui. secundum glof. singularem. in l. cum in eo. ff. de pactis. per l. si fundum, qui ex parte. ff. mandati vel contra. Quarto requiritur hodie, vt beneficium dictæ l. locum habeat, quod hæres qui partem suam adiuit, nullum fecerit inuentarium, quo casu tenetur indubitanter vltra vires hereditarias, & legatarijs vltra dodrantem. l. fina. C. de iure deliberand. & institutio. de heredum qualitate & differentia. §. finali. Ideo concurrentibus supradictis & sequentibus conditionibus, vt poterit hæres beneficio dictæ l. cum hereditate. quæ non fuit per dictam l. fina. correctæ: secundum Bartolum, quem omnes sequuntur, etiam quo ad legatarios, vt hæres vltra dodrantem non teneatur: sicut nec creditoribus vltra vires portionis delatæ. Nam licet hæres in solidum teneatur propter delictum suum, quia non fecit inuentarium: tamen quia hoc delictum non respexit portionem alterius cohæredis repudiantis, non debet hæres, cui pars immaculata iure accrescendi defertur, circa quam non fuit peccatum, perdere beneficium dictæ l. pro illa parte accrescente. argumento l. rescriptum. ff. de his, quibus vt indigni. Si autem hæres ipse de bonis hereditatis suum debite fecerit inuentarium, iuxta formam dictæ l. fina. certè cum tunc etiam quo ad partem suam aditam non teneatur vltra vires, nec legatarijs vltra dodrantem, vt plenè videbitis in verbo, mortuo autem testatore. ij. non esset tunc opus beneficio dictæ leg. cum hereditate, quæ tendit ad eximendum heredem, ne pro portione sibi accrescente teneatur vltra vires. Et in casu vbi hæres fecit inuentarium, iam est illo onere exemptus, vt dicta leg. final. Quintò requiritur, vt locum habeat beneficium dictæ l. quod pars cohæredis repudiantis delata fuerit heredi ex iure accrescendi: & sic tacita voluntate testatoris. Quia si ei delata foret iure substitutionis per testatorem factæ, & sic voluntate expressa, tunc hæres cui delata esset, vt non possit beneficio dictæ l. vt suam partem repudiare possit ad euitandum partem ei delatam, secundum Bartolum singulariter in l. testamento. C. de impuber. & aliis substitutionibus. Vnde si testator duos instituisset hæredes, scilicet Titium & Caium: & si Caius hæres non esset, ei substituisset dictum Titium: & contigerit, quod Caius partem suam repudiavit, vel ante eam aditam decessit: quia pars illa Titio non defertur iure accrescendi, sed iure vulgaris substitutionis: certè locum non habebit dictæ l. beneficium.

Et ratio differentie est: quia ius quod cohæredi defertur ex substitutione, ei defertur ex testantis expressa voluntate: quam hæres ipse ignorare non potuit, cum videndo se institutum, etiam eodem testamento viderit se substitutum. Ergo illam partem cogitur accipere inuitus absque eo, quod creditores teneantur ei gratiam facere: quia eo ipso quod scienter adiuit, censetur se obligasse ad recipiendam aliam partem, in qua vulgariter fuerat substitutus. Sicut pupillariter substitutus, qui testatoris adiuit hereditatem, tenetur etiam recipere hereditatem pupilli sibi delatam per pupillarem substitutionem. l. qui patri. ff. de acquirenda hereditate. [Hanc limitationem sequitur Angelus ibi & Imola, super quo sunt varæ opinionès, quia Bartolus, vt ibi refert Alexander, fuit sibi contrarius.] Sed quando portio cohæredis repudiantis defertur iure accrescendi, quia hoc est ex dispositione legali, non sic ei imputatur, si hunc casum non prauiderit. Secundus casus, in quo heredi adeunti succurritur contra rigorem iuris accrescendi, est in dicta lege, si minor. ff. de acquirenda hereditate. vbi portio cohæredis non iure communi, puta repudiatione vel querela inofficiosi, seu alio iuris communis remedio vacans, sed privilegio speciali, puta minoris ætatis; vt quia cohæres minor annis postquam adiuit, fuit in integrum restitutus, tanquam ex tali aditione læsus facilitate minoris ætatis, quia tunc licet illa portio nunc prætextu restitutionis vacans fuerit iure accrescendi delata cohæredi adeunti, tamen ei inuito non accrescit, nisi eam acceptare velit, & iure illo accrescendi vt. ¶ Sed relinquatur creditoribus hereditarijs possidenda. vt dicta l. si minor. Nam minor quantumcunque hereditatem adierit, si ex hoc læsus probetur, vt quia hereditas soluendo non est, potest & debet in integrum restitui, & consequenter hereditatem semel aditam relinquere, & repudiare: valebunt tamen per eum interim gesta ante restitutionem, licet post restitutionem hæres esse defierit privilegio minoris ætatis. l. quoties. ff. de acquirenda hereditate. sicut valent gesta per prælatum ante eius priuationem à prælatu. ra. secundum Paulum & Doctores ibi. Et ratio huius est, ne beneficium restitutionis speciali privilegio ratione minoris ætatis cohæredi indultum, sit alteri cohæredi nocium & damnosum. argument. l. impuberi filio. ff. de administra. tuto. & l. fina. C. de statutis & imagin. Præterea ille cohæres restitutus nunc repudians fuit semel per aditionem hereditatis verus hæres, & sic ius accrescendi extinctum: licet postea per integram restitutionem fuerit restauratum, quod tunc non tantum potest sicut ab initio potuisset: nec talis restauratio iure & privilegio speciali facta nocere debet cohæredi in eius iniuriam, vt dicta l. cohæredi. Sed in primo superiori casu nunquam ius accrescendi fuerat extinctum, cum aditio ex parte repudiantis nulla interuenisset: & si aliquando interuenisset, fuerat iure communi puta per querelam inofficiosi, & non privilegio & iure speciali resoluta & extincta. Et ius accrescendi restauratum remedio iuris communis: quod facere potest quem definire ipso iure esse heredem, vt ibi vidistis. Quo casu ius accrescendi plus cogit heredem, vt volens suam partem retinere, non possit partem accrescentem repudiare, imò cogitur totum habere: sed istud ius speciale privilegio minoris ætatis competens, facere non potest, quod minor qui semel adiuit, possit ipse

ipso iure definire hæres esse, nisi per remedium in integrum restitutionis speciale. Et etiam cotunc esse non potest, quin nomen hæredis sibi remaneat, vt plene habetur in dicta l. si minor. & l. penulti. & final. ff. de acquir. hæredita. Vnde non mirum si ius accrescendi hoc casu non operatur, nisi in volentem.

140 ¶ Sicut contingit in certis aliis casibus. Puta in assignatione libertorum, vt not. in l. vtrum. ff. de assignatione libertorum. Et vbi agitur de liberalitate imperiali, vt l. j. C. si socius liber. imper. libro decimo. Et etiam vbi ius accrescendi vnionem habet cum substitutione pupillari, vt dicta l. qui patri. ff. de acquir. hæredita. Et pariter in usufructu. l. prima. §. interdictum. ff. de usufructu. accrescen. Similiter cessat ius accrescendi, vbi plures partes, non ex vna & eadem, sed ex pluribus hæreditatibus prouenirent hæredi, licet ex eodem testamento. l. si sub conditione. ff. quibus modis usufructus amitt. & l. si duobus. ff. de testamen. milita. & notat Bartol. in l. qui patri. ff. de vulga. & pupillari. Præterea locum non habet, vbi portio cohæredis non deficeret ipso iure, sed ope exceptionis tantum. Puta, quia excluditur cohæres per sententiam aut iuramentum possessoris, qui iuravit cohæredi iuramentum deferenti partem in hæreditate non competere: vel fuit per sententiam exclusus. Quibus casibus, si portio verè sibi competeat, eam ipso iure non perdidit. Sed ope exceptionis ex sententia aut iuramento, si eam peteret, excluderetur. Ideò cum talis portio ipso iure & sic omnino & perfectè non vacet, alteri cohæredi non accrescit, sicut ei accreuisset, si eam repudiasset, vel tempore exclusus foret, secundum glof. & clarius Bartol. in l. si duo patroni. §. j. ff. de iureiurand. quem sequitur Angelus in §. fina. institu. ad Officia. Etiam locum non habet, vt dixi, in succedentibus iure diuerso. l. sed cum patrono. vbi Bartol. in princip. ff. de bonorum possessio. videatis bonum text. [Prout illum text. optimè ad hoc inducit super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. in iij. casu quo viduitatis cõditio non reuocatur de legato vel fideicommissio.] in l. mulieri. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nec etiam locum habet, vt dixi, in legatis & fideicommissis. videatis Paul. & docto. in dicta l. penult. de acquir. hæredita. Bartol. in dicta l. re coniuncti. & glof. in l. mater decedens. ff. de offic. testament. & in l. ex contractu. ff. de re iudica. Restat ergo ius accrescendi locum non habere in casu dictæ l. si minor.

141 vt in inuitum operetur. Et differt iste casus à primo casu sumpto ex dicta l. cum hæreditate. quia in illo primo hæres qui vti vult beneficio dictæ l. refutare non potest portionem cohæredis repudiatam sibi accrescentem, nisi partem suam, quam adierat, repudiet seu dimittat. Sed in casu dictæ l. si minor. hæres suam poterit retinere portionem, & partem cohæredis in integrum restituti vacantem repudiare: etiam si creditores vellent ei gratiam facere, ne vltra vires teneatur. quod est not. ¶ Vt tamen hoc priuilegium locum habeat, duo requiruntur. Primum, quòd hæres iste, qui partem accrescentem accipere refutat, suam partem iam adierit, antequam eius cohæres contra aditionem fuerit in integrum restitutus: cum tunc adeundo cogitare non poterit ius accrescendi futurum ex priuilegio cohæredis sibi delaturum. Et non est quid ei imputetur. Et idem foret, si post restitutionem cohæredis (quam tamen ignorabat) adiuisset hæreditatem, licet postea ad sui notitiam deueniret, vt supra fuit declaratum. Si verò adiuisset post

in integrum restitutionem cohæredis, sciens illum eam obtinuisse, tunc teneretur inuitus portionem illius recipere, nec beneficium dictæ l. cum hæreditate haberet. vt dicta l. si duo. & l. penultima. ff. de acquir. hæredita. Secundo, vt casus dictæ l. si minor, locum habeat, requiritur, quòd partem suam iure proprio, & ex se ipso adierit, & eam habuerit. Si autem in portione sua ius haberet ex aditione alterius, vt quia erat in parte hæreditatis fideicommissarius: quia aliquis alius hæres in solidum institutus fuerat per testatorem grauatus partem restituere, quam sibi post aditionem restituit, quòd facere non potuisset hæres, nisi prius hæreditatem adiuisset. Et demum hæres quo ad partem suam, quam sibi retinuerat contra aditionem, quia minor erat & læsus, restitutus fuit. Certè hoc casu, quia iste hæres fideicommissarius partem suam habuit, non ex sua, sed alterius, videlicet principalis & directi hæredis aditione, non poterit partem illius tunc iure speciali vacantem & sibi iure accrescendi delatam refutare absolute priuilegio dictæ l. si minor. scilicet retenta parte sua, sibi antè per fideicommissarium restituta, vt est casus not. in l. si pupillus. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. Posset tamen hoc casu iste fideicommissarius, si cum creditoribus exigere vellent & excoiare vltra vires illius partis nunc iure accrescendi delatæ: vti beneficio dictæ l. cum hæreditate. De quo vidistis in primo casu, vt scilicet totam possit repudiare hæreditatem, secundum Paul. & docto. in dicta l. si minor. ff. de acquir. hæredita. & dicta l. si pupillus. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. Ex quibus nunc clarè videtis qualiter prouisum fuit huic ab intestato successioni, & pariter successioni ex testamento, per hoc ius accrescendi: quòd propriè locum habet & operatur effectum, vbi relictum de quo agitur est pluribus delatum, & eis competit pro virilibus portionibus aequalibus aut disparibus, vt scilicet pars repudiata per vnum aut plures accrescat alteri, vel aliis petentibus, seu eorum portionibus, vt vidistis. Vbi verò pluribus relictum deferretur & competeret, non pro virilibus portionibus, sed cuiuslibet in solidum, ita, quòd singuli solum partem sibi facerent per concursum iuxta ea quæ plenè habentur in §. coniunctim. institu. de lega. & in dicta l. re coniuncti. Tunc ius non concurrentium, id est partem suam non petentium, non accresceret petenti iure accrescendi, cum totum sibi competat: sed pene ipsum remaneret iure non accrescendi, quia nihil ei decresceret, postquam cæteri concurrere cum eo, aut aliquid petere nolunt, aut repudiant: vel si ex pluribus vnus repudiaret, cæteris accresceret, secundum docto. vbi supra & Bartol. in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligat. Per quem text. datur pro generali regula ius accrescendi in contractibus locum non habere, imò in eis, qui non admittuntur ad partem, facit partem. secus in vltimis voluntatibus, vt supra vidistis. l. planè. la. j. §. si duobus. & §. si coniunctim. & l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de legatis, primo. Et ratio quare in vltimis voluntatibus est locus iuri accrescendi, sed non in contractibus est, secundum Iacob. de Rau. in l. j. ff. de usufructu. accrescen. quia plenior fit interpretatio in vltimis voluntatibus, quam in contractibus, l. in testamento. ff. de reg. iur. & ea, cum dilecti. de dona. Et ratio rationis est: quia in contractibus potest disponens sibi providere contrahendo, quòd locum habeat ius accrescendi: quòd si non fecerit,

cerit, sibi imputet, qui legem apertius declarare potuit, & non fecit. l. veteribus. ff. de pactis. Non sic in vltima voluntate, in qua minus testatori est imputandum, si mortis cogitatione turbatus non prouidet. l. hac consultißima. C. qui testamentum facere non possunt. facit glof. in l. j. C. de pecu. eius qui liberta. meruit. ¶ Vnde concluditur ius accrescendi regulariter locum non habere in contractibus, vt dicta l. si mihi & Titio. & in Authen. si quando. C. de constit. pecu. & l. per seruum. §. quòd si seruus. ff. de acquir. rerum do. Fallit tamen in sequentibus casibus. Et primò in usufructu etiam inter viuos constituto. l. j. §. fina. ff. de usufructu. accrescend. qui text. generaliter loquitur qualiterunque usufructus constituitur, vt ibi in verbo, constitutus. & in verbo, constituitur. ¶ Et legatur. secundum glof. ibi. Secundo fallit quoties ea, quæ indiuidua sunt in contractu versantur, vt sunt seruitutes & cætera indiuidua: quæ cum pluribus auferantur sui natura cuiuslibet in solidum debentur, & effectualiter acquiruntur. l. ij. §. ex his. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat. tamen in eis propriè locum non habet ius accrescendi, sed ius non decrescendi, de quo dixi, vt clarius probat Bartol. in l. stipulatio ista. §. cum qui. ff. de verborum obligat. facit l. j. §. communis seruus duorum. ff. de stipulat. seruo. ¶ Et hoc verum, quòd in indiuiduis locum habeat ius accrescendi, in contractibus & actibus inter viuos, vbi ius vnus ex pluribus ipsis purè extinctum fuit: secus si ope exceptionis extingueretur. l. si duo patroni. in principio. ff. de iureiurand. vbi in iure patronatus quòd est indiuiduum. l. quædam. ff. familiaris seruus. & l. fina. ff. de iure patronatus. non habet locum ius accrescendi: quia ibi iure patronatus illius contra quem iuratum fuit, non est extinctum ipso iure, sed ope exceptionis iurifurandi, secundum glof. ibi. Vnde in casibus, in quibus reperitur ius accrescendi locum habere in contractibus, semper intelligatis illud esse verum, nisi illi qui non admittuntur ad partem faciant partem aliquo saltem ope exceptionis, vt singulariter dicitur in dicta l. si duo patroni. Et idem si faceret partem in solo iure retentionis, vt declarat Bartol. in l. proinde. §. si seruus communis. per illum text. vbi glof. ff. de stipula. seruorum. Tertio fallit in donationibus factis à principe. l. prima. C. si liberalita. imper. socius. libro x. ¶ Et idem in concessis per regem Franciæ, qui tantquam imperator neminem recognoscit. capit. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Per quam legem dicit singulariter Bald. ibi & in l. vnica. §. in primo. C. de cada. tollen. & in cap. j. de duobus fratribus de nouo benef. inuelti. & in cap. j. de duobus fratribus à capitu. inuelti. quòd si feudum concedatur à principibus, vno repudiante vel sine hærede mortuo, portio sua accrescit socio, siue concessio fuisset sub præstatione alicuius seruitij, siue gratis & liberaliter. Cum vtroque casu concessio feudi dicatur liberalitas & gratia, secundum Bald. in prælu. ijs feudorum. In feudis autem ab inferiore concessis locum non habet ius accrescendi in actibus indiuiduis sed ad concedentem pars vacans reuertitur. Quarto fallit in contractibus vltro citroque obligatorijs, quoties interest concedentis, quòd ius accrescendi locum habeat. l. fundus ille. ff. de contrahend. emptio. Si autem non interesset concedentis rem, vt quia fortè eam modico pretio vendidit, tunc pars vacans non accresceret cõemptori, sed reuenteretur ad venditorem, secundum Bartol. in d. l. si mihi & Titio. Ex quo

dicat, quòd cum concessio in emphyteosim sit cõtractus vltro citroque obligatorius, si res pro magno censu annuo fuerit in emphyteosim concessa, quòd census quasi æquipollet fructibus rei concessæ, & sic interest concedentis rem remanere penes emphyteotam in solidum, quam portionem vacantem ad dominum reuertit, locum habebit ius accrescendi: & totum remanebit penes cõemphyteotam. Aliter & aliàs portio rei vacans reuenteretur ad dominum iure accrescendi cessante: quia tunc sua interest potius rei partem vacantem habere, quam modicum censum, puta denarium. quòd latius declarat Alexan. in dicta l. si mihi & tibi. versic. & prædicta inducuntur & c. & sic cessabit ius accrescendi. Quinto fallit in donatione causa mortis. l. j. in si. C. de cad. tollen. ¶ Quantis donatio causa mortis non sit propriè vltima voluntas. l. ij. ff. de dote prælegat. vt dicam super verbo, testamentum. iij. Sexto fallit in mortis causa capione, de qua ibi dicam: nam in mortis causa capione, id est in eo quòd ex mortis causa capione præstandum est, locum habet ius accrescendi, si illud quòd præstandum est præstari debeat pluribus vt hæredibus. l. Thais. §. Stichus seruus. ff. de fideicommissa. liber. & ita intelligitur decisio Bartol. in dicta l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligat. Si autem erat dandum aliquibus non vt hæredibus, tunc cessaret ius accrescendi. l. penulti. §. j. versic. de illo quoque quaritur. ff. de condition. & demonstrat. secundum Alexand. in dicta l. si mihi & Titio. Septimo fallit in assignatione libertorum. l. vtrum, la. j. ff. de assigna. liberto. Octauo fallit in casu l. fina. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet. Et hoc fit propter indiuiduitatem: quia non posset quis pro parte esse liber, & pro parte seruus. Nondò fallit in acquisitione necessaria. l. Lulianus. §. idem Celsus. ff. de actione emptio. Vnum tamen mente tenebitis, quòd ius accrescendi locum non habet in pœnis, adeò quòd si quis condemnatus esset ad certam pœnam ecclesiæ & fisco, vel parti & fisco, & vnus eorum partem suam repudiaret, non accresceret alteri, secundum Bald. in l. arbiter intra certum. ff. de arbit. Nec etiam inter duos fiscos locum habet ius accrescendi, vt ipse decidit in l. ex facto. la grande. ff. de hæredita. instit. Et sic vno confiscationem repudiante non accrescit alteri. ¶ Præterea non obliuioni dabitur ius accrescendi tantum locum habere in parte data postea defecit: sed in parte nunquam data locum non habet, adeò quòd si testator quid certum reliquerit cuiuslibet canonico interessenti tali die in diuinis: quia per hoc non accrescet pars non interessentium alijs, cum non interessentibus nil datum videatur. Et idem in constitutione vel statuto taliter disponente. Nam ius accrescendi locum habet solum in parte data ex voluntate disponentis ex postfacto ei ablata vel non scripta, aliter quam per voluntatem disponentis, vt plenè per Innoc. in cap. sicut. de cleri. non resisten. & in cap. fina. de verborum significat. vbi etiam Panor. & glof. pragmaticæ in titul. de tenen. capitula tempore missæ, in fine. Or domini clarè videtis, quòd iure accrescendi prouidetur vbi plures eiusdem vel paris gradus ad successionem vocantur: vt scilicet pars vnus aut plurium tempore vel repudiatione exclusorum portioni alterius, vel aliorum qui hæredes esse volunt, accrescat ipso iure & necessaridò pro portionibus quibus vocati fuerunt. Si tamen ad intestati successionem non vocaretur, nisi vnus, qui fortè solus tempore delatæ hæreditatis reperitur in gradu

in gradu parentelæ proximior, & ille excludatur tempore aut repudiatione, vel etiam plures eiusdem gradus simul vocati sunt omnes penitus exclusi: tunc locum habere non possent ius accrescendi: cum nemo eiusdem gradus existat cohæres, cuius portioni hæreditas seu portiones vacantes & repudiatae accrescere possint. Quia hoc ius accrescendi nihil operari nec locum habere potest, nisi inter pares simul eodem vel pari gradu & iure vocatos. Sed tunc locum habebit successorium edictum: quo ubi proximior ad successionem vocatus tempore excluditur aut repudiatione, sequens in gradu, id est in sequenti & immediato inferiori gradu constitutus, si hæres esse voluerit, admittitur, & deinceps de gradu in gradum. Et idem si essent plures in tali gradu constituti, vt l. i. & 153 per totum. ff. & C. de success. edicto. ¶ Quod quidem edictum successorium fuit rationabiliter introductum. Primò favore defuncti, de cuius successione agitur, vt ei succedatur: & cito cuius interest habere successorem. l. & quia. ff. de interroga. actio. & instituit. qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. §. licet autem domino. ibi, valde enim prospiciendum erat, vt homines quibus vnus hæres extiturus non esset, saltem alium habeant, qui satisfactorius sit creditoribus: aut hoc eo non faciente creditores res hereditarias hæredis nomine vendant: ne iniuria defunctus afficiatur &c. scilicet quo ad memoriam, id est famam, quæ interdum etiam post mortem patitur. lex iudiciorum. ff. de accusatio. Secundò ¶ fuit hoc edictum successorium introductum favore creditorum, vt scilicet potestatem seu facultatem habeant cito exigendi & consequendi debita. l. j. de success. edicto. quod facere facillime non possent, donec hæredem reperiant. Ideo posset iudex ad eorum instantiam certum præfigere hæredi terminum, etiam termino iuris breuiorem, vt hæreditatem adeat cum intimatione, quod lapsò termino dabitur bonis defuncti curator, qui creditoribus satisfaciatur: quod fieri de iure potest, ne creditores nimis longam patientur dilationem, & consequenter iacturam. vt dicta l. prima. imò tenent communiter Doctores, in Rubrica. C. de success. edicto. quod posset iudex ilico interrogare, nedum hæredem primo loco vocatum, sed etiam sequentes in gradu si velint hæredes esse, & si respondeant, quod hæredes esse volunt, aut nolunt, tunc res erit expedita. Si autem respondere noluerint, poterit eis certum præfigere tempus ad hæreditatem adeundam: quo elapso dare poterit curatorem bonis, qui creditoribus respondeant per text. in l. j. ff. de curato. bonis dando. facit glo. in cap. fina. de consuetu. lib. vj. in fin. Quæ practica probatur per textum diuinum Ruth. iij. cap. in princ. ibi, partem agri fratris nostri &c. Et si iudex terminum hæredi præfigeret simpliciter sine aliqua intimatione, illo elapso conferretur potius hæreditatem adiuisse, & hæres esse velle favore creditorum. Ad quorum instantiam hoc factum fuit: quia hoc magis expedit eis, quod hæres sit quem ilico exigant, quam quod non esset, secundum Paul. Si autem fuisset hæredi scripto simpliciter terminus ad instantiam substituti, aut succedenti ab intestato ad instantiam sequentium in gradu præfixus, & ante lapsum termini statuti nihil respoderit, nec declarauerit, quia noluit, vel non curauit. Tunc lapsò termino interpretari debet hæreditatem repudiasse propter fauorem substituti, aut in gradu sequentium quibus hoc magis expedit vt successione habeant, postquam instituerunt ad hunc

finem secundum eum. [De hoc dixit plenè super verbo, *Mortuo itaque testatore*.] loquendo de secunda effectuali perfectione testamenti, quæ per aditionem hæreditatis fit: dum queritur an per non factum inducatur aditio hæreditatis. Vnde per elapsum termini hæres perpetuò erit exclusus ab illa hæreditate: tamen non posset iudex in perpetuum exclusionem minus seu breuius statuere hæredi tempus, quam sit à iure præfixum propter regulam. l. licet. C. de iure deliber. Et minus hoc posset ad instantiam creditorum in perpetuum exclusionem tendentium. Cum ius illud adeundi vel repudiandi sibi competat de iure communi. Et satis sit interim creditoribus consultum, quod detur curator bonis secundum doctores in dicta rubrica. Et communiter omnes in l. si curatoris, per illum text. allegato titu. de iure deliberand. facit cap. decet. & c. indultum. de regu. iur. lib. vj. quia magis præiudicat hæredi priuatio, quam quod bonis detur curator. ¶ Vnde si hæres sit de liberis, non debet ei minus tempus à iudice dari quam annus. Et si esset de transuersalibus, daretur centum dierum terminus à prætoro decretus. in l. j. §. largius. ff. de success. edicto. Quem prætor viuus id est iudex super hoc adiens imitari debet. secundum Barto. in l. quando. la. iij. ff. de acquiren. hæredi. vbi plenius per eum. ¶ Quæ omnia faciunt ad intellectum generalis consuetudinis Franciæ & præsentis ducatus Aquitania, quod proximior de genere possit eodem precio rem venditam retrahere ab empore infra annum & diem, quia posset iudex ad instantiam sequentium in gradu certum præfigere terminum infra quem offerat pretium. Et si infra tempus præfixum non deliberauerit, possent remotiores rem venditam retrahere secundum Cynum in l. fin. versi. vltimus quero. C. de furtis. facit d. l. j. ff. de curato. bonis dando. Et not. Petr. de Ancha. in dicto cap. si. j. col. de consue. lib. vj. post glo. vbi dicit, quod quando plures admittuntur ordine successiuo ad vnum & idem, præfigi potest priori terminus, infra quem acceptet, vel repudiet per l. quando. ff. de acquiren. hæredi. Et si semel repudiauerit, amplius pœnitere non poterit. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. imò sequens in gradu retrahere poterit infra residuum temporis: quod proximiori supererat, cum extendi non debeat in infinitum. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de lega. iij. & consuluit Zarbarel. consil. lxxxvij. & consil. ciiij. Tertiò, ¶ fuit introductum hoc edictum successorium in hac successione ab intestato propter fauorem sequentium in gradu: quia successorium edictum est, quo prioribus non petentibus aut repudiantibus sequentes admittuntur. vt dicta l. prima. in fine. & ibi gloss. vltim. Circa ¶ hoc tamen scire debetis edictum successorium quadrupliciter habere locum. Aliquando enim locum habet de capite in caput, seu de ordine in ordinem: quod idem est. Aliquando de gradu in gradum, aliquando de eadem persona in eandem personam. Interdum & vltimò mixta consideratione, scilicet capitis & gradus simul & semel. Caput ¶ enim secundum Bald. super dicta rubrica. C. de success. edict. nihil aliud est in hac materia, nisi quædam digressio puta de liberis ad agnatos, & de agnatis ad cognatos, deinde verò de cognatis ad coniuges. Gradus autem est dinumeratio personarum de eadem linea per superius & inferius, & ex latere. Circa ¶ ergo caput notare debetis, quod in successione ab intestato quatuor sunt capita, videlicet liberorum, agnatorum, cognatorum, & vnde vir & vxor. Quæ quidem capita

capita fiscum excludunt, qui ad successionem venire non potest, nisi eis deficientibus, vt infra videbitis. Et in omni capite locum habere potest edictum successorium. Nam in primis locum habet in primo capite, scilicet vnde liberi. Quia ¶ deficiente capite seu ordine liberorum, vt quia nulli fortè sunt liberi, vel tempore fuerunt aut repudiatione exclusi, succedit secundum caput, scilicet agnatorum. Et hodie etiam tertium caput cognatorum cum dicto secundo. Cum sit differentia sublata agnationis & cognationis, vt s. vidistis in secundo prælu. Ideo non stantibus liberis, pariter vocantur agnati & cognati, salua sola gradus prerogatiua: vnde fit digressio quedam ad successores de vno capite ad aliud. Et pariter de vno gradu ad alium in eodem capite seu ordine fit successus. Nam quicquid olim fuerit de iure antiquo, quo filius primum gradum suitatis tenens, iure ciuili desinere non poterat esse hæres lapsu temporis, nec repudiatione. Et sic nepos ex eo, quod deinceps venire non poterat per edictum successorium, loco sui patris hæres esse: ne duo in solidum hæredes & domini essent. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. & cap. licet. de probatio. Sed necesse habebat venire de iure prætorio: quo filius facultatem abstinenti ad paterna hæreditate habebat. Et sic nepos vel alius inferior primum locum post filium immediatè tenens vocabatur & veniebat, non vt de liberis, sed tanquam agnatus: quia quicumque est de liberis agnatus est, & etiam cognatus quasi sanguine iunctus. Hodie ¶ tamen in liberis etiam suis (id est in potestate defuncti mortis tempore constitutis) locum habet hoc edictum successorium de gradu in gradum, etiam de iure ciuili. Adeò quod si filius mortuo patre priusquam paternam hæreditatem agnouerit, moriatur, vel ad paterna hæreditate abstinerit, aut tempore excludatur, vocabitur nepos eius filius etiam iure ciuili ad sui aui successione. Et deinceps ceteri per ordinem descendentes secundum gradus prerogatiuum. l. qui se patris. vbi bona glo. C. vnde libe. & in dicta rubrica. C. de success. edict. per text. in l. defunctis suis. C. de legitimis hæredibus. & in l. ex contractu. ff. de re iudi. & Io. de Pla. in §. placebat. in lit. de legit. agna. success. Or plus prodest nepotibus & ceteris de capite seu ordine liberorum descendentibus venire de iure ciuili, qua via non excluduntur, nisi tringinta annis: vt dicta l. licet. C. de iure deliberand. quam vocari de iure prætorio, à quo excluderentur anno, vt vidistis. Pariter si mortuo patre omnes liberi naturaliter moriantur ante agnitam hæreditatem: aut ciuilitè, vt quia ab illo tempore aut repudiatione excluduntur, locum habebit edictum successorium, scilicet de capite in caput, virtute cuius fiet digressio de capite seu ordine liberorum ad caput & ordinem agnatorum, & etiam cognatorum hodie. Cum non sit inter eos differentia quo ad hanc legitimam successione, ad quam vt vidistis, hodie simul vocantur, salua inter eos sola gradus prerogatiua. Et hoc iure (videlicet inter suos locum esse edicto successorio) vtitur postposita quorundam doctorum præsertim citramontanorum subtilitate quauis laudabili, tenentium in suis de iure ciuili locum habere non posse edictum successorium de gradu in gradum, ex eo quod filius vel alius tempore mortis defuncti primum locum suitatis tenens semel ipso iure suitaris virtute, [Vt plenè declaratur infra super verbo, *Mortuo itaque testatore*. ij.] factus hæres non potest amplius desinere esse hæres. Et consequenter non po-

test alius inferior de eodem vel altero capite venire de iure ciuili, sed tantum prætorio; ne duo simul reperiantur eodem tempore in solidum domini & hæredes, vt s. dixi. Sed hoc non obstat secundum Bartol. quia licet duo esse non possint simul eiusdem hæreditatis domini vno & eodem respectu, scilicet quia non possent duo simul hæredes esse & domini directi aut viles, vt dicto §. si duobus vehiculum: Possunt ¶ tamen diuersimodè domini esse: quia primus, scilicet filius, vel alter suus hæres, qui semel ipso iure propter suitatem effectus hæres, si tempore aut repudiatione excludatur, semper manebit iure ciuili hæres, & dominus hæreditatis directus. Et sequens in gradu vel capite per edictum successorium in eius locum vocatus erit dominus vtilis, quia non est inconueniens, quod eiusdem rei vnus sit directus dominus, & solo nomine nomen retinens hæredis & honorem: alter verò sit dominus vtilis re & vtilitate: cui successione vtilitas ex edicto successorio pertineat. Sicur videmus in hgrede rogato restituere hæreditatem: qui facta restitutione semper remanet hæres directus. in signum cuius, ne habeat nomen hæredis in vanum & pro iure restitutionis quartam totius hæreditatis Trebellianicam retinet, vt dicit tex. in lit. de fideicom. hæredi. §. in primis. ibi: opus esse vt aliquis recto iure hæres instituat. ¶ Et fideicommissarius, cui hæreditas restituta fuit, dicitur hæres indirectus & vtilis, in quem sunt omnia per Trebellianum Senatufconsultum translata. vt clarè decidit text. in §. restitutum sequenti. illo eod. titu. Ad præmissa facit, quod magistratè tradit Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. posses. de domi. directo & vtil. & Cy. & ceteri in l. j. C. de actio. & obli. de actione directa, quæ penes cedentem remanet, & de vtili, quæ in cessionarium transit. Et maximè locum habet in suis edictum successorium in præsentis regno Franciæ, in quo parum curatur de patria potestate suitatem operante. secundum gloss. in verbo, Romanorum. instit. de patria potestat. Præsertim in ciuitate nostra Tholosæ quo ad filios seorsum à patre habitantes, aut filias maritatas, qui omnes pro emancipatis habentur, vt supra vidistis in secundo prælu. in fine. Quinimò hodie iure nouissimo, quo vtitur in his successione ab intestato sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis suitatem gignentis, maximè in casu nostro, vbi patria potestas liberis non prodest: si primo excluso sequentes iure ciuili repellerentur à successione, cum multò vtilius sit liberis, quod in eis locum habeat edictum successorium de iure ciuili, quam prætorio, vt supra dixi. Vnde ¶ pro conclusione restat in suis hæredibus etiam iure ciuili locum habere edictum successorium de gradu in gradum: & sic in primo capite succedendi locum habet. Secundò locum habet etiam in capite agnatorum. Et hoc dupliciter. Primò de capite in caput, vt si nullus sit de capite agnatorum præter vnum, qui successione in defectum liberorum agnati prædefuncti ei delatam repudiet, aut tempore ab illa excludatur, vel etiam plures eiusdem vel diuersi gradus fuerunt eo modo exclusi: certè fiebat tunc digressio de capite agnatorum in caput cognatorum, qui olim iure veteri vocabantur solum in defectum agnatorum. Sed hodie propter sexus sublata differentiam agnati & cognati, si pari gradu existant omnes simul vocantur, ita quod hodie edictum successorium non ita propriè operatur in eis de capite in caput, sicut olim fiebat, imò hodie fit simul digressio

gressio de capitibus vnde legitimi, & vnde cognati, in caput vnde vir & vxor: qui tunc vocantur cum omnis deficit parentela defuncti. vt infra suo loco videbitis. Habet etiam locum & secundò hoc edictum successorium in hoc secundo capite de gradu in gradum, vt si agnati fuerint exclusi in primo gradu existentes, vocantur sequentes in gradu proximiores, vnus si solus fuerit, aut plures eiusdem gradus si plures existant. Sed vt circa hoc vetera statuta intellectus vestros non turbent propter eorum intricatam diuersitatem, habetis in hoc puncto tria considerare iura. Primò, ius antiquum legis duodecim tabularum iure antiquo digestorum confirmatum. Quo iure primo agnato temporis lapsu aut repudiatione excluso illico admittebatur fiscus, ceteris agnatis & cognatis exclusis. Vnde illo iure in capite agnatorum & cognatorum locum habere non poterat edictum successorium de gradu in gradum, nec de capite in caput: cum eo tunc fiscus omnes excluderet defuncti parentes. Et quia ius illud summè rigorosum erat, superuenit ius pratorium, quo dispositum fuit, quòd excluso agnato proximo non tunc veniret fiscus: sed postpositis ceteris agnatis fieret incontinenti digressio de illo secundo capite seu ordine agnatorum ad tertium caput. scilicet cognatorum: ex quo tertio capite ille ipse à tertio capite exclusus venire poterat ex dicto sequenti tertio capite vt cognatus. Et si ex nullo capite venire petebat, sed omnino hereditatem nolle declarabat: tunc cognati per lineam femineam defuncto coniuncti vocabantur. In quibus voluit prator locum esse edicto successorio de gradu in gradum, vt scilicet excluso primo proximior cognato non veniret fiscus, imò succederet sequens in gradu, & deinceps successiue. l. prima. §. gradatim. ff. de success. edict. Et sic de iure pratorio locus non erat edicto successorio de gradu in gradum in capite agnatorum, & in hoc conueniebat cum lege antiqua duodecim tabularum. Sed bene erat locus edicto successorio de capite in caput, & in capite cognatorum locus erat illi edicto etiam de gradu in gradum vsque ad vltimum à iure praximum. Et in hoc differrebat ius pratorium à d. lege antiqua duodecim tabularum. Sed quia ius istud pratorium euidentem nutrebat iniquitatem: quòd primo agnato hereditatem non petente non veniret sequens in gradu, sed vocabatur cognatus tunc proximior, qui fortè in quinto aut sexto gradu existens excluderet agnatum secundi gradus. Ideo superuenit tertium ius, scilicet imperatorum & ciuile nouum de quo in dicto §. placebat. inflituit. de legitimi. agna. success. Quo iure statutum est, quòd ita locum habeat edictum successorium de gradu in gradum in capite seu ordine agnatorum, sicut erat de iure pratorio in ordine cognatorum: adeò quòd si proximior agnatus in primo gradu tempore delatae successione existens ab ea excludatur iure communi, putà lapsu temporis aut repudiatione, tunc sequentes agnati de gradu in gradum successiue admittentur etiam de iure ciuili vsq; ad triginta annos qui iure pratorio nò admitterentur post centum dies viles, vt dicto §. largius. Et idem si ille proximior agnatus iure speciali excluderetur, vt quia hereditatem adiuisset: & deum quia minor vigintiquinque annis tanquam lapsus còtra aditionem esset in integrum restitutus. Nam etiam tunc sequentes in gradu agnati, & hodie iure quo vtimur nouissimo simul cum eis cognati vocantur secundum gradus prerogatiuum. Ex quibus clarè hunc habetis edictum successorium hodie locum ha-

bere in ambobus iam dictis secundo & tertio capitibus. scilicet agnatorum & cognatorum regulariter vsque ad decimum gradum, vt supra dixi in tertio praludio. De quarto autem capite, scilicet vnde vir & vxor; pauca in proposito restat dicere: quia deficientibus tribus primis capitibus, videlicet vnde liberi, vnde legitimi, & vnde cognati. Succedit hoc vltimum caput, vnde vir & vxor, in quo non est dare plures gradus: cum deficientibus supradictis tribus capitibus, sola vxor viro succedat, & contra maritus solus vxori: ultra quos successio in alios non porrigitur affines, vt infra videbitur: ideo in hoc quarto capite frustra esset de edicto successorio saltem de gradu in gradum disputare. Vnde nunc satis habetis, qualiter hoc edictum successorium locum habet de capite in caput, & de gradu in gradum, seu de vna persona ad aliam personam successiue. Tertio principaliter dixi edictum successorium, etiam locum habere de vno gradu seu persona ad eundem gradum seu personam. Exemplum in eo cui delata fuit ex testamento hereditas, qui aliam ab intestato successisset, vt sunt liberi. l. prima. C. de his qui sibi ascribunt in testamen. vel eis non stantibus proximiores agnati vel cognati aut coniuges. Nam talis poterit hereditatem adire vsque ad triginta annos, vt dicta l. licet. C. de iure delib. n. nisi tempus breuius ei per iudicem fuisse ex causa assignati, vt supra vidistis. Quam hereditatem si infra dictum tempus non adierit, & sic ex causa testati non venerit, sine tamen fraude relictorum in testamento exclusus fuerit, nunc alios incipit habere triginta annos ex causa intestati: in qua tempus suum currere non potuit prima causa testati durante. l. quandiu. la. ij. de acquirenda hereditate. Vnde hoc modo talis heres per edictum successorium de vna qualitate, scilicet testati: in aliam, scilicet intestati, quæ iam sunt in eadem persona concurrentes ad adeundum hereditatem, sexaginta habebit annos: nisi expressè & simpliciter eam repudiasset. Quoniam talis repudiatio ad causam testati traheretur & intestati, secundum glossam in dicta l. prima. §. sed videndum. ff. de success. edict. & Paulus in dicta l. quandiu. Et idem vbi solum ageretur de successione ab intestato de filio seu quolibet alio descendente, qui tres habet in successione paterna vel alterius ascendentis qualitates. Primò quia est de liberis. Secundò de agnatis, cum patri coniungatur per lineam masculinam. Tertio est de cognatis: quia quilibet agnatus dicitur etiam cognatus, tanquam sanguine iunctus. Ideo venire potest ad patris vel alterius ascendentis successione ex dicto triplici capite, scilicet vnde liberi, per vnde legitimi, & per vnde cognati. Ita quòd eo temporis lapsu à primo capite excluso venire poterit intra aliud simile tempus ex secundo capite. Et deinde ex tertio, clarè decedit Baldus in dicta l. licet. vnde licet in eadem persona fieri non possit digressio. Et vt verius loquar, successus de gradu in gradum, cum in eadem persona non sit dare plures gradus in seipsis: attamen sit digressio de capite in caput, seu de qualitate in qualitate, vt videtis, dum tamen non sint alij in priori & potiori gradu constituti, vt dicta l. prima. §. sed videndum. & §. largius. ff. de success. edict. Quia diuersæ qualitates in eadem persona concurrere possunt, vt vices plurium sustineat, vt ibi. facit capitulum à collatione. de appellacionibus. libro sexto Et sic quemadmodum ius accrescendi in fauore coheredis non operatur, nisi portio alterius coheredis

fit omnino, id est omni capite iure seu qualitate vacans, vt vidistis. Sic nec operari potest edictum successorium in fauorem sequentis in gradu, donec sit hereditas vacans ex omni capite seu qualitate in primo gradu concurrente: & in isto conuenit cum iure accrescendi. Quare satis restat ex prædictis quartum membrum expeditum, videlicet, quòd edictum successorium etiam locum habet mixta consideratione, scilicet capitis, & gradus simul. Ex quibus nunc clarè intelligitis qualiter successum, & prouisum defunctis fuit, ne remaneant sine herede: & hoc tam remedio iuris accrescendi, quam per edictum successorium. Inter quæ remedia est magna & vtilis differentia. Primò quia hoc edictum successorium non competit, nisi inter heredes capite, seu ordine, vel gradu per superius dispares, ius verò accrescendi locum non habet nisi inter pares simul & pariter vocatos ad successionem. Ex quo communiter dicimus, quòd ius accrescendi excludit edictum successorium, quod est subsidiarium: vbi aliquis non subest de paribus, in quo ius accrescendi operari possit, vt supra vidistis. Ius enim accrescendi non deuoluit hereditatem seu portionem vacantem. Cum inter pares locum non habeat deuolutio. caput. non putamus. de consue. libro vi. Sed portio vacans accrescit non vacanti: & facilius aliquid accrescit, quam deuoluitur: quia in habentibus symbolum facilius fit transitus. Et facilius inducitur in quo minor digressio reperitur, sicut fit inter pares, inter quos similitudo est causa generationis & augmenti. Hoc autem edictum successorium cessat paritate heredum deuoluit hereditatem repudiatam ad sequentes in gradu vel capite: per quod fit quædam digressio, quæ difficilior sit secundum Baldum. Secundò hoc edictum successorium differt à iure accrescendi, quia non competit nisi volentibus: quoniam primo gradu vel capite toto vacante, sequens hereditatem adire non cogitur: nec ad ipsum deuoluitur, nisi succedere velit. Sed ius accrescendi ipso iure competit etiam inuitis, & nolentibus. l. iij. §. inuito autem. & §. fina. cum l. sequentibus. ff. de bono. pos. De huiusmodi autè successorio edicto tam legis quam etiam conuentionis etiam in feudis, aliqua notanda Christo duce videbitis in verbo, *Es soboles quem gestabat in vtero*. dum loquimur de posteris nondum conceptis succedentibus. Postremò vnum in hac materia præcipuum notabitur, quòd ius accrescendi & edictum successorium in suis casibus solam operantur, quando hereditas est pluribus simul vel successiue delata, ita quòd omnes fuerunt per testatorem vocati, aut per legem veluti ab intestato, & portio vnus vacavit lapsu temporis aut repudiatione eius, cui delata fuerat, quia accrescit coheredi, vel defertur sequenti in gradu proximiori vt vidistis. Si autem hereditas vel portio istius vocati defecisset ante aditionem, & vacasset morte heredis vel coheredis, cui delata fuerat, tunc locum non haberet edictum successorium, nec ius accrescendi in fauorem coheredis: aut in gradu vel capite sequentis heredis: imò heres aut coheres, cui delata hereditas fuerat, moriendo eam transmittit ad suos proprios heredes iure transmissionis hereditatis, vel iure deliberandi, quia ille ad quem transmittitur hereditas (cum suum repræsentet transmittentem) censetur ad succedendum proximior. In qua proximitate primò consideratur capacitas in herede: quia incapax ad succedendum non occupat locum, nec facit gradum. l. si quæ pœna. ff. de his qui

sunt sui, vel alieni iuris. Secundò consideratur hereditatis transmissibilitas, vt quia proximior in gradu moriendo liberos & heredes reliquit, ad quod ius succedendi transiit. Tertio consideratur proximitas tempore mortis defuncti, de cuius successione agitur. Institu. de hered. ab intesta. §. interdum. cum §. sequen. de quo per Alexand. consilio cxxxvij. volumine primo. Et sicut ius accrescendi & edictum successorium operantur in fauorem vocatorum à lege vel ab homine, ita etiam operatur ius transmittendi ad utilitatem non vocatorum, tamen vocati veniunt iure proprio per ius accrescendi, aut edicto successorio: illi autem qui non sunt vocati ad quos hereditas solo iure transmissionis deuoluitur, non veniunt ex propria persona, nec iure proprio: sed ex persona & iure transmittentium morientium ante ius eis quaestum. Ideo potest solum heres transmittere ad suos posteros hereditatem: prouiso quòd defecisset antequam exclusus foret tempore aut repudiatione: quia si tempore aut repudiatione exclusus foret, ius transmittendi interupisset, & nihil transmitteret, obstante præscriptione vel renuntiatione, quæ ius accrescendi & edictum successorium operantur, vt plenè videbitis in verbo, *Mortuo autem testatore*. ij. vbi materia transmissionis necessaria & perutilis vobis tradetur pro pane lucrando gustanda. His igitur pro intellectu dicendorum præsuppositis, & necessariò præmissis: quia partitio seu diuisio animi legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat. l. j. ff. de doli excep. Sicut imperator vsus est diuisione in ista in proæmio. §. igitur. & hoc ad prædictos effectus, secundum glossam ibi. sic & nos materiam nostram diuidendo considerare habetis parentes, inter quos versantur: hoc præsertim ab intestato successiones esse in multiplici differentia. Quorundam quidam sunt naturales, & legitimi simul. Licet olim in illo rudi seculo quo matrimonia nominata non erant, nec cognoscantur, omnes legitimi nascerentur, tamen statim quòd fuerunt cognita, duplex hominum genus esse cepit, scilicet legitimorum, & non legitimorum. Postea tertium genus incepit, scilicet legitimorum, & deinde quartum genus, scilicet legitimorum tantum per adoptionem à filia eorum: postremò quintum genus ex ritu Christiano hominum inoleuit, scilicet spirituum, qui sacramento baptismi aut confirmationis gignuntur, vt habetur infra super verbo, *Quidam Petro tradiderunt*. de quibus seriatim nunc videbimus. Quidam sunt naturales tantum, & quidam legitimi tantum, ultra quos sunt affines: postremò fiscus. Et omnes prædicti parentes, aut sunt descendentes quorum causa in succedendo dicitur præcipua, aut sunt ascendentes, aut transuersales, seu collaterales. Capio igitur nunc primum principalem articulum, videlicet parentes naturales simul & legitimos, quales sunt consanguinei naturaliter ex matrimonio iuncti, de quibus si quaeratur qualiter ab intestato sibi inuicem succedant: scienda sunt tria membra. Nam aut descendentes succedere volunt ascendentibus, aut ordine naturæ turbato ascendentes suis descendentibus, aut collaterales collateralibus. Primo casu cum agitur de bonis & hereditate ascendentium debito ordine ab intestato præmortuorum, dicatis, quòd prima successio olim erat suorum heredum. Sui autem heredes existimantur, qui in potestate morientis, de cuius successione agitur, tempore mortis

suæ fuerunt, veluti filius, filiave, nepos, neptisve ex filio, pronepos, proneptisve ex nepote nato ex filio, prognatus, prognatave, id est quicumque alius vltior descendens vsque in infinitum, vbi de successione ascendentium ex linea paterna ageretur, quia in succedendo ascendentibus ex linea materna, sutas tam in successione testamentaria, quam ab intestato non consideratur ex potestate, cum mater filios in potestate non habeat nec vltiores, in lit. de adop. §. 178 foeminae. Sed consideratur sutas largè & improprie & secundum communem vsum loquedi, quo dicitur de matre sicut de patre, quod filios suos habet hæredes, quia mater filios ita appellat suos sicut pater, qui communis vsus loquendi attenditur. l. cum de lanionis. §. a snam. ff. de fund. instruc. secundum gloss. in l. non aliter. ff. de lega. iij. Barto. in l. omnes populi. vij. q. principi. ff. de inst. & iure. & Panor. supra in proæ. maxime, vbi concurrunt intentio legis aut testatoris. Fuit enim legis intentio statuendo matrè ab intestato hæredes habere filios suos. Et pariter intentio testatoris fuit hæredes instituendo vel substituendo filiam, & suos filios vel hæredes intelligere de sutas largè & improprie sumpta secundum communem vsum loquendi: & sic de tali quæ cadere potest in matre, & descendentibus ex ea: quia mater, (vt dixi,) loquendo de filiis vocat eos suos sicut pater, aliàs sequeretur quod lex & testatores, successiones mulierum ad proprios earum filios nunquam deferrent, quod absurdum foret secundum Guid. papæ, in 179 propriis terminis. q. ccccxlvij. incip. mulier. ¶ Potest enim lex & testator verba quæcunque improprie, vt conueniant materiæ subicctæ. l. quoniam indignum. C. de testa. Sui ergo sunt primi hæredes. Vnde si quis intestatus moriebatur, prima causa erat suorum liberorum in successione, qui mortuo parente fiunt ipso iure hæredes absque alio facti ministerio virtute sutas, in lit. de hæredum qualita. & differen. 180 §. sui. ¶ Imò in præfenti regno Franciæ nedum sunt hæredes ipso iure, sed etiam possessores ex illius generali consuetudine, qua mortuus fuit proximiorum lignagerum, secundum Ioan. Fab. in d. §. sui. & in lit. de interdi. §. summa. & §. retinenda. etiam in feudis, præsertim in hac ab intestato successione, vt refert magister Gulielmus debrolho. styli curiæ parliamenti scribit. tit. de feudis. §. item de consuetudine. & §. sequenti. [Vt plenissimè supra omnes dixit super verbo, mortuo itaque testatore. ij.] Et non immeritò: quia liberi ad successione ascendentium vocati penè ad bona propria veniunt, dicit tex. in d. l. j. §. largius. ff. de success. edi. facit tex. l. suis. ff. de libe. & posthu. & in l. 181 scripto. ff. vnde liberi. Quibus suis hæredibus connumerari necesse erat eos qui ex legitimo matrimonio non fuerant, sed ex concubina geniti: tamen per sequens matrimonium cum ea contractum legitimitati. [Istud est tertium genus hominum: quia sicut nati ex matrimonio appellantur naturales & legitimi, etiam dicuntur naturales isti legitimi, vt supra dixi in principio huius articuli. Et credo quod isti hoc modo legitimi etiã dici possunt naturales & legitimi: quia sicut matrimonium retrahitur ad tempus conceptionis & natiuitatis horum filiorum: cap. tanta. qui filij sint legitimi. ita finguntur legitime nati. d. c. tanta.] Quo casu talis & tanta est vis matrimonij postea sequuti, quæ nedum filij, qui post tale matrimonium nascuntur: sed qui eo tempore in vtero existunt: Et (quod plus est,) antea nati legitimantur: d. cap. tanta. & in lit. de hæred. quæ ab inte. defe.

§. ij. Et non solum filij, sed etiam nepotes dicuntur legitimi, vbi pater, viuente filio, concubinam desponsasset: secus si filio iam mortuo secundum Bald. singulariter in l. benignus. ff. de legi. sup. quo cogitabit, quia text. in Authent. quib. mod. natura. effi. legi. videtur indistinctè nepotes sequenti matrimonio legitimas. de quo plenè in d. §. ij. Nam tales sic per sequens matrimonium legitimi succedunt sicut legitime nati, aut legitime concepti: etiam in feudis, in quibus naturales liberi alio modo & simpliciter legitimi non succederent: capitul. j. §. naturales. si de feud. sue. contro. vbi plenè docto. & Panor. in c. innotuit. vij. colum. & in c. cum Vintonienfis. iij. col. de elect. Et etiam admittuntur ad retractum pro re quæ proximior alienauit offerendo pretium infra annum. ¶ Pariter succedunt legitimi per principem. [Isti sic legitimi faciunt proprie tertium genus hominum qui vocantur naturales legitimi vt supra dixi.] Sicut enim qui vadit trans mare ad sanctum Iacobum, aut visitare sanctum sepulchrum, vel limina Petri & Pauli, abstergitur & mundatur à suis omnibus peccatis: sic & bastardus per legitimationem lauatur & mundatur à genitura vitio & macula illegitimitatis. Infans etiam secundum Bart. in l. iubemus. C. de emancip. libe. adhuc existens in vtero. [Vide de hoc quæ plenius habentur infra super verbo, adiecte impuberi.] in princ. secundum Bald. in d. §. naturales. in fin. per l. sed est quæsitum. ff. de liber. & posthu. ita quod nascetur legitimus nihil postea di serrepans à legitime conceptis & natis. in Auth. quib. modis natura. effi. legi. §. si quis sanè non habens. secundum glo. in verbo, curiis. in d. §. j. ¶ Hodie autem in hoc regno Franciæ, & in Delphinatu vbi ipsa feuda quo ad ius succedendi sunt ad instar patrimoniorum redacta: naturales etiam per principem vel aliàs quàm sequenti matrimonio legitimi succedunt in feudis secundum Guid. papæ. q. lix. Securius tamen esset, quod in legitimatione inferatur, quod etiam in feudis succedere possint. Pro Guidone vltra eum 182 facit, ¶ quia fortior est legitimitas quàm adoptio, cum filius adoptiuus nihil habeat naturalitatis, nec sanguinis, sed naturalis legitimus sic: ideo substitutum excludit, & non adoptiuus. l. fideicommissum. ff. de condi. & demonst. aliàs facilliter fraudaretur fideicommissarius: quia facilliter hæres restituere hereditatem grauat, sibi filium adoptaret, vt d. l. fideicommissum. ibi, adoptionis commento. quod aliquid significat in fraudem fideicommissi inuentum. [De quo plenè habetur super verbo, Si absque libe. moreretur. j. in iij. limita.] per legitimationem verò nod ita facilliter fraudaretur, cum à principe habeat impetrari: & quod impetratur à principe reputatur impossibile propter nimiam difficultatem cum ad eundem, & ab eo quod petitur obtinendi. l. apud Iulianum. §. alias est sub l. Iulianus. §. fina. ff. de lega. j. Et sunt profectò tales legitimi ordinu & ecclesiasticorum beneficiorum capaces, ac si nunquam illegitimi fuissent, sed legitime concepti & nati: ita quod succedunt etiam ab intestato parentibus vnà cum legitime natis & conceptis: & hoc virtute legitimationis ex matrimonio secuto factæ ipso iure. Quæ quidem legitimitas procedit tam secundum leges, quàm sacros canones, vt d. c. tanta. & in lit. de nupt. §. si. Et eodem modo succedunt si legitimi foret principis rescripto, qui tales bastardos legitimare potest, etiã non vocatis ab intestato succedentibus, vbi legitimarentur patre eorù viuente, & ad sui requestam, aut saltè de suo consensu;

sensu: quia aliter non succederent, cum non cogatur quispiam inuitus habere hæredem. Pariter etiam consentire debet legitimationi ipse bastardus, qui legitimitur: quia verba non cogitur qui sui iuris est, intrare potestatem patris. Vnde ambobus solis, (scilicet patre & filio consentientibus) potest filius ad patris requestam, vel alio aliter consentiente, etiam in præiudicium aliorum parentum rescripto principis legitimi. l. cum adoptio sit. iuncta l. nam ita diuus. vbi gloss. & Bal. ff. de adop. & ita fuit arresto Parisiis decusum, quod filius bastardus per papæ & regem legitimatus omnes alios excludit à successione consanguineos, & ita fuit dictum pro quodam Carolo de Hispania bastardo de bonis sui patris. Quia illorù non interest quos possit pater quouis alio modo excludere à sua successione, & extraneu hæredè facere, cum aliàs non teneatur quàm proprios liberos vel ascendentes suos facere hæredes, nec etiã illos vltra legitimum. l. cum quæritur. & l. parentibus. C. de inoffic. testa. [De quo etiam meminit dominus Austrius in suo arrestorù tractatu. cap. xliij. & anno præterito filius bastardus quondam domini de Pordeaco ciuitatis Lectore, per regem legitimatus recedentiam paternam successione arresto parlamenti Tolosa obtinuit contra alios parentes.] Et ideo quæ illis præiudicatur saltè quo ad legitima, cum sint ex legitimo matrimonio nati, essent in legitimatione fratru bastardorù vocandi, postquam eorù interest in aliquo, etiã contra velle patris, quo inuito debetur eis legitima, in qua pater dicitur filiorum debitor secundum Bal. in l. quories. C. de hæred. inst. & in authen. de orient. & semel. §. j. vbi bo. text. quia quantum plures erunt liberi legitimi, tanto pars cuiuslibet erit minor. Ideo vocandi sunt: & si vocati sint & consenserint, valebit legitimitas, aliter & aliàs non valeret: imò habetur expressè in regula cancellariæ apostolicæ, inter glossatas. xlvij. incipiente: itè voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium &c. quod in tali dispensatione ponatur clausula: quod non præiudicetur filiis, ad quos successio ab intestato pertinet. Quæ quidem clausula etiam si in rescripto non esset apposita, subintelligeretur secundum gloss. ibi. [Et si papa vel princeps bastardum legitimet cum legitime natis successurum, non esset homo, sed vnus pecus, vt dicit Bal. in cap. j. §. filij. si de seu. fuerit cõtro, quia hoc faciendo non haberet iustitiam præ oculis: quia fortè mulier nobilis vel optime dotata nupserrat, sperans prolem suam legitime procreatam patri succedere, & non meretricum liberos. quod esset nedum præiudicare filiis legitime natis: sed etiam decipere eorum matrem, quæ si hoc cogitasset, illi non nupsisset.] Et idem fortè esset in vxore itope, & indotata, cui debetur in bonis mariti diuitis mortui certa portio iuxta Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Quinimò sufficeret quo ad hæc patrimonialia bona patrem in vita sua aut in extremis constitutum testamento disponere de filij sui bastardi legitimatione in futurum fiendâ per principem, etiam inuitis agnatis, cognatis, & vxore dotata, aut diuite, quorum non interest: quia (vt videtis) filio non legitimo non teneretur pater eos instituere, nec aliquid relinquere. Sed posset penitus extraneu, quauis ignotum hæredem facere. in lit. de hæred. 187 in l. i. §. fina. Præterea non succedit taliter legitimatus, nisi soli patri, & non ceteris parentibus, imò nec proprio fratri. Et sic res immobiles per fratrem vel alium de genere patris alienatas retrahere non

posset ex consuetudine Franciæ. c. constitutus. de integ. restitu. offerendo pretium infra annum, cum eis succedere non possit: quia cum habere hæredem non coguntur inuiti. Ideo in legitimatione vocandi non sunt. d. l. nam ita diuus. ff. de adop. vbi singulariter Bald. secus, si ageretur de bastardo post mortem patris legitimando, qui aliter de legitimatione non disposuerat saltem fienda: & sic iure iam quæsitò venientibus ab intestato: quia eo tunc eis non præiudicaretur quo ad ius ei iam quæsitum in successione, maxime in præfenti regno, vbi ex generali consuetudine defunctus moriendo sayfuit iure ipso parentes suos proximiores, &c. q. scilicet dominos & possessores, vt supra dixi. facit tex. in c. quânis. de rescri. lib. vj. Et sicut non valet legitimitas à principe facta non vocatis nec consentientibus filiis legitime natis, vbi filij tales super sunt, sic etiam non fortiteretur effectum totalem & perpetuum, vbi tempore legitimationis nulli fuissent liberi, tamè post bastardi legitimationem fuerunt suscepti. Cum non præsumatur patrem eis præiudicare voluisse ex vxore habenda vel quæ habebat procreadis. secundum Paul. in l. ex facto. in princ. per illum text. ff. de vulg. & pupil. vbi substitutio exemplaris filio dementi facta fitur, si demens incipiat posse testari, aut liberos suscipiat. ¶ Præiudicium enim illico cessat quod incipit esse damnosum & iniuquum. c. suggestum. de decimis. vnde talis legitimitas tunc cessat, adeo quod prætextu illius succedere non poterit legitimatus cum filiis ex matrimonio postea susceptis: quorum agnatione, & natiuitate rumpitur & finitur legitimitas: sicut infirmaretur testamentum prius factum. in l. iij. quib. mod. testa. in fin. §. j. Cum tendat talis legitimitas quæ ciuili est & de iure positio in præiudicium naturaliter legitimorum. Tamen quo ad ceteros effectus quàm successione, puta quo ad honores, & cetera filiis legitimis post vel antea susceptis non præiudicialia, perpetuo durabit talis legitimitas, & suu semper continuabit effectum. Et hæc legitimitas quæ principis rescripto expeditur, differt à præcedenti, quæ fit per sequens matrimonium: quia licet per hæc possit legitimatus succedere in bonis patrimonialibus, vt dixi: non tamen succederet in feudo nobili, vt d. §. naturales. & Panor. in d. c. innotuit: & c. cum Vintonienfis. de elect. Nec etiam hæc comprehenditur in concessione facta alicui & liberis suis legitimis, ita quod recipiens emphyteusim vel aliã quacunque rem non mobilem, nec aliàs priuilegiatam pro se & filiis suis legitimis, appellatione legitimorum comprehenduntur legitime nati, & etiam legitimi per sequens matrimonium, sed non per rescriptum secundum Bald. per illum text. in l. f. C. de his qui veniam arat. impetra. & minus in feudis succederet taliter legitimatus. idem Salic. & Paul. ibi per tex. in d. §. naturales. Bald. & in l. generaliter. §. cum autè. C. de insti. & subli. & in l. eam quam. C. de fideicommissis. vbi dicitur quod in dispositione testamentaria vel statuti, licet veniat legitimatus per sequens matrimonium, vel alios modos iure cõmuni inuentos, vt per oblationem curiæ: tamè nunquã venit legitimatus per rescriptum principis. quod locum etiam habet in contractibus vt videtis secundum Alex. in d. l. fin. in addi. nisi ad feuda specialiter fuisset dispensatus. & legitimatus: quo casu succederet etiam in feudis legitimi principi subiectis, præter quàm in regno. Non tenim posset aliquis, præter rex noster Christianissimus legitimari facere si-

num naturalem, si quē haberet, in præiudicium alterius sui consanguinei legitimi, licet in gradu parē-
 telæ remotissimi, cui ex consuetudine regni liberis
 legitimis stantibus successio deberetur, à qua nō po-
 test per regem excludi, cum dispositio regni ab eius
 non pendeat dispositione nec libera potestate, secū-
 dūm Imo. & Dominicū in c. grandi. de sup. negli.
 193 præla. lib. vj. ¶ S. d. vnum est laude dignū in præsen-
 ti regno Franciæ, quod nunquam fuit visum nec au-
 ditū, quod aliquis gereretur pro bastardo regis: qui
 propter eius excellentiam cælestē inque dignitatem,
 & Imperialem maiestatem nullam patitur etiam in
 naturalibus sordem. Nec ob. de Carolo Martello Pi-
 pini, ac Ludouico & Carolo Ludouici Balbi ex pel-
 licibus filiis: de quibus & eorū illegitimatione me-
 minit Gaguin. lib. iij. c. iij. & lib. v. c. iij. quia non fue-
 runt reges Franciæ nisi ad tempus per usurpationem
 propter veri regis minorē ætatem, aut debilitatem;
 quos fortē permittit Deus regnare ad tēpus propter
 hostium repulsiōē, maximē Carolum Martellum:
 quo opus illo tempore fuit insurgētibz vndiq; bel-
 lis anno salutis D. cccxxv. Proceres certē regni hoc
 sæpe permiserunt, imō q̄ extraneus pro bono reipu-
 blicæ saltē ad tempus regnaret: ¶ prout Eudo An-
 degaueus Caroli Simplicis tutor regnauit ad tem-
 pus. de quo idem Gaguinus sic dicit: Per id tempus
 iners ille & nihil faciens Ludouicus relicto Carolo
 filio, cui Simplicis cognomen inditum est, decessit.
 Scriptum inuenio hunc Carolum Simplicem ex Lu-
 douico Balbo prognatum esse, post Ludouicum &
 Carolum Balbi filios spurios, sub tutela Eudonis edu-
 catum fuisse, & postea regnasse. Qui cūm per ætatē
 regēdo regno nequaquam idoneus eilet, cognito q̄
 Normini nosos belli motus parare, ad Eudonem
 Roberti Andegauenis filium, hominem bonum &
 rebus gerendis aptum mittunt: cui & Caroli Sim-
 plicis tutelam & regni administrationem cum regia ap-
 pellatione committunt. Hic à Galterio Senonum ar-
 chipræsule consecratus Carolum Simplicem probē
 educavit, Franciæque modēstissimē præstitit. Mortēs
 autem proceres iur. iurādo adactos admonet, regnū
 sine controuersia Carolo Simplicis administrandum
 permittant, eūmque esse regni legitimum hæredem.
 Ille ille. Si que restat bastardos in regno succedere
 non posse cūm vere undia nō modica esset homini
 dignitatis excelssæ, ac etiam clara illustrisq̄ cogna-
 tionis, habere bastardos, secundūm Barro. per illum
 tex. in l. ex facto. §. si quis rogatus per illum tex. ff. ad
 195 Treb. facit l. si qua illustris. C. ad Officia. Ob ¶ qđ
 de nobilitate parentum, cūm aggrauet delictū, men-
 tio fienda esset in dispensatione seu filiorum legiti-
 matione, secundūm Ioan. Andr. in c. si. de fil. presb.
 & latissimē Fely. in c. postulat. de rescrip. vnde Au-
 relius Aug. in lib. de bono coniugali, sic inquit, Sa-
 ties est defungi sine liberis, quā ex illicito coitu
 stirpem quarere: quia licet omnibus libidinis amor
 turpis sit, nunquam tamen deterior quā in honora-
 to, secundūm Fulgen. Facit quod plenē dixi in ver-
 bo Raynutius. iij. fall. n. ia. & supra in iij. præludio.
 ¶ Secundūm Bald. in tit. de feu. Marchiæ. [Circa hoc
 vide quæ dixit infra super verbo, Cuidam Petro tra-
 diderunt. loquēdo de causa institutionis matrimonij.
 Et quo ad regē Franciæ suāque prærogatiuas & lau-
 des vide super verbo. si absq; liberis moreretur. ij. in ma-
 teria pupillaris substitut. & iij. requisito eiusdem.]
 196 Et ¶ fieri debet, domini legitimatio per principē
 facta mentione de filiis legitimis agnatis, & cæteris

ab intestato succedētibz, si quos pater habeat, cūm
 eo casu saltem difficilior sit dispensatio, quā si alios
 non haberet ab intestato successores, quo casu faci-
 lius ei daretur in successorem bastardus. Papa t̄ta-
 men legitimare nō potest bastardos, quo ad has suc-
 cessiones aut officia secularia tenendum, nisi in ter-
 ris ei quo ad temporalia subiectis, secundūm glos. in
 c. lege Imperatorum. x. dist. & in c. si officia. lix. dist.
 197 & in can. peruenit. c. j. distin. Sicut t̄ē conuerso ali-
 quem legitimare principes seculares nū possunt quo
 ad ordines & beneficia ecclesiastica, quæ eis nō sub-
 sunt, etiam si collatio beneficiorū eis ex privilegio
 competeret: vt plenē disputat & tenet gl. in dicta re-
 gula cancellariæ apostolicæ, cōcludens Papam non
 posse quo ad temporalia legitimare, quicquid dicant
 aliqui doctores de Placebo domino, vt ibi dicitur,
 qui multos à re. to. tramite diuertit principes. [Vi-
 de circa hoc quæ plenē & non minus pulchrē habē-
 tur infra super verbo, comidit. j. prop. si.] nō dicen-
 do veritatem: quæ apud plerisque summos viros hodie
 est capitalis, nisi quatenus blādatur, & placet. Ex
 quo malo, nebulasq̄ teterrima quæ offuscant horum
 oculos, omnes regnorum labes, calamitates, exitia,
 euerfionēsq̄ nascuntur. Nec debent tales consilia-
 rij de Placebo per principes suos inter amicos cōnu-
 merari: qui improbam cupiditatem, offensiones, & in-
 iuriāque proponūt: sed vt hostes ac parricidæ iudi-
 cari. In quos veluti in auctore Phalaridis tauri ani-
 ma duertatur, qui prior à Phalaride coactus est suo
 inuento & arte perire. [De quo habetur super ver-
 bo. si absq; liberis moreretur. ij. in materia substitutio-
 nis vulgaris declarando quartū articulum principalem
 eiusdem in fine illius arti.] Heu me, quia oportet,
 vt qui principibus hodie vult cōplacere, ambulet
 inter Laudem & Placentiā, nō versus Veronam,
 vt scripsit Pius pontifex, antea dictus Aeneas Syl-
 uius, poëta & orator maximus in epistola ad Borfū
 Ferrariæ ducem incipien. Nemo verum de se minus
 199 audit, quā publica potestas & c. Ob ¶ quod Ari-
 stoteles Philosophorum facit princeps, dum Calli-
 sthenem auditorem suum ad Alexandrum regē mit-
 tens monuit, vt eum eo aut quā rarissimē, aut quā
 iocūdissimē loqueretur: quo scilicet apud regias au-
 res vel silentio tutor, vel sermone esset acceptior. At
 ille dum Alexandrum Persicæ Macedonum saluta-
 tione id est adoratione gaudentem obliurgat, & ad
 Macedonicos mores inuitū reuocare beneuolē per-
 seuerat, vt scilicet nō pateretur adorari: spiritu car-
 re inffus id est necarus, seram neglecti salubris confi-
 lij pœnitentiā egit, vt Valerius lib. vij. titu. de sapien-
 ter dictis refert. Vnde restat Papam in temporalibus
 legitimare posse bastardos credere nō debere, si adu-
 latione non decipiatur: & maximē in regno Franciæ
 legitimare eos Papa non potest, quo ad succedendū
 in regis præiudicium: qui solitus est certam partem
 successions, vel finantiam per cameram computo-
 rum Parisiis taxandam recipere pro talibus legiti-
 mationibus taxandis, secundūm leges regni. Vn-
 de non sine causa anno domini M. cccclxj. die xxij.
 Maij inter procuratorem regium generalem acto-
 rem ex vna parte, & dominum Ioannem Maurer militem
 comitem Palatinum defensorem, ex altera, per arrestum
 parlamenti Tolosæ dictum fuit, quod quatenus dictus
 defensor ad creationem notariorū & legitimaciones
 procefferat in hoc regno, tempora lia tangendo, abusus
 fuerat, & contra iura regis intercepterat. Et declarauit
 curia omnia per eum facta nulla,

nulla, nec non cum cōdemnauit ad ea cassandum &
 reuocandum: dicēdo, quod nulliter & abutendo, no-
 tarios faciendo, & legitimaciones autoritate apo-
 stolica & imperiali temporalitatem tangēdo, reuo-
 cando, & petendo veniam regi & iustitiæ. Et fuit ei
 inhibitiū ampliū vt in hoc regno, & omnibus illis
 quos legitimauit, & notariis quos creauit, ne vteren-
 tur, sed penes curiam afferrent literas eis taliter con-
 cessas: cōdemnauitq̄ eundem defensorē ad penes
 curiam ponendum quicquid à creatis notariis & le-
 gitimatis receperat. hæc ibi. [De huiusmodi ar-
 resto etiam meminit dominus Aufrerius, in suo ar-
 200 storum tractatu. cap. clj.] Præterea ¶ licet per in-
 gressum religionis & professionem regularem ba-
 stardi legitimentur: quia talis professio omnem ma-
 culam tollit, in Authen. de monachis. in princ. secū-
 dūm Gual. de Cug. quem omnes sequuntur in l. j.
 C. de sacrosan. eccle. & text. in can. j. l. j. distin. &
 in cap. j. de filiis presbytero. attamē propter hoc suc-
 cedere parentibus ab intestato non poterunt, nec in
 eis locum habebit dispositio. In C. de episco. & cle-
 ricis, vt infra de baptismo ¶ dicitur: quod bastar-
 dos non legitimat quo ad hereditates seculares: nec
 beneficia ecclesiastica, etiam tenere possunt, secun-
 202 dūm gl. in cap. si. de filiis presbytero. ¶ Et ¶ hoc
 verum, quod Papa quo ad successiones non legiti-
 mat, nec eius legitimatio in terris sibi temporaliter
 non subditis ad successiones porrigitur, nisi legiti-
 matio surgeret ex radice matrimonij: puta si Papa
 qui solus potest per se vel per alium, dispensaret su-
 per matrimonio, inter contrahere prohibitos cele-
 brato, aut celebrando. Quoniam hoc casu in conse-
 quentiā matrimonij legitimit per Papam & dispē-
 sati, etiam proles inde procedens quo ad succeden-
 dum, & cætera omnia censetur esse legitima, vt ple-
 nē habetur in cap. per venerabile. qui filij sint legit.
 203 ac si per sequens matrimonium legitimata foret. Et
 sic legitimatio sicut fit per matrimonium sequēs, ita
 per præcedens ex post dispensatum & ex sequela il-
 lius. Multa enim sunt & tenent in consequentiā,
 203 quæ principaliter fieri non possent. ¶ Prout vide-
 mus in iure patronatus, quod principaliter & de per
 se vendi non potest, tamen venit in consequentiā
 castri v̄diti ratione cuius competebar. glos. j. in c. cū
 seculum. de iur. patron. j. & text. c. ex literis. illo. titu.
 ¶ (Additio.) Et ita fuit seruatum in scauario regio
 Rothomagēsi. quo ad successione domus de Ferri-
 res ducatus Normaniæ: vbi per arrestū, in quo man-
 datus per regem præfens fuit, & opinans cum pluri-
 bus excellis dignitate viris pariter illuc ire mādatis;
 filie quondā magistri Ioannis de Ferrieres ad sacros
 ordinatis, tamen ad matrimonium contrahēdum ap-
 parenter saltem dispensati, manutentæ fuerunt &
 cōseruata distinctiōe in possessione totius successio-
 nis paternæ, & dictæ domus contra dominum Dan-
 guerozum patruum: in mēse Februarij, anno præsen-
 ti Domini M. ccccvij. licet non fuissent dictæ filie
 aliter per regem ad succedendum dispensatæ. Quæ
 omnia in legitimacione & dispensatione per sequēs
 matrimonium vel principis rescriptū succinctē tra-
 dita vobis seruiunt ad multa. Est etiam quædam
 204 alia legitimatio legalis, quæ tripliciter fit per leges
 ciuiles & seculares. Primō si pater filium suum na-
 turalem offerat curiæ principis, ita quod efficiatur
 curialis, in Authentico, quibus modis naturales effi-
 ciuntur sui. §. si quis igitur. Et idem si offerat eum
 curiæ ciuitatis: de cuius vico est oriundus, aut curiæ

præfidi prouinciæ, vt d. §. fin. In lit. de nupt. melius
 probatur in d. §. si quis igitur. Secūdo si nullo stan-
 te filio legitimo ipse filius naturalis se offerat curiæ.
 in Authen. quibus modis naturales efficiuntur legit.
 §. j. Tertiō si pater decessens filium naturalem in te-
 stamento nomet legitimum hæredem, & ipse postea
 testamentū patris offerat principi. vel si pater in stru-
 mento publico manu publica confecto, aut propria
 scripto cū trium testium subscriptione ipsum nomi-
 net filium, dummodō non adiecerit naturalem. in
 Auth. vt liceat matri & auæ. §. ad hoc autem. quem
 tex. etiam habetis in Auth. si quis. C. de natu. libe. vbi
 ex sola nominatione videtur filium legitimare pro-
 pter matrimonium præsumptum inter amicum &
 amatiam. secus est: in matre filium sic nominante.
 quia propter hoc nō diceretur legitimatus, cūm cef-
 fet ratio præsumpti matrimonij: quia non ita facili-
 ter præsumitur amicum consentire sicut econtrā,
 vt singulariter decidit Angel. in d. Authent. si quis.
 quæ in solo patre locum habet. Sanē tamen intelli-
 gatis sola nominatione de filio per patrem facta fi-
 lium legitimum, si mulier quæ filium peperit, erat di-
 gna tali viro, [Super quo vide quæ habentur infra
 super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. in prin. & ibi
 dixi addendo.] de quo filium suscepit. Quia si indi-
 gna erat, vt quia meretrix, vel aliā vilissimā condi-
 tionis, & pater erat nobilis & diues, qui cū honesta-
 te non poterat cum ea matrimonium contrahere,
 certē per talem nominationem nō censeretur filius
 esse legitimatus, secundūm Ange. singulariter in §.
 sed & aliud. per illum text. in Authen. quibus mod.
 natural. efficiuntur legit. colla. vj. Nam tales legitima-
 tiones sic vel à principe factæ valent quo ad succes-
 siones seculares, & ad tenendum dignitates in ter-
 ris tali principi legitimanti subiectis, & patiter in aliis
 205 vbi nō inferitur alteri præiudicium. ¶ Tamen filius
 à principe legitimatus non poterit in plus patri suc-
 cedere, quā vnus de legitimis natis, nec per patrem
 potest ei plus relinqui, quā vnus de legitimis natis,
 cui minus reliquit. in Authen. quib. mod. natur. effi-
 sui. §. & quoniam variē. quem text. Bald. dicit singu-
 206 larem in cap. per tuas. de maior. & obedien. ¶ Et sic
 filius legitimatus est deterioris conditionis quā
 quilibet extraneus: cui pater omnia sua relinquere
 potest sola legitima filii relicta. C. de inoffic. testa.
 Authen. nouissima. ¶ Ex ¶ quo inferit ibi, quod si
 statuto vel consuetudine filia dotata nihil in pater-
 na hæreditate petere possit, præter dotē, filius legiti-
 matus nō vltra petere poterit, quā ascendat dos
 vnus filie. quod sequitur Alexand. in dicta l. ex fa-
 cto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. & Iason in l.
 vnica. C. quando non peten. par. Nec filias dotatas
 excludet à paterna successione stante statuto filias
 excludente propter masculos, vt plenē dixi super
 verbo: duas habens filias. in secunda principali fal-
 lencia. Similiter dicit Bald. vbi supra quod filius le-
 gitimatus sedere non debet in eadem mensa cum le-
 gitimē natis, vt vidistis in verbo, Raynutius de Cle-
 ra. Quæ locum non haberent in legitimatis per se-
 quens matrimonium, aut in consequentiā præce-
 dentis dispensati matrimonij, cū tales nihil differ-
 rant à legitimē natis: secundum omnes, qui in effe-
 ctu præmissa omni. & plura alia decidunt, vbi supra
 & in l. Gall. §. & quid si rārum. ff. de liberis & post-
 humis. Vnde ad propositum nostrum reuertendo
 restat, quod descendentes liberi debent legitima-
 ti suis succedunt ascendentibus cum legitimē na-
 tis.

207 tis. * & in eis sicut in legitime natis locum habet
 existentia sui heredis, secundum Bald. singulariter
 in leam quam. C. de fideicommissis quem sequitur Ia
 son in l. qui se patris. C. vnde lib. dicens hoc vltimum
 alibi non se legitime. Tamen pro Bald. facit rubrica. &
 alia non est mens illius in dicta Authen. quibus mo
 dis natur. efficiunt. sui. volens per legitimationem fi
 lios bastardos patri effici suos, & iure suitate gaude
 re. Ita quod etiam in feudo recepto pro se & suis he
 redibus venit ad feuda legitimates, secundum Ra
 pha. C. de consil. cl. xvij. incip. reuerendus pater do
 minus episcopus, &c. Et pariter vocaretur ad rem
 per patrem alienatam ex consuetudine Francie re
 trahendam offerendo pretium infra annum & diem.
 Et valeret testamentum imperfectum ex defectu nu
 meri testium inter liberos legitimates, sicut legitime
 natos, ita quod in eis locum habet dispositio. l. hac
 consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & l. si
 C. famil. eriscun. secundum Bal. in cap. de causis. de
 offic. delega. quem omnes sequuntur. Alexand. & Ia
 son in dicto §. ex imperfecto. vnde restat (ad propositum
 redeundo) primam successione esse filiorum ab in
 208 testato. * & pariter (vt vidistis) succedunt hodie fi
 lia sicut filij, & ceteri ex filia sicut ex filio descen
 dentes, sublata omni differentia sexus agnationis &
 cognationis, nisi statutum vel consuetudo eas exclu
 deret, vt vidistis in verbo, *Duas habens filias*. Succed
 unt etiam liberi emancipati, sicut in potestate con
 stituti. in Authen. de hered. ab intesta. vnde §. j. &
 §. nullam vero. aded quod solus sanguis seu sangui
 nis nexus matrimonialiter tamen, aut legitimo
 ne decoratus, inspicitur: imo omnes tales, scilicet
 cognati, sicut agnati, & emancipati liberi, sicut in
 potestate constituti, ad successione hodie vocan
 tur etiam de iure civili ad similitudinem suorum ha
 redum. l. meminimus. C. de legiti. her. & sic vsque ad
 tringenta annos succedere & petere successione pos
 sunt, vt dicta l. licet. C. de iure delib. Quod est ve
 rum quo ad vim & substantiam succedendi, in quo
 nulla est hodie differentia inter eos, sed quo ad mo
 dum succedendi, est differentia inter suos & eman
 cipatos, agnatos & cognatos. Quia sui heredes in
 potestate patris tempore mortis existentes, eo mor
 tuo sunt ipso iure heredes, licet hereditatem igno
 rent esse eis delatam. insitu. de her. quali. & diff. §. j.
 sui. aded quod si ante per eos aditam hereditatem
 morerentur, etiam illam delatam ignorantes tran
 smitteret ad quoscunque, quauis extraneos heredes.
 l. si fratris. C. de iure delib. Quod non faceret em
 cipati, nisi solum ad suos descenderet. d. l. si fratris. l. j.
 C. de his qui ante apertas tabulas heredita. transmittunt,
 vt plenè dicitur super verbo, mortuo autè te
 209 statore. §. quicunque ergo filius sine suis, siue em
 cipatus, siue per adoptionem patris exierit potesta
 tem, vt quia datus in adoptionem coniuncta perso
 na. insitu. de adopt. §. sed hodie. * siue per profes
 sionem regulare masculus vel femina, licet in abba
 tis potestate constitutus, etiam iure civili suis succe
 dit parentibus, ac si in eorum potestate mansisset, & in
 solidum succedat si soli fuerint, vel in parte, si alios
 habuerint fratres, ita quod per religionis ingressum
 210 ius suitate & succedendi non perdidit. l. si. §. hoc
 autè. C. de episc. & cler. Imò succedat, & talis succel
 sio per eos acquiratur monasterio: quia ecclesie, &
 monasteria sunt hodie bonorum temporalium capa
 cia, & succedere possunt. l. j. C. de sacrosan. eccle. &
 210 dicta l. fin. * Sunt & religiosi etiam nobilitatis ca

paces, quam (si naturaliter ex genere eis insit) reti
 nent, nec professione ea perdunt, sicut non perditur
 fuitas, quæ & pariter generis nobilitas, sunt quod d
 ius sanguinis incommutabile. l. ius agnationis. ff. de
 pactis. & dicta l. fin. C. de episc. & cler. & ita decisum
 fuit per dominos de Rota, secundum Ludo. Rom. in
 211 singulari primo super litera n. incipien. nobilis. [De
 quo plenè habetur super verbo, *Si abque liberis more
 reur*. j. in materia vulgaris substitutionis v. princ.
 artic. tractando primum effectum dictæ substitutio
 nis.] Religiosi enim quo ad naturalia per ingressum
 religionis nihil perdunt: vnde videmus quod testimo
 nium ferunt, secundum glossam insit. de iure persona
 rum. circa medium. & tex. in c. & si Christus. de iure
 iur. & si illegitimi forent, legitimi efficerentur sola
 professione, quæ omnem maculam tollit in auth.
 de monachis. col. j. atq; filium ingratum purgat, vt in
 gratitudine amplius exheredari non possit. xix. q. iij.
 can. si. Si enim militans ad latus principis efficitur
 nobilis. l. j. C. de præpo. labor. li. xij. multo magis mi
 litans Deo, arbore cum fructu ei dedicando. * Præ
 212 terea monachus non desinit esse ciuis, secundum Bar.
 in l. j. ver sic. iuxta prædicta. ff. ad municipia. Cum p
 professione statum suum mutauerit in melius. Quia
 multo melior, nobilior, & securior est vita religio
 rum contemplatiua, quam actiua, quantumcunque
 sancta & honesta, de qua dicitur, Maria optimam
 partem elegit, scilicet vitam contemplatiua, qua non
 auferetur ab ea. Plus enim dat, qui fructum dat & ar
 borem sicut religiosi faciunt, quam qui dat solū fru
 ctum, secundum glo. in verbo, scilicet in cle. j. de re
 lig. & venera. sanctorum. * Or per meliore statum
 superuenient non perditur ciuitas. l. senator. ff. de
 senato. facit l. maior. C. de digni. lib. xij. & nobilitas
 naturalis retinetur, vt plenè Iason in l. præscriptio
 ne. C. si contra ius vel vtili. publi. ita quod non vitaretur
 rescriptum, si religiosus in eo se diceret nobilè: imò
 econtra vitaretur, si impetrans beneficium per mo
 nachum nobilem possessionem ultra annum in eo tace
 ret nobilitatem possessionis, per regulam Cancellariæ
 apostolicæ incip. Item idem dominus noster, vt im
 probi lites exquirerent motus &c. Præterea si per
 professionem perderetur nobilitas, sequeretur ab
 surdum, quia cum ingrediendo religionem Christo
 militare volens laudem mereretur, vt patet ex prædi
 ctis, pœnam perditionis nobilitatis incurreret con
 tra omnem æquitatem. argu. l. siue hereditaria. ff. de
 neg. gest. Quare restat, quod licet nobilitas acciden
 talis & politica ex publico officio, aut seculari mili
 tia vel administratione procedens perdat per reli
 gionis ingressum, cap. beneficium. de regula. lib. vj.
 de qua etiam loquitur glossa. teneas eam cordi. in cap.
 ea quæ. de statu. mona. & in ca. j. de purga. cano. vbi
 Panor. & clarius tenet Ange. in §. si monachus. in fi.
 in Authen. de sanct. episc. ix. collatio. Tamen natu
 ralis nobilitas ex sanguine proueniens non perditur,
 vt vidistis. Nec etiam politica, & ciuili, si in tempo
 rali administratione non versetur, qualis est no
 213 bilitas doctoratus, qui est dignitas. l. prouidendum.
 C. de postulan. secundum Bartolum in proemio. C.
 * & hinc est, quod religiosi possunt doctorari, vt do
 ceant & prædicent, dum tamen hoc fiat de licentia
 sui superioris, secundum Hostien. in summa titu. de
 magistris. §. qualis debeat. & Panor. in c. de multa. de
 præben. quoniam talia religiosi conueniunt, maxi
 mè prælati: quia doctoratus est actus ecclesiasticus,
 & à persona ecclesiastica recipitur seu authorizatur,
 secundum

214 secundum glossam in clemen. j. de magist. [Hæc quæ
 stio fuit plenè disputata per duos iuvenes scholares
 in doctoratu domini Ludo. de Rochechoard prior
 Macinaci die quinta Februarij, anno domini
 M. cccc. xlvij. in vniuersitate Caturcen. celebrato,
 qua die doctor iste præfatus domino insignia docto
 ralia contulit cum maxima pompa post repetitio
 nem cap. j. de electione. de qua dicam infra in ij. deci
 sione, loquendo de priuilegio, quod habet rex Fran
 ciæ in dignitatibus electiuis, vbi plenius dicā. & fuit
 præfatus doctoratus vltimus actus, quem fecit in di
 cta vniuersitate: quia sequenti mensis Martio fuit per
 215 dominum nostrum regem Ludouicum creatus con
 siliarius regis in suo Parlamento Burdegalæ, & de
 inde in fauorem ipsius idem dominus rex cum tran
 stulit in suam curiam Parlamenti Tolosæ, vnde oriun
 dus erat, & hoc die prima Septembris, anno domini
 M. cccc. cii. Præterea potest intra ecclesiam dari &
 conferri, secundum Panormit. in c. cum ecclesia, de
 immu. eccle. post Ioan. Andr. in cap. decet. illo eo
 dem titu. lib. vj. Et ita dictum seruatur, & sic iusti
 simè per Arrestum fuit Parisiis in Parlamento qui
 dam carmelita receptus ad probandum saylinam in
 simplici querela ratione leçuræ seu magistratus in
 216 Theologia. [De quo meminit dominus Aufreri
 in suo tractatu Arrestorum cap. clxxvj.] Etiam per
 professionem non perditur nobilitas spiritualis, imò
 augetur; qua nobilitate est ille nobilis, qui est acce
 ptus Deo, j. Regum ij. cap. Quicunque honorificaue
 rit me, ego glorificabo eum. Et qui contempserint,
 erunt ignobiles. Quid enim prodest (dicit Chry
 soltomus super Marcum iij. cap.) ei quæ mores for
 didant generatio clara? Quid proficit Cain, quod fi
 lius Adæ, & primogenitus humanæ naturæ fuerit?
 Aut quæ vtilitas sanguine meo, si descendero in cor
 217 ruptiorem? Psalmo xxix. Non ergo mirum, si pa
 rentibus religiosi succedant ab intestato. * Plus
 dico, quod etiam si statutum, vel consuetudo patriæ
 haberet, quod mortuo aliquo sine liberis in potesta
 te constitutis, cuius aut Baro vel alius quicumque tem
 poralis dominus succedat, exclusis agnatis & ceteris
 parentibus (de quo plenius dicā infra in vltimo prin
 cipali articulo) & aliquis de terra illa decesserit vni
 co relicto filio religioso, & extra patriam potesta
 tem in solius abbatis potestate constituto, vel relicto
 filio episcopo, qui pariter tempore mortis patris non
 erat in potestate sua, à qua fuerat episcopali dignita
 te liberatus. C. de episc. & cler. authen. episcopalis
 dignitas, eod tunc baro, aut curia non succederet. Quia
 licet episcopus, aut professus sit extra potestatem pa
 tris, vbi est eius fauor, quod non sit in potestate, non
 tamen vbi esset ei odium & damnum, vt in casu no
 stro. in quo censetur in patris potestate mansisse, se
 cundum Bart. in propriis terminis in litem in pote
 218 state, cū ll. seq. & in l. patre furioso. ff. de his qui sunt
 sui vel alieni iur. & Bal. in l. nepotes. illo eod. titu. &
 Ioā. Fab. in §. j. insitu. quib. modis ius patris potest. sol.
 Nec valent statuta in contrarium, vel cōtra liber
 tates ecclesie, & religionis retractiua, vt dixi in ver
 bo, *duas habens filias*. In prima principali fallentia.
 Quicquid distinguendo tenuerit Bart. in l. fin. C. de
 219 pact. de quo infra dicetur. * Et hoc verum, quod mona
 chus tanquam suus heres suis heredes succedit ab intestato
 parentibus, nisi religionem intrasset cordigerorum
 sancti Francisci, qui cum secundum eorum regulam
 219 proprium habere non possint in particulari nec com
 muni, succedere etiam parentibus non possunt, imò

per expressum succedere etiam ex testamento sunt
 prohibiti, vt in clem. exiui de paradiso. de verb. signi.
 & plenè per Bart. suo quarto Minoricarum libro in
 prin. Et si bona ante professionem haberet, illa per
 derent, quæ penes ab intestato succedentes remane
 rent, per Authen. bona damnatorum. C. de bonis p
 script. secundum communem opin. [De quo dic vt
 in fine. ij. decisionis infra cod.] Et idem in ceteris
 mendicantibus, quibus successio parentum non com
 220 petit. Cū mortui fingantur. [De quo plenè infra
 super verbo, *in eodem testamento relinquens*. j. in vij.
 limitatione.] * Ex quo sumitur cautela pro matre,
 quæ ex adultero & non marito prolem suscepit, quod
 eam inducat ad profitendum regulam mendicantiū,
 ne marito patri putatiuo succedat, secundum Panor.
 in c. veniēs vers. scūdo queritur. de eo qui duxit in
 matris. & plenè Petr. de Anch. in c. non remittitur pec
 catum. de reg. iur. lib. vj. quia tales medicantes etiam
 patri succedere non possunt. & ita fuit aliàs Arresto
 Parisiis pronuntiatum contra quatuor ordines medi
 cantium, quod non erant recipiendi, imò nec ceteri reli
 giosi etiam ordinis Cluniacen. conuenerunt in casu
 sayling, & nouitatis ratione successione parentum,
 & ita fuit dictum cōtra cordigeros Montispeffulani
 221 in testamento alicuius heredes institutos. [De quo
 habetur per dominum Aufreri. in tractatu suo Ar
 restorum cap. l. vj. & clj.] * Valeret tamen testamē
 tum, in quo medicantes reperirentur instituti heredes,
 quia si captiui qui sunt serui, possunt heredes in
 stitui. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. pa
 ri ratione institui possunt heredes tales religiosi, li
 cet proprietatis sint incapaces, non vt bona teneant,
 sed vendantur per episcopum, & pretium in eorum
 necessitates conuertatur, vt dicta l. si quis ad declinā
 222 dam. & l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. iij. [De
 hoc plenius in fi. ij. deci. infra vbi datur remedium
 petendi talem hereditatem, & non quod ipsi agere
 possint.] Postquam enim collegium eorum est ap
 probatum, potest heres institui, vt dicta l. j. C. de sa
 crofan. eccle. & ita seruatur. secundum Bart. in l. ciui
 tatibus. ff. de leg. j. & in l. seruos. ff. de alimentis & ci
 bariis leg. & lausimè in suo magistrali tractatu Mi
 noricarum, quem videatis, vt non solum successio
 nes, & proprietates seculares est eis prohibitum ha
 223 bere, à quibus abstinere debent, & in medicitate vi
 uere, * sed etiam ad beneficia ecclesiastica secularia
 & administrationes extra eorum professionem & re
 gulam, etiam per Papam dispensati aspirare non de
 bent, sed ab his abstinere, quæ eorum medicitatem,
 & viuēdi regulam infringere possent. Præterea por
 tare habitum mendicantium, & ex fructibus benefi
 ciorum præsertim secularium viuere & diuites fieri,
 monstrum esset ac patens contradictio, quod Papa,
 qui aliquando cum eis dispensat, tolerare non debe
 ret, sciens quod non querunt nisi fraudare claustrum,
 & vagari sub colore talium beneficiorum admini
 224 stratorum. Et pro vltimo subsidio, si beneficia & di
 gnitates habere non possint, vicarios episcoporum,
 & episc. opus portatiles, & gratiæ se fieri procurant,
 vt cum Psalmita dicere possint, Psalmo cxxiiij. La
 queus contritus est, & nos liberati sumus, secundum
 glossam in clemen. in plerisque. de electione. Vnde cum
 Papa olim cum eis facilliter dispensaret ad beneficia
 etiam secularia tenendum, & dignitates ecclesie,
 225 plures & infiniti fuere sequuti abusus, & ipsorum
 mendicantium dissolutio in totalem serè religionis
 tam sanctæ & ecclesie Dei necessaria vituperium.
 Tom. I. H iij & de

& destructionem, in partibus præsertim Tolosanis tempore Caroli sexti Francorum regis. Qui videns abusum, & corum cum laicis vtriusque sexus ad causam secularium beneficiorum conuersionem, anno domini M. ccc. xiiij. & die xix. mensis Februarii, suas patentes Parisiis existens concessit literas Senescallo iudici maiori, & vicario Tolosa directas. Per quas considerans Christianissimus princeps religiosos mendicantes terminis suis non contentos, ac suæ professionis immemores, vitio ambitionis excæcatos, nõ aduertentes, quod fundatores ordinum mādaturum statuerant salubriter, & decreuerant eosdem mendicantes in paupertate, & mēdicitate victuros, præsertim minores, qui nec in communi, nec particulari proprium habere possunt, iuxta suarum tenorem regularum. Quinimo abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt nec contra eam summus pōtifex possit licentiam indulgere. Et aliis circa præmissa considerandis consideratis, præfatis cōmissariis, & eorum cuilibet mādauit, quatenus de & super præmissis diligenter & secretè se informarent, & si de his ita esse appareret, præciperent & mandarēt procuratori regio dictæ Senescallie, vt de præmissis, & circa bullas præmissas collationes, reservationes, seu quascunq; prouisiones factas, seu fiendas supra dictis, & quibus cunq; aliis mendicantibus vel alteri eorundem, se viriliter opponeret, & oppositionem prosequeretur coram ipsis. Et talē nouam perniciem seu potius su-
 220 perditionē, in clero, populo, & regno fieri, nec attē-
 tari permitterent. Et si quæ attentata fuissent, aut in-
 nouata per dictos mendicantes, aut eorum alterum,
 recipiendo possessionem beneficiorum curatorum,
 & dignitatum quarumcunq; (Episcopali & aliis
 maioribus dignitatib; exceptis, in quibus curia Ro-
 mana eosdem hucusque tolerauit) id ad statum pri-
 stinum, & debitum reducerent. & à possessione di-
 ctorum beneficiorum absque morosa dilatione ex-
 pellerent seu expelli facerent eosdem mendicantes,
 clericosq; seculares, & vniuersitates regni, iuribus
 eisdem pertinentibus ad causam beneficiorum præ-
 dictorum ex collatione summi pontificis, vel aliās,
 vt & gaudere liberè facerent & permitterent, amo-
 221 tis dictis mendicantibus, & reiectis sine quacunq;
 difficultate à dictis beneficiis, inhibentes singulis
 archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & cæteris collato-
 ribus ordinariis, nec non gatiarum exequutoribus
 dictorum mendicantium, magistris dictorum ordi-
 num generalibus, prouincialibus ministris, guardia-
 nis, & cæteris, quorum intererit, sub magnis pœnis
 ipsi regi applicandis, ne cōtra tenorem dictarum li-
 terarum aliquid facerent, nec attentarent, imò si cō-
 222 trarij trāsiret in exemplum: appellationibus, op-
 positionibus, ordinationibus, ac literis surreptitiis
 in cōtrarium impetratis vel impetrandis nõ obsta-
 tibus quibuscunq; hæc ibi. (Additio.) Hoc man-
 datum reperietis registratum in registro ordinationum
 regiarū cameræ in quæstarum Parlamenti To-
 220 losæ. fol. xcviij. verso. * Et idem quod in cordigeris,
 & mendicantibus (vt parentibus succedere non pos-
 sint) seruatur in præfenti regno Fræcie ex ipsius ge-
 nerali consuetudine, de quolibet alio religioso, et-
 tiam non mendicante cuiuscunq; ordinis existat:
 in quo regno fuit immemorialiter obseruatum quod
 religiosi nunquam suis ab intestato successerunt pa-
 rentibus patri nec matri, & minus cæteris eorū con-

anguineis: nec iura suitate proficendo retinuerunt, & per consequens eis non succedunt. [Sed quid si in testamēto hæredes instituantur, dicitur infra isto eo. artic. in v. decisione.] Et consequenter ius retrahendi bona per eos alienata offerendo pretium infra annum & diem, iuxta cap. constitutus. de in integrum restitutio. ex consuetudine Franciæ, & huius ducatus Aquitaniæ nõ habent, nec eorum monasteria, cum eorum cognatio de terra migraverit ad cælos: cap. j. de milite vasallo, qui arma belli. deposuit. & c. non dicatis. xij. q. j. Præterea (vt dixi) ex consuetudine regni non succedunt, quam refert & sequitur Masueri^o optimus Aruerniæ, & præfentis regni Fræciæ consuetudinarius. in titu. de successio. testamētis, & vltimis voluntatibus. §. item per consuetudinem regni. dicens monachos haberi pro mortuis, 221 nec per eorum professionem (quod plus est) dedicantur tacitè bona, quæ à successione parentum habuerant ante ingressum, vel ipsi aliter acquisuerant, quæ per professionem aliis accrescunt paribus in gradu parentelæ proximioribus de iure succedere debentibus. facit l. si quis presbyter. C. de episcopis & clericis. si ipsi aliter prius non disposuerint, aut expressè bona illa non dedicauerint: quia finguntur postquam professi femel fuerunt, nunquam fuisse hæredes, aut bona habuisse, vt in monasterium non transeant, nisi illa expressè dedicauerunt, quæ tempore ingressus, & professionis eis competebat, & ac-
 222 quisita iam erant. † Nec posset Papa dispensare, vt monachus succedat, & maxime in his, in quibus iurisdictionem nõ habet temporalem, etiam si talis monachus factus esset episcopus, secundum cum in dicto §. Et sic cessat in regno, nec locū habet dispositio auct. ingressi. de sacrosanct. ecclē. † Nec pariter seruaretur l. si. de episc. & cler. nec quod ibi dicit Docto. maxime Ioan. Fab. quod monachus iure suitate transmittat in suum monasterium hæreditatem paternam: sicut filius in potestate patris tēpore mortis constitutus illam transmittit ad quoscunq; hæredes. Quoniam hæc omnia iuris communis statuta in regno Franciæ non seruantur quo ad religiosos: quia non subest Imperatori, qui tales leges concludit. † In quo regno etiam monasteria nõquam successerunt, nec succedunt, nec visum fuit vnquam monasteria succedere, nec successiones petere ex personis professorum viuentium aut mortuorum, saltem quod obtinuerint, nec etiam iure proprio tanquā loco filiorum existant. Cum etiam verè monasterium loco filij nõ sit, vt clarè decidit Panormi. xv. colum. & Fely. magis plenè xvij. col. in cap. in præfentia. de probatio. Imò notoriè eis, & quibuscunq; religiosis partagium ab intestato petentibus à suis fratribus vel aliis parentibus in Cancellaria regia literæ denegantur, obstante eis generali regni consuetudine. † Et in hoc plus potest consuetudo, quàm statutum, vt scilicet professi nõ ab intestato succedant, nec eorum monasteria. Et ratio differētia est: quia consuetudo initium habuit volūtarium, statutum verò initium habuit necessarium & coactiuum, prout à simili decidit Panormi. in cap. cum Martinus prope finem. de constitutio. vbi multos à vitio & labe simonia excusat consuetudo, qui excusari statuto non possent. Præterea valet maxime talis consuetudo, quia est generalis, qua vsi semper fuerunt clerici, & religiosi non petendo partagium fratribus in bonis intestati parentis, sicut ea vsi sunt laici in retinendo integram successione. Quo casu valet talis con-
 223 ducto

fuetudo generalis, qua mixtum clerici & laici simul vsi semper fuerunt, ita quod ecclesiam etiam ligat & adstringit, secundum Inno. in cap. cum dilectus. de consuetu. quem sequitur Ioan. Fab. in §. ex non scripto. prope finem. versic. sed quæritur an consuetudo tollat legem, & c. Instit. de iure natur. Ecclesia enim non vtendo iure suo perdidit illud, secundum glo. in cano. cum multæ. xv. quæstio. viij. Tattento maxime, qd successiones sunt de iure positio, secundum Bald. in l. meminimus. C. de legiti. hæredi. sicut tituli beneficiorum vt dicit Innoc. in cap. nisi pridem. de renuntia. & Bald. in l. rescripta. C. de precib. impetra. offerē. Cui iuri positio semper in regno isto obuiauit cōtraria consuetudo & facilliter: quia ei quod plus est, derogare potuisset, vt dixi iuxta illud: Turpius eicitur, quàm non admittit hospes. Facilius enim aliquid fieri impeditur, quàm iam factum rum patari. facit text. in dicto §. ex non scripto. † Nec creditur illos peccare, aut in foro conscientie teneri parentes monachorum, qui tales in solidum retinent successiones, postquam sic viuere cōsuetum est. Pro quo facit quod decidit Zabarel. Cardin. in cap. cum ad monasterium. de statu monachorum. vbi dicit qd si in aliquo monasterio non sit memoria, quod vsus carniū sit prohibitus: quia semper ibi comestæ sunt, certè ibi assumens de nouo habitum, nõ peccat si carne comedat, mores sequendo aliorum, quicquid regula dicat & præcipiat, quod etiam tenet Panormitanus in cap. Deus, qui ecclesiam. ij. col. de vita & honestate clerici. Or in præfenti regno visum nunquā fuit professos nec eorum monasteria cum effectu hæreditates partium ab intestato mortuorum petiisse, saltè obtinuisse, nec eis adiudicari. Igitur nõ eis debentur, quicquid iure communi statuitur, cui regnicola (vt dixi) non subsunt. Ideo ipsum sequi nec obediunt. Primò quia ipsum nunquam quo ad hoc receperunt, nec cōstat, quod eo vsi fuerint, quia viderunt eum suis moribus non conuenire. † Licet enim lex à potestatem habente ex causa rationabili edita liget etiam in foro conscientie ad mortale peccatū subditos, secundū beatum Thomam, quem refert & sequitur Panormi. in cap. j. de constit. Non tamen ligant Gallos Imperatori, legiq; suæ nõ subditos, nec etiam canon, aut alia ecclesiastica cōstitutio eos ligant quo ad monachos ad succedendum recipiendos, postquam illa non receperunt, nec vtendo approbantur. Quinimò vsu contrario semper vi-
 228 xerunt. † Lex profectò vel canon ab initio, quod cōdita est eo ipso neminem ligat, donec fuerit à subditis recepta. Quæ cum eis obseruanda præsentatur, possunt eam repellere expressè, vel tacitè: scilicet ea non vtendo nec ei obediendo. Nec est verum nec verisimile principem velle subditos ligare, ex quo lex sua eorum moribus, & vsu non approbat: quia lex conuenire debet loco, & patriæ consuetudini, secundum glo. in c. si qui virorum. xxx. distinct. per tex. in cap. erit autem lex. iij. distinct. Cum habeat vnaquæque constitutio quandam tacitæ, & implicitam conditionem, videlicet si moribus subditorū conueniat, & per eos recipiatur, aut eorū vsu tacitè acceptetur & approbetur. Et inde est, quod lex noua prius quā liget, publicatur, vt tunc à subditis recipiatur vel repellatur. in Authen. in nouæ factæ constit. & plenè per omnes in capitulo. fina. de cōstit. Et hoc est quod prudētè dixit Aurelius Augustinus, in libro de vera religio. Leges, inquit, instituantur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approban-
 229 tur: sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, id est, in totum re-
 pulsæ aut sublata; ita moribus vtentium leges ipsæ cōfirmantur. vnde illud Thelephori Papæ, qui decreuit vt clerici generaliter à quinquagesima ieiunā di propositum susciperēt, & à carnib; & delictis ab-
 230 stinerent: quia moribus vtentium approbatum non est, aliter agentes reos transgressores nõ arguit. Hæc ille. videatis tex. in cap. in istis. iij. dist. Quibus concordat text. ciuilibus optimus in l. de quibus. ibi, Nam cum ipse leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quod iudicio populi receptæ sunt, & c. ff. de legib. & in l. j. llo eo. tit. vbi ad esse legis, vt scilicet firmā vim habeat, requirit qd sint reipublice, id est, populi subditi communis (positio, & approbatio. Et inde est, qd lex alicui dirigenda populo, scribi debet secundu-
 231 dum idioma illius populi, vt ibi clarè intelligi possit, & intellecta acceptari, aut respui, vt per Ludouicū Romā. in l. j. fina. ff. de verborum obligationib. & Fely. super rubric. de constit. † Vnde cauti principes eam ob rem, cum leges condere volūt, vt populi cōsensum habeant, de singulis regni partibus proceres à populo exquirunt, & conuocant, quorū cōsilio leges faciunt, & promulgāt. Quæ practica sumpta est ex tex. in titu. Instit. de iure naturali. §. senatusconsultum. ibi, Senatū vice populi consuli, & c. Et ita dictum in Francia seruare videmus. † Hæc præterea patenter nõ docuit Lycurgus. [Hic primus leges tradidit Lacedæmoniis. vij. distinct. capit. Moyses.] Lacedæmoniorum facillè princeps sapientissimus, qui leges subditos donec receptæ fuerint non ligare discretè cognoscens, cum leges aliquas iustissimè editas Lacedæmoniis tradidisset, cōsque difficiles ad eas acceptandas obseruandasq; cognouisset, finxit se Deum Apollinem super eorum iustitia, aut iniustitia consulturum: dummodò vsq; ad eius reditum subditi eas seruare iurarent, prout fecerunt. Quo facto, vt leges illas faceret æternas, ad Apollinem profectus, exulare, in patriamque suam ac regnum nunquam redire maluit. Et ne eo mortuo ossa sua in patriam ad violationem iustissimarum legum, quasi ipse redisset, reportarentur, illa in mari proici iussit. Et sic non redeundo subditos leges perpetuò seruare ligauit, qui aliās ligati nõ fuissent, nec eas acceptassent, sed eas fortè repulissent: quia si lex etiam à subditis recepta, de consuetudine & vsu cōtrario abrogari potest, vt dicit textus in proœmio instit. & in §. ex nõ scripto. versic. ea vero, institutio, de iure natura. multò facilius possunt non recipi & respui ab initio. Ex quibus clarè videtis non seruantes leges, aut canones circa monachorum successiones, tacitum habere pro se legis, & canonis conditoris consensum, qui legem condendo eam tali conditioni subiecit, posito quod eam non expresserit, quia satis eam subintellexit, scilicet si à populo reciperetur, vel vsu approbaretur. Ita quod eam non recipientes nec seruantes non venire dicuntur contra præceptum superioris, secundum gloss. singularem. & Hostien. ibi super verbo, frangere. in fine. capitulo j. de treuga. & pace. vbi lex mandans pacem, & treugam certis ibi specificatis diebus seruari, quamuis sit lex illa summè fauorabilis, propter pacem ecclesiæ, & populo per necessariam, & sine qua non bene colitur Deus pacis auctor. cap. ad apostolica. de re iudica. libro vj. Tamē quia non fuit recepta, eam non seruantes non peccant, nec legis dicuntur transgressores, vt ibi. Ad
 Tom. i.

229 tur: sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, id est, in totum re-
 pulsæ aut sublata; ita moribus vtentium leges ipsæ cōfirmantur. vnde illud Thelephori Papæ, qui decreuit vt clerici generaliter à quinquagesima ieiunā di propositum susciperēt, & à carnib; & delictis ab-
 230 stinerent: quia moribus vtentium approbatum non est, aliter agentes reos transgressores nõ arguit. Hæc ille. videatis tex. in cap. in istis. iij. dist. Quibus concordat text. ciuilibus optimus in l. de quibus. ibi, Nam cum ipse leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quod iudicio populi receptæ sunt, & c. ff. de legib. & in l. j. llo eo. tit. vbi ad esse legis, vt scilicet firmā vim habeat, requirit qd sint reipublice, id est, populi subditi communis (positio, & approbatio. Et inde est, qd lex alicui dirigenda populo, scribi debet secundu-
 231 dum idioma illius populi, vt ibi clarè intelligi possit, & intellecta acceptari, aut respui, vt per Ludouicū Romā. in l. j. fina. ff. de verborum obligationib. & Fely. super rubric. de constit. † Vnde cauti principes eam ob rem, cum leges condere volūt, vt populi cōsensum habeant, de singulis regni partibus proceres à populo exquirunt, & conuocant, quorū cōsilio leges faciunt, & promulgāt. Quæ practica sumpta est ex tex. in titu. Instit. de iure naturali. §. senatusconsultum. ibi, Senatū vice populi consuli, & c. Et ita dictum in Francia seruare videmus. † Hæc præterea patenter nõ docuit Lycurgus. [Hic primus leges tradidit Lacedæmoniis. vij. distinct. capit. Moyses.] Lacedæmoniorum facillè princeps sapientissimus, qui leges subditos donec receptæ fuerint non ligare discretè cognoscens, cum leges aliquas iustissimè editas Lacedæmoniis tradidisset, cōsque difficiles ad eas acceptandas obseruandasq; cognouisset, finxit se Deum Apollinem super eorum iustitia, aut iniustitia consulturum: dummodò vsq; ad eius reditum subditi eas seruare iurarent, prout fecerunt. Quo facto, vt leges illas faceret æternas, ad Apollinem profectus, exulare, in patriamque suam ac regnum nunquam redire maluit. Et ne eo mortuo ossa sua in patriam ad violationem iustissimarum legum, quasi ipse redisset, reportarentur, illa in mari proici iussit. Et sic non redeundo subditos leges perpetuò seruare ligauit, qui aliās ligati nõ fuissent, nec eas acceptassent, sed eas fortè repulissent: quia si lex etiam à subditis recepta, de consuetudine & vsu cōtrario abrogari potest, vt dicit textus in proœmio instit. & in §. ex nõ scripto. versic. ea vero, institutio, de iure natura. multò facilius possunt non recipi & respui ab initio. Ex quibus clarè videtis non seruantes leges, aut canones circa monachorum successiones, tacitum habere pro se legis, & canonis conditoris consensum, qui legem condendo eam tali conditioni subiecit, posito quod eam non expresserit, quia satis eam subintellexit, scilicet si à populo reciperetur, vel vsu approbaretur. Ita quod eam non recipientes nec seruantes non venire dicuntur contra præceptum superioris, secundum gloss. singularem. & Hostien. ibi super verbo, frangere. in fine. capitulo j. de treuga. & pace. vbi lex mandans pacem, & treugam certis ibi specificatis diebus seruari, quamuis sit lex illa summè fauorabilis, propter pacem ecclesiæ, & populo per necessariam, & sine qua non bene colitur Deus pacis auctor. cap. ad apostolica. de re iudica. libro vj. Tamē quia non fuit recepta, eam non seruantes non peccant, nec legis dicuntur transgressores, vt ibi. Ad
 H v hoc

hoc facit gl. in verb. illorū in can. de libellis. in fi. & 237 quod ibi voluit Dominicus. xx. dist. ... Orientalis canones non receperit de continentia clericorum, tamen propter hoc non incidit in hæresim. Pariter decidit Card. de monialibus. quæ de clausuris constitutionem non receperunt, de qua in cap. j. de statu mona. lib. vj. Et idem Dominicus, in c. obeū tibus. l. xij. dist. de ecclesiis cathedrali. quæ illum canonem non receperunt, nec religiosos vocare voluerunt in electione episcoporum. Videatis Alexand. in prima parte consi. c. xxij. incipien. super primo dubio. & c. t. Et in hoc videtur aliqui errare, qui dicunt ecclesiam Gallicanam Bituris tempore Caroli septimi Francorum regis congregatam non potuisse aliquos sacri Basilien. concilij canones respicere, prout fecit: quia imò illos respicere & non acceptare, & quos recepit in eos acceptando modificare addendo vel de trahendo modum, aut formam adhibendo potuit non hæsitacione potestatis, & auctoritatis ipsius contentis, & promulgantis concilij generalis, sed quatenus commoditatibus, temporibus, & moribus regionum, & personarum regni, & Delphinatus congruere convenireq; patres conspexerunt, ut patet ex prædictis: & cautur expressius in tex. pragmaticæ sanctionis paulo ante decretum de auctoritate, & potestate sacrorum conciliorum. Quia si in totum respici poterant, multo facilius potuerunt in parte solum acceptari, qualificari, aut modificari. Nec obstat. text. dictæ pragmaticæ paulo ante fin. in §. demum conclusit prælibata congregatio. Per quam gloss. ibi in verbo, admittetur. videtur sentire modificationes ecclesiæ Gallicanæ Bituris congregatæ, cum ad generale concilium admittendæ referrentur, quæ ex post non fuerunt per cõcilium (quia illico dissolutum fuerat) admittendæ, nullū effectum sortitas fuisse, & consequenter nominationes locum non habere. Quoniam respõdetur, quod ad validitatē dictarum modificationum per ecclesiam Gallicanam factarum, non de necessitate requirebatur, quod per concilium generale admittentur & approbarentur, nisi solum pro abundantati cautela, cum (ut vidit) populus subditus ex se ipso respicere possit legem superioris sibi non convenientem, aut eam modificare, prout reipublicæ regionis illius expedierit. Unde talis abundans cautela, si adhibeatur vel omitatur, non vitiat. l. testamentum. C. eod. Et etiam tex. in d. §. demum conclusit. si bene intelligatur, contrarium non vult, nec requirit confirmationem modificationum prædictarum per concilium sciendam, sed solum confidebat, quod tanquam rationabiles & regni, & ecclesiæ Gallicanæ bene convenientes acceptarentur, prout acceptari debebant, sicut saltem ut dixi pro abundantati cautela. Ex quibus restat populum, & ecclesiam Gallicanā respicere potuisse dictā l. fi. C. de epi. c. & cleri. & canones illi similes, eisque non vitæ, & contrariū servare, prout etiam in Gallia receptæ nunquam leges Romanæ fuerunt, nec Galli eis vti voluerunt. ij. quest. v. ca. de accusationibus. vbi Papa Eusebius in Galliam scribens, leges Romanas vocat quo ad Gallos, exterarum, quasi eis Galli non videntur, ut ibi dicit gloss. Pariter Papa Ioannes I. Reginæ Franciæ scribens, non ei aliat leges Romanas, quibus non utebatur, sed ei aliat leges Lombardas. capitu. cum de otisissimam. xij. questio. ij. cum seq. Et quia ille non vltus immemorialis existit, præsumitur dictas leges, & canones nunquam recepisse, & contrariam consuetudinē iustam fore, & ex causa iusta introductam, secundum

237 glo. in c. illa xij. dist. in. Nam consuetudo tanti temporis, visio quod quo ad successiones temporales laicis incapitas aliqua obicit non potest, titulu inducit, aut saltem præsumptionem tituli & privilegij. c. j. de præscrip. lib. vj. gl. & doc. in c. si diligenti. de præscrip. facit text. optimus in l. j. §. ff. de aqua plu. arc. & in l. in summa eod. tit. dicitur. quod lex, natura, & vetustas æquiparantur, ut quod potest lex superioris vel natura, etiam possit vetustas ac inveterata consuetudo. Et hoc clarè decidit Panor. in d. c. Deus, qui ecclesiam. & Cæsar in Commentariorum suorum de bello Pompeiano. lib. ij. Est, inquit, omnium rerum magister vsus hominum. Prius quàm enim regnum Franciæ legem suscepisset orthodoxam, fuerant in regno religiosi quidam, qui Druydes vocabantur. de quibus meminit Imperator ille Primas idem Caius Julius Cæsar lib. vj. Commentariorum de bello Gallico, quem ipse in Galliis scripsit, qui quidem Druydes non leguntur suis parentibus successisse. Unde eodem modo ex post religiosos vixisse, vbi interruptio generalis non probatur, est verisimiliter præsumendum, & contraria iura recepta non fuisse. Quæ & si recepta forent, illis immemorialiter vsus non fuit, saltem vniuersaliter, imò sic viuendo ecclesia tacuit. 238 Similiter Papa & clerus totus, ut ex tanto tempore præsumitur, sciens toleravit, quod sufficit ad peccatum euitandum, secundum gl. in verb. de iure teneri. in c. gratia. de rescrip. lib. vij. pro qua gloss. in verbo, In vna domo. in ca. quoniam, ut ait, scriptura de vita & hone. cleri. & gl. in verb. iterari. in fi. in ca. vir autem. de secund. nupt. Nam Papa, qui super hoc potestatem privilegiandi, & disponendi ac disponendi habet, videtur populū Gallicanum in hoc dispensasse. Argumeto. l. quidam cõsulebat. ff. de re iudic. & tenet Panor. in verbo, Pannis rubeis. in c. cleri ci officia. de vita & hon. cleri. & in c. a. nobis. in fin. de decimis. Maxime quia consuetudo, de qua loquitur, vulgata est notoria. Et tales sic vulgatas consuetudines princeps præsumitur scire, secundum Bald. in l. j. C. quæ sit longa consuetudo, & subiicit ibidem, quod longa patientia superioris habet vim privilegij, seu cõfirmationis. Ita quod ciuitates Italiae, quæ merum præscriperunt imperium, præsumuntur illud de scientia Imperatoris præscripsisse, ut sentit glo. magna in verb. iurisdictione. in fi. in §. nulla. in Authentico, de defension. Consuetudines enim, ex quo sunt generales, & non particulariter locales, præsumitur princeps non ignorare. c. j. iuncta gl. in verbo, Singularium. de constit. li. vj. & sequitur Bal. in rub. de consuetudi. recti feud. quia sicut non licet ignorare leges generales, nec earum ignorantia excusari. l. leges sacratissimæ. C. de legib. sic etiam ignorare non licet generales consuetudines, quas princeps & ceteri præsumuntur scire, nec eorum ignorantia excusari, secundum Iaco. de Arc. in l. j. ver. quid de mercatore. C. de summa Trinita. Ad prædictam consuetudinem Franciæ, facit quod consuluit Oldra. consilio xvij. incipien. Thema tale est, quidam clericus. volens quod licet bona quæcunque clerici per suum episcopum condemnati deuoluenda sunt in fiscum ecclesiæ, ut tenet glo. in capitu. quia diuersitatem. super verbo, Præter eius. in fi. de concess. præben. Attamen in regno Franciæ bona immobilia ex ipsius generali consuetudine fisco regio applicantur. Quæ quidem consuetudo secundum eum seruanda est p. lege. l. iij. §. diuus ij. ff. de sepul. vio. & l. fi. C. de eman. li. vt tenet Old. cõsi. iij. dicēs ita fuisse iudicatum

241 catum in ciuitate Aquisi in Prouincia. Idem tenet Ioan. Andree. de bonis clericis immobilibus in addi. Specula. titu. de feud. §. penul. verfic. xl. vbi dicit, bona mobilia pertinere ad ecclesiā etiā in in regno Franciæ, & Petrum de Anchara. in capitu. ea quæ sunt. in xxij. questio. de regu. iur. lib. vj. & Paul. consil. cluij. incipien. Circa præsentem. & consil. clxxij. incipien. Circa id quod primò quæritur. Videatis quæstionē capellæ Tolosanæ. cl. quæ idem decidit. Sed latissimè concordat ordinatio regia Philippi Pulchri quondam Fracorum regis facta anno domini M. cccij. mēse Februario, per quā expressè vetuit bona mobilia clericorum clericaliter viuētū capi posse etiā pro commendata regia, per iudicem secularem. [De qua meminit dominus Aufrerius in suo tract. ordi. regiarū titu. de rescri. cap. ij.] (Additio) Quam etiam ordinationem reperietis in registro ordinationum regia cameræ in quæstarum Parlamenti Tolosæ folio xxxvij. verso. Et ita etiam tenet Māuerius consuetudinarius titu. de iudicibus, & eorum iurisdictione. §. j. plus dicēs, quod de re mobili, quouis modo agat, potest iudex ecclesiasticus etiam inter laicos cognoscere. l. i. qui ex consensu. C. de episc. audien. Et sic iudex laicus de bonis clericorum mobilibus minus se introumittere potest, nec de personis. Aded quod aliās sūt arresto Parisiis dictū, quod presbyter vel simplex clericus se suspendens, est per iustitiam secularem episcopo suo reddendus mortuus, sicut ei reditus fuisset viuus pro delicto, sed bona immobilia per singulare capi possunt, ita quod in dicto regno cessat dispositio can. si quis rapuerit. xxvij. quæstio. j. & can. si quis d. in ept. xvij. quæst. iij. & consequenter cessare videtur dispositio l. raptors. in fine. C. de episc. & cleri. [De hoc Arresto etiam meminit dominus Aufrerius in suo Arrestorum tractat. c. viij.] Cuius regni consuetudo probatur & clarè fundatur, per tex. in capitu. Felicit. §. j. & §. si qua verò funda. de pœnis. lib. vj. facit tex. in l. fina. ibi, vel clericus. iuncta gloss. in verbo, præscribendū. C. vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alie. imponat. facit quod dicitur in secunda decisione, vbi videbitis nulla esse in regno Franciæ bona immobilia secularia, quæ non dependant a rege iure directi dominij vel auctoritatis, & in ecclesiam, vbi ibi manent non transmissibili. 243 lia, vt ibi dicam. Sanè tamè intelligatis dictam consuetudinem, quod bona immobilia clericis fisco regio pertineat, vel alteri domino temporali, à quo dependet, & in cuius iurisdictione sunt sita, vt plenè per Specu. vbi supra, Bart. & Alexan. in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de damno infecto. Nisi in crimine hæresis secundum aliquos, quia cum sit crimine Ecclesiasticū. c. vt inquisitionis. §. prohibem. de hæreti. lib. vj. bona fisco ecclesiæ applicantur. Alij dicunt, quod ad fiscū temporale pertinent, cum crimine hæresis non solum ecclesiæ, sed etiā omnes alios catholicos offendat. Quod maximè est verum in bonis recognoscensibus principem, & dominum temporale, vt plenè per Fely. in c. vergētis. in primo nota. de hæreti. vbi etiā decidit, quod si hæreticus condemnatus restitueretur per Papam, non propter hoc bona principis aut domino temporali per cõsiliatio nē acquisita recuperaret. Pro primo dicto facit text. in c. excommunicamus. lo. j. §. moneatur. ibi, saluo iure dominij principalis. §. de hæreti. & in cap. cum secundum leges. §. fina. illo eod. titu. lib. vj. & sequitur Quidō Papæ quæst. lxxvj. inci. si in terra. quod bona

feudalia, & emphyteutica cõsiliatur domino, à quo tenentur etiam in crimine hæresis, clarè decidit Philippus Francus in dicto capitu. cum sedem. §. cõsiliatio nis. subiungēs, quod si hæreticus bona haberet in diuersis prouincijs, vel secundum constitutionē Papalem diuidatur in tres partes, fiet vt ibi dicitur per Ioan. Andree. & Philip. vbi dicitur hodie per bullam Papalem bona hæreticorum cõsiliata diuidi in tres partes. Prima ad potestatem seculare, secunda ad officiales pertinet, tertia verò referuatur fisco ecclesiæ Romanæ. Et eo modo bona Raymū. comitis Tolosani post eius decessum, quia hæreticos fouerat, fuerunt diuisa inter ecclesiā, & regem, & omnia regi applicata, quæ ab ipso tenebantur in feudum, cum esset vnus de paribus Franciæ, ac cetera alia circa Rhodanum existentia. Quod seruatur etiā in bonis clericorum immobilibus, vt pro delicto cõsiliata ad fiscū regij pertineant. Imò in dicto regno ex ordinatione regia. [Hæc ordinatio, quæ sequitur est hodie per dominū Aufrerius. situata ij. in tit. de vita & hone. offic. & subditorū.] si clerici pro suis enormibus delictis rempublicam regni, aut patriæ vel loci scandalizantibus, coram suo episcopo cõuenti, aut ei per iudicem secularem remissi, liberarentur à carcere sine debita eorum punitione, & in terra regia morarentur, prout dictum per nonnullos avaritiæ duces episcopos, pecuniariū compositione redempti, referuata actione parti damnificatæ, quæ de iure, & secundum bonā rationem pœnis fiscalibus erat præferenda. In summa. ff. de iure fisci. & l. j. C. pœnis. fiscali. credi. præferri. lib. x. largiantur in ecclesiæ Dei scandalū, & reipublicæ regni, cum sape vt præ oculis habemus cõtingat, quod laici sunt pro crimine capitaliter puniti, & clerici eiusdem complices criminis pecuniā redēpti, ab episcopis largiantur in reipublicæ scandalum, ex inæquali punitione procedēs: certè eo tūc bona immobilia talium clericorum, quæ si debita punitione per episcopum de crimine facta fuissent, regi (vt dictū est) cõsiliata, capi possunt per iudicē regij, sicuti, & teneri, nec talibus clericis in terra regis commorantibus securitas præstatur aliqua, secundum ordinationē Philippi Pulchri Francorum regis antedicti facta, anno domini M. cclxxv. quæ seruatur, vbi dicitur clerici per episcopum impunitè relicti, ita graue erat & enorme, ac notoriū, quod rempublicam scandalizaret, vt dixi. secus, si non aliter interesset regis, nisi quo ad bonorū immobilium cõsiliatio nē: quia tunc officarij regij non se introumitterent, & ita intelligitur dicta decisio capellæ Tolosanæ cleri, quæ prima facie videretur dictæ ordinationi regiar cõtraria, quæ locū habet, vbi cõpositio facta cū Episcopo, non solum regem in perditione cõsiliatio nis bonorū clericis damnificaret, sed etiam rempublicam, ex euidenti inæqualitate punitionis, & iustitiæ dissimulatione & conniuentia scandalizaret; vnde consueuerunt officarij regij manū apponere. [Et notanter dixi supra bona immobilia capi posse per iudicem, etiam regium: quia bona mobilia, quæ sequuntur personam, capere non possent iudex regius, & minus personā, nec eam punire etiam in criminibus priuilegiatis, vt infra dicam; nec episcopū cogere ad puniendum clericum, qui post clericatum deliquit. Si autē ante clericatū susceptū deliquisset, posset episcopus cogi ipsum punire pœna corporali, scilicet cum Bar. in l. cum quædam puella. verficu. querit glo. ff. de iur. om. iud. dicens hoc casu iudicem secularem esse maiorem ecclesiastico, allegans Cy. idem tenere

tenere in l. properandum. §. fin autē reus. C. de iudic. & Inn. in c. j. de offi. ordi. cum ipse eū punire nō posset in persona, vt dicit idem Bart. in l. j. ff. de pōnis. sed coget ecclesiasticum, vt dixi. Si verō laicus pro crimine communi simul cum clerico per iudicem secularē inquisitus fuerit, cum clerico forum declinante iudici ecclesiastico remissus, prout remitti debet ratione connexitatis causæ, vt singulariter decidit Anto. de Prato veteri. in l. j. §. si. ff. quæ sentē. sine appel. refert. quem sequitur Marianus in c. ij. de mutui peti. si talis laicus per iudicē ecclesiasticum non esset sufficienter penitus, posset cum iudex secularis pōna cōdigna punire. argu. capit. de his. de accusa. secundum Felyn. in capi. j. de præscript. [Additio]

247 ¶ Et quia propter hoc in Senescallia Carcaffonæ procedebant iudices ecclesiastici per censuras cōtra gentes regias talia bona capientes, sicut per patentes literas regias mandatum Senescallo Carcaffonæ, quod eos ad talibus cessare & desistere compelleret per bonorum suorum temporalium captionem, in quo mandato est dicta ordinatio incorporata in registro ordinationum regiarū cameræ in quæstariū Parliamenti Tolosæ. fo. xxiiij. Nec censetur talis cōsuetudo fiscalis esse contra libertates ecclesiæ, postquam ita seruari semper consuetum fuit in dicto regno, cum minime sit mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt. l. minime. ff. de legibus. Præterea illa cōsuetudo nihil auferet ecclesiæ, quia bona clerici nō erant ecclesiæ ante condemnationem, & eorū confiscationem, de quo per Bar. in l. post contractū. ff. de dona. Nec fuit vnquam visum in regno, quod aliqua confiscatio bonorum immobilium temporalium etiam ad clericos pertinentium applicata fuerit ecclesiæ. Vnde videtur consuetudo nihil auferre ecclesiæ, sed potius non dare, quod fieri potest, secundum Oldr. in d. cōsi. Sicut videmus in filio & seruo, qui licet patri aut domino nihil acquisitum possint auferre, tamen possunt eis non acquirere: quia in acquirendis possunt eis præiudicare. l. filius. C. de pact. & l. si autem dominicam. vbi gl. ff. illo eodem tit. Si-

248 miter ecclesiæ prælati. ¶ Imò videmus quod laici contra ecclesiam rectè præscribunt dominia rerum temporalium. l. si. cum authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. cap. ad aures. & per totum. de præscri. Igitur in casu isto consuetudo, quæ plus est, quæ præscriptio, rectè & iuste potuit contra ecclesiam obtinere. & non ei dare aut permittere confiscationis lucrum, quo ad bona immobilia clericorum delinquentium regi subiectis bonis pati, & lucrum nō capere, quod est in acquirendis. l. si. §. sed & si legatarij. C. de iure delibe. ¶ Pariter idem erit in successioneibus, vt ex generali consuetudine regni ipsi monachis nō deferatur, nec eorū monasteriis: quia cōsuetudo nihil eis auferat, quibus bona adhuc tempore cōsuetudinis quæ sita non erant, dici nō potest talis cōsuetudo præiudicialis monasterio, nec cōtra libertates ecclesiæ, secundum Bar. in propriis terminis consi. xxxvii. inci. quidā cola Pauli: quia nihil ecclesiæ auferit, sed non defert. [Nam dispositio legis vel statuti nō potest clericis, si eis pdesse nō vult, lex, quod proficit. l. si quis curialis. C. de epif. & cler. secundum Bald. ibi. Ex quo infert, quod licet per statutū auferri non possit clerico ius commune ei semel quæsitum, tamen auferri potest protectio statuti vel priuilegium. vide ibi Alexand. in addi.] Nec valet, quod aliqui dicūt, quod plures retraherentur ab ingressu mo-

nasterij, & à bono religionis, timore perditionis bonorum, & futuræ successioneis: quia respondetur, quod tales, qui bona præsertim futura ambiunt, tanto honore non sunt digni, quod ad professionē recipiantur, postquam ad terrena cogitant, & temporalia spiritualibus præferunt. Et si eos recipientes ad tam vilia cogitarent, iuridicè talibus bonis indigni forent, nec illa habere deberent, ad quorū prædā tendunt. c. cōstituit. xvj. quæstio. vij. & c. fin. xx. questione. iij.

Præterea cum tales profiteri volētes sciant omnia eorum bona etiā præsentia dedicari & perdere quoad dominium & possessionem, quæ ipso iure cōmuni solo ingressu, & professione saltē expressa in hoc regno, monasterio dedicantur & applicantur, eodem timore retraherentur à religione, & tamen perduntur, vt dicta Authent. ingressi. C. de sacrosan. eccle.

250 ¶ Quare nō valet dicta persuasio, qua non obstant te, bona proximioribus parentibus debentur, in quibus nomen domus conferuntur. Aliàs iam ferè perisset exhausta; fuisset, & in nudis posita regni huius vniuersalis machina secularis, adeo quod hodie monasteria omnia penè bona temporalia possiderent, Cesare in puris & nudis relicto, de quo valde cōqueritur Ioan. Pet. de Ferrariis in libello de hereditate diuiden. super verbo, Omnis communio. Cum vix nūc aliqua reperitur domus nobilis aut potēs, quæ filios non habeat religiosos aut filias, vel alios parentes. Vnde si facultas succedendi, & cum fratribus vel aliis parentibus laicis, & secularibus bona paterna vel aliorū parentum diuidendi attributa eis esset facultas, vniuersæ regni meliores saltē possessiones à manibus laicorū iandiu esset, exulassent: & tota laicorum armata, & pecuniæ subsidiaria potentia reipublicæ alina ipsiusque ecclesiæ tutrix, certè vacua remansisset, quod tolerandū non fuit. Imò ipsorum & religiosorū à Tallis & cæteris publicis oneribus & subsidiis exemptorum interest subsidia laicorum durare, quæ defectu possessionum perirent. Pro quibus ad solidum, & libram talia eis onera indicuntur. aliter careret imperator subsidio subditorum, & considerata maximè hodierna religiosorum & monasteriorum multitudine & augmento, quæ rempublicam grauaret enormissimè. Qui quidem religiosi fratres non parcerent, nec cæteris parentibus in diuisione bonorū, quinimò temporalia omnia deuorarent, cum eorum genus, & cæterorum clericorum sit auarissimum, secundum glo. in verbo, maioris. in capit. si pluribus. de præben. lib. vj. in cap. nonnulli. de clerici. non residen. & in cap. avaritiæ. iuncto ca. quorundam. de electio. lib. vj. secundum Ioan. Andream. in c. peruenit. de censibus, quod solum sine aliqua ratione sufficeret ad tollendum, aut saltem moderandum priuilegium, per text. in cap. suggestum. ibi. Ita raræ erant abbatie vestri ordinis, quod exinde nulli poterit de iure scandalum suboriri, sed nunc ita augmentata sunt, & c. j. de deci. per quem text. singulariter decidit Ioā. Andream. in cap. dilecti. de arbit. ¶ Quod bi communitas castri vsū nemoris præscripsisset contra aliam communitatem, & cōtingeret commoditatem nemoris non sufficere ambobus castris, præfertur cōmunitas illa, contra quam præscriptum est ad quæ fundus pertinet, ne vsurarius sit domino fundi molestus: In sti. de vsu, & habit. §. j. facit c. quid per nouale. de verborum signi. ¶ Nam præscriptio, sicut priuilegium, deficit cum lædere incipit. facit c. quanto. de cens. ibi. Verum tunc propter fratrum, & seruientium paucitatem, talis procuratio non grauat & c.

bat & c. In quibus iuribus cessat priuilegium coipso, quod esse incipit graue & onerosum. Ad quod facit text. not. in d. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. put supra eam induxi loquens de legitimatione. Præterea cōmunem habemus decisionem Panor. & Docto. in c. 258 peruenit. de immu. eccle. post Io. And. ibi volens, quod quoties priuilegium exemptionis lædere graui ter incipit subditos, vt quia princeps fortè multitudinem exemit, aut multitudo ad gaudendum priuilegio alicui ordini indulto ad illum ordinem confluere incipit, ex quo cæteri subditi graui ter læderentur, potest officiu superioris implorari, vt exemptio tollatur: quia multitudo onerosa nihil habet honestum. in Authen. de referen. §. propterea. ver. multitudo enim. & vt Cicero cōcludit lib. de Off. honesti ū semper est vtili præferendū. Facit quod dixi in verbo, duas habens filius. In tertia principali fallentia.

254 ¶ Quod renuntiatio filie iurata non extenditur ad paterna bona futura, si nimis forent post renuntiationē aucta, secundum Bal. in c. cum M. per illū text. de consti. quia super excrecētia excessiua nunquam censetur in præcedenti dispositione comprehensa, imò potius exclusiua per illum text. vbi plenè Panor. & Doct. & Iason in Auth. nouissima. C. de inoffic. testamen. ¶ Nec obstant cōtraria iura: quia si illorum conditores ea ad perniciem inclinare coniecturassent, ea ipsi tollenda in primis censuissent, vt verifimiliter est præsumendum, per tex. singularem in l. si 259 hominem. ff. manda. Quo casu non dicitur fieri contra legem virgente necessitate, vel suadente publica vtilitate, quod (vt refert Valerius lib. iij. titu. de fiducia sui) exemplo tradidit prudentissimus Scipio ille Africanus, cum ad necessariū reipublicæ vsū pecuniæ ex arario promi opus esset, id quæstiones, quia lex oblatere videretur, aperire nō audeant: prius tunc Scipio nullum tunc magistratum gerens claus poposcit, patfacto que arario legem vtilitati cedere. [Vide quæ dixit super verbo, testamentum. j. dum in ix. casu fallentia loquitur de priuilegiis militum.] coegit. ¶ Legibus enim dum populo conueniunt vtendum, dum verò officiant, abstinendum est. Ex quo prouenit, quod de rebus immobilibus alicui etiam titulo lucratiuo obuentis nō soluitur decima, sed solum de fructibus illarum quia si de corporibus possessionum decima solueretur, cito ad ecclesiam omnes possessiones deuoluerentur, imò iā deuolutæ essent in totalem laicorum destructionē, onera reipublicæ portatium. quod tolerandum non est, secundum glo. super verbo, quasi de lucro. in fi. in cap. pi. pastoralis, de deci. ¶ Postremò est illud peremptorium: quia illis iuribus in regno non fuit vsus. Sed contrarium seruatū, scilicet quod non succedant religiosi, quibus ex generali consuetudine nunquā fuerunt delatæ successiones, sicut vidimus cōsuetudinē soli primogenito, aut solis masculis deferre posse vniuersam patris vel aliorū parentū hereditatem, cæteris etiam legitima priuatis & exclusis, quanuis clerici fuerint aut religiosi, vt supra vidistis in verbo, duas habens filias, in secundo principali casu fallentia. Et dixi supra in primo nostro præiudicio de agnatis excludentibus matrem. [De quo etiam super verbo, in eodem testamento relinquens. j. in xvij. limitatione]. Si igitur cōsuetudo propriis liberis & matribus in succedendo magis fauetur, quam ecclesiæ Deo, aut Aurelio consulente Augustino in can. quicunque. xvij. quæstio. iij. præiudicare potest in defectu 261 rōner. ¶ Vbi ex vsu feudorum obtentum est, quod monachi non succedant, nec conuentus, quod fun-

care potuit monasteriis & religiosis, quibus propter reipublicæ præiudiciū minus fauetur: quia hoc propriè non est eis præiudicare, sed istud bonum eis nō deferre. Ad quod facit quæst. capellæ. Tolosæ. præalle ga. cl. in ratione sui. ¶ Attento maximè, quod talis consuetudo conformis est eorum voto, quo ad articulum paupertatis. Sufficit enim quod viuant, & modo, quod infra vidēbitis, bona temporalia capiāt & retinere possint, aut pro necessitate vti, & non quod ab intestato succedant, & propinquos laicos depauperent ipsi, qui tot & tantis hodiè beneficiis & ecclesiæ redditibus abundant: quos sine rationabili causa consuetudo nō excludit seu repellit, de quibus scriptum est Deutero. xvij. in princip. Non habebunt sacerdotes & Levitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hereditatem cum reliquo Israēl, quia sacrificia domini, & oblationes eius (id est beneficia, & bona ecclesiastica) comedēt, & nihil accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. Et sic cōsuetudo cōformis est iuri diuino his iūctis, quæ supra dixi in primo præiudicio. ad eod quod si petitione hereditatis aliō remedio experirentur etiā pro paterna hereditate monachi, eis notoriè obstarēt voti exceptio & professionis, ita quod à limine iudicij per fines non recipiendi repellerentur, velut a cōsuetudine carentes, sine qua nemo experiri potest. l. si pupilli. §. fin. ff. de nego. gest. ¶ Nec audirentur, (vt dixi,) potentes literas à Cancellaria regia super partagio cum suis parentibus fiendo, quæ eis denegari consueuerunt. ¶ Et quod talis consuetudo valeat, satis clarè decidunt domini de Rota in antiquis, hodiè per ordinē rubricatis, titu. de consuetu. decisione j. incipien. supposito de consuetudine. vbi dicunt, quod si consuetudo excludit à bonis paternis profectum, si exinde apostatado exeat monasterium, & de facto matrimonium contrahat, adhuc remanet ad succedendum inhabilis virtute dictæ consuetudinis. Vnde præsupponunt talem consuetudinem valere. Cum quibus sine alio fundamento transit Fely. in capit. ecclesia sanctæ Mariæ. ibi, sexto quarto. versic. ex prædictis, adde dominos de Rota. supra de constituto. quod dicit esse notandū. Nec credere possum, quod Fely. dictam cōsuetudinem mordere dissimulasset, si eam reprobata intellexisset. Ergo satis videtur ex hoc eam approbasse, vt professi ab intestato non succedant, præfata oblatente eis consuetudine. Idem tenet Petr. Iaco. in titu. de cau. ex quibus vasa. debet amitti. feud. versic. & si quæstio sit an monachus. vbi plus dicit, quod consuetudo loquens in simili casu (scilicet quod canonicus regularis nō succedat) etiā excludit ipsum monachum ei similem, & e contra, per tex. in cap. ex parte. de postulā. qui pro ipso multum facit. & glo. etiam hoc clarè decidit in l. de quibus. in princip. ff. de legi. Et hæc est veritas, quicquid dixerit glo. super verbo, in locum. in fi. in cano. præfens. xx. quæstio. iij. volens talem consuetudinem velut prauam non valere, & malè. Quia imò valet, vt vidistis, iuncto quod in regno Franciæ bona ferè omnia immobilia sunt feudalia, emphyteuticaria aut tributaria, vt infra dicam in j. decisione; & sic in manus mortuas & priuilegiatas transire non possunt, vt tangit glo. in l. eum de nouo iure. & in l. humanū. C. de legi. videtis tex. in c. j. de mili. qui arma belli. depo. & in c. j. §. qui clericus. si de feud. fuer. cōtrouer. ¶ Vbi ex vsu feudorum obtentum est, quod monachi non succedant, nec conuentus, quod fun-

datur naturali ratione: quia desit esse miles seculi, qui factus est miles Christi. Nec beneficiu pertinet ad eum qui gerere non potest, nec debetur officium vt d. c. j. mo. tui profecto sunt, & vita eorum abscōdi ta est cum Christo in Deo. Cū autem Christus ap paruerit, & ipsi apparebunt cum ipso in gloria, vt dicitur ad Colossē. iij. quoniam qui mortuus hīc fuerit mundi voluptatibus non vtendo, & corporis lim- mulos obterēdo, confepulcus esse videtur cum Chri- sto. Et consequenter tanquam mortuus & sepultus succedere non potest nec debet, & si prateritus aut exheredatus in testamento parentum fuerit, omni remedio carebit. Cū repudiata semel propter Deū hereditatem requirere non possint velut sepulti, vt pulchrē deducit Hierony. iij. partetracta. viij. episto- la. xxxvj. incipien. Cūcti mei sensus affectu &c. Et sic vsu talia introduci possunt. pro quo facit bonus tex. in cap. relatum. scilicet. s. eodem, rationibus, quas dedi vobis vtra omnes, quæ fundamentales existūt, ne temere aut leuiter morderatis Franciæ consuetudi- nes, quibus monachi ab intestato succedere non pos- sunt, nec retinere nobilitatem politiam in tempora- lium administratione consistentem, secundum glos. in c. ca. quæ. de statu monachorū. & cap. j. de purga- cano. vt supra vidistis. dum loqui incipimus de mo- nachis. ¶ Bene tamen stant plura Arresta, per quæ fuit professis præsertim monialibus decreta & ordi- nata prouiso super bonis, & hereditate paternis, quandiu viuerēt pro alimentis, vbi in monasterio fa- cultates non erant sufficētes: nō quōd bonorū pro- prietas aut possessio in totū vel in parte fuit eis ad- iudicata, nisi sola duntaxat prouiso pro victu, quæ dari etiam posset mendicantibus de iure communi ad succedendum incapacibus, vbi eorum mendici- tas non sufficeret. Ad similitudinem seruorum, qui licet sint bonorum omnino incapaces, tamen de ali- monia eis prouidetur per iudicem. l. si quando. C. de ordin. cogni. Vnde restat in præfenti regno Franciæ monachos suis patri & matri, aut cæteris parentibus ab intestato non succedere ex generali ipsius regni consuetudine, quæ sustineri rationabiliter potest. ¶ Et pro ea consuluit Barto. consil. v. incipien. vifa vbi plus dicit, quōd etiam statutum valet volens eos succedere non posse: quia si pacto possint filius cum iuramento bona paterna quitare & renuntiare. c. quanuis, de pact. lib. vj. vt plenē dixi in verbo, *duas habens filium*, multo facilius hoc fieri potest statuto, aut consuetudine. l. fin. §. fin. C. de fideiul. secundum Barto. in dicto consilio, & in l. fina. C. de pactis. Igi- tur valet talis consuetudo, quæ de consensu ecclesiæ tanto tempore tolerantis, & tacitē consentientis pro- cessit, & nō quod ipsa monasteria sint de iure bono- rum temporalium incapacia, vt plerique intellēx- runt, & malē. ¶ Pari modo fuit in eodem regno cōsuetum, & publicē ac notoriē obseruatum, & per ecclesiā toleratum, episcopos & cæteros beneficia- tos posse fructus suorū beneficiorū perceptos trans- mittere ab intestato ad suos proximiores parentes, secundum glos. pragmaticæ super verbo, acquisitos. in §. item quōd si ecclesiā. tit. de annatis. & etiā posse de fructibus suarum dignitatum & beneficiorum ac de bonis per eos nomine proprio, & nō nomine ecclesiæ acquisitis, etiam de pretio ex fructibus bene- ficiorum redactō testari & aliās inter viuos vel cau- sa mortis, sicut laici de suis bonis liberē disponere, prout dietim faciunt, cōtra c. episcopi. xij. quæstio. j. nisi essent religiosi, secundum Ioan. Manfuerij, in di-

cto. §. Item per consuetudinem regni. Quæ consuetu- do talis esse etiam asseritur per Carolum sextū Fran- corum regem domini nostri regis proauum, in qua- dam per eum consultissimē facta ordinatione, super reparatione ecclesiarū & monasteriorum regni, die sexta Octobris, anno domini M. ccc. lxxxv. & regni sui sexto. [In illa ordinatione non comprehendun- tur religiosi, quibus parētes non succedunt, cū nō habeant proprium. Et sic etiam testari non possunt, in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Prætereā æqualitas est seruanda, vt sicut ipsi parentibus nō suc- cedunt, etiam parētes non eis succedat. Ideo loqui- tur ordinatio de clericis non religiosis.] Si enim do- ctōri consuetudinem aliquam narranti creditur, vt tenet Barto. in dicta l. de quibus. ff. de legi. multo me- lius credendum est regi dictam consuetudinē dispo- sitiuē, & non ad alterius suggestionem talem esse as- serenti. Sicut videmus, quōd creditur Imperatori, & cuilibet legislatori edicta prætorum, & vetera sena- tusconsulta ac seruorum prædecessorum constitutio- nes & mores narrantibus, sine alia probatione, vt pa- tet in pluribus locis Institui. C. & ff. ¶ Potest enim etiam in his testamentariis substitutionibus consue- tudo, quod potest lex & canō, vt dicto c. relatum. Jo. ij. §. licet. ibi, cōsuetudinis tamen non est improban- da &c. Et nedum quōd clerici simplices, aut simpli- citer beneficiati testari possint, de quibuscunque bo- nis etiam mobilibus, de quibus magis dubitatur, cū personam sequantur. Sed etiam de immobili- bus possessionibus, quæ plus tēporalitate sapiunt. Imō etiam hoc possunt clerici administrationem ha- bentes, nō considerata distinctione glo. in c. fi. de of- fic. ordina. lib. vj. Et pariter hoc possunt episcopi nō religiosi, de quibus etiam maior erat dubitatio pro- pter maiorem quam habent communionem, & con- iunctionem cum suis ecclesiis, quā cæteri benefi- ciati ob causam matrimonij spiritualis inter eos exi- stentis. c. inter corporalia. de transla. episc. &c. requi- sisti. §. cod. Et quasi omnes episcopi habere cōsue- rūt à Papa dispensationem testadi, secundum Henr. Bohic. in c. si qs sanē. de pecu. cle. Et nedū testari po- terunt de bonis ex consuetudine, sed etiam de fructi- bus beneficiorū, nec non de spoliis, vt plenē per Gui- donē papæ quæstio. ex. incip. An clerici possint tes- tari. (Additio.) Dictam ordinationem Caroli sexti reperietis in registro ordinationū regiarū cameræ in quæstiarum Parlamenti Tolosæ. fo. xciii. verso. ¶ Et vltra consuetudinem regni generalē clericus & clericus huius Cadurcē. diocesis sunt per Papam pri- uilegiati, vt testari possint de prædictis, scilicet de fructibus beneficiorum perceptis, & aliis bonis inde acquisitis, de quo stat bulla, quā vidi in Archieuis ec- clesiæ cathedralis. Ad causam cuius annuatim in sy- nodo soluunt singuli beneficiati episcopo Cadurcē. certum quid pro testamentis. Clerus etiam Tolosa- nus hoc habet ex compositione facta cum Archiepi- scopo, anno domini M. ccc. xcvij. & die xxvij. mensis Aprilis recepta per magistrum Petrum de Blanha- co, quondam notarium Tolosæ, cuius duplum vidi à suo originali in publicis Archiepiscopalibus Ar- chieuis existentē, authenticē parte vocata, & auctori- te iustitiæ extractū per magistrum Ioannem Helon notarium Archiepiscopale, & dictorū Archieuorum bene- ficiorum redactō testari & aliās inter viuos vel cau- sa mortis, sicut laici de suis bonis liberē disponere, vel acquisitionibus tēporalium rerū in eodē regno per ec- clesiā, & psonas ecclesiasticas fiēdis: possēt adhuc in ali-

in aliquibus esse non bene intellectus, vt vobis clarē pateat, faciam digressum à pura materia successio- num ab intestato aequaliter prolixū, vobis tamen vt- tilē, in quo quinque sequentes considerabitis per modum conclusionum, Decisiones.

- S V M M A E.
- 1 *Ecclesia initio nulla habebat bona.*
 - 2 *Protonotarij hodie sunt loco notariorum olim gesta sancto- rum scribentium.*
 - 3 *Syluester à Constantino accepit regnum Italia.*
 - 4 *Ecclesiam diuinitus abundare an deceat. & nu. 5.*
 - 6 *Monachi ob diuinitus miraculose puniti.*
 - 7 *Ecclesiam in temporalibus abundare sancti spiritus ordina- tione factum est.*
 - 8 *Imperium ab ecclesia pendere.*
 - 9 *Temporale etiā iurisdictionem habere oportuit ecclesiam.*
 - 10 *Ecclesie iurisdictionem & bona seruare consuevit Fran- corum rex.*
 - 11 *Brenni Senonensium Gallorum ducis gesta.*
 - 12 *Federicus secundus imperio priuatus.*
 - 13 *Signalidus mente captus ob surrepta ecclesia bona.*
 - 14 *Dagobertus Francorum rex in infernum à demonibus a- ctus ob violatam Prictaenē ecclesiam.*
 - 15 *Gayfridus Aquitania dux sacerdotum prouentus vsurpās.*
 - 16 *Carmelitas obdidit Vigery Tolosani filius.*
 - 17 *Alexander Magnus pontificem Iudeorum veneratus est.*
 - 18 *Pompeius templo pepercit capta vrbe Ierosolymitana.*
 - 19 *Clotarius à bonis ecclesiæ abstinuit.*
 - 20 *Gladios duos habet ecclesia.*
 - 21 *Iurisdictionē ecclesiæ tēporalē auferre tentans cōfunditur.*
 - 22 *Iurisdictionē temporalis ecclesiæ non cōuenit iure communi.*
 - 23 *Princeps secularis iure communi fouetur semper tempo- ralibus ab ecclesia possessis.*
 - 24 *Possessio etiam spiritalium in episcopis non est fundata iure communi.*
 - 25 *Ius patronatus ex vno solo actu presentadi obtinet laicus contra episcopum.*

Prima decisio.

PRIMA Decisio est, ¶ quōd à principio nascentis ecclesiæ, ecclesia nulla tenebat bona nec prædia possidebat, vel a- lia immobilia, nec longo tem- pore tenuit: imō & clerici & religiosi, ac cæteri ecclesiæ ministri more apostolico, qui in actibus Apostolorum subiicitur. & xij. quæstio. j. per totum, viuebant & vixerunt vsque ad tempora beati martyris Urbani papæ huius nominis primi, qui post Calixtum primum etiam martyrem in cathedra Petri, circa annum Christi cccc. immediatē sedit. Qui post plura magnifica, per eum facta instituta vt prædia, atque fundi à fidelibus ecclesiæ oblati, ex quibus clericis & notariis gesta, & miracula sancto- rum scribentibus ¶ (quorum loco hodie sunt nostri inutiles pronotarij) sumptus deputarentur, recipen- tur, salubriter statuit & ordinauit. Cū antea bona temporalia à catholicis ecclesiæ oblata vende- rentur, vt de pretio ministris & pauperibus prouide- retur, vt habetur in capitul. videntes. xij. quæstio. j. ¶ & tangit Panormit. in capitu. j. in fi. de priuil. [Eo tempore fuerunt duo iuris ciuilis præcipua lumina, Vlpianus videlicet, & acutissimi ingenij Papinianus sub diuersis tamen principibus, & diuerso modo tra- ctati. Vlpianus siquidem sub Alexandro summē honoratus, vt infra videbitur. Sed Antoninus non

ille Pius, sed Caracalla libidinis impatientissimus, hunc Papinianum iuriconsultum, & doctrinæ lega- lis thesaurum occidit. Et sicut fecit factum est ei, quia ab hostibus circumuentus occisus est pessimus ipse cum gaudio multorum. Mos enim stultorum semper fuit, si potentes sunt sapientes persequun- tur, quibus sublati necesse est vt ipsi quoque per- eant.] ¶ Et deinde beatus Syluester Christi profes- sor gloriosus patrimoniū beati Petri, scilicet regnū Italiae cum tota vrbe à Constantino Imperatore Pro- tochristianissimo sui die baptisimi suscepit, circa an- num domini cccxij. de quo in capitul. Constanti- nus. xcvi. distin. hīc profecto Constantinus sedem Apostolorum ditauit, & Helena eiusdem genitrix cru- cem domini quæsiuit & inuenit. [De hac clariū loquitur super verbo, *cuidam Petro tradiderunt*, lo- quendo de mulierum pulchritudine.] Vnde illa gran- dis orta fuit disceptatio, an valuerit prædicta dona- tio, de qua per gloss. in verb. pertinere in l. j. ff. de offi- c. præf. vbi. & in Authen. quomodo oportet episc. in princip. in gloss. quam pro decisa teneo, quōd va- luit & imperium penes ecclesiam in aeternum dura- bit, vt de illo quasi prophetans j. Aeneid. Poëta prædixerat de Roma futura loquens ibi, Imperium sine fine dedi multōsque per annos. Et Psalm. xliij. ibi, Sedes tua Deus in seculum seculi, virga direc- tionis virga regni tui. Et Psalm. lxxxvj. Nun- quid sion dicit homo, & homo natus est in ea, & i- pse fundauit eam altissimus? ¶ De aliis etiam posses- sionibus, quas prælati expost habere, & tenere ce- perunt, summa fuit inter patres disputatio, quibus- dam dicentibus, iustum fore, & vtile ecclesiam in temporalibus abundare, honorēque terrenum ha- bere: ¶ aliis econtrā, quōd nullatenus expediebat ec- clesiam in temporalibus abundare, honorēque ter- renum habere: ¶ aliis econtrā, quōd nullatenus ex- pediebat ecclesiam bona temporalia possidere: ne cura temporalium à diuino seruitio ministri diuer- terentur. Sicut factum est prout exemplo nunc vide- mus hodie Palatia regum, & curias, plena religiosi- propter temporalia vagantibus, in perniciosum clau- stri abusum. clem. ne in agro. §. quia verō. & ibi bo- na gl. de sta. mona. Optima enim olim fuit virorum ecclesiasticorum præsertim religiosorum viuendi au- steritas & parsimonia, vt solis oleribus, & sæpe ole- rum loco fagi frondes defumebāt, & pane hordaceo admixto milio utebantur, sed vbi possessionibus, aut prouentibus ditati sunt, apud successores illorum vir- tus, & Dei pietas clanguit. Ita vt in luxū parsimo- nia, in superfluas opes paupertas, in fastum humi- litas, in lasciuia continentia, in confusionem om- nis ferē ordo ecclesiasticus nunc versus parui habeat- tur. vnde talibus abundare bonis ecclesiam non ex- pediebat, vt lib. vj. c. ij. circa fi. refert Gaguinus [De quo Matthæus Bossius in tertia parte, epistola xcviij. incip. Me beneuolentia. Ad Dandalum episcopum Vincentinū. Ambitio, inquit ipsa in ecclesia Dei, quā Petrus in humilitate fundauit, irrepsit iam ita, vt nul- lus prælatus, nedum maximi proceres sacri, regali cultu nō viuat. afferuntur ad mensas vasis cibaria argē- teis, & auratis poculis vna. Epularum & belliorum nulla vsq̄ maior copia maiorque luxuries triclinia at- que cubacula quæq; vestita pēdulis auleis, & pauimē- ta variē pictis strata tapetis, toros & puluinaria tegunt fulcra serica. taceo mulas & alipedes infiltratos ostro, & variatis bracteis radiantē. Calamistratos hinc inde pucros, & clericos his famulantes, habitu petulanti & cultu

cultu molliſſimo, quibus omnis eſt cura, vt manus anulis ſplendeant, indumenta ſuaue oleant, & laxatæ in latus dependeant, pedes calceoli leuigati veniſſent, vt ſponſi magis quidem illi videantur, quàm clerici. Quæ omnia etiam ſi longus concedit abuſus, & communis inſania habet in laude, non propterea apud Dei diſtinctum examen ſunt ſine graui culpa duenda, ac ſapienti & modeſto Ieſu Chriſti miniſtro non abhorrenda. Mors tandem, quid proſint iſta nos admonet in epulone diuite, Lazaroque mendico, &c. Luca xvj. vide de diſpenſatione bonorum eccleſiæ, quæ plenè habentur vbi reſiduum dictæ epiſtolæ addidi inſtrà ſuper verbo, ſi abſque liberis moreretur. ij. in tractatu ſubſtitutionis fidei commiſſariæ ſuper tertio caſu fallentiæ ad regulã, quem honoro, onera re poſſum.] Et pariter Falciculus temporum de hiſ eccleſiaſticis abuſibus loquês dicit horribile factum contigiſſe Turonis tempore Stephani ſecundi Papæ, & Conſtantini ſecundi Imperatoris: quia cum monachi eccleſiæ ſancti Martini dictæ ciuitatis propter abundantiam bonorum temporalium delictis & pompis vacarent, omnes vno excepto ab Angliſ ſuffocati fuerunt, & Alcuynus Caroli magni præceptor illud plenè reformauit. [De iſto horribili factu Gaguinus libr. v. capitu. j. in nouiter impreſſis, & additionatis chronicis ſic dicit: Cæterum diui Martini cœnobitæ, qui multis opibus apud Turonos elati vivebant, reiecto monachali indumento ſeſe in ritum cleri ſecularis deformarunt, cuius temeritatis mox pœnas luerunt, miſſa in eos cœlitus peſtilentia, qua per noctem extincti ſunt omnes præter vnum, ſcilicet Vedatum, qui in numerum ſanctorum relatus eſt, & nomini eius ſacellum dicatum, quo ſerè tempore apud Lemouicas canonici diui Martialis reiecto ſeculari habitu ſe ad monaſticam vitam conuertunt. Hæc ille. Pariter anno domini M. ccccxx. in feſto natiuitatis Domini canonici regulares eccleſiæ metropolitanæ beati Stephani Toſolæ ordinis Aurelij Auguſtini præter dominum Petrum de Roſfergio dictæ eccleſiæ præpoſitum, & Vaurenſem epiſcopum, & duos alios in profeſſione conſtantes reiecto monachali habitu, ſicut Turonenſes fecerunt, de quo magnus pendet in curia Parlamenti proceſſus inter dictum præpoſitum, & præbendarios dictæ eccleſiæ ratione tam ſubito attentatæ mutationis, ſine ſcitu & conſenſu præpoſiti, ac expilati Theſauri ad Romanos miſſi pro ſuppl. hoc obtinenda diſpenſatione, & Archiepiſcopum Toſolanum iuncto ſecum procuratore regio ex vna. & dictos canonicos partibus ex altera. Dominus omnia dirigat in honorem eccleſiæ & diuini cultus augmentum.] Sed tandem teſte Bonauentura in quarto ſcripto ſuper ſententias, 7 Sancti ſpiritus ordinatione actum eſt, quod eccleſia in temporalibus abundaret, cum pauci tantæ perfectionis inuenirentur, qui ſine adminiculo temporalium onera eccleſiaſtica ſuſciperent. Ex quo periret magna pars fidelium, non ſtantibus miniſtris, qui ſacramenta & ſpiritualia adminiſtrarent. vide gloſſ. xij. quaſtio j. c. clericus. Sancta etiam Brigida, libro iij. capitu. xvj. ſcribit beatiffimam virginem Dei genetricem, in quadam reuelatione (vt idem Falciculus reſert temporum) de hiſ ſibi hæc verba dixiſſe, Eccleſia Dei primis temporibus pauper erat in temporalibus voluntariè, proceſſu verò temporis, vt amici Dei ſeruentiores ad prædicandum verbum Dei, & expeditiores eſſent, & vt ſciant, quod non diuitiæ malæ ſunt, ſed ſolus abuſus earum, ſub Sylueſtro, &

aliis bona temporalia eccleſiæ data ſunt, quæ viri ſancti longo tempore ad ſuam ſolam neceſſitatem, & amicorum Dei ac pauperum ſuſtentationem diſpenſabant. Ergo tales ſcito amicos Dei, qui eius diſpoſitione contentantur, & ipſe videt eos. Hæc illa. Poſtquam ergo hoc ex Deo eſt, humano conſilio diſſolui non poterit, Actuum v. cap. Deus profectò (vt piè creditur) qui terræ dominus eſt ac totius orbis per creationem ac generalem gubernationem, Pfalm. xxij. dominium, quod habet, eccleſiæ ſponſæ ſuæ communicare voluit, & cætera cuncta priuilegia. I. princeps. ff. de legib. Neque dicitur Conſtantinus donaffe imperium eccleſiæ, ſed potius reliquiſſe, ſeu reſtituiſſe, cum domini ſit terra, & plenitudo eius. Et conſequenter ſponſæ ſuæ pertinebat. Aded, quod plures dixerunt imperium ab eccleſia dependere, de quo plenè per Docto. in capi. nouit. de iudi. imò videmus ſummos principes tanquam ex Deo regnantes bona temporalia eccleſiæ in acquirendo, & acquiſta conſeruando multum priuilegiaſſe. l. j. l. fi. & per totum. C. de ſacro ſanct. eccle. capi. titu. ſequenti. Et eccleſiam eccleſiaſticaſq; perſonas, ſucceſſiones, & reliqua quecunque tam inter viuos, quàm cauſa mortis, teſtamento qualitercunque, & à quibuscuque factò capere poſſe, vt dicta l. j. quæ omnia poſt Bartolum ſibi, & alios clariffimè nobis tradidit Ludo. in Authentica ſimiliter. C. ad legem ſalcid. Plus dico, quod necdum bona etiam immobilia ad miniſtrorum, & pauperum ſuſtentationem neceſſe fuit eccleſiam habere, ſed etiam temporalem iuriſdictionem ad iniquam compeſcendum temeritatem volentium bona eccleſiaſtica uſurpare, ſuiſque uſibus appropriare. Qui ſi dura fronte ſint, indura tu ò eccleſia contra tuam. nihil enim tam durum quod duriori non cedat, vt verifitetur quod Ezechiel iij. dicitur. Dedit, inquit, dominus frontem tuam duriorẽ frontibus eorum. Nec decuit prælatos eccleſiæ ſpirituali gladio præditos temporalem, cui imperant, iuriſdictionem ab aliis ſcilicet laicis mendicare, ſed eam propriam poſſidere. Imò gaudet temporalis iuriſdictione ſpirituali iuncta, ſe naturam ſpiritualis ſapere, ſecundum Hoſtienſem, in Summa, tit. de appel. ſ. à quo & ad quem. ver. ſed pone quod epiſcopus. argu. l. quæ religioſis. ff. de rei vendicatio. & capi. quod in dubiis. de conſe. eccle. 10 Quam iuriſdictionem & bona eccleſiæ Francorum rex pugil eccleſiæ potenti brachio tueri ſemper cõſuevit & defendere, tanquam verus eccleſiæ filius, præ oculis ſemper habens quod habetur in cap. conuenior. xxij. q. viij. prope ſinem. ibi. quid enim honorificentius contingere poteſt, quam quod princeps filius dicatur eccleſiæ, & tanquam filius matrem defendat quod in Francia ſemper conſuetum fuit, vt inſtrà dicitur. In ſignum cuius & pro firmiori cautela ad iura tuendum eccleſiaſtica magiſtrorum in parlamento, partem ex clero, partemque ex laicis conſtituere, vt j. dicitur. Et id iuſtum eſſet credere. Cum tot ſancti patres viri vtique ſummæ perfectionis & literatura ac miraculis glorioſi, qui bona temporalia arbitrabantur vt ſtereora, non præſumantur ſic deliraſſe, vt huiusmodi temporalia contra iuſtitiam & Dei voluntatem detinuerint: ſed potius vſque cõtradictores eorum vidimus & dietim legimus formidabili morte conſumptos, iuxta illud quod eis imprecatus fuit glorioſus ipſe Conſtantinus dum paginã imperialis teſtamenti propriis manibus ſuper venerandum corpus beati Petri poſuit: vt dicto c. Conſtantinus. ita quod dicere poſſum illud Quidij in ij. de remedio amoris

Quid moror exemplis quorum me turba fatigat. [Vſurpans bona eccleſiæ committit ſurtum, ſacrilegium, crimẽ peculatus, & parricidium. cap. qui abſtulerit. xij. quaſt. ij. vide Panor. in c. vt præter ritum. in fine de elec.] Vnde, Tomiſis exterorum exemplis, inſinitis, habemus noſtra præ manibus de Brëno vultuſſimo Senonenſium Gallorũ duce maximo, & excellentiſſimo rei bellicæ ductore Monochri Anglorum regis filio, qui tredecimo Aſſucri Perſarum regis anno, & Iudaicæ captiuitatis cœvij. poſtquam cum trecentorum millium Gallorum exercitu Italia inuaſiſſet: expulſiſq; veteribus Tuſcis, eorumque vribus occupatis necnon plurimum ciuitatum (Polierate & Iuſtino teſtibus) iactis fundamentis, ac vrbe Romana capta, & incredibili furore excepto Capitulo direpta, ac pace (vt Liuius teſtatur) inter eos firmata, deinde vrbe ſacerdotia vacata, Ptolemeo rege occiſo, & capite trũcato: tãtiſq; terroribus Gallici nominis regibus ſerè vniuerſis laceſſitis, & pacẽ ingenti pecunia mercantibus, homines expoliaſſet: deorũ templa ſpoliata aggreſſus eſt. Sed dum Apollinis adẽm apud Delphos ſpoliare cõcepſiſſet, partim terræ motu obruti Galli, partim grãdine & frigore diſſipati, reliqui ab acollis vſque ad internecionem cæſi ſunt. Brënus autẽ eo in prælio vulneratus, cum dolorem ferre non poſſet, pugione vitã finiuit. Quo mortuo, Gallorum reliquæ nõnulla Aſianorum loca poſtmodum occuparunt, vbi permanſerunt. vnde ab ipſiſ Gallis Gallatia & Gallogræcia dictæ fuerunt. Ad quos illa extat Pauli Apoſtoli familiaris epiſtola ad Galatas. Hæc Bergomẽſis. De iſto Brëno meminit etiã Valerius libro primo, titulo de neglecta religione. Brënus, inquit, Gallorũ dux Delphis & Apollinis templum ingreſſus Dei voluntate in ſe manus vertit: ac etiam ſui numinis vindex Apollo, q. Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus id egit, vt ſacrilegæ manus inter fragmenta eius abſciſſæ inuenirentur. Mileſia Ceres Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum ſpoliaturi irruerant, flamma obiecta priuauit oculis: Etiam de Federico ſecũdo habetis in capitulo ad apoſtolicæ. de re iudicata. libr. ſexto. quod fuit imperio per Innocentium quartum in generali concilio Lugdunenſi priuatus, & tãdem ſine ſacramentis à proprio filio ſuffocatus expirauit. ſentitque veriſſimum eſſe illud ſecũdi Machabæorum quarto. quod in leges diuinas impiè agere impunè non cedit. [Iſte fuit Federicus ſecundus, quem Henricus imperator filius Federici primi ex Conſtantia regis Sicilia filia monacha profeſſa Cœleſtino tertio Papa diſpenſante ſuſceperat, vt habetur inſtrà ſuper verbo, qui cum alio matrimonium contrahens. in principio. Occaſione cuius Henricus ſubiugauit ſibi totum regnum Apulia, fugatis illis qui illud tenebant.] Eodem modo de Siginaldo Aruerniorum præfecto, qui licentia dominandi elatus poſtquam multa ab incolis ſurripuiſſet, villam Vulgratenſem quam Tetradius eccleſiæ diui Iuliani donauerat, occupauit: moxque mente captus non prius ſui compos factus eſt, quàm villam reliquiſſet compeſatione exhibita rerũ quas temerè abſtulerat, narrante Gaguino libro primo, capitulo penultimo, qui paulò antè præmiſerat, quod cum ciuitas Claromontenſis Aruerniæ primaria à Theodorico Clodouei protochriſtiani tunc defuncti filio obſideretur, milites qui in obſidione erant, accepto quod in diui Iuliani templo prædicto plerique ciues fortunæ ſuas cõtuliffent, in templum re-

ſeratis foribus irruerunt, & cuncta diripientes bona exportarunt: ſed protinus vindex ſacrilegij Deus prædatores corripuit inſania, horrenda voce clamãtes. Cur ò beate martyr tam dirẽ nos crucias &c. [Exinde apud Gallos exit proverbium, *Que iam maſ chien ne mordit legiſe qui n' enrageaſt.*] Similiter libro tertio, capitulo tertio reſert de Dagoberto Frãcorum rege, quod ob violatam diui Hylarij Pictauicenſis eccleſiam, raptus à demonibus portabatur in infernum, vt inſtrà quinto principali articulo dicitur. Pariter eodem libro, capitulo quarto de Carolo Martello rege ſic dicit, Ipſe verò per bella cenſu pecuniæque extenuatus, cum comperitum haberet regni proceres egregiam operã republicæ nauariſſe, fortunifque ſuis deſtitutoſ eſſe, decimas quæ cleri erant, nõ diſſentientibus epiſc. opib; proceribus, dum bellũ aduerſus Chriſtianã religionis hoſtes gererent, percipiendã attribuit: perſanctè iurans, ſi vitã diu viueret, ſe vniũia & multò maiora ſacerdotibus repenſurũ: cuius ſacrilegij pœnas lucere apud inferos Martellum Euterius Arlatẽſis pontifex ſe per quietem vidiffe diuulgauit. Sic ſeſdem capitulo & libro dicit de Gayſiro Aquitanicæ duce ſacerdotum prouentus ſibi uſurpante: qui à Pipino rege Chriſtianiffimo fugatus, & ſerè deuictus à ſuis necatus legitur. In cuius ſupelleſtili manuum integumenta, quæ nunc chirothecæ appellantur, quæ quod vnionibus aliſque pretioſioribus gemmis intertexta erant, hæc recepta Pipinus in templo diui Dionyſij appõdi iubet: quæ cruci aureæ quæ ſupra arã maiorem extat appenſa diu viſa ſunt. Præterea cum filius Vigurij magiſtratus Toſolæ ordinarij anno Domini M. cclxvj. Dum Carmelitæ in vrbe Toſolana olim adoleſcere cõcepiffent, liuore motus vel aliã eis igne combuſtis conuentum perdere decreuiſſet. & cũcũta prædã die tranſfigurationis Domini, poſtquam illioſ potẽti manu obſediſſet, plagã Dei facie retroverſa tranſfiguratus ad virginem Dei genetricem conuerſus veniam obtinuit: portãque maiorem in recta & meliori Toſolæ carriera i ex qua parte ignẽ parauerat, & percuffus fuerat, in laudem virginis, magnis lapideis conſtructionibus crexit. Per quam ex poſt ea die annis ſingulis proceſſit ſolemnis (quæ ad miraculi memoriam fieri ſolet, & virginis puſilla per vrbeſ portari) exit & ingreditur. [Legenda habet hoc factum fuiſſe die beati Sixti martyris, dum fratres qui incluſi loco erant, qui domus beatæ virginis Mariæ de carmelo tũc dicebatur, veſperas decantarent: & illum verſum, Poſtens in terra erit ſemẽ eius &c. Pfal. centefimo vnde citho, deuotius inchoaſſent: ſtatim non deſiit omnipotẽs, qui & ſua virtute ſaftuoſos potẽtes deprimeret, & oppreſſos humiles exaltaret &c. tamẽ non reſert, cum eadem ſit dies. Habet enim legenda de die beati Sixti, quia tunc non colebatur tranſfigurationis Domini. Sed iſte doctor de tranſfiguratione diem nominauit à nobiliori, cum ea die beati Sixti ſolũ celebrari cõcepit à tẽpore Papæ Calixti tertij, data ea die miraculoſa Chriſtianis victoriã contra Turcã in Vnguarã trans Danubiũ ſumẽ, quam obrẽ tranſfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti officiũ ordinauit anno Domini M. ccccviij. iuſſitque cũ hiſ indulgentiis ea die celebrari, quib; ſolemnitas corporis Chriſti celebratur. Et anno ſequenti M. ccccviij. ea die beati Sixti ſpiritu reddidit altiffimo, relictiſ cameræ apoſtolicæ quos in Turcas conquiſerat centũ quinquaginta numorum aureorum millibus.] His

docti exemplis principes & qui militiam sequuntur
 te perare debet a rapinis, ne sacris locis iniuri sint.
 Apprehendit interdū pœna sacrilegos, & suas Deus
 iniurias quātō plus tolerauerit, tantō grauius vlciſci-
 tur, vt Cæſar Diuicōni Heluetiorum legato, lib. j. cō-
 mēta. de bello Gallico reſpōdit, Conſueſſe deos im-
 mortales, quō grauius homines ex cōmutatione rerum
 dolent: quos pro ſcelere corū vlciſci velint, his
 ſecūdiōres interdum res & diuturniorē impunitatē
 concedere. [Heluetij ſunt hi, quos nunc Suyſeros
 appellamus in Gallia Belgica ſiti, bello feroces, om-
 niū Gallorū fortiffimi, ac in arte bellādī doctiffimi,
 propterea q̄ ad cultu atq; humanitate prouincia lon-
 giſſimē abſunt. minimēque ad eos mercatores ſæpe
 cōmeant, atq; ea quæ ad effceminādos animos perti-
 nēt importāt. Proximique iunt Germanis, qui trans
 Rhenum fluium incolunt. Quibus cum continētē
 bellam gerunt: qua de cauſa Heluetij quoq; reliquos
 Gallos virtute præcedunt. Hęc Cæſar lib. hīc allega-
 to in princij.] Et Valerius lib. j. de neglecta religio-
 ne, L. c. inquit, gradu ad vindictam ſui diuina pro-
 cedit ira, tarditatēq; ſupplicij grauitate cōpenſat.
 cui Pſalmiſta conuenit Pſal. vij. ibi, Deus iudex iu-
 ſtus, fortis, & patiens nūquid irāſcitur per ſingulos
 dies? quaſi dicat, nō irāſcitur ſtatim: imō dat & expe-
 ctat pœnitentię tempus: tamen ſi peccator patientia
 Dei abutatur, ſcilicet non ſe corrigendo, cōminatur
 grauiorē pœnam, dicens, Niſi conuerſi fueritis, gla-
 dium ſuum vibrauit, arcum ſuum terēdit, & parauit
 illū. Et in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardē-
 tibus effecit &c. altiffimus enim eſt patiens auditor.
 Eccl. v. c. Quod etiam concludit Apoſt. ad Roma. ij.
 Exiſtimas, inquit, o homo, qui iudicas eos qui talia
 agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei? an
 diuitias bonitatis eius, paciētiae, & longuanimitatis
 eius cōtemnis? Ignoras qm̄ benignitas Dei ad pœni-
 tentiam te adducit? Secundum autē duritiam tuam,
 & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die irę &
 reuelationis iuſti iudicij Dei. hęc ibi. Ideo multo tē-
 pore nō ſinere peccatoribus agere, ſed ſtatim vltio-
 nem adhibere magni beneficij eſt iudicium. ij. Ma-
 chab. ſexto. Quia virga & baculus ipſa me cōſolata
 ſunt. Pſal. xxij. Quod t̄ animaduertens Alexan-
 der ille magnus domitor orbis, ad locum qui dicitur
 ſcopulus, cum applicuiſſet, & pontificem Iudeorum
 vidiffet, ſolus abiit, & ſe ab equo in terram proiecit,
 nomēque Dei adorauit. Nec de templo quod ditiffi-
 mum erat, aliquid abſtulit: quinimō ſacerdotibus
 multa contulit donaria pretioſa. Sic t̄ etiam Pom-
 peius, licet paganus (vt Bergomēſis refert) cum Iero-
 ſolymam cepiſſet nihil de templo abſtulit, quamuis
 præter menſam auream & candelabra, pecuniarum
 duo millia talenta ibi reperiſſet: quas tamē ob deuo-
 tionem contingere noluit, nec permiſit. t̄ Pariter
 Clotarius alter Frācorum regis antediſti Clodouēi
 filius per Turonum Antiffitem admonitus incepto
 deſtitit, vt idem Gaguinus lib. primo, cap. ſin. edixit.
 Aucto, inq; t̄, Childberti fratris Clotarij regno aua-
 ritia Clotarium inuaſit, excogitauit enim tertiam
 eccleſiaſticorum prouentuum partem accipere. Cu-
 ius concupiſcentiæ aſſentientibus ipſis, vnus tantum
 Turonum antiſtes iniurioſus reſiſtit, dicens, Si quæ
 Deo dicata ſunt auferas, & de pauperum horreis tua
 pergas explere, regnū a te auferet Deus. Qua incre-
 patione territus Clotarius incepto abſtinuit. hęc il-
 le. A quo exceſſu etiā pagani abſtinuerūt, vt de Per-
 ſis refert Valerius allegato titulo de neglecta reli-

gione. Perſæ, inquit, mille nauū numero Delum cō-
 pulſi. tēplo Apollinis religioſas potiūs manus quā
 rapaces adhibuerūt. Et Gothorū rex nomen Roma-
 norum ei odioſiſſimum extinguerē cum voluiſſet.
 vrbē vaſtans nedum à præda eccleſiæ Apoſtolorum
 abſtinuit, verum etiam omnibus quāuis hoſtibus ad
 eam conſugientibus perſonarum immunitatem &
 honorum conceſſit, Auguſtino referente libro primo
 de ciuitate Dei, capitulo primo. Vnde eccle-
 ſia ſuper firma petra fundata ore propheticō Pſalm.
 cxxvij. de Chriſto eius ſponſo certa confidens, Sæ-
 pe, inquit, à inuente mea expugnauerunt me: et-
 enim non potuerunt mihi, imō facti ſunt ſicut ſcæ-
 num tectorum, quōd priuſquam euellatur, exaruit:
 Nam ita fieri, & eccleſiā eiūſque miniſtros bona tē-
 poralia poſſeſſuros permiſit Chriſtus, Marci decimo
 capitulo, dum Petro quærenti: Ecce nos dimiſimus
 omnia, & ſequuti ſumus te, reſpōdit, Amen dico vo-
 bis, nemo eſt qui reliquerit aut fratres, aut ſorores,
 aut patrem, aut matrē, aut filios, aut agros propter
 me, & propter euangelium, qui non accipiet centies
 tantum, niſi in tempore hoc domos, & fratres, & ſo-
 rores, & matres, & filios, & agros, cum perfectioni-
 bus, & in futuro ſeculo vitam æternam &c. t̄ Pariter
 dicenti Petro, ecce duo gladij hīc. Reſpondit do-
 minus, Sufficit. Ex quo inferit diuus ille Bernardus
 ad Eugenium Papam ſcribens, Quōd vtrunque gla-
 dium Chriſti ordinatione eccleſia ſuſcepit, alioquin
 non dixiſſet, Sufficit. Sed reſpondiſſet, nimis eſt.
 Quorum vnus (ſcilicet iuriſdictionē ſpiritualem)
 per ſeipſum, ſecularem verō etiam criminalem, vbi
 ei competit, per alios, ſcilicet laicos abſque irregula-
 ritatis periculo eccleſia regit. capitulo ſina. ne cleri-
 ci vel monachi, libro ſexto. Innocentius & ceteri in
 capitulo, nouit, de iudi. Nec ſuit ex poſt vnquam au-
 ditum reges nec ceteros principes Franciæ bona ſe-
 mel eccleſiis dedicata vſurpaſſe, donec tēpore Ludo-
 uici regis, qui ob inertiam, nihil faciens appellatus eſt,
 quo Normāni Franciam vaſtabant, q̄ Hugo appel-
 latus Abbas & quidā alij in his eccleſiam vexarūt,
 de quo Gaguinus libro quinto, capitulo tertio, ſic di-
 cit, Erat autem his diebus Hugo Abbas appellatus
 qui valida manu collecta Normānos adeo extermin-
 nauit, vt ex eorum multitudine vix vnus ſuperſtaret
 qui acceptæ cædis nuntium ad ſuos ferret. Nec eſt
 omittendum hunc Hugonem atque Robertum Pu-
 riſiorum comitem, qui & Marchio dicebatur, pri-
 mos fuiſſe qui poſt Pipinum & Carolum magna
 relicta monachis ſancimonialibus prædia prouen-
 tuſque occupauerint, ea ſibi ſuiſque militibus attri-
 buentes: quę violentia ad Roberti regis tempora per-
 durauit. hęc ille. Tamen impuniti non euāſerunt, vt
 eorum annales mœſtiſſimē teſtantur. Ex t̄ quibus
 & aliis pluribus conſuſus remanſit magiſter Petrus
 de Cimeriis, huius regni præcurator generalis, qui
 tempore Philippi Valeſiani Francorum regis au-
 ferre præſumpſit iuriſdictionē eccleſię temporalem,
 eamque in manu regis reducere. de quo meminit
 gloſſa pragmatica in prologo ſuper verbo, liberta-
 tis, & Petrus Iaco. in arbore ſucceſſionis regni Frā-
 ciæ. ſexta col. licet eum non nominet. Ad cauſam
 cuius fuit in nemore Vincennarū prope Pariſios cōſi-
 lium regni tam prælatorū eccleſiæ, quā procerum
 congregatum: coram quo & rege præſidente facta
 fuit diſputatio, quam legi, quæ pro parte diſti pro-
 curatoris incip. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari &c.
 Et pro deciſione eccleſiæ & eius tuenda iuriſdi-

iuriſdictione, quam propoſuit cleſtus Ebredinenſis
 incipit, Deum timete, & Regē honorificate &c. In
 quibus multis hincinde deductis & demonſtratis,
 Chriſtianiffimus rex prudenter conſiderans, nō eſſe
 proprium principis auferre conceſſa, ſed potiūs au-
 gere, in Authen. de referendariis. ſ. propterea igitur.
 Necnon abſurdum fore & temerarium innatā prin-
 cipis liberalitatem non ad augmentum, ſed dimini-
 tionem conuerrere. l. ſin. C. de princ. agentium in re-
 bus. lib. xij. Ob idque eccleſiam in ſuo ſtatu reliquit.
 Nec immerito: cum antea eius patruus Philippus
 Pulcher etiam Francorū rex cōſultiſſimē attendens
 ad reges ſeculi pertinere, vt temporibus ſuis pacatā
 velint matrem ſuam eccleſiam habere xxlij. quaſt.
 quarta can. quando vult Deus. iuriſdictionem cōfir-
 maſſet temporalem eccleſiæ ſui regni pertinentem,
 vt clarē habetur ordinationum ſuarū captiu. primo.
 Anno Domini M. cccij. factarum. Et ruruſ illud
 propheticum impleteretur, Sæpe expugnauerunt me,
 etenim non potuerunt mihi. (Additio.) Prædictas
 ordinationes Philippi pulchri reperietis in regiſtro
 ordinationum regiæ cameræ inquæſtarum paro-
 22 lamenti Tolofæ folio xxv. verſo. Vnum t̄ tamen
 menti tenebitis, quōd habere iuriſdictionem tempo-
 ralem & illius exercitium nō cōpetit eccleſiæ natu-
 raliter, nec de iure communi, ſed ex quodā iure ſpe-
 ciali & accidentalī ſecundum Dominicum & alios
 in capitulo, Romana. ſ. debet autem. de appellatio.
 libro ſexto. Vnde intentio prælatorum eſt ſolum de
 iure communi & naturali fundata, quo ad ſpiritu-
 1 lia, capitulo, conquerente. de offic. ordi. Sed nō quo
 ad tēporalia, niſi quatenus probarentur eccleſię do-
 2 nata à principe, vel alio temporalī domino, aut per
 prælatos legitime præſcripta, vt de vtroque caſu eſt
 3 textus not. in capi. cum venerabilis. de exception. &
 capi. cum venerabilis. de religioſis domibus. hinc di-
 4 cunt doctores, & Panormitanus in capitulo, veniēs
 5 verſ. & nota, quia de accuſation. t̄ quōd princeps ſe-
 6 cularis ſuam habet intentionem fundatam de iure
 7 communi ſuper temporalibus etiam ab eccleſia con-
 ceſſis, ita quōd tenentur prælati præſtare homagium
 8 ratione horum temporalium, niſi exemptionē pro-
 9 barent ex priuilegio per textum ibi, dum dicit, quōd
 10 epicoſus Pragenſis duci Boëmiae contra priuilegiū
 11 eccleſiæ iuramentum fidelitatis præſtiterat. Ergo de
 iure cōmuni ad illud tenebatur, vt latius infra dice-
 12 tur. Plus dico t̄ quōd licet quo ad ſpiritalia, quæ
 ſunt ordinis, ſit intentio epicoſorū iure communi
 13 fundata, vt dicto c. conquerente. & etiam quo ad ea,
 14 quę ſunt iuriſdictionis ſpirituales, quę nata eſt ſimul
 cum ſacerdotio: tamen non fundatur epicoſorū in-
 15 tentio quo ad poſſeſſionē etiam ſpiritalium, quia
 16 non præſumitur illa, quamuis ſpiritalia, poſſeſſiſſe
 nec poſſidere niſi hoc probent: per textum quem ibi
 17 ad hoc ponderat Panormitanus in cap. olim int̄ te
 pro abbata. de reſtitut. ſpolia. Pariter non fundantur
 18 de iure communi intentionem ſuam quo ad colla-
 19 tionem beneficiorum infra diocēſim ſitorum & va-
 20 cantium, & eis competat pleno iure: ſed ſolum fun-
 21 datur quo ad ſolam inſtitutionem: quia omnia bene-
 ficia præſumuntur habere patronos fundatores aut
 22 dotantes: cum naturaliter beneficia non naſcantur,
 ſed producātur in eſſe artificialiter per aliquos, cle. 23
 literas. de reſcriptis. & infra de eccle. ædificā. per to-
 24 tum. præſertim pro laicos, qui vt plurimū ſunt eccle-
 ſiarum fundatores: à quo tanto bono nō debent re-
 25 trahi, vt fieret, ſi pro epicoſorū plena poteſtate præ-

ſumeretur in beneficiis liberē conferēdis, vt ſingula-
 riter decedit Ioan. Andr. in cap. quod alicui gratioſe.
 vltimā colum. de regu. iur. lib. vj. quem ſequitur Pa-
 normitanus in quadam per eum diſputata quæſtio-
 ne incipiente, Augerio. xj. colum. verſi. ad ſecundum
 dubiū deſcendens &c. quod eſt ſingularis limitatio
 ad capit. omnes baſilicæ. xvj. quaſt. vij. Vnde t̄ quili-
 bet quamuis laicus ex vno ſolo actu præſentādī ob-
 tinebit contrā epicoſum, licet aliter non probet ius
 patronatus habere ſecundum Ioannem Andræā vbi
 ſuprà. & in cap. j. ſuper gloſ. ſina. de religioſis domi-
 bus. Et ſic ex vnico actu fundatur poſſeſſio & ius
 præſentādī imō plus decedit & clarē Panormitanus
 in dicto cap. j. de religioſis domibus. ſequēdo Ioan-
 nem Andræam in dicta regula, q̄ per vnumquenque
 actum de pluribus ad patronū pertinentibus præſu-
 mitur ius qui vniciū actum exercuit, eſſe patronus &
 poſſeſſor totius iuris patronatus cōtrā epicoſum &
 quemlibet alium, ex quo nō conſtat patronatum ad
 alterum pertinere, per textum ſingularem in dicto
 cap. j. de religioſis domibus. quod nō fiet ſi epico-
 porum intentio quo ad plenam collationē eſſet iure
 cōmuni fundata, vt infra dicam in quinto & vltimo
 articulo, dum loquar de colonis adſcriptiſis & cōſi-
 titis. Quæ omnia vobis ſufficiāt pro prima deciſione.

SVMMAE

Secundæ Deciſionis

Alloſialia etiam in monachos à quocūque transferri poſſunt. & quoquo titulo.
 Clauſula tranſlatiua domini, id in ſolis alloſialibus opo-
 rantur.
 Profeſſio ſimplex non facit bona proficentis monaſterio
 acquiri.
 Ius diuinum licet tolli non poſſit, poteſt tamen limitari.
 Alloſialia bona propriè dicuntur bona in quibus nemo
 alius ius habet.
 Alloſialia in Gallia ſunt burgeſum bona, in quibus nul-
 lum ius princeps habet, niſi proteſtionis.
 Cautionem Burgeſem promittens ad quid teneatur.
 Burgeſes qui propriè dicantur.
 Communis vſus loquendi præfertur proprio ſignificato.
 Alloſiorum appellatione largè veniunt ſeuda & em-
 phyteuſes.
 Alloſialia bona dicuntur domeſtica, & propria patri-
 monialia.
 Suceſſio legitima propriè locum habet in alloſiis.
 Res omnes præſumuntur alloſiales.
 Italici iuris ſunt Burgundia, Lugdunum, & Gallia
 Narbonenſis.
 Iuriſdictio & proprietates differunt.
 Alloſium & iuriſdictio ſunt diuerſa.
 Imperator ſuam habet fundatam intentionem quō ad lo-
 ci iuriſdictionem. ſed non quo ad rei proprietatem.
 Francorum regnum imperatori non ſubeſt.
 Alloſia nulla reperiuntur in eccleſiaſticis.
 Directum dominum ſe eſſe aſſerēs, id oſtendere tenetur.
 Barones cogere non poteſt rex, vt titulum ſua poſſeſſionis
 oſtendant.
 Vaſallus non tenetur oſtendere primam cōceſſionem
 narratam in ſecunda.
 Donationes regum eccleſiis factæ valent.
 Iuriſdictio venit in donatione regia eccleſiæ facta, ſed
 non ſuprema.
 Appellatur à temporalī epicoſi iudice, non ad mitro-
 poliſtanum, ſed ad iudicem regium.

- 26 Cap. Romana. debet autem de appellat. lib. sexto. non habet locum in Gallia. 78
 27 Donatio regis etiam proprio filio facta non includit su-
 premam iurisdictionem. 79
 28 Appellatio a rege ad papam nulla est. 80
 29 Allodia non regalia possunt a rege ecclesie donari. 81
 30 Clerici non possunt conveniri coram iudice seculari actio-
 ne personali, sed bene reali. 82
 31 Iudex secularis supplet defectum & negligentiam eccle-
 siastici in rebus actionibus, sed non in personalibus. 83
 32 Clericus coram iudice seculari respondens puniatur. 84
 33 Possessoria persona non est obligata in actione reali. 85
 34 Clericus trahitur coram iudice seculari ratione actionum
 a realitate pendendum. 86
 35 Annua prestatio, si sit assisa, habet annexum directum
 dominium. 87
 36 Clericorum bona subsunt iudici temporali, licet non persona. 89
 37 Laicus pro tuitione rerum suarum potest clerico violen-
 tiam inferre absque metu excommunicationis. 90
 38 Possessorij causa in beneficiis agitur coram iudice se-
 culari in Gallia. & nu. 39. 91
 40 Appellatione temporalitatis ecclesiastica non veniunt
 bona mobilia. 92
 41 Clerici a iudice seculari possunt in emenda pecuniaria
 condemnari. 93
 42 Fructus beneficiorum & ecclesiarum clericis commissa-
 rum capiunt aliquando iudices seculares. 94
 43 Executio sententia vel hypotheca sit etiam contra monachum. 100
 44 Fructus beneficij per iudicem secularem capi possunt. 101
 45 Iuris solemnitates non servantur, iudice seculari fructus
 beneficij ecclesiastici interceptante. 102
 46 Iudices seculares cognoscunt contra clericos in actio-
 nibus mixtis. 103
 47 Argumentum a contrario sensu est fortissimum. 104
 48 Consuetudine an induci possit, ut clericus in actione reali
 coram iudice seculari conveniatur. 105
 49 Prelati Gallie cognoscere prohibentur de reali actione,
 & de hypothecaria. 106
 50 Episcopus regi potius obedire debet, quam suo metropo-
 litano. 107
 51 Rex praefidet prelati ob eo feuda tenentibus. & nu. 52. 108
 53 Secularis iudex potest laicos prohibere coram ecclesiasti-
 co litigare. 109
 54 Prærogare iurisdictionem in alium non potest, qui sub iuramento
 fidelitatis est de iurisdictione alicuius sine consensu eius. 110
 55 Consuetudo Gallie roboratur ex tolerantia domini papa. 111
 56 Consuetudo leges interpretatur, & leges præcligit. 112
 57 Pontifices ex Gallia oriundi. 113
 58 Conductio & rerum natura sunt cause approbandæ con-
 suetudinis. 114
 59 Tolerantia superioris habet vim approbationis. 115
 60 Francorum reges libertatis ecclesie continui zelatores. 116
 61 Fama cum usu immemorabili sufficit ad privilegiorum
 iustificacionem. 117
 62 Gallorum rex beneficia confert. 118
 63 Pipini gesta pro ecclesia. 119
 64 Auræ corona Francorum regum. 120
 65 Pipini historia. 121
 66 Egiacense monasterium a Stephano pontifice consecra-
 tum tempore Pipini. 122
 67 Caroli magni gesta pro ecclesia. & nu. 68. 69. & 70. 123
 71 Carolus imperator creatur. 124
 72 Carolus magnus templa plurima extruxit. 125
 73 Christianissimi quare reges Gallie sint dicti. 126
 74 Carolus beneficia conferebat. 127
 75 Romanum pontificem sine Caroli iussu eligi non debere. 128
 76 Privilegio Carolo concessio renuntiavit Ludovicus, de 127
 electione pontificis. & nu. 77.
 Ius regalia in dignitatibus ecclesiasticis habent Gallo-
 rum reges.
 Hispania rex successores episcopis nominat.
 Eligentes nominatum per regem, si iuxta formam prag-
 maticam non eligant, non tenent.
 Reges licet eligendi potestatem non habeant, sed tantum
 praestandi consensum, sine eo tamen non valet electio.
 Electio alterius quam de nominatis a rege, non valet
 Limitari potest ius naturale ac divinum.
 Prærogativa regis Gallie sunt quatuor rationes.
 Rex etiam ad papam & metropolitanum providendi ius
 habentes utitur precibus, sicut ad eligentes.
 Donatio causata renovari non potest.
 Regis preces, ut eligentibus manus ligent plura requi-
 runtur, & nume. 88.
 Preces principis pecuniaria electionem non impediunt.
 Principis nominatio violenta, aut comminatoria nihil
 operatur.
 Preces principis ad eligentes benigne esse debent.
 Preces regis debent esse pro benemeritis eligendis.
 Benemeriti & boni regni zelantes qui dicuntur. & nu. 64.
 Doctor dicitur persona benemerita, ut eligatur.
 Doctores debent a iudicibus patres nominari.
 Doctores actum docentes presumuntur docti.
 Verbalia non uno solo actu verificantur.
 Princeps non meritum nominans peccat.
 Nominati per regem presumuntur benemeriti. & nu.
 101. & 102.
 Fama publica dat iustam causam credendi.
 Reipublica præpositi non debent suos facere locupletiores.
 Nominari debent plures, non unus a principe.
 Eligere est aliquem ex pluribus ad prælaturam canoni-
 ce vocare.
 Consuetudo contra substantialia actus nihil operatur.
 Princeps non semper, sed aliquando nominare debet in
 electionibus.
 Gratia alicui concessa ad unum vel duo beneficia, in-
 telligitur de primo vacantibus.
 Dispositio generalis quomodo comprehendat particularia.
 Pragmaticam tenetur rex observare, sicut & ecclesia.
 Nominacionum principis numerarius vitio bono relin-
 quitur.
 Ecclesia limitrophe nullus potest esse detentor, nisi quem
 princeps decieverit.
 Castra in limitibus regni sine consensu principis non li-
 cet emere.
 Pacis bono potest princeps ius alteri questum tollere.
 Electiones principis nec impedire, nec de eis se intromit-
 tere potest, nisi in casibus.
 Prærogativa regis Gallie in electionibus.
 Actiones personales inter clericos non cognoscit iudex
 laicus.
 Iurisdictionem suam cuique trueri datur, etiam penali iudicio.
 Clerici trahi prohibentur ad forum secularem in actio-
 ne reali.
 Clericus se submittere non potest iudici seculari.
 Hypotheca ratione potest clericus ad iudicium secula-
 re trahi.
 Clericus respondere cogitur super actione personali co-
 ram iudice seculari in casibus.
 Reconveniri potest clericus actione personali coram laico.
 Iudices seculares cognoscunt contra clericos in causis
 garentie.
 Clericus instrumentum suum defendendo respondere cogi-
 tur coram seculari iudice.
 Clericus tanquam officarius secularis tenetur in actione
 personali

- personali coram iudice seculari respondere. 184
 Clericus tutor vel curator coram iudice seculari respon-
 det in actione personali. 185
 Insinuari non possunt testamenta nec donationes nisi co-
 ram iudice laico. 186
 Iudex secularis exequitur sententiam in clericis laicam. 187
 Episcopi sententias suas exequi non possunt. 188
 Episcopi de bonis clericorum temporalibus facere non
 possunt inuentaria. 189
 Episcopus extra septa sua existens, si actus iudiciales
 exercere vult, ecclesiam aliquam ingredi debet, vel indi-
 ces regios requirere. 190
 Clericus de chirographo respondet coram iudice seculari. 191
 Papa potest iudici laico causam clerici etiam crimina-
 lem committere. 192
 Papa potest clerici totius unius terra iudici laico submittere. 193
 Papa non potest statum unius ecclesie mutare. 194
 Ecclesia reparare coguntur clerici etiam prelati per iu-
 dicem secularem. 195
 Clerici in actione reali prohibentur coram iudice eccle-
 siastico litigare. 196
 Clericorum excessus cognoscunt & puniunt iudices se-
 culares in casibus. & nu. 14. 197
 Clerici coram se falsum deponere puniuntur iudici laico. 198
 Crimen privilegiorum subicit clericum iudici laico. 199
 Portus armorum est crimen privilegiorum. & nu. 145. & 146. 200
 Publicorum itinerum cognitio ad iudices regios spectat. 201
 Clericus quando capite puniatur a iudice seculari citra
 degradationem. 202
 Clericatus qui actus sint contrarij. 203
 Clericatus non opitulatur is qui bello interfuerunt. 204
 Consuetudo est optima interpretis legum. 205
 Ecclesiastica immunitate non gaudentes extrahuntur
 ab ecclesia. 206
 Rex abolere potest edicta clericorum. 207
 Clericus condemnare potest iudex secularis in emenda
 erga regem, deinde eum tradere suo officiali puniendum. 208
 Clericum officium seculare gerentem indicat secularis. 209
 Iustitia ecclesie est iustitia & tarda. 210
 Iudex secularis cognoscere potest de iustitia degradatio-
 nis clerici. 211
 Clericus secreta principis reuelans ab eo puniatur. 212
 Leodiorum vastatio per Burgundos. 213
 Clericus seculariter punitus, ad huc suo iudici remittitur
 puniendus. 214
 Clericus a laico iudice banitur pro crimine privilegiato. 215
 Clerici fideles esse debent domino civitatis sicut laici. 216
 Iustitia cessante sibi ius dicere, & de facto procedere potest. 217
 Episcopi non sunt facile banuendi. 218
 Dignitas clericum officio a se dato, si in eo deliquerit. 219
 Clericus officarius quando a seculari domino puniatur. 220
 Fendo privare potest dominus clericum vasallum. 221
 Pontifex contra Francorum consuetudinem nihil tentat. 222
 Francorum rex & alij temporales habent innumera privilegia. 223
 Fama cum tempore immemorabilis operatur privilegium
 habitationis incapacium. 224
 Consuetum est quid imitatum, & vim pacis habet. 225
 Allodia transire possunt in ecclesiam. & nu. 173. 226
 Tractatus pacis cum Anglis improbat. 227
 Bigorra comitatus litigiosus. 228
 Aquitania ducatus quid olim continebat. 229
 Anglorum conventionis forma. 230
 Alienatio in Anglos facta non valet. 231
 Galliam quomodo dividat Cesar. 232
 Iuramentum primum de non alienando prævalet secundo. 233
 Iuramentum impedit dominij translationem. 234
 Dispositio nulla valet ad quam sequitur deformatio com-
 muni populi status. & nu. 183.
 Aquitania dux est de principalibus Gallie paribus. 184
 Pares Francia quare instituti. 185
 Parium Francia nomina. 186
 Parium Gallie senatus. 187
 Parlamentum quid. 188
 Pares Francia sunt parlamenti coniudices. 189
 Parlamentum nemo alius a rege habere potest in terra sua. 190
 Parlamentum Tolosæ quando institutum. 191
 Parlamentum dicitur quasi parium lamentum. 192
 Cancellaria Gallie dignitas. 193
 Iacobus de Arena fuit Gallie cancellarius. 194
 Quæstoris loco est Gallie cancellarius. 195
 Tribonianus fuit Iustiniani cancellarius. 196
 Cancellarius est primus post regem. 197
 Ioseph primus fuit in orbe cancellarius. 198
 Moyses fuit Dei cancellarius. 199
 Ieronus ad Moysen divinum consilium. 200
 Iosabat fuit Davidis cancellarius. 201
 Vlpianus Alexandri, & Seneca Neronis fuere can-
 cellarij. 202
 Cancellarius non est Rome, sed vicecancellarius. 203
 Vicecancellarij Romani officium. 204
 Papa solus est in ecclesia cancellarius, sicut Moyses in
 synagoga. 205
 Gulielmus de rupe forti optimus cancellarius. 206
 Regnum gubernatur intra per iustitiam, & extra per
 militiam. 207
 Comes stabili officium in Gallia. 208
 Marecalli officium in Gallia. 209
 Marecalli in Gallia quatuor. 210
 Marecallorum curia & præfecto pratorio connexita-
 tem habent. 211
 Magister equitum dictatori subiciebatur. 212
 Marecalli habent sub se capitaneos. 213
 Thesauriorum officium in Gallia. 214
 Thesauriorum origo. 215
 Thesaurarij quatuor in Gallia. 216
 Generales quatuor in Gallia. 217
 Præsidentes computorum in Gallia. 218
 Cancellarius est supra omnes status regni. & nu. 220. 219
 Cancellarius qualis esse debeat. 221
 Nero Senecam habuit cancellarium. 222
 Aquitania ducatus non potuit Anglis in allodium
 concedi. 223
 Rex etiam noviter a se parta nequit penitus alienare, si
 sunt intra limites regni. 224
 Aquitania ducatus quare Angli perdidit. 225
 Alienatio in Anglos facta irrita. 226
 Allodia Tolosa per reges & arrestum confirmata. 227
 Allodia qualiter in ecclesias & monasteria transire
 possint. 228
 Bona incapacibus religiosi relicta cui competant. 229

Secunda Decisio.



SECUNDA decisio in presenti pun-
 cto est, quod quilibet bona habens
 allodialia, seu libera ab omni sub-
 iectione & omnino francha, po-
 test iure communi de illis liberè
 disponere inter vivos, aut in vltima
 voluntate, & illa transferre prout voluerit, nedum in lai-
 cos, sed etiam in clericos, & ecclesias seculares, nec non
 monasteria & quæcumque loca regularia, & mona-
 hos in comuni aut particulari, si patres vel extranei do-
 nent eis aliquod, vel relinquat, eosque hæredes insti-
 tuant

tant, aut ipsi talia bona habentes aliquā profiteantur regulam de approbatis, bonorū & proprietatum capacibus in cōmuni, illique bona sua expressē vel tacitē decident. Authent. ingressi. C. de sacrosanctis eccles. quæ de talibus tātūm bonis nemini subiectis intelligitur, secundum Bald. in cap. inter dilectos, de fide instrumēt. & in l. si plures. C. de condi. insert. & Authē. nisi rogati. C. ad Trebellia. quia de feudo, aut emphyteusi fieri nō possēt etiam expressa translatio in ecclesiam aut eius ministros, vt videbitis in tertia & quarta decisionibus: sed de franchis & liberis bonis potest vnusquisque dominus pro suæ voluntatis libito disponere. Et t̄ de talibus vnīs allodialibus loquuntur iura & magistrorū documenta volentia per clausulam constituti, transferri in emptorē aut donatarium omnimodam rei venditæ aut donatæ possessionē sine alia traditiōe. l. quod meo. vbi Bart. versu. visis contrariis. ff. de acquir. poss. & Panormit. in cap. ex literis. versu. quintū exemplū. de consuetu. & pariter retentiōe vsusfructus. l. quisquis. C. de donat. vel alio actu ficto. & per quem. nisi à domino quis fuerit inuictus, non transiret feudū, nec emphyteusis, vt dicam in decisionibus prædictis, de quo plenē Franc. Areti. cō si. xiiij. in j. dubio incip. Viso, & diligenter. Tamen t̄ in præ. senti regno expressa requiretur etiam talium bonorū dedicatio: aliās per simplicem professionem non censerentur bona proficere, quamuis allodialia monasterio acquisita: imō accrescerent proximioribus consanguineis & ceteris deinceps ab intestato debito ordine succedere debētibus, ac si proficere naturaliter decedisset. secundum Io. Maseri. vbi supra, & titu. de loca. §. item per ingressum. Quia si ab intestato monasteria ex bonis professorū nō succedunt, obstante regni consuetudine, vt vidistis, etiam non succedunt per tacitam dedicationē. Cū etiam succedere ab intestato non sit nisi quadam tacita & verisimilis voluntas relinquēdi bona proximioribus suis, postquā defunctus testari noluit, vel non potuit, quo casu succedens ab intestato, habet bona ex quadam tacita & verisimili voluntate defuncti, quæ in hoc regno religiosis non prodest, nec eorum monasteriis, nisi expressa bona sua dedicauerint, vel se & sua bona, aut quolibet alio titulo in ecclesiam transtulerint vel monasteria. Et in Frācia locum habet & seruatur. l. j. C. de sacrosan. eccle. sed non dicta Auth. ingressi. nisi de bonis fiat mentio: nec (vt vidistis.) l. fin. C. de episc. & cler. quæ loquitur de successione ab intestato, locū non habet in professis. Nam ius diuinum & iura humana cōmunia, quibus ipsi capaces sunt bonorum temporalium seu eorū monasteria, vt allega. Marci x. locum nō habent in successione ab intestato: quia loquuntur de relinquēte bona sua propter Deū: & sic expressē vel potest dici, quod est per consuetudinem ecclesie Gallicanæ limitatum, vt locum nō habeat in successione ab intestato. Ius t̄ enim diuinum licet tolli in totum nō possit, tamen limitari & distingui potest, secundum omnes in l. si. per glo. in verb. generali. C. si contra ius vel vtili. publi. & in c. quæ in ecclesiis. de consili. maxime quia non est præceptum negatiuum: cui sine peccato renūtiari nō possit, iuxta plenē not. in c. fin. de consuet. Et t̄ sunt allodia, bono propria alicuius quæ propriē dicuntur bona sua: quia allodium est ita proprium alicuius patrimonium, quod ad neminem alio tenetur, nec recognoscitur nisi à solo Deo: ita quod nulli facit seruitium personale aut pecuniarium: idcirco dicitur Frācum quia sui iuris est

nulli subiacens seruituti. Et cui onus imponi nō potest, sine cōsensu possessoris. c. j. de allodiis. in vlt. feudorum. & in tit. si de feud. suc. contro. c. de functo. secundum Bal. & Aluaro. in dicto c. j. subiungēs ibi, quod allodium dicitur hereditas, quam quisq; illam habēs videri aut donare potest, vel quouis alio modo in quemcunq; trāsferre, & sic dicitur sua propria, quasi omnimoda proprietas sibi pertineat. [Possibile est quem in allodio nō habere nisi vtile dominium. de quo infra quinto artic. dum loquitur de bonis allodialibus pro derelicto habitis.] vt de illa disponere possit, nullius licentia, requisita: & dicitur plena proprietas seu plenū dominū [Vide de hoc super verbo, mortuo itaq; testatore. ij. loquēdo de continuatione possessionis de patre in filiū, & de plenissimo dominio habetur infra super verbo, cetera bona.] Facit quod not. Panor. in c. conquestus. j. col. de foro cōpe. & in c. cum inter. iij. col. de re iud. & in c. auditis. de præscrip. vbi sunt boni text. de plena proprietate seu pleno dominio. & l. libertis libertabus. que ibid. de ali. & ciba. lega. & Pau. cō si. cl. Et de proprietate, & quasi proprietate habetis bonū text. in c. fin. de iudi. in princ. Allodia t̄ enim in præ. senti regno dicuntur burgensia, seu burgētia, in quibus nullum ius princeps habet, nisi protectiōnis, & supremæ iurisdictionis. l. ij. & si. C. de quadri. præscri. quorum plenū dominū pertinet possessori, qui propriē dicitur burgensis à bonis suis burgensibus, id est, franchis & liberis, quæ habet, & de quibus viuūt, & statū suū conseruat [De hoc est bona glo. super verbo, Frācorum, in princ. pragmatice.] Adeo, t̄ q̄ promittens dare cautiones Burgenses, tenetur tales possessores talia bona tenētes dare in fideiussores, aut in bonis hypothecam, in quibus perire cautio non potest, quod secus foret, si daret in bonis feudilibus aut emphyteuticariis quæ alteri quā possessori subsunt: quæ si caderēt in cōmissum, & ad dominū iure directi reuēterēt, cautio seu hypotheca quo ad illa bona resolveretur & extingueretur in totale præiudicium creditoris. per text. in l. lex vctigali fundo. ff. de pign. [Licet qui habet dominium vtile, possit rē pignori obligare, vt teneat & valeat hypotheca & possit creditor agere contra quemlibet possessorem, ad quem res postea peruēnit, & actiōne hypothecariam intentare habentem causam à debitore. l. tutor. §. si. ff. de pign. actio. & l. grege. §. & in superficiali. ff. de pign. nō tamen tenet hypotheca, nec datur actio hypothecaria contra dominum, ad quem res iure directi dominij reuēta fuit: cū nō habeat rem neq; possessionem ab emphyteota, sed à semetipso lege & pacto emphyteotico disponētibus. vt dicta l. lex vctigali fundo. secus si ius & possessionem recuperaret à domino vtili, eam ab ipso acquirendo titulo emptionis vel alio quā iure suo, quia tūc ad omnia onera teneretur imposita, vt plenē dicitur infra in quarta decisione, in fine.] Soli t̄ ergo illi dicuntur propriē burgenses, quorum bona sunt allodialia nemini subdita. Credo tamē quod staretur communi vsui loquēdi, & consuetudini patriæ, quæ titulis dignitatum dare solet nomina, secundum Innocentium & doct. in c. de multa. de præbendis. aliter & aliās pauci burgenses reperirēt in præ. senti regno, in quo vt nonnulli asserunt, nō esse possunt aliqua allodia, vt infra dicam. In præ. senti autē ciuitate Cadurci quicunq; fuerit consul bursarius habens onus burse cōmunis ipsius villæ, quem alter ex consulis toto illo anno ad hoc electus cōsuevit gubernare

nare, à cetero in electione consulū eligitur, & capietur p burgensē, imō summē diuites cuiuscunq; status sint secundum cōmunem vsū loquēdi t̄ (qui proprio præfertur significato. l. cum de lanionis. §. afinā. ff. de fun. instru. & l. labeo. ff. de supelle. leg. & plenē no. Panormitanus supra in proemio) dicuntur seu appellantur burgenses. Sicut à simili dicitur in dicto cap. de multa. per doct. quod pro nobilibus tenētur hi qui communi fama nobiles appellantur. De quo plenē habetur infra super verbo, Eidem impuberi succederent. prope fin. Et cū hodie in præ. senti regno feuda & emphyteutes sint ad instar allodiorum & patrimoniorum redacta, secundum Ioan. Fab. in dicta authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. vt plenē dicam infra in quinta decisione possidens feuda & emphyteutes satis dicitur burgensis fideiussor, attenta consuetudine & vsu loquēdi patriæ. Maxime t̄ quia largē appellatione allodiorum veniunt etiam feuda, & emphyteutes secundum Bald. in authent. item nulla communitas. C. de episc. & cler. ad quod facit ordinatio regia Philippi Pulchri. [Hæc ordinatiōe inferuit dominus Aufterri. in titulo de priuilegiis regis ac burgensibus.] Parisiis edita die Lunę post mediam quadragesimā anno Domini M. ccc. ij. incipiens. Hæc est ordinatio facta per nos & c. cum nouem articulis sequentibus: secundum quam vnusquisque ciuitatis, villæ, aut loci regij originarius est burgēsis, & permittitur cuique suum volenti mutare domicilium: præpositum villæ in quā transferri desiderat cū vxore vel spona adire, & ab eo burgensiam requirere in præ. sentia duorū aut trium eiusdē villæ burgensium, offerendū facere quæ incumbunt ceteris fideiussoribus, cautionē quoque dare infra annum & diem, domum facere, vel emere, & aliās prout in dicta ordinatione latius cōtinetur. Cui præpositus seruientem deputauit cum quo priori domino, & cuius iurisdictione se vult amouere, notificabit, quod burgensis alibi factus est, diem, locum, & præ. sentes ei nominādo: de quibus fieri debet instrumentū & registrari antequam pro nouo burgense in illa villa habeatur. Hæc ibi. Et fuit dicta ordinatio ex post confirmata per Ioannem, Carolum quintum, sextum, & septimū Francorum reges dicti Philippi successores. t̄ Alibi bona hæc allodialia vocantur domestica, & aliās dicuntur familiaria. l. quicunq; la. ij. C. de omni agro deser. lib. xj. & in l. quidam ignauit. in fi. C. de decur. lib. x. Aliās dicitur bona propria & patrimonialia, de quibus potest quilibet liberē facere quod vult inter viuos vel vltima voluntate, in authent. de nupt. §. soluto. secundū Lucam de Penna in d. l. quicunq; Tamē secundum vsus feudorum vocātur allodia, vt dicto cap. j. de allodiis. Et eodem nomine vocabatur in lege salica huius regni primaria, vt dixi in verbo, duas habens filias. loquendo de dicta lege salica, circa successiōne filiarum in regno. Et t̄ in talibus bonis allodialibus propriē locum habet legitima successiō ab intestato, vt in illis proximiores de recta linea existentes in infinitum, & collaterales vsque ad decimum gradum succedant, & demum vir & vxor, ac postremō fiscus secundū Lucam de penna in dicta l. quicunq; quia cū bona illa essent defuncto propria, & à nullo depēdētia, habere potuit in illis successorum. Et t̄ quia naturaliter res omnes ab ipso Deo creata fuerunt franchæ & liberæ, vnaquæq; res in dubio libera presumitur & francha, & sic allodialis, nisi feudalis pbaretur, aut emphyteuticaria, vel aliter seruitio aut cēsu vel tributo subiecta, vt dicto

14 §. soluto. Præsertim t̄ in Burgundia, Lugduno, & Gallia Narbonensi prouincia. [Vide infra in fine huius secundæ decis.] quæ iuris Italici sunt, ab omni tributo exempta. l. fin. §. j. iuncta glo. ff. de censibus. Et consequenter Tolosa nostra in eadem prouincia existens ab omni tributo exempta, vt dicta l. fin. de qua Cæsar contra Aquitanos bellum gerens meminit in suis commētariis lib. iij. de bello Gallico. Itaque, inquit, re frumentaria prouisa, auxiliis, equitatūque cōparato, multis præterea viris fortibus Tolosa & Narbona, quæ sunt ciuitates Gallię Prouinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatim euocatis in Sanciū fines exercitum introduxit & c. Sanciates erant quidam populus prope Tolosam existens. Nec minus dicitur res allodiales, quod in districtu, territorio, seu iurisdictione imperatoris aut regis sunt sitæ: cū aliud sit rei quāuis liberę, proprietatis, & aliud iurisdictionis. Sufficit enim ad essentiā alodij & eius substantiam, quod nemo quo ad plenam proprietatē sit recognitū, & nulli faciat seruitium, licet iurisdictionis sit alterius. Ideo in concessione alodiorū quantumcunq; larga & generali, nunquā censetur comprehendī iurisdictionis principis, imō semper intelligitur excepta: nec venit in tali concessiōne etiā si expressē concessa foret, cū alienari nō possit, nec etiam in tali concessiōne veniret iurisdictionis cuiuscunq; alterius domini iuridici vbi iurisdictionis domini alodium concedenti non pertinet. Cū tallo dium & iurisdictionis sint diuersa & separata: & separatōrum nō est bona illatio. Nec in concessiōne vnus veniunt alterius. l. fin. ff. de calum. & cap. inter corporalia. de transla. episc. de quo in propriis terminis est casus in dicto cap. j. de allodiis. Si autem alodium & iurisdictionis pertinerēt vni & eidem domino, esset aliud, vt plenē per doct. in l. j. §. cūm vrb. ff. de offic. præ. vrbis. Nec etiam tunc censetur in tali concessiōne suprema iurisdictionis imperatoris aut regis venire. Ex quibus per omnes concluditur, quod imperator aut rex Franciæ in suo regno & qualibet parte eiusdem suam habet de iure communi fundatam intentionem solum quo ad supremam iurisdictionem, seu vltimū resortum: quia nemo est qui ei nō subdit. Et quo ad hoc est ipse imperator dominus totius orbis. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. quæ sic intelligitur. Excepto t̄ regno Francorum, quod tāquam verum allodium ei nō subest, sed soli regi. c. p. venerabilē, qui filij sint legi. Sed imperator & rex Franciæ suam nō habent iure cōmuni fundatam intentionē, & minus habent eam fundatā inferioris domini, quo ad rerum proprietatē & dominū: quæ singulis pertinere possunt plenē, liberē, & allodialiter, nisi probarentur subiectæ & seruitiales. Quæ probatio incumbit hoc dicenti. l. ij. ff. de proba. secundum Panor. per illum text. in cap. si diligēt. in prin. de præ. cri. Ioan. Fab. in l. j. C. de summa Trinit. & Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. iij. col. Hostien. & Ioan. Andr. in ca. fin. de iudi. Et plenius in ca. nimis. de iureiur. vbi cōcludunt, quod licet omnis personæ & res ecclesiastica infra diocēsim constituta, sit episcopo & eius dispositioni subiecta. xvj. q. vij. omnes basilicę. & x. q. j. regenda. ita t̄ in ecclesiasticis non reperuntur allodia, quia ius canonicum nō patitur aliquā personam esse accephalam. xciij. dist. nulla ratione. Et ex quo ei subdunt personę, fortius & res. xij. quæst. j. præcipimus. attamē in temporalibus omnes res, licet infra regnū sita, præsumuntur allodiales, nisi asserens cōtrarium probaret. imō si esset castrū cum

sentisset: imò clericis consentiendo puniretur. cap. si diligenti. & cap. significasti. de foro competen. Ac iudex secularis potestate iudicandi priuaretur per textum in Authen. statuimus. C. de episc. & cler. vbi singulariter decidit Bald. in ij. not. quòd clericus coram iudice seculari tractus tunc puniretur, si de causa principali pro qua tractus erat responderet: quia iudicium non teneret etiam pro ipso latum, vt d. c. si diligenti. Attamen valeret, si ille qui cum traxit ad pœnam perditionis cause damnatus cum expensis fuisset per secularem iudicem, coram quo clericus tractatus fuerat: prout fieri debet per illam Authenticam, statuimus. Nec est nouum, quòd ille qui non est iudex cause principalis possit punire & in damnis & expensis condemnare: cum de hoc an sit iudex vel non, cognoscere possit. cap. fina. vbi bona glo. in fin. de rescrip. & consequenter de pœna & expensis: vt ibi. Sed non de actione personali contra clericum intentata per iura præallegata. [Ad quod facit quod infra dicitur, dum loquitur de reparatione attentatorum coram iudice seculari.] Quibus iuris concordat ordinatio regia Philippi pulchri Francorum regis, prædicto mense Februarii facta Anno domini Milleesimo trecentesimo octuagesimo tertio, vbi sic dicitur: item personæ ecclesiasticæ non compellantur in foro seculari super actionibus merè personalibus litigare, quanquam per nostras literas vel ministrorum nostrorum ad hoc fuerint obligatæ. hæc ibi.

[Hanc ordinationem possit dominus Aufrerius in titulo de priuilegiis regis, in suo tracta. ordina. regiarum.] (Additio.) Hanc etiam ordinationem repetitis in registro ordinationum regiarum cameræ in quæstarum parlamenti Tolosæ. fol. xxxvij. verso. cum sequen. Secus secundum aliquos, & obseruatur etiã si clerici ultra personam bona sua expressè obligassent: quo casu dicunt, quòd ratione hypothecæ bonorum immobilium Cæsari subditorum. cap. quo iure. viij. distinctio. trahi possent in actione hypothecaria coram iudice seculari, vt infra videbitis secundum Ioan. Fab. Præterea certum est in actione reali, personam possessoris non esse obligatam: nec propriè trahitur persona in iudiciu, sed ipsa res de qua queritur. l. sed & loci vni. §. si alter fundus. ibi quoniam magis fundo quam personis ad iudicari fines vel partes intelligantur. ff. finium regundorum. facit l. qui aliena. §. fina. ibi, sententia prædio datur. ff. de negotiis gestis. videatis gloss. quæ hoc sentit in §. omnium. *le premier.* in iudicio de action. dum loquitur de actione propria & impropria. Imò plus dicit Guilielmus de Cugneo doctor noster Tolosanus in l. de his. C. de episc. & clericis. quem ibi sequitur Baldus. & in Authenti. sed & periculum. C. sine censu vel reliquiis fun. compa. non posse. vbi clarè loquitur, clericum posse trahi coram iudice seculari ratione arreragiorum, & tributis, aut census non soluti, pro suis possessionibus domino directo debitis: per illum textum, quia tunc magis conueniretur possessio, quam persona. secundum eos. idem tenet Salicetus in dicta Authentica. Sed & periculum. cum quibus transit vtrouque Alexander in additio. ad Baldum. & ita quotidie seruatur: & vidi literas concedi in cancellaria dominis temporalibus contra clericos pro censu aut tributo rerum immobilium, quas tenent, non soluto per textum, secundum vnum intellectum gloss. ibi in canone, si tributum. xj. questio. prima, vbi possessio tributaria si tributum non soluitur, potest à domino temporalis vendicari, vt ibi.

& can. sequent. Tamen fieri debet executio in dictis rebus aut fructibus earum, & non in aliis bonis eorum mobilibus, quæ sequuntur personam, cum qua eodem gaudent priuilegio. quod verum intelligo in oneribus perpetuò rebus annexis vniformem habentibus præstationem, vt sunt tributa & census. Si autem onus esset variabile, vt sunt collectæ & talliæ quæ singulis pro necessitate emergente imponuntur, non possent clerici per secularem iudicem cogi, etiã si pro tali onere prius fuissent possessiones eorum pro solido & libra ascriptæ, sicut fuerunt in præfenti patria & lingua Occitana: quia clerici ad tale onus non tenentur secundum communem opinionem, de qua in capitulo, non minus. de immunitate ecclesiæ. tamen Bartolus tenet contrarium in l. rescripto. §. finali. ff. de mu. & ho. quando pro tali onere erant res ascriptæ pro solido & libra priuquam ad clericos peruenissent: & sua opinio saltem seruatur in rebus per clericos ultra eorum necessitatem acquisitis, puta si habent plures domos, quibus sufficeret vna & c. Nam descriptio & allibratio possessionum pro solido & libra antea facta, eas afficit, si facta fuerit auctoritate principis, secundum Baldum in l. placet. C. de sacrosanct. ecclesiis. Similiter literas concedere consuevit cancellaria inhibitorias, ne pro talibus quæstionibus trahantur domini aut alij ad forum ecclesiasticum, querelis ecclesiasticorum. Quia licet actio sit eo tunc personalis, tamen non est merè personalis, sed mixta, eo quia descendit & dependet à realitate, cum censu debeatur ratione rei immobilis regi subditæ, vel alteri domino temporalis in cuius sita est territorio, secundum dominum Mansuerum dictâ prohibitionem ex consuetudine approbantem titulo de iudicibus & eorum iurisdictione, in principio. quam quilibet dominus iudicis facere potest. Et pariter in ipsa re censuali, quæ pro censu est tacite obligata. l. rei annuariz. in fi. C. sine censu vel reliquiis. fit executio, de qua non loquitur dicta regia ordinatione. Quoties enim directe & simpliciter agitur pro annua præstatione & eius arreragiis, si talis annua præstatio sit asisa, habet annexum directum dominium quod trahit à domino rei, & obtinet principalem partem. Et inde dicitur, quòd habens dominium directum, censetur esse rei dominus. l. si domus. §. fina. de legatis primò. Et si non sit asisa eo quia perpetua, satis censetur immobilis. Omnes enim redditus, sicut prædia ipsa, censentur immobiles, secundum gloss. in §. si verò habeat redditus. in Authentica, vt hi qui obligati. res. collatio. vj. & clarè in l. iubemus. *la grande.* §. primo. super verbo, annonas. C. de sacrosanctis ecclesiis. Quod verum intelligatis, si sint redditus directi, vt census, & obliã ratione directi dominij: secus, si essent simplices & nudi redditus fundalitati non annexi: quia tunc licet computentur inter bona immobilia, non tamen sapiunt nec concernunt naturam rei super qua debentur. Ideo fuit aliàs arresto Parisiis declaratum, quòd petens talem redditum perpetuò in futurum sibi solui cum arreragiis, licet teneatur ventam rei facere, super qua petitur, non tamen tenetur tradere demandam proprietariam: quia non petit rem neque dominium rei, super qua redditus petitur, & sic tradere non tenetur demandam triplicatam, vt vnam retineat, aliam defensori tradat, & alia penes curiam remaneat, secundum stylum curiæ Parlamenti in materia proprietaria & petitoria, vbi partes fuerunt appunctatæ in factis contrariis. [De quo per dominum

minum Aufrerium in suo trac. Arrestorum, c. ij.] Si autè ageretur pro arreragiis ex cõuentione, vt quia reus soluere promisit arreragia, tunc quia obligatio, quæ mixta erat, & rei immobilis coharæns, imò ex ea procedens, & eius ratione competens, fuit nouata, id est, reducta ad personalem, possent iudex ecclesiasticus cognoscere, cui per secularem inhiberi non possent, vt dicit præfatus doctor, vbi supra. [Nisi talia arreragia fraudulenter fuissent in stipulatione deducta ad fraudandum iurisdictionem regiam fori mutandi causa: quia non proficeret per l. ij. §. sed & si agat. ff. de iud. de quo extatè plura Arresta, & inter alia propter hæc fraudem Abbas sancti Vincentij condemnatus fuit per Arrestum in sexaginta libras Parisienses, anno Domini Milleesimo trecentesimo octogesimo quinto. vt refert dominus Stephanus Aufrerius in Parlamento Tolosæ consiliarius regis, ac in quæstarum præfatis in secundæ regulæ quarta fallentia, in fi. inter casus per eum recollectos, sub quatuor regulis, in quibus iurisdictione secularis habet potestatem in clericis, & eorum bona. sub prima regula xxj. decidit casus in causa criminali, vbi criminaliter agitur. In secundâ regula, in quæstione bonorum pecuniaria, xxxij. casus cum sex extensionibus. In tertiâ regula in priuilegio personali duodecim casus. In quarta regula, de negotiis clericorum, si laici se intrormittere possint, cxlix. casus recollectit. Et anno præfati decessit Tolosæ die decimo Septembris. M. ccccexj. honorificè sepultus in cõuentu cordigerorum de obseruantia, præfente tota curia & omni magistratu, & statu dictæ ciuitatis. Prædictæ quatuor regulæ ex post per modum additionis fuerunt impressæ cum repetitione clemen. infra de offic. ordin. per eundem Aufrerium facta. Et de dictis Arrestis meminit idem Aufrerius in tractat. suo Arrestorum, c. xxj. & cxlix.] Et ita fuit Arresto Parisiis dictu pro episcopo Parisiensi, & quodam de camera in quæstarum. Idem si ageretur pro decimæ non solutæ arreragiis, vel pro iure patronatus contra laicis: quia sunt quasi spiritualia, licet ad causam soli pertineant, vt ibi.

[Ad præmissa facit elegans decisio Lucæ de Pœna in l. iubemus. C. de nauibus non excusan. lib. xj. volentis valere statutum populi, aut principis, & fortius valere consuetudine, quòd animalia clericorum, & ecclesiarum à suis, & etiam priuatorum pascuis arceantur, & reperta per laicos pascuorū dominos, aut officiales publicos, ad hoc deputatos expellantur, ne pasqua deuasent inuitis dominis. Et si in eis inueniantur, soluant pœnã, vel possint animalia impunè offendere, vel pro emenda capi. Potest enim super rebus consuetudine vel statuto aliquid induci per iudicem, aut populum in cuius iurisdictione bona consistunt, licet animalia domini in iurisdictione constituentiu non sint. De quo per Inno. & Host. in c. postulasti. de foro compet. & Archid. in c. j. de priuilegiis. lib. vj. facit l. fin. C. de exact. tribu. lib. x. quia nullo iure caucetur clericos vti posse alienis rebus inuito domino, nec possent hoc statui sine crimine statuentis salua iustitia æquitatis, imò æquis passibus in hoc ambulare videntur bona clericorum & laicorum, quæ pari etiam tempore præscribuntur cap. iij. de præscript. Præterea hoc statueret est imperij & iurisdictionis, quo ad quæ bona clericorum, & ecclesiarū subdita sunt principi seculari. vt dicto can. quo iure. viij. distinctio. Nec reperitur contrarium huius diuino iure statutum. Ergo censetur per ecclesiam approbatum per ea quæ not. Archi. xcvj. distin. can. bene quidem

Bona profectò clericorum sunt ecclesiæ quo ad protectionem & defensionem, non autem quo ad alienationem & destructionem: imò pro tuitione rerum suarū licitum est laicis clerico inferre violentiam absq; metu excommunicationis. c. olim. l. j. de resti. spol. & ipsum ligare absente episcopo. si viderent eum in alterius offensam paratum, secundum Inno. in c. si verò de sent. excom. Ex clericatu quippe suscepto non peccadi licentiã, sed necessitatè bene viuendi se nouerint clerici assecutos. xl. dist. in prin. Quoniã ex indulgentiis & libertatibus non debent crimina subleuari. l. si apparitor. in fin. C. de cortali. li. xij. imò maiori sunt pœna digni. presbyteri hoc citra. C. de episc. & cler. Hæc enim omnia dependent ex re immobili subdita imperatori. Præterea constitutio principis secularis ligat etiã res clericorum sitas in eius territorio, vt refert arresto fuisse decisum Guido papæ q. lxxix. in c. p. an clerici. Et Thinc est, quod cum officarij regij cognoscant, & cognoscere cõsueuerint de possessorio etiam pleno beneficiorū ecclesiasticorum, & quoruncunq; spiritualium, illudq; distinctiue decidat, in beneficiis inter clericos. Nam licet de iure cõmuni non possit iudex secularis cognoscere de possessorio causarū beneficiarum, & ecclesiasticarum inter clericos, inter quos necesse est possessione iustificare ex titulis, qui sunt merè spirituales, sine quibus beneficia teneri & possideri non possunt. c. j. de reg. iur. lib. vj. Nisi solùm cõtra laicos, qui de facto turbarunt vel spoliarunt clericos, quo casu non est necesse disputare de titulo nec possessorio taliu spiritualium, quæ in laicis cadere non possunt. c. causam de præscrip. sed sufficit clerico turbato vel spoliato probare, quod antè possidebat seu tenebat, & spoliatione à laico facta, qui de facto beneficiu tenet, quæ nuda facti detentio in eo cadere potest, quia nihil iuris habet, vt plenè decidit Panor. in c. literas. de iura. cal. Tamen ex antiqua & immemoriali consuetudine remedia possessoris etiã in beneficiis, & ecclesiasticis causis in isto regno Franciæ conceduntur & tractantur per iudices regios. Quam consuet. beatus pater Martinus papa ad requestam regis Franciæ, videlicet Caroli V I I. domini nostri regis moderni nunc regnantis aui paterni approbavit, etiã respectu causarum beneficiarū, tam in regno, quam in Delphinatu, sed declarauit dictæ consuetudini & stylo per quacunq; constitutione apostolicam derogatum non fuisse, nec iudices regios de talibus quæst. cognoscetes censuris ecclesiasticis ligasse, nec derogare aut ligare velle. Cuius declarationis tenore ad longum posuit Guido papæ q. j. hanc consue. approbã, & q. ccccclij. in iudicis iudices seculares indubitanter cognoscere de possessorio beneficiorū eos consequenter cõdemnant ad restitutionem fructuum male perceptorū, & in expensis instantiæ iudicialibus & extraiudicialibus, quas postea taxant, & literas executoriales concedunt. [Anno præfenti, Milleesimo ccccxxij. die quarta Februarij, sanctissimus dominus noster Leo papa decimus, literas quasdam commedatitias in forma breues sub anulo Piscatoris curiæ parlamenti misit, tenore quarum consuetudine, & stylum Fraciæ clarè videtur approbare, cuius breuis tenor sequitur, & est talis, Dilectis filiis præfatis tibus, & consiliariis parlamenti curiæ Tolosana, Leo papa decimus dilecti filij salutem, & apostolicam benedictionem, Intelleximus litem seu cõtrouersiam super possessorio monasterij sancti Petri de Salino, & prioratu sancti Saturnini de portu in Põte sancti Spiritus

Spiritus ordinis Cluniacensis, quæ olim certo modo vacantia dilecto filio magistro Ioanni de Anseduna literarum apostolicarum abbreviatori, per eum quo ad viueret tenenda, & gubernata auctoritate apostolica commendata fuerunt, inter eundem Ioannem, & certos eius aduersarios coram vobis iudicibus p̄dere. Nos autem eundem Ioannem, ob grata obsequia, quæ tam ipse, quàm bonæ memoriæ Rostagn^o Archiepiscopus Ebredunensis eiusdem Ioannis patruus dum viueret nobis impendit, & quæ idem Ioannes adhuc impendere nõ desistit, gratioso favore 42 prosequi volentes. Hortamur vos in domino, vt pro nostri, & apostolicæ sedis reuerentia eidem Ioanni in præmissis iustitia mediante assistatis, ac auxilium & fauores opportunos præbeat, vos in præmissis, taliter gerentes, vt apud nos, & secundam eandem non immerito commendari valeatis. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimasextima Nouembris. M. ccccxiij. pontificatus nostri anno primo. Hæc ibi. Et fuit dictum breue regiltratum dicta die quarta Februarij in registris curiæ anni illius per magistrum Raynundum Michælis Greffarium, & secretarium regium dictæ curiæ, ex quibus resultat iudices regios sine seru. uo conscientiæ cognoscere poss. de tali possessione, postquam summi pontifices qui potestatem super hoc dispensandi habent, scienter hoc tolerarunt tanto tempore, quinimò approbarunt vt videtis.] Erid idem faciunt de actionibus alibus pro re immobili prophana inretatis cognoscendo inter clericos, & laicos. Aliquid tamen iudices honestius (vt dicunt) procedendo ad fructus eos non condemnant. Sed quod ad restitutionem 43 eorundem per captiorem temporalitatis constringunt ordinant, quod idem est in effectu. Cùm cõpulsio præsupponat, & includat condemnationem præcedere. I. sed cùm nulla. vbi plenè nota. ff. de re iudica. l. prima. C. de execu. rei iudic. Quo casu appellatione temporalitatis virorum ecclesiasticorum non veniunt bona eorum mobilia nec capi possunt, licet temporalia sint, qualia sunt utensilia domus, quæ sequuntur personam, nec etiam capi possunt fructus decimales, vel primitiales, aut oblationes suarum ecclesiarum & beneficiorum: sed capi tantum possunt bona eorum mobilia temporalia, quæ (vt supra dixi) sunt cesari subdita, & consequenter fructus & prouentus illorum, super quo ultra ius commune habetis ordinationes regias nouiter factas male obseruatas, præsertim domini nostri regis Caroli octauo nunc regnantis, super reformatione iustitiæ patriæ linguæ occitanæ factam, in mense Septembris anno domini M. ccccxc. quam male seruant nonnulli officiarij peiores demones: quia quoties eis mandatur capi alicuius ecclesiæ maximè vacantis temporalitas, & fructus temporalitatis ecclesiæ, aut episcopatatus, capiunt, imò rapiunt omnia mobilia, & fructus nedum rerum immobilium temporalium, sed etiam decimas, & quæcunque spiritalia emolumenta contra mentem iuris, & principis rescribentis, ac intentionem eiusdem in dicta ordinatione liquidè declaratam. (Additio.) Hanc ordinationem reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ in quæstionum curiæ Parlamenti Tolosæ, folio clxx. verso. Quæ fuit ex post per alias patentes litteras regias extensa per totum reortum curiæ parlamētū. (Additio.) Hanc opinionem reperietis in libro regiarum ordinationum cameræ in quæstionum parlamenti Tolosæ, 44 folio clxxxix. verso. in fin. Plus obseruatur: quia si

clerici in possessio rerum suarum, aut beneficiorum litigent, aut in rei v̄dicatione prophatorum, & calumniati fuisse, aut in lite tergierati, vel diffugia commississe, vel excessus odio litis pendentis, vel aliquid attentasse reperiantur, iudices seculares causam principalem eos in emēda cõdemnabunt pecuniaria: Pro qua res immobiles eorum sayiunt, & ad manū regiam ponunt, donec ad plenam satisfactionem dicentes hæc omnia dependere ex realitate regi subdita, & possessione, de qua cognoscere assueti sunt, & iudices capaces existunt. Et t̄ aliquando in defectu veræ temporalitatis contra dictam ordinationem regiam, & iuris communis statuta fructus capiunt beneficiorum, & ecclesiasticarum clericis commissarum: quod fieri non debet, etiam ipsi existentibus non soluendo. I. stipendia. C. de execu. rei iudic. vbi stipendia militum secularium capi non debent etiam pro re iudicata. cùm possit aliis rationibus exequi, rem iudicatam. puta in rebus patrimonialibus, vt dicit glos. in l. commodis. ff. de re iudicata. & Bartolus in l. ad duo Pio. §. exequuntur. illo eodem tit. & Alexand. ibi. §. in venditione. Vel dicatis, si possit aliis rationibus exequi. puta officium, & auxilium iudicis ecclesiastici implorando, qui vices suas tenetur impendere, vt sententia iudicis secularis suum per censuras ecclesiasticas sortiatur effectum. Sicut e contra tenetur iudex secularis in similibus iudicibus iuuare ecclesiasticos. ca. j. de offi. ordi. & c. si. de re iud. lib. sexto. Vtraque enim potestas per aliam iuuatur, cano. cùm ad verum. x. vj. distinct. Et fit honestius, & in foro conscientiæ securius. facit can. princeps seculi. xxij. quæstio. v. Tamen rex regni consuetudine executio sententiæ vel instrumenti continentis hypothecam, sit etiam contra monachum in sua temporalitate, & secundum aliquos in solis fructibus pendentibus: quia si essent à solo separati, dicerentur bona mobilia, pariter executio fieri posset etiam in separatis à solo, & in rebus, etiam nondum solutis vel receptis, secundum Mansuerum tit. de execu. §. item executio potest fieri aduersus monachum. Et ita seruatur per text. in c. peruenit. de fideiuss. vbi etiam non facta discussione bonorum patrimonialium mandatur executio fieri in fructibus beneficij, & ita tenet ibi glos. penul. Ioan. Andr. Anto. de Butr. Card. & Imo. I. ceter alij contra per dictam l. stipendia. sed præcedēs opi. 44 quod t̄recta via fructus beneficij capi possint, communiter praticatur. Et ratio potest esse, quia cùm in hoc regno viri ecclesiastici tenere non possint bona temporalia mobilia sine mortificatione, & dispensatione regis, quæ difficiliter obtinetur. I. apud Iulianum. aliàs incip. Iulianus. §. si. ff. de lega. j. vt infra latius dicitur in v. decisio. Et eorum mobilia facilliter occultari possunt. Satis notorium est eos in bonis secularibus non esse soluendo. Et sic illorum non est necessaria discussio, secundum gloss. in l. decem. ff. de verbo. oblig. vbi Bar. & in l. si. ff. si certum pet. secus est in militibus secularibus militiæ, qui fenda tenere possunt, & cetera temporalia, quæ prius debent discutit, quàm capiuntur publica eorum stipendia, vt d. l. stipendia. Præterea discussio, & ordo ille seriatim agendi, sunt iure ciuili pro quadam solemnitate induta, quæ est de apicibus iuris, secundum glo. singulariter super verbo, actum esset. in l. si mancipium, quam ibi sequitur Bal. in suis apostillis. ff. de iur. & Iason in §. item si quis in fraudem. vers. iij. limitatur. in 45 tit. de actio. Quæ t̄ quidem solemnitas & iuris apices iure isto canonico, secundum quod est de beneficiis ecclesi

ecclesiasticis iudicandum, nõ considerantur, nec seruantur, sed sola facti veritas, & simplex æqualitas. cap. dilecti. de iudic. Vnde de aliorum bonorum discussione non disputatur: sed recta via ad fructus beneficij, qui ex se patent, deuenitur, vt dicto c. peruenit. vbi talis discussio non requiritur, per illum text. Et si suppleretur esset diuina, quod est refugium miserorum. secundum gloss. in l. filium quem habentem. C. famil. eriscun. quia d. lex stipendia. in qua se fundant, loquuntur in diuerso casu, vt dixi. [Iuris apices minus considerantur in foro conscientiæ, vt plenè habetur super verbo, moruo in ag. testatore. j. loquendo de sententia Pilati contra Christum latam, quando quartè defecit.] (Additio.) Et ita fuit dictum per Arrestum curiæ Parlamenti Tolosæ die vltima Ianuarij, anno domini M. ccccxvii. pro Antonio Delherni loci de Rapistagno actore cõtra magistrum Stephanum Sacaley presbyterum priorem 49 de Rossenaco, & archipresbyterum de Flanahaco Doctore regem in studio Tolosano ratione summa mille sexcentum librarum, de quibus pro suo fratre responderat, & omnia bona sua hypothecaue rat. Pro qua declarati fuerunt affecti, & hypothecari fructus predictorum beneficiorum, quos dictus de Hereno actor leuaret vsque ad plenam satisfactionem, reseruata dicto Sacaley congrua portione iuxta iuris formam. Præterea vltro procedunt seculares, quia clericos coram eis litigantes in casibus permissis, & confuetis ad satisfaciendū aduocatis, procuratoribus, notariis, processuum relatoribus, & causarum sollicitatoribus pro laboribus, quos taxant, cogunt, ac adstringunt. Quia talia accessoria, & similia naturam sequuntur principalis. Præsertim vbi sine illis principale tractari nõ posset, nec expediri. l. secundum. ff. de iurisdic. omnium iudic. facit l. quatuor. C. de iudic. Cognoscunt etiam iudices seculares cõtra clericos de actionibus mixtis, sicut de hypothecaria actione, vt dixi: & de actionibus familiarum eriscun. de communi diuidundo, & finium regidorum, pro rebus prophanis competentibus inter eos, de quibus in §. item mixta. Instructio. de action. quia non sunt merè personales, sed mixta. tam in rem, quàm in personam, vt ibi. De quibus nõ loquitur prohibitio dicta ordinatio regis Philippi, sed potius permissiue. Argumento sumpto à contrario sensu, quod est fortissimum. l. prima. ff. de officio eius cui manda. est iurisdic. [Hoc tamen intelligitur maximè, vbi sunt plures contententes, quorum vnus est clericus: quia tunc contractabitur coram iudice seculari, per l. primam. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur ratione connexitatis causæ, secundum gloss. ibi, quia consortes & coniuncti sunt. l. nulli. C. de iudi. & etiam ratione reconuentionis, quia quilibet est actor & reus, agit & cõuenitur. l. in tribus. ff. de iudi. ideo eidem iudici cognoscere pertinet. ij. quæstio. viij. can. cuius in agendo. & l. cum Papinianus. C. de sent. & præterea ratione vitandæ absurditatis. nam aliàs contingeret, quod vnus aliter iudicaret, quàm alius, vt dicta l. prima. Et vt supra fuit tactum in his sententia plus datur fundo, quàm personis: & ita tenet etiam dominus Auffrieri. in dicta secunda regula. xv. fallentia. in repetit. supra dicta.] Et prædictam opinionem, quod pro re prophana immobili possit ecclesia ac clericus in actione reali etiam merè petitoria trahi coram iudice seculari, tenet Ioannes Fab. in §. ite seruiana. Instructio. de actio. Et licet contrarium tenuerint Ar-

chidia. in c. j. de cleri. coniugat. libr. vj. Panormit. & Fely. in cap. qualiter & quando. vers. quæro, quia de iudic. & idem Panormitan. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. vers. venio ad secundum. de constitut. Petrus Iacob. in arbore successio. regni Franciæ. Ioannes de Platea. in l. viros. vers. sed tu dic contra. C. de palatin. sacra. largit. lib. xij. & Bald. in cap. ij. ad finem. de iudic. t̄ subungens hoc consuetudine introduci non posse, scilicet quod clericus in reali possit coram iudice laico trahi. tamen idem Bald. in authent. clericus. C. de episcopis & clericis. dicit in hoc regno Franciæ primam opinionem seruari, scilicet quod conueniri possit, licet malè secundum eum. Facit pro hac opinione, quod dicit idem Bal. in c. cum venissent. de eo qui nit. in possess. causa rei seruanda. v. colum. Idem in effectu tenet Ioan. Fab. in dicto §. item seruiana. dicens prælatos regni Franciæ prohibitos esse cognoscere de actionibus realibus, t̄ sic cognoscere non possunt, secundum eum de actione hypothecaria, quæ merè personalis nõ est, sed mixta, seu in rem scripta. l. cum notissimi. C. de prescriptio. xxx. vel xl. annorum. Per quam non tenditur nisi ad possessionem rei hypothecatae creditor tradendam, ad fines eam retinendi, donec ei solutum fuerit debitum, vt dicto §. item seruiana. & idem concludit ipsemet Ioan. Fab. in authent. statuimus. C. de epif. & cle. & in §. si. Instit. de sacris. vbi dicit, quod quicquid sit de iure communi, scit ipse, quod Cardinales & episcopi in regno Franciæ trahuntur pro realibus ad forum seculare. & ita seruatur in practica, secundum Masnerium tit. de remissio. §. item si presbyter. Ita quod clericus coram laico tenetur in talibus respondere, nec fiet remissio ad ecclesiasticum: sed causa retinebitur, vt latius infra dicam. Trahuntur enim etiã prælati in foro seculari, vbi etiam defensiones recipiunt. Vnde cùm sit ipse de regno, leges regni impugnare non intendit. Hæc ille. Videatis Guidonem papam quæst. lxxvij. & quæst. lxxix. Et ita consuetudine seruatur, imò anno domini M. cccclxxxv. xij. Septembris fuit Arresto Parisiensi dictum, quod episcopus Cabilonensis non erat recipiendus, quod in eius curia spiritali cognoscere posset de actione reali. Et condemnatus ad cessandum de cetero ab impedimentis per eum super hoc factis: tamen fuit releuatus ab emenda, quam aduersus eum petierat procurator regius, & etiam procurator ducis Burgundiæ, eò quod de talibus cognouisset, & etiam ab expensis erga eundem ducem, & ex causa. [De quo etiã meminit dominus Auffrierus in suo Arrestorum tractatu capit. xv.] Et dum contrarium tenentes dicunt, quod bona clericorum sequuntur personam, quæ soli episcopo subest, certè hoc verum est in rebus mobilibus, sed mobilia principi sub sunt seculari, vt dicto c. quo iure. viij. distinct. & in c. si quæ causa. §. his ita respõdetur. xj. quæst. j. ibi, clerici ex officio sunt episcopo suppositi, ex possessionibus autem prædiorum sunt imperatori obnoxij & c. facit tex. in cap. si de morte. xxij. quæstion. viij. vbi dicitur episcopos, & ceteros ecclesiæ prælatos leuitica portione, id est, sola spiritalium rerum, vt decimarum, & similiarum, contentos: nihil habere commune cum seculi principibus: quia cùm temporalia penitus abiciunt eorum occasione legibus imperatorum obnoxij non tenentur. Et à contrario sensu vult, quod si temporalia haberent, legibus & iurisdictioni imperatorum essent subiecti, vt ibi dicit text. in capit. tunc sequenti. facit capit. causalem. ij. qui filij sunt legitimi. ibi, nos attendentes. quod ad regem

Ioannes sanctissimus in sua Apocalypsi præuiderat ecclesiam sanctam liberaturam allegat. xij. capit. ibi. Et alius Angelus, scilicet Carolus magnus. Exiit de templo, scilicet Nouionensi, in quo coronatus fuerat. Habens & ipse falcem acutam, id est, exercitum fortem, imò exercitu patris sui Pipini fortiorum. Et alius angelus, scilicet Papa Adrianus. Exiit de altari. Ad quod accesserat pro missæ celebratione ut uellet Deus ecclesiam protegere. Et clamauit uoce magna, id est, affectu magno deprecans Carolū, ut ei ferret auxilium. Mitte falcem tuam acutam, id est, exercitum tui potentiam. Et vindemia botros, id est, Longobardos, eorum auferendo potētiam. Quoniam maturæ sunt uæ eius, id est, Longobardi sunt destructione digni. Et misit Angelus, scilicet Carolus magnus. Falcem suam, id est, exercitum potentiam. Et vindemiauit uincam terræ, scilicet auferendo potentiam Longobardorum de terra Italia. Et misit in lacum iræ Dei magnam. Nam Desiderium regem deduxit captiuum. Et calcatus est locus extra ciuitatem: quia regem cum uxore duxit in exilium extra terram suā. Et exiuit sanguis de corpore occisorum, scilicet ex multa Longobardorū occisione, quæ terribilis fuit, usque ad frænos equorum: quia ex sanguine occisorum fræni militum Caroli fuerunt rubricati, ut in talibus bellis fieri solet. Per stadia mille sexcenta. Nā fama huius uictoriæ Caroli fuit longè latèque diffusa per quatuor orbis partes. Hæc Lyra ibi. Videatis glo. aliquantulum dissonantē in c. uenerabilem. de elect. de quo Gaguinus, libro iij. c. primo.

69 Recepta, inquit, utraq; prouincia, scilicet Aquitania & Vasconia. Carolus cum in Franciam uenisset, Adriani primi Romani pontificis legatos audiuit. His mandatū erat petere à Carolo auxilium aduersus Desiderium Longobardorum regem: quo oppressore multa oppida uis, multa spontanea ditione à Romana ecclesia defecerāt. Legatis Carol⁹ respondet se id curaturum subuenturūq; beato pontifici. Igitur missis ad Desiderium nūtiis petit ab iniuriis desistat, restituatq; summo sacerdoti quæ abstulisset. Atque ut imperata recufanti Desiderio Carolus paratissimus occurreret, collecto celebri exercitu, interim dū legati madata peragunt, omnia quæ ad bellum conueniebant comparat. Redeuntibus legatis cognoscit Carolus Desiderium omnia hostiliter agere, paratum esse discrimen experiri. Non cunctatus igitur copias ad Alpès ingredi iubet. Occupauerat Desiderius angustias montium fortissimis præsidis, sed cognito regis aduētū in plana mox hostis se recepit. Superatis iugis postquā Taurinū Carolus peruenit, certior factus Desiderium Vercellas cum grandi exercitu profectū esse, conuerso in illū agmine Carolus Vercellas petit, ubi dimicandi potestate facta, suos suos cum uideret Desiderius, Papiā fuga se protripuit. 70 Locum ubi pugnatum est, propter interfectorum stragem, mortuariam incolæ appellauerunt. Fugientem Desiderium celeriter profectus Carolus, cum urbem prima oppugnatione capere non potuisset, eam circumstetit, ne qua pateret Desiderio effugiendi uia. Sed ubi cognouit Desiderium plurima tētaturum prius quàm se dederet, Carolus relictiis quibusdam ad continuandam oblidionem fortissimis, & belli non ignaris proceribus, Romam uisendi Adriani causa profectus est. Inde Papiam cōuersus ciuitatem, Desiderium uñ cum uxore, & liberis in potestate accepit. Hic est Desiderius regum Longobardorum ultimus, à quo recuperatas,

quas Romanò præfuit occupauerat urbes, ecclesie Carolus restituit. Addidit his Spoletum, atq; Beneuentum. Orta deinde apud Romanos seditione, quidam magna auctoritate proceres in Leonē tertium pontificē coniuuratione facta, urbe eū expellunt, lingua amputata, & excæcatus, secundū Lyram Apocalyp. xvj. super uerbo, & secundus. Quia iniuria per legatos ad Carolū relata, uultum se ire pontificis iniuriam rex respondit. Ratus ad dignitatem suam pertinere Romanam sedem tueri. Nulla igitur interiecta mora in Italiam contendit, cuius aduētū composita res est, coniuurationis supplicio affectis, atq; ita Carolus pontificem restituit. 71 Restitutori gratificaturus Leo tertius sacerdotum habito consilio Carolum octauo calendas Ianuarias, cum Fræcorum regnum tres & triginta anos administrasset, Augustum appellat, gratum nomen Romanis, nec minus Italis omnibus acceptum. Supra enim ccc. & xxx. annos cū imperij nomē Gothis omnia ferè occupātibz in suum penè esset: ad Carolum delatum esse nemo non latabatur, qui & uirtute, & rebus gestis imperio idoneus omnium iudicio erat, mātissimus ad omnia Carolus, in iure dicendo æquitatem, in gerenda re publica moderantiam obseruabat, religionis in primis reuerentissimus cultor, sacerdotes & clerum omnem uenerabat. Quod testatur synodi quique per Galliam eius præcepto habite: Maguntia una, Rhenis altera, Tertia Turonis, Cabillone quarta, Quinta Arelata. In quibus clero leges, & debiti ritus ordinati fuēnt. Cū uero de rebus diuinis, & uario canēdi genere sacerdotes disceptare audiret, propterea quòd Ambrosianum illo tempore, atque Gregorianum morem promiscuè clerus obseruabat, obtinuit, ut Gregoriano reliquis orbis, Ambrosiano Mediolanensis ecclesia ueretur. Plurima tēpla extruxit, & ditauit. Et quæ diruta cognouisset, ea mandauit per locorum sacerdotes restitui, atque instaurari. A Edes & palatia huiusmodi magni sumptu iactis fundamentis cōdidit, quæ testimonio sunt regis, quibus ornatus erat, uirtutibus. Sed illud omnium maximum est, quòd nihil antiquius duxit, quàm Christi fidem dilatare, & terminos proferre Christianorum. Cuius exemplum imitati omnes ferè, qui secuti sunt Francorum reges, magnis atque excellentibus factis cum religioni, & fidei Christianæ dignitatem conseruarent, atq; ampliarent. Inter quos Ludouicus primi Philippi regis filius fuit: de quo Gaguinus libro vj. ca. primo, sic dicit, Fuit equidem Ludouico non segnīs cura rebelles edomandi. Bochartum enim Montis morentianum dominum ob læsam diu Dionysij libertatem in arce obfessum ad se venire, & damna ecclesie illata cōpensare cōegit: Proctum Montianum præterea eius criminis participem incendio castelli, quo se receperat affecit: subitū gens post pauca. Ellbouc præterea Rauciacum, qui Laudunēsi & Rhemensis clero frequentē vim infererebat, ad pœnitentiam compulsi. Pari quoque uirtute Leonetum de Magduno Aurelianensem ecclesiam turbantem compresit. Sic Thomam de Marla Ludouicus insignem latronem, ecclesiam & clerum diris factionibus affligentem furca suspendit, ut eodem libro c. ij. latè describit. Et de pluribus aliis per discursum sui operis, quod utinam esset impressum. Nihil tergo mirum inuidis, atque detrectatoribus uideri debet, si Christianissimi appellati sunt ad instar imperatoris. qui sic uocatur in epistola, inter claras in prin. C. de sum. Trin. & etiam in can. ecclesie meę xcvj. dist.

xcvj. dist. & in liij. ff. de natali. resti. uocatur sanctissimus. Itaque constat nullius gentis tanto labore Romanis pontificibus, & aliis præterea per orbē Dei ministris, & ecclesie passim fuisse subuentum. Hæc Gaguinus, pro maiori parte natio certè est omnium Gallorum admodum dedita religionibus, ut Cæsar refert. [De quo plenè habetur super uerbo. si absq; liberis moreretur. ij. in materia pupillaris subit. & ij. 78 requiritur eiuſdem.] libro vj. Commentariorum de bello Gallico. Fuit autem Carolus ipse si eius res tādōmi, quàm foris gestas inspicis, tantæ amplitudinis & integritatis uir, ut postea neminē parem nedum superiorem Gullia habuerit. Hæc Iacobus Bergomēsis. [Vide quæ dicta fuere super uerbo, Raynuius de Clero. post princip.] Subiungens Gaguinus, ubi supra. Quibus beneficiis ut pontifex gratiæ aliquid repēderet, Carolū multis ornauit priuilegiis: 74 quorum istud maximū fuit, donare ecclesias idoneis sacerdotibus posse, id à sacerdotibus inuestitura uulgò appellatur, sine qua ecclesiam (uel ut nunc loquimur beneficium) nemo possidebat. Recipiebant enim à rege, qui beneficium adeptus esset, anulum uel simile quippiam argumentum, scilicet regie in eum gratitudinis. Interest enim regum nosse, qui maiores maxime ecclesias administrēt, quarum ipsi tutores sunt. 75 Adiectum priuilegio est, Romanum quoque pontificem sine Caroli iussu eligi non debere, id que in synodo assistentibus Romæ cl. tribus episcopis, atque abbatibus firmatum est. Hæc ille. De quibus uideatis tex. in cap. Adrianus. li. j. & in cap. in synodo. li. iij. dist. ubi historia narratur ecclesiastica. Et est bona gloſ. pragmatica in uerbo, regalia. titu. de annatis, quæ dicit Bullam huius priuilegij esse Parisi in thesauro regis. idem dicit glo. in cano. imperium. x. dist. & in can. consilia sacerdotum. xvj. dist. de regibus Angliæ, & Vngariæ refert Bald. in l. rescripta. circa medium. C. de precibus imperat. offerent. quòd præbendas conferunt in suis regnis. Videatis Aluaro. in titu. episcopum uel abba. feud. dare nō pos. v. col. & Dominicum in dicto cap. ij. de præben. lib. vj. pariter refert Specu. titu. de præben. in si. se uidisse bullatum priuilegium, quo imperator in qualibet ecclesia Alemanica potest recipi facere unū clericum in canonicum. 76 Prædicto tamen priuilegio per primum Adrianum papam Carolo concessio, fuit sponte & liberè renuntiatum in persona Paschalis papæ per Ludouicum dicti Caroli magni filium, qui pius dictus est, ut habetur in can. ego Ludouicus. allegata li. iij. dist. imò Adrianus imperator secundus fuit absq; scitu dicti Ludouici seu legatorum suorū electus, ut in cap. cum Adrianus. eadem dist. Quæ electione antedicti legati pariter & ipse ratā, & gratam honore pontificio ei exhibito habuerunt, ut ibi. Ex quo patet ueram non esse expositionem aliquorum text. malè intelligentium Apocalyp. xx. dicentium, quòd ad renuntiatum ecclesie dictum priuilegium fuit Henricus quintus Imperator compulsi per Calixtum papam, secundum quod fuerat ibi beato Ioanni reuelatum futuro tempore sciendum, quod falsum est, nec tenetur ibi illa expositio per Nico. de Lyra, imò (ut ex præmissis constat) longè diu antè præfatus Ludouicus pius rex Francorum & Imperator, priuilegio eligendi papam, aut interessendi in electione uel auctoritatem præstadi, renitiauerat spōtè & liberè, ut dicto cano. ego Ludouicus. 77 Cetera autem priuilegia, quàm eligendi summum pontificem Ludouicus retinuit, ut dicto cano. ego Lodo-

uicus. & idē inque, sibi referuato & suis successoribus de consensu Romani pontificis solo iure inuestiendi præfules per clerum electos, & quòd aliàs consecrari non possent, nisi per regem prius essent inuestiti. Loco hui⁹ inuestituræ successit ius regaliæ, quòd reges Franciæ adhuc habent hodie in episcopatibus & præfultatibus, tūc regi Franciæ, quo ad illam inuestituram subditis. 78 Id autem ius regaliæ appellatum est, quòd regibus ita peculiare esse Franci contendunt, ut nihil magis ad ius regum pertinere possit, secundum Gaguinū, lib. vij. cap. iij. De quo iure regaliæ plenè habetur in cap. generali. de electio. lib. vj. De causa etiam proprietatis beneficiorum omnium in regalia vacantium, & aliorum quorum collatio pertinet ad regem, solus rex uel curia sua Parlamenti cognoscit, & non iudex ecclesiasticus. Et vacantibus talibus ecclesiis, rex facit fructus suos, & confert beneficia nō curata, quòd rex habuit ab antiquo, & sic de iure satis uidetur sustētabile: quia potuit ei cōpetere ex priuilegio cano. Adrianus. & cano. in synodo. xvj. questio. j. secundum Henri. & Panorm. in capitu. præterea. & cap. nobis. de iure patrona. & in cap. dilectus. li. iij. de præben. ubi olim habebat collationem præbendarū ecclesie Andegauensis, & in cap. cum inter. de consue. cōtulit decanatum, ut patet in decisa. Potuit etiā ius istud competere ex compositione facta in fundatione beneficij per papam approbata, ut patet in præbendis ecclesie Villæ nouæ prope Auinionem, quas rex confert, & curia Parlamenti de ipsarum petitorio cognoscit. Facit dictum cap. nobis. & xvij. questio. ij. cano. Eleutherius. Vel potuit procedere ex consuetudine, aut prescriptione cuius memoria nō exiit, quæ priuilegio æquiparatur. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quoti. & cap. super quibusdam. §. præterea. de uerborum signi. prouiso tamen, quia cum tali consuetudine uel prescriptione concurrat fama priuilegij, aliàs nō prodesset laico, & incapaci. cap. cauſam. ubi Panormita. de prescriptione. & dicto §. præterea. & in c. cum apostolica. post Ioan. Andræ. ibi. de his quæ sunt à præla. Ioan. Andræ. & omnes in cap. j. de prescriptione. libro vj. Et in talibus antiquatis iuribus deferendum est regibus, secundum Ioan. Andræ. in addi. Specu. titu. de præben. maximè, quia papa sciens tanto tempore tolerauit, unde his motus ordinauit rex Ludouicus xj. anno domini M. cccclxiiij. atque declarauit, cognitionē collationum beneficiorum in regalia vacantium, & aliorum quorum collatio ad regē pertinet, sibi & suis iudicibus, & nō alteri pertinere in petitorio, nec postestorio. plenè tetigit dominus Aufric. alleg. ij. in regula. in xxv. fallen. Et ius istud seruatur in pluribus ecclesiis Franciæ, & Castellæ, & Scotiæ, secundum Hæricum in dicto cap. nobis. de iure patro. Quo iure in dictis ecclesiis regaliæ subiectis rex, secundum aliquos, dat licentiam eligendi pontificem, prius si denuntiata morte prælati, iuxta plenè dicta per Panorm. in cap. j. & cap. cum terra. de electio. Et pendente vacatione ecclesie facit rex fructus suos, atque beneficia confert ad collationem episcopi pertinentia, tamē nō curata, sed in aliis ecclesiis hoc ius reges nō habent, licet pontificales sint & sitæ in regno. Hodie autē consensu, & ex permissione totius ecclesie Gallicanæ, potest Christianissimus rex etiam in aliis ecclesiis uti aliquando precibus benignis, atque benuolis pro personis benemeritis bonum reipublice regni, & Delphinatus zelantibus, per tex. pragmaticæ.

titu. de electio. capit. licet dudum. in fine. §. item nec credit ipsa cogregatio. vbi ecclesia Gallicana Biturris, anno domini M. cccc. xxviii. vniuersaliter congregata recipiendo decretum sacri Basilienis concilij de electione dictam permissionem regi, & principibus concessit. Quod non minus facere potuit, quā ecclesia Hispaniarum vniuersaliter olim congregata fuerat, & regi suo permisit, quā permissio valuit, & per concilium generale Toletanum approbata seu tolerata extitit. Quam Gratianus nō sine causa in suo Decretorum volumine registravit in cano. cūm lōgē. ibi. vnde placuit omnibus pōtificibus Hispaniæ, atque Galliciæ, & c. lxxij. distin. * vbi res Hispaniæ ex regni sui pragmatica sanctione, & illius permissione, & cōcessione ac contractu totius ecclesiæ Hispaniarum decedētibus episcopis successores nominat. Qui si digni sunt, per eligentes & cōfirmatores in prædecessorum sedibus præficiuntur. Ex quo arguit ibi glo. j. quod nihil hodie regi Hispaniæ subtractum est: quia sicut prius eligebat, ita & modō eligēdum nominat post sibi à toto collegio ecclesiastico concessum priuilegium. Facit text. not. in cap. nobis. ibi. nisi aliter de sua iurisdictione obtineat. de iure repatrio. Facit etiam tex. de rege Franciæ loquens in cano. hinc est etiam. xvj. quæstio. j. quod priuilegium posito, quod ibi singulare foret, tamen hodie per dictam pragmaticam allegato. §. item nec credit. est factum vniuersale quo ad omnes pontificales dignitates, adeo quod ecclesia Gallicana remanet obligata vnum eligere de nominatis per regē, aut principem illius terræ. Quia decretum de electione acceptando potuit illud, & cetera concilij decreta declarare, modificare, & restringere, vt supra vidistis. loquendo de monachis ex regni consuetudine non succedendis. Quod decretum etiam locum habet in vacantibus in curia, cūm beneficia electiua pōtificialia in curia Romana renuntiata, aut per mortem derelicta, vt ad capitula, & nō ad papā electio pertineat, perinde habeantur ac si in partibus vacassent, secundum glo. quam ibi sequitur Dominicus, & ceteri Doctō. in cap. ij. de præben. lib. vj. Pro qua est tex. in capitulo cūm post petitiā. de electione. vbi ecclesiæ cathedralis, cuius nisi corā papa fieri non potest renuntiatio, qui solus matrimonium spirituale potest dissolvere, electio pertinet capitulo, nec Papa se intromittit.

80 Et si eligentes alterum ex nominatis per regem iuxta formam pragmaticæ non elegerint, habet rex de quo conqueratur. Quo prosequente, cessabit electio, sicut patrono prosequente cōtemptum, cessaret collatio per episcopū de alio, quā præsentato facta. [Quia electio nō est ipso iure nulla, licet fuerit contra priuilegium principis attentata. cap. considerauimus. vbi Panormi. & omnes, de electio. post glo. ibi, & est tex. quem ad hoc ibi ponderat Panormi. in capitulo. abbate. de verb. signi. vbi electio scienda de certo genere personarum, de alio facta non est nulla, sed cassanda, verum tamen hoc regis priuilegium est hodie ius commune in Fracia, & sic omnibus notum, vt videtis.] Ad quod facit tex. in capitulo. lectis. lxxij. distin. per quem arguit ibi Archidia. quod reges patroni sunt in episcopalibus ecclesiis, vt ibi, & tribus capitulis præcedentibus. Præsertim rex Franciæ, qui ferē omnium ecclesiarum pontificalium fundator extitit, aut dator. Cūm vix vna sit in regno ecclesia non tenens ab eo feuda pro patrimonio, & mensali sustentatione. Nam quoties in electione regis consensus habet præcedere, si sine eo fiat electio,

cassari debet, vt expressē decidit Hen. in casu nostro in d. c. nobis. vlt. col. per tex. in d. cano. lectis. lxxij. distin. & in cano. Abbates. xvij. quæstio. ij. secundum Innoc. Hostiē. & Compo. in ca. quod sicut de elect. & Archid. in cano. reatina. lxxij. distin. licet Hostien. & Abbas contrarium dixerint, per illum tex. in capitulo. terra. de electio. Sed ibi loquitur de consensu reprobato, vel qui post electionem requiritur, qui actum si non interueniat, non inficit. Cūm non sit de substantia, & in casu nostro requiritur consensus antecedens, scilicet nominatio regis, quæ reprobata non est, imō per cōcilium, & ecclesiam Gallicanam approbata. & sic merito in contrarium facta electio cassabitur rege instante, vt videtis. Et hoc potest inducere nedum priuilegium, sed etiam consuetudo, per tex. in dicto cano. cūm lōgē. lxxij. distin. secundum eum in d. c. nobis. prope fi. Idem tenet Panormi. in c. de hoc. super glo. in verbo, & princeps. sic emendatus est Panormi. de simo. vbi dicit regem Franciæ in hoc esse priuilegiatum, vt supra dixi. Alias enim si electio aliter facta nō cassaretur, talis permissio per pragmaticam rei data, & contractus ecclesiæ Gallicanæ nullū produceret effectum: imō frustra occurreret membranas, cūm si frustra speretur euentus, cuius nullus oritur effectus. cap. si papa. de priuileg. lib. vj. Nam licet de iure reges nullam habeant eligendi potestatem, sed tantum præstandi cōsensum, sine quo etiam electio non inuaidaretur. cap. cūm terra. in fin. ibi. Quo facto nō prohibemus quin regis, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionē nolumus impediri, & c. de elect. & in cap. cūm inter vniuersas. in si. ibi. vice regia. & cap. quod sicut. §. j. eo. titu. Hodie tamen in præsentem regno ecclesiæ vniuersalis Gallicana, & singula eius membra eligere alterum de nominatis per regē sunt obligata. Quæ quidem dispositio, quæ potius dicitur hominis, aliquid operari debet vltra dispositionem iuris communis. Quia si hoc potuisset consuetudo ex tacito consensu ecclesiæ resultans, vt plenè dicunt Panormi. & Doctō. in dictis cap. cūm terra. & cap. cūm inter vniuersas. de electio. etiam hoc facere potuit ecclesia Gallicana expressē consentiendo: sicut iam pridem fecerat Hispaniarum ecclesia, vt dicto capitulo. cūm lōgē. lxxij. distin. Et ex quo potest cōcludi, quod vbi preces regis reperirēt benignæ, atq; beneuolæ pro personis benemeritis boni reipublicæ zelantibus, quæ tales in dubio esse præsumuntur, si eis spretis fieret electio de altera persona, quā de nominatis & deprecatis per regē, talis electio cōtra ecclesiæ Gallicanæ permissionem regi cōcessam facta, non teneret, imō veniret cassanda & irritanda. Si enim consuetudo libertatem eligendi restringēs est de iure valida. capi. cūm dilectus. de cōsuetu. c. ij. de integro resti. & in cap. Abbate. de verbo. signi. vbi valet consuetudo, quod capitulum aut conuentus teneatur sibi eligere prælatū de certo alio collegio seu cōuentu. Et sic de certo genere personarum capacium, secundum Panormi. & Ioā. Andræ. in dicto c. cūm terra. & c. licet. de electio. Quia per talem cōsuetudinem non admittitur nec tollitur eligendi libertas, quāuis limitetur & restringatur: sicut limitari potest ius naturale ac diuinum, & distingui. quod in suo toto est immutabile, secundum glo. in l. fin. c. si contra ius vel vi. publi. & Doctō. in capi. quæ in ecclesiarum. de consi. Sic etiam valuit permissio prædicta regi Fraciæ, & principibus regni, & Delphinatus concessa de eligendo non certā singularem personam,

sed alteram de nominatis per regē, & sic de certo genere personarum. Nec dicitur per hoc potestas eligendi capitulo sublata, sed solum restricta per ecclesiæ consensum, & cōtractum pragmaticū mutuo consensu eorum de vniuersitate, quorum duntaxat intererat, celebratum. Qui consensus tantum, & talem sortitur effectum, sicut consuetudo, quæ aliud nō est, quā tacitus vniuersitatis cōsensus. l. de quibus. ff. de legibus. & cap. fin. de consuetu. lib. vj. & in cano. consuetudo. j. distin. Ex quibus dicere possumus patronis secularibus non competere electioni sciendæ, sed iam factæ præbere consensum, nisi aliter de eorū iurisdictione obtineant, vt partes suas interponere debeant electioni tractandæ, vt dicto ca. nobis. de iure patronat. Sicut hodie iurisdictionem habet rex, id est, prærogatiuam à pragmatica sibi concessam per ecclesiam. Et huius prærogatiuæ regis, & principibus per pragmaticam concessæ potuerunt inter ceteras quatuor esse rationes, quæ ex dictis magistrorū resultant. Prima, quia videmus omnes & singulas ferē pōtificales ecclesias à regibus & principibus, in quorum districtu existunt, tenere feuda & bona secularia, prout videtis episcopum nostrum Caturcensem tenere hanc Caturci ciuitatem, & comitatū Caturcensem ac plura castra, & dominationes temporales à rege. Ex quo dicitur episcopus, & comes Caturcensis. Pariter refert Specula. titu. de feudis. §. quoniam super homagiis. versic. xxiij. quæritur. Episcopus Magalonensem, tenere villam Magalonæ in feudum à rege. Ad causam quorum feudorum faciunt regi homagium, & fidelitatis præstant iuramentum, quod non consueuerunt præstare per alios, scilicet procuratores, etiam speciale mandatū habentes, sed per seipos, nec rex alteri cōmittere, sed ipse hoc in propria facit, vt dietim videmus. Secunda ratio fuit superius tacta, quia rex est ecclesiarum pontificalium patronus, secundum Archid. in dicto cano. lectis. & sic prærogatiuam habere meruit de electione tractanda se intromittendi, vt dicto cap. nobis. Tertia ratio est pragmatica sanctio, non quod istud priuilegium de nouo regi concessit: sed in pristinum, quod à sede apostolica, & generali cōcilio habere meruerat Carolus Magnus, quod postea Ludouic⁹ eius filius renuntiauerat reges Franciæ, reduxit: quod facultius fieri potuit, quā istud de nouo cōcedere, per ea, quæ plenè dixi supra in primo præludio, vers. vel possumus aliter & singularius, & c. loquente de statu matrem excludente propter agnatos, quod nihil de nouo induxit. Sed omnia ad veterem legem xij. tabularum reduxit: ob quod favore reputatur, & consequenter extendendum, vt ibi dixi, secundum Angel. consi. xcix. ij. col. in si. vers. Nec obstat, quod proprie & c. Nam id idem factum fuisse cernimus, in dicto cap. cūm lōgē. lxxij. distin. vbi rex Hispaniæ fuit per ecclesiam Hispaniarum in effectu reductus ad suum ius eligendi, quod prius habuerat, secundum glo. in princ. Sic & rex Franciæ per ecclesiam Gallicanam reductus fuit ad ius pristinum, quod Carolus Magnus meruerat, & à summo pontifice, & generali ecclesiæ concilio habuerat. capi. Adrianus. lxxij. dist. Et (ad veritatem loquendo) quicquid in contrarium prætendatur, Ludouicus Caroli filius dicto priuilegio de electionibus in singulis ecclesiis sciendis se intromittendi nunquam renuntiauit, nisi duntaxat interessendi electioni Romani pōtificis, vt clarè dixit text. in dicto cano. ego Ludouicus. lxxij. distin. ne. Quarta ratio potuit esse, quia cūm per summos

pontifices modernos omnes dignitates electiua per regulas Cancellariæ foret prouisioni papæ reservata, contra omnem iuris & rationis dispositionem, & facultas eligendi ablata eligentibus per sacrum Basiliense cōcilium fuit eis restituta, qua vti volentes tenentur ea vti, eamq; seruare cum suis cōditionibus, qualitatibus, & modis l. in traditionibus. ff. de pactis. inter quas cōditiones est, quod reges dictam facere possint eligendarum personarum nominationem. Nec dicitur illa conditio simpliciter adiecta per ecclesiam Gallicanam, & pragmaticam sanctionē, sed etiam implicitè cōtinuatur in mente & textu concilij, vt infra demonstrabitur. Præterea licet rationes prædictæ satis euidenter concluderent, tamē vna sola alia sufficeret, quæ finalis fuit ad dictum can. cū longē. videlicet sola regia dignitas & prærogatiua, propter quam iuris præcepta relaxantur & transgrediuntur. cap. principes seculi. & ca. regum officium. xxiiij. quæstio. v. & in ca. per venerabilem. ibi. rationibus igitur his inducti regi fecimus gratiam requisiti & c. qui filij sunt leui. & in c. cūm parati. de appella. & cap. solita. de maio. & obedi. Probitas enim, honestas, & apex regalis dignitatis, permissio & consensus ecclesiæ Gallicanæ in forma pragmaticæ relictæ & ritè præstitus vitant, & fugāt omnem fraudis, & inhonestatis ac peccati suspicionem. capi. nisi essent viri prouidi. de præben. vbi prouidētia & honestas dispositionum cessare facit omnem simoniacæ labis suspicionem, præsertim in casu nostro: quia pragmatica ab ipso cōcilio generali, & ecclesia vniuersali virtutem, & approbationem suscepit. Et sicut potest rex dictis vti precibus erga eligentes, & singulas ecclesias regni, sic etiam ad sedem Apostolicam, vbi papæ iure deuoluto, vel aliàs pertineret prouisio ecclesiæ vacantis, cūm dicta clausula, preces regi permittēs in fin. dispositiois posita referatur ad omnes, & sic ad singulares ecclesias eligētes, & ad papā. De quibus omnibus concilium generale in præcedentibus articulis mentionē fecerat, arg. c. secundo requir. de ap. & l. talis scriptura. ff. de leg. j. Maximè quia dicta clausula nō restringitur, seu indistinctè & generaliter ponitur, nec per hoc ius cōmune infingitur, nec læditur, imō potius conseruatur etiam sermonis relictudo, voluntas, & intentio ecclesiæ Gallicanæ: quia illa ratio, qua regi & principibus permittitur precibus vti beneuolis erga singulares ecclesias regni, illa eadem est erga sedem apostolicam. Et (vt vidistis) melior alia ratio dictæ permissionis non fuit, nisi prærogatiua regis cui iura etiam communia fauent, vt dictis capitulis. cūm terra. & capitulo. cūm inter vniuersas. & cap. nobis. supra allegatis, interest profecto regū nosse, qui maiores maximè ecclesias administrant, quarum ipsi tutores sunt. Nam quoties alicui facultas conceditur, aut permissio aliquid faciendi, puta dispensandi, vel precibus vti benignis, nō expressis personis: talis facultas & permissio est largè interpretanda quo ad cum cui conceditur, quo ad quem dicitur beneficium principis, secundum Ioā. Andræ. quem ibi sequitur Panormi. in c. fin. de simo. vbi etiam hoc sentit glo. Præterea fuit etiam de mente concilij generalis in decreto, sicut in constructa. prope fin. §. ad tollendum autem de elect. prout nunc videbitis. Et non dubitatur quin cōciliū papæ quo ad hoc ligare potuerit, & regi dare prærogatiuam, quod vt dixi non est de nouo cōcedere, sed regem in pristinum priuilegium Carolo Magno cōcessum reducere, imō potius redintegrare, tãquā sub

colore renuntiationis Ludouici Pij de facto obnubilatum & retractum. Quam renuntiationem nunquam fecerat, nisi quo ad electionem summi pontificis, ut dicto c. ego Ludouicus. iuncto, quod concessio priuilegij Carolo Magno facta non fuit proprie donatio, sed seruitiorum per eum ecclesie impensorum remuneratio, ut supra vidistis. & sic irrevocabilis. ¶ Cum donatio causata praesertim seruitiorum remuneratoria sit ad fauorabilem, quod reuocari non potest, nec sub titulo de reuocandis donationibus comprehenditur. l. Aquilius regulus. ff. de donatio. secundum Panor. super rubrica. & cap. si. de dona. ubi eam dicit tantum fauorabilem, quod ingratitude reuocari non potest, minusque in sinuacione indiget, ut d. l. Aquilius. Imo propter merita, & seruitia ecclesie impensa potest res etiam de mensa existens iuste alienari, per tex. in l. iubemus la grande. §. j. circa fin. ibi, ad vicissitudinem beneficij colorati, iuncta glo. ibi. C. de sacrosan. eccle. Per quem a contrario sensu alienari potest etiam res immobilis propter verum, & non fictum nec coloratum seruitium, quale fuit a Carolo magno ecclesie impensum. ¶ Ante quam tamen permissio regi facta, tam per concilium, quam ecclesie Gallicanam, fortiori possit effectum, & eligentes ligare, 87 plura requiruntur. ¶ Primo, quod preces illae regiae procedant de motu proprio & mera liberalitate regis, & non ad instantiam, & prosecutionem per eum nominatorum, vel quorumcumque aliorum pro ipsi, aut in fauorem eorum, qui preces & literas regis procurauerint, prout de hoc est text. apertus in dicto decreto Basiliensi. allegato. §. ad tollendum autem. titu. de elec. ubi sacrum concilium instantissimè exhortatur reges & principes, ne electoribus literas scribant aut preces porrigant pro eo, qui per se vel alium preces tales vel literas procurauit. Vnde si rex pro alio, qui per se vel alium hoc non procurauit, scribat, aut preces porrigat, tales preces sunt exaudiendae. Et sic praerogatiua nominandi eligendum, regi pertinet dependet & efficaciam habet a potestate concilij generalis, & non solum ecclesie Gallicanae, quae in d. v. item nec credit. nisi aliud facit, nisi concilium declarare de eo, quod a contrario sensu regi pertinebat scribere pro non procurantibus nominari, aut eligi. Vnde talis permissio in ventre, seu mente & intentione concilij comprehensa, nunc per ecclesiam Gallicanam declarata, & in lucem extirpata, quae declaratione alia rectè intelligentibus non indigebat. Cum argumentum a contrario sensu ex textu concilij sumptum sit de iure fortissimum. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius. cui manda. est iurisdictione. etiam ad papam extenditur, & ipsum ligat ad preces Christianissimi regis beneuolae per personis benemeritis porrectas exaudiendum, ut pie & libenter facere papa consuevit. Et ita etiam per illum text. decidit glo. pragmatica. super verbo, procurabit. in dicto §. ad tollendum autem. Si autem ille pro quo rex scripsit, & preces porrexit, hoc per se vel alium procurasset, non diceretur persona benemerita, sed demerita. Et consequenter electio, aut prouisio in contrarium de alio non nominato facta esset effica & irtractabilis, si aliud non obstaret, veniretque confirmada. Et si persona talis per regem nominata eligeretur, & quod nominationem, aut electionem per se vel alium procurasset probaret, esset talis electio inualida quam ambitiosa, nec confirmaretur. ¶ Et pariter, imò fortius electio non valeret, si princeps ad nominandum pecunia vel alio munere moueretur, ut legitur de patrono. in c. pra-

tereà de transactio. quia nulla esset propter simoniacam labem. quae in regno Franciae multum dominatur, j. quaestio. j. cap. fertur. Nullum enim ius haberet nec titulum simoniacus, secundum glo. & omnes in capi. nisi cum pridem. §. j. de renun. & si ita foret, tristem sentiret ecclesia euentum. Cum talis quem rex nominat, eo ipso quod ambitiosus est, suspectus dicitur & non eligendus. Quicumque enim primatum desiderauit in terra, confusionem inueniet in caelo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu traherit. xl. distinct. quicumque. Quinimo (ut Leo papa scripsit ad Mauros episcopos) Principatus quae aut seditio extorsit, vel ambitus occupauit, etiam si moribus vel actibus non offenderit, ipsius tamen infamij sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo fuerint inchoata principio. j. q. j. can. principatus. ut dixi in verbo, *duas habens filias*. Ideo esset electio nulla, aut saltem retractanda propter vitium ambitionis praecedens, secundum Innocentium in dicto cap. quod sicut. de electio. ubi dicit electum, qui pro se rogauit vnum solum de electoribus, teneri ad renuntium electioni: ex hoc factis declarans talem electionem esse nullam, aut saltem retractandam. capi. per inquisitionem. de elect. ¶ Secundò requiritur, quod cesset in rege, & principe omnis comminatio & violentia, quibus ad electores uti non debet. Alias electio de tali nominato per regem facta per minas, aut violentiam esset nulla, cessante libertate, quae de substantia electionis dicitur capi. ubi maius periculum. §. ceterum. de elect. libr. vj. ita quod non solum timor mortis, aut cruciatu corporis, sed etiam timor verborum vitiat electionem, & minor metus excusaret mulieres, quae viros. Nec refert ad vitandum electionem, metas accedat in personam propriam eligentium, aut parentum ascendentium, descendentium, vel collateralium, ut plenè per glo. pragmatica. super verbo, quibuslibet, & verbo violentis, in d. v. item nec credit. ¶ Tertio requiritur, quod preces regis, aut principis benignae sint, & beneuolae. Benigne quidem cessante quacumque verborum atrocitate & asperitate, non tamè per hoc excluditur quin possit, & debeat aliqualem sui & dignitatis regiae commendationem facere per text. in l. si in aliquam. ff. de offic. proconsul. Beneuolè, id est, tales ex quibus & eorum verbis eligentes percipiant zelum principis scribentis, quae habet & vult ad bonum publicum regni sui. Qui zelus in eo etiam in dubio praesumitur, ubi omnia per decretum requisita ab eo seruatur, cum aliàs non de bono, sed de malo praesumeretur. l. quema dmodum. C. de agricol. & censu. libro xj. & capi. qui contra iura. de regu. iur. libro vj. nam tales preces iustae sunt: quia per sacra decreta approbata. Et quia ad bonum publicum tendunt, sunt exaudiendae. Praeterea preces principis iustum non inducunt metum ad rescindendum actum, nec sola dignitas sua ad metum probandum sufficeret. l. ad inuidiam. C. quod metus causa. nisi de per accidens fieret iniusta, ut quia importuna, quae metui aequiparatur: vel est talis princeps, qui male & tyrannice consuevit tractare talibus suis precibus non parentes: quod facere, praesertim in casu nostro non debet rex, nec alter princeps, nec est fieri necesse, cum preces eorum benignae, & beneuolae ac dulces operentur electionis in contrarium factae cassationem & retractationem, ut vidistis. ¶ Quarto requiritur, quod rex precibus vtatur praedictis pro personis benemeritis, & zelantibus bonum reipublicae regni, & Delphinatus.

phinatus. ¶ Et dicitur personae benemeritae, & boni publici regni zelantes omnes, qui de domo, aut stirpe regia existant, quibus fauendum est praeter omnibus. ca. nouit de iudi. quoniam qui alta nobilitate, & honoris praerogatiua laetantur, auctoritate & dignitate fungi debent ampliori. c. j. in fi. de offi. leg. & c. ne aliqui. de priuileg. lib. vj. Propter enim sublimes personas laxantur interdum canonica praecipua. ca. de multa. de praeben. Quod non ita grosso modo est intelligendum, ut indifferenter de quibuscumque sublimitibus, & nobilibus intelligatur, sed de maximis & excellentissimis personis, quae solae veniunt appellatione tali, secundum declarationem Ioan. papa. xxij. quae sit. vrbibus Caturci filij, & vniuersitatis fundatoris in sua extrauagante, execrabilis, scilicet de filiis regum & principum, qui multum ecclesie profunt, & professe possunt ad tuendum illius iura, & recuperandum a potentibus occupata vel aliter perperita, praesertim ubi possessiones habet ecclesia circa inimicos aut in medio peruersae nationis. Vbi opus est potentia, quae requirit vrgens ecclesiae necessitas, aut eius euidens vtilitas, ne opprimatur incursum malignorum. cap. principes seculi. & c. regu. officium. xxij. quae sit. v. facta c. officij. de elec. Pro quibus praesumendum est, quod bonum regni zelat, & domini regis: cum non sit verisimile, quaequam carnem suam odio habere, nec perditioni contra propriam domum consentire, & regem de cuius stirpe descendunt. ¶ pariter dicuntur personae benemeritae omnes de ordine clericali seruitio regis personae suae existentes & consiliarij, qui etiam sublimes personae dicuntur, & patres conscripti vocabantur, quorum nomina solita olim erant in diademate Imperatoris scribi, quorum dignitate sacra paterna tolluntur & extinguuntur. insti. qui. mod. ius pa. po. te. solui. §. filiusfamilias. quos decus lateris regis illustrat. l. j. C. de praepo. labaro. libro xij. Et nedum consiliarij ad latas regis personaliter inuoluntate, verum etiam ceteri consiliarij in suis Parliamentis, quae hodie in regno plura sunt, ut Parisiis, Tolosa, & Burdegala. & de aliis prout in imperio Romano olim fuerant, ut patet ex titu. de officio praefecti. praeto. Orientis, & Illyrici, & de officio praefecti praeto. Africae. Qui omnes vnum & idem corpus faciunt cum rege & imperatore, quorum auctoritas in tantum meruit augeri, ut appellari ab eis non possit. Quoniam credit princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicatos esse pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipse foret iudicaturus. dicit tex. in l. j. de offic. praefecti praeto. qui non abs re parentes principis appellantur. l. ex diui Pij. C. de loca. Et idè de quibuscunque aliis iustissimis officialibus principis in quacumque regni parte degentibus pro ipso reipublicae regni seruitibus. Quia dignum est, ut qui suis consiliis, suisque laboribus pro toto regno die noctuque laborant, etiam & multo magis extra regnum pro bono ipsius degentes, dignam habeant suae fortunae praerogatiua, dixit tex. in l. bene à Zenone. prope finem. C. de quadri. praeser. Praesertim illi, qui occultas detexerint conspirationes, & coniurationes contra principem, & reipublicam. Et fortius si eis obuiauerint, qui ut bonum publicum zelantes immensa sunt remuneratione digni, & in ecclesia sublimandi & decorandi. cano. si quis papa. §. si. lxxix. dist. iuncta l. quifquis. C. ad leg. Iulii. maiest. & bonus 98 tex. in Letiam conditionis implendae causa. ff. de man. vindi. ubi singulariter ad propositum concluditur,

quod idem esset sciendum ex aliis similibus meritis, quae existimare debetis, qui praemia illa iudicare habet si iusta fuerint, aut iniusta. Et sic iustitia causae, pro qua rex scribere habet, & eligentes deprecari, in eius arbitrio, & existimatione consistit, secundum Ludouicum. allega. confi. cccxxxvij. in fin. ¶ Et idem esset de doctoribus in aliqua vniuersitate approbata actu doctibus si excellentis scientiae, peritiae, eloquentiae, & experientiae fuerint. de quorum numero Papinianus fuit. l. cum acutissimi. C. de fideicō. Vbi vir acutissimi ingenij, & in c. sed quia stipulationes. insti. illo eo. titu. homo excelsum ingenij nuncupatur. Et Vlpianus in l. diuo Marco. C. de quaest. vir prudentissimus vocatur. & in l. scire oportet. §. aliud etiam. ff. de excusa. tuto. Cernidius, Scauola, Paulus, Vlpianus, 99 *καροπαισι*, id est, vertices legum appellabantur, & etiam parentes imperatorum & regum nominabantur, ut dicta lex diui Pij. C. locati. Quamobrem ¶ doctores, ut decet, qualificati, ab omnibus & quibuscumque iudicibus non fiatres, sed patres sunt nominandi & honorandi: poena contra facientibus indicta, nec immerito. Quia consiliarij principis nati existunt, quibus secreta consilia ipsius non vetantur. l. ij. & l. si. C. de offi. diuer. iudi. vnde possunt talis tanquam benemeriti a rege nominari per ecclesiam eligendi. Eo tenim quod doctores actu docent, praesumendum est eos esse doctos. Cum omne artificium per exercitium suscipiat incrementum. l. legatis seruis. §. ornatrici. ff. de lega. iij. maxime si viginti annis docuerint: ex quo foret eo ipso comites facti, & comitali dignitate decorati. l. j. C. de profes. qui in vrbe Constanti. docent. lib. xij. quia de illis non intelligitur qui praematurè doctorantur, & licentiam seu auctoritatem docendi usurpant: & interdum pecunia redemerunt. de quo vidistis in verbo, *duas habens filias*. Quos potius audire deceret, quam solum doctrinam ascendere: cum prius animas oporteat fieri eruditas, quam linguam loquatur. §. illud verò. in prooemio Digestorum. Et Apostolum doctorem gentium legimus ad pedes Gamalielis legem audiuisse. Etiam posset rex aliquos nominando optimos theologos, si ecclesia vacans de nouo foret ad fidem conuersa, ut precibus propriis: quo casu etiam praecipua iuris & canonum laxantur, iuxta not. in c. j. de elect. ubi ecclesiae seculares conferri possunt talibus regularibus propter bonum praedicationis: nec locum habebit capi. cum singula. de praeben. lib. vj. Nam tales sic docti sunt ad regimè nedum ecclesiarum, imò regnorum & reipublicae assumendi. §. si. in prooemio. Insti. Expedi enim, quod zelantes cum prudentia bonum regni & reipublicae ad dignitates altas & excelsas per regem nominentur. Exemplo eius quem Iustinianus promouit in l. in nomine domini. C. de offi. praefecti praeto. Africae. §. iubemus. ibi, vna cum tribuno suo homine prudente, & deuotionem seruante reipublicae nostrae, per omnia constituatis &c. Qui quidem zelus ad principem & reipublicam debet talis esse, qui non ex vno solo actu, sed pluribus ante gestis processerit per tex. ad hoc not. in l. si. C. de offi. magi. mili. ibi, tuamque magnitudinem (quae nobis ex ante gestis optime commendata est) idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus &c. facit optime tex. in prooemio. Insti. §. cumque. ibi, quorum omnium solertiam & legum scientiam & circa nostras iunctiones fidem. iam ex multis rerum argumentis accepimus &c. ¶ Nam haec nomina benemeritis, & regni zelator, sunt nomina verbalia, quae non verificantur per vnum actum, K iij nec

nec vno solo actu cantantur, secundum Panormi. in cap. j. vlt. colum. de iudi. Ideo si nominati per regem non essent modis predictis aut similibus qualificati, ætatis legitima, moribus graues, sufficienti literatura præditi, in sacris ordinibus constituti, & aliis idonei secundum canonicas functiones, nõ diceretur benemeriti, sed vilissimi omni honore indigni capi. vilissimus. j. q. j. vbi papa. Vilissimus (inquit) computandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. Et tali casu peccarent eligentes scienter illum, qui debita qualitatibus non esset: imò electio esset ipso iure nulla propter decretum irritans in concilio generali positum. c. sicut in construenda. 99 §. deinde eligant: de elec. Pariter & princeps talem non meritum scienter nominans, grauer peccaret, & teneretur de singulis malefactis per illum. Cùm sit in culpa mala electionis: quæ facit eum teneri de casu secuto. c. ij. de deposito. Facit ad casum nostrum tex. in l. ad similitudinem. C. de epis. & cle. & pro talibus eligentes obedire principi ilico non debent, nec tenentur, sed differre, & principem honestis demonstrationibus placare, & inducere in aliorum nominationem casu sibi debito, iuxta formam c. si quando. de rescrip. Imò electio in contrarium si idonei a principe habere non possent, de alio facta teneret, quæ tamen cassanda foret, si iustis regis precibus non obedissent, cui obedire debebant & tenebantur, vt s. dixi in principi. *Nec excusari possent eligentes dicendo, nõ habuisse aut habere notitiam personarum nominatarum per regem: quam notitiam iurare hodie tenentur secundum dicti decreti formam. sicut de iure ciuili præcipiebatur in Authent. de sancti. episc. colla. ix. sine quo iuramento electio velut peccata in forma esset nulla, vt ibi dicitur. Quia & cum iustitia causæ & benemeritorum ipsius nominati consistat in cognitione regis nominantis: vt dixi secundum Lud. in dicto consi. præsumendum est pro eo de veritate causæ & personarum nominatarum idoneitate, nisi certè contrarium euidenter vel aliis debite scirent. Considerato maxime, quod ipsi eligentes iuramentum præstant de credulitate duntaxat. iurando eum eligere quem credunt futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus utiliore. *Quæ quidem credulitas sufficienter & excusabiliter causat ex sola principis nominatione, per quam asserit personas per eum nominatas habere qualitates requisitas. Quia si dictum vnus legalis viri iusta præbeat causam credendi & excuset credentem, vt tenet gl. singular. super verbo, actiones, quam omnes sequuntur in l. Titio fundus. prope finem. ff. de cõdi. & demonstratio. Multo fortius dat causam iustam credendi eligentibus, vt etiã à peccato excusentur, dictum & nominatio seu testimonium regis de illo quem electores nunquam viderunt nec cognouerunt. De quo latissime per Fely. in cap. cum contingat. de rescrip. vbi octo ad propositum dedit conclusiones, ac per multas auctoritates hoc esse verum demonstrans. Ad quod solus tex. sufficeret in l. ij. C. de crimi. sacrile. vbi legislator, dubitare (inquit) de principali iudicio non oportet. Sacriligij enim instar est dubitare, an is dignus sit, quæ elegerit Imperator. hæc ibi. Nisi euidenter scriberet pro aliquo ribaldo notorie diffamato de aliquo crimine, aut inhonesta vita, vel literatura insufficienti. Quo casu non tenerentur eligentes principi pro indigno aut incapace scribenti obedire, etiam si ex certa scientia pro illo scriberet, maxime, quia in sui potestate non est indignum habitare, nec cum eo di-

spensare ad beneficia tenenda, vt supra dixi in principio. huius primi articuli. & plenè decidit Panor. & Fely. in c. si quando. de rescrip. & docto. in l. quidam consulebat. ff. de iudi. Vbi pro indigno non est parendum etiam papæ scribenti, ne honestas ecclesiæ decoloretur: quod tamen prima facie non est præsumendum principem facturum. Præterea sola fama publica dat iustam causam credendi, secundum Innocen. in dicto cap. de multa. Vbi nobilitas per solam famam probatur. Et notorie idoneus est recipiendus etiam sine examine, secundum Panormi. in capitulo. constitutis. de appel. Ideo sufficit idoneitatem & benemerita sciri oculo corporali per visum & experimentum, aut oculo mentali informato ex fama vel auditu. Nec deierassent & minus peccassent canonici, si Barto. Ioan. Andr. & Panor. vel alium famatum elegissent, tanquam sufficientes, quos nunquam præterquam ex auditu & libris viderant, nec cognouerant. Legimus (inquit Hieronymus in Epistola ad Paulinum) in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, novos adisse populos, maria transisse, vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent & c. Et Exod. xxxij. dicitur ad Moysen: Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Et de duplici oculo, scilicet mentis & corporis, habetis glo. in cap. quorundam. de electioni. libr. vj. [Coram quo princeps si in casu debito fuerit per eligentes contemptus, poterit vel eius procurator petere cassari electionem aliter factam. Et in hoc errant aliquando procuratores regij, qui ab electione facta vel fienda appellant ad curiam secularem, cui potestas confirmandi aut infirmandi non pertinet. Ideo per curiam parliamenti Tolosæ Anno isto domini M. cccc. xliij. in mense Iunij fuit quo ad episcopatum Appamiarum, & ecclesiæ Vautensis prouincie Tolosane annullata appellatio procuratoris regis & permissum Archiepiscopo seu eius vicario procedere in negotio confirmationis vel infirmationis dictarum electionum, coram quibus possent idem procurator regis dicere ius regium si ei videatur. Et idem fuerat anno præterito quo ad episcopatum Carcaffonensem pronuntiatum.] Ego credo Iacob. Butri. hominem fuisse meliorem totius Italie, quia hoc refert Bald. in l. quicumque. C. de episc. & cler. Vnde tales si bonum publicum sint zelotes, dicuntur & credendi sunt benemeriti, & sic a principibus nominandi ad dignitates vt videtis. facit bonus tex. in proœmio insti. in fi. Qui zelus ad bonum publicum tantus olim fuit, quod abiecta priuata utilitate publicam induebant. de quibus libro iij. titu. de paupertate sic dicit Valer. Animi virorum & faminarum vigeant in ciuitate, scilicet Romana eorumque bonis dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur. hæc scilicet animi & zeli bona imperia conciliabant, hæc iungebant affinitates, hæc in foro, hæc in curia, hæc intra priuatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim rem vnusquisque non suam augere properabat, pauperque in diuite, quam diues in paupere imperio versari malebat. Atque huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum quæ virtuti debentur emere pecunia licebat. Inopia quæ illustrium virorum publice succurrebatur: quia econuerso reipublicæ præpositi, sicut Paulus AEmilius esse debent, qui penates suos nullam stimas, quod ex illa. Perfaram regis victoria aliis pecuniam, ipse gloria occupasset, & plures alij Romani de publico ministerio nihil cuiquam præter laudem

dem bene administrati officij accedere debere iudicantes, eodem Valerio referente alleg. li. tit. de abstinent. & continen. ibi subiungens tales reipublicam gerentes, non quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferant æstimandi sunt. Heu me, vbi nunc Romani bonum reipublicæ zelotes: quibus cum & magni pretij & varij generis a legatis Pyrrhi Epirotarum regis, tam voros quam fecerunt apta vsui munera circa domos ferretur, & penè totum regiarum opum apparatus transfulissent, nulla cuiquam dono ianua patuit. Quasi dicat, quod soli benemeriti & taliter virtuosus debent gratias a principe nominari, & nõ preces eorum fauore, vel odio, aut pecunia, vel sola libidine effundi, prout sæpe fit in turbatione sanctæ electionis. Quæ omnia præmissa eorumque veritas veniunt in discussione coram confirmatore. c. si. de elec. libr. vj. *Quintò ultra præmissa requiritur, quod rex, aut princeps, nõ vnum solum, sed plures nominet eligendos ad ecclesiam vacantem benemeritos, & vt decet conditionatos: aliter & aliàs nõ esset preces iustæ nec benignæ, quia essent contra substantiam rei gerendæ, id est electionis celebrandæ: Nec cogi possunt eligentes vnam certam solum nominatam personam eligere, quia nõ esset eligendi libertas, & consequenter electio nulla, vt dicto capi. vbi maius periculum. §. ceterum. Cùm eligere proprie sit aliquem ex pluribus ad prælationem canonicè vocare. Nec essent canonici qui eligerent, sed ipse laicus princeps electionis notorie incapax, qui ad hoc etiam consuetudine capax fieri non possit. capi. cum terra. & cap. cum inter vniuersas. & cap. quod sicut de elec. Nec pariter fieri possit aut consuetudine induci, quod canonici aliter eligerent, quæ ex pluribus vnum: quia contra substantialia actus nihil operatur consuetudo, secundum gloss. quam omnes approbant & sequuntur in capi. ij. de consuetu. libro vj. Præterea hoc non esset per canonicos eligere, sed præsentatū per principem instituere in pontificali dignitate, quæ aliter dari non potest, nec prælatus in ea assumi, quàm per canonicam electionem confirmatione superioris & seruata forma dicti capituli. de elec. libr. vj. roboratam, approbatam, & confirmatam. Cùm aliter procedendo esset destruere ordinem ecclesiæ, & iura omnia loquentia de confirmatione, concilioque generali derogare: quod fieri non potest, propter decretum irritans in eo promulgatum. Vnde necesse est plures nominari per principem. Et bonum est, quod tres ad minus nominet eligendos, si plures nominare nolit. Ex quibus canonici vel conuentus vnum eligant, quod præderit reliquis duobus, quo ad augmentum honoris, argum. l. fin. ff. de alio scribendo. Cùm semel a principe digni reputati & nominati fuerint, vt ibi. Et princeps multis gratificabit, & vnico actu plures honorabit: quod modicum nõ existit, p. cõseruando reipublicæ amicos. Præterea illi in futuris dignitatibus erunt potiores, ac præferendi, vt dicta l. fin. Et quod plures nominentur a principe, requirit expressè text. dans regi Hispaniæ priuilegium nominandi in dicto can. cum longè. l. xij. distinct. ibi: quoscumque regalis potestas elegerit, loquens in plurali, ita quod illa pluralitas personarum per regem Hispaniæ nominandarum, intelligitur nõ distributiuè, sed collectiuè, prout requirit materia subiecta. facit glo. penul. in capi. fin. de consue. libro vj. Sic etiam requirit tex. in rege & principibus Franciæ & Delphinatus, etiam in plurali loquens, vt dicto §. item nec credit. ibi, pro personis benemeritis & c.

*Sextò & vltimò requiritur, quod rex non semper in qualibet vacatione talibus licet benignis & beneuolis vtatur precibus, sed aliquando, id est semel in vita sua, non in ecclesia vniuersali Gallicana solum, sed etiam in qualibet particulari ecclesia pontificali regni sui. Quibus post regis promotionem vacantibus, etiam si omnes viuente eo vacarent, ad quamlibet semel tantum precibus vti poterit, sup. q. prærogatiua gaudere. Quod satis videtur, cum dignitas talis monocula sit in qualibet ecclesia pontificali, quæ illa grauari non potest, nec princeps de monoculo beneficio providere, vt plenè Fely. in capitulo, in nostra. quarto corrolario. de rescriptis. & gloss. pragmaticæ super verbo: Turnū. in §. item placuit ipsi congregationi. titu. de collatio. Præterea Papa mandando quem in ecclesia recipi, semel ecclesiam in vita sua grauare potest, nisi hodie, vbi essent quinquaginta collationes. capitulo, mandatum. cum duobus sequentibus de rescriptis. Quia vltra vnam vicem non possit. Quæ intelligitur de prima vacatione: cum omnis actus affirmatiuus & permissiuus per aliquem explicandus, qualis hæc permissio dicitur, intelligitur de primo, & in primo extinguatur, argumento l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. secundum glo. quam ibi commendat Bartolus in l. hoc genus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. *Vt etiam à simili videmus de gratia alicui concessa ad vnum vel duo beneficia: quia intelligitur de vno aut duobus primò & immediatè vacantibus. capitulo. non potest. de præbend. & capitulo primo. & capitulo, ne captanda. de concessione præbendæ. libro sexto. Vnde cum talis permissio regi concessa extinguatur in prima vice, intelligitur non collectiuè vt in tota ecclesia Gallicana semel tantum precibus vti possit: sed intelligitur distributiuè, quod vt possit aliquando, id est semel in vita ad singula capitula ecclesiarum cathedralium aut superiorum. Et ad singulos conuentus & ecclesias, in quibus morte prælati viduata dicitur ecclesia. *Quia vbiunque dispositio refertur ad vniuersalem seu ad generalem vniuersitatem ex pluribus aliis generalibus consistentem, talis dispositio vbi materia subiecta non repugnat, sumi debet distributiuè quo ad singulares vniuersitates contentas sub vniuersali: & non collectiuè, secundum gloss. super verbo, Conuentum in ca. præsentum. in princ. de testib. libro sexto. in capitulo, si sententia. §. si vbi Archidiacono. Ioan. Andræ. & Dominicus: & in cap. Romana, §. in vniuersitatem. de senten. excommunic. libro sexto. & in capitulo primo. vbi Panor. de his quæ vi metusve causa fiunt. Alij intelligunt regem permissioe sua vt posse in qualibet ecclesia semper, scilicet vt in prima vacatione capitulum eligere teneatur nominatum per regem: deinde verò post duas sequentes vacationes quibus libera præcesserit electio, in tunc sequenti eodem modo eligere teneatur alterum de nominatis per regem: exemplo vniuersitatum & graduatorum in eisdem, quibus tertia pars beneficiorum vacantium debetur. Primum videlicet graduato & per vniuersitatem approbato, & post alias duas sequentes vacationes nominato per vniuersitatem, vt habet text. pragmaticæ in §. insuper. titu. de collatio. Aliàs sequeretur, si rex nisi semel in qualibet ecclesia nominare non possit, quod maioris prærogatiuæ essent vniuersitates, quàm regia maiestas: quæ vltra & super omnes præcellere debet, vt dicitur j. Petri ij. c. ibi, tanquam regi præcellenti. & c. solita.

de maio. & obed. Alij verò vt curiales & palatini fe-
re omnes intelligunt & asserunt, regem hac faculta-
te vti posse, quandocunque ei placuerit, etiam vltra
prædictas vacationes. Pro quibus prima facie vide-
tur facere tex. in dicto §. ad tollendum autem. ibi, cõ-
cilium generale à contrario sensu, prout eum supra
induxit: permittit simpliciter regi vti precibus pro
his, qui nominari non procurarunt nec eligi. Et sem-
per vti poterit permissione sua. quod nõ est verum,
nec hũc intellectum pateretur illud aduerbium, ali-
quando. quo vsa fuit ecclesia Gallicana pragmaticæ
111 contrahendo cum rege. ¶ Quæ pragmaticum con-
tractum tenetur rex obseruare, sicut & ipsa ecclesia.
Cum ex contractu obligetur. c. j. vbi Panor. de prob.
& doct. in l. digna vox. C. de legi. quia licet ei Deus
subiecit leges, nõ tamen cõtractus quibus ligatur,
sicut quilibet particularis priuatus, secundum Bald.
in l. ij. C. de serui. & aqua. & in cap. j. in prin. tit. de na-
tu. feud. Per quem solennem contractum videtur re-
cessisse ab ampliori facultate, si qua per concilium
vel aliàs ei competisset. Sicut ecclesia vniuersa iuri
semper liberè eligendi per concilium concessio renũ-
tiauit, nominationi aliquando per regem fiendæ se
supponendo, vt ecclesia Hispaniæ fecerat in d. c. cum
longè. Quæ quidem pacta nouissima sunt inuolabi-
liter seruanda. l. pacta nouissima. C. de pact. maximè
arresto parlamẽti cõfirmata per publicationẽ prag-
maticæ Parisiis factam in Parlamẽto, Anno domini
M. ccc. xxx. Ego autẽ semper intellexi omnia hæc cõ-
sistere arbitrio boni viri: videlicet vt rex suo vtatur
priuilegio ita curialiter, quod ecclesia nõ gimis gra-
uetur. Et hoc importat dictio illa, aliquando. Super
qua consultissimè dicit glof. non semper. Aliter non
exprimens vices seu vacationes, quibus rex sua vta-
tur permissione. ¶ Quapropter videtur arbitrio bo-
no relictum per textum in l. j. §. ait prætor. ff. de iure
delib. qui interdũ arbitrari possit semper regem fa-
cultate nominandi posse vti pro tuicione reipublicæ
& bono regni sui. Quod bonũ publicũ totius regni
plus attenditur, quã vnus grauamen ecclesiæ cõside-
retur. Cũ multò tolerabilius sit vnã vel plures eccle-
sias grauare, quã totum regnum periculo subiicere
in destructionem omnium ecclesiarũ regni & status
nobilitatis & laicorum vniuersalem. Quia quoties fa-
uor reipublicæ vicissim cõcurrit, magis publica præ-
fertur, vt ei altera postposita succurratur. l. j. vbi ple-
112 nõ not. ff. solu. mari. ¶ Ideo vbi ecclesia pontificalis
vacans in patria esset limitropha, id est in limitibus
regni sita, & alteri regno aut nationi finitima: certè
his nullus esse potest detentor, nisi quem princeps
deputauerit. Et cum ad causam ecclesiarum habeat
episcopi villas & multa temporalia, non possunt ibi
præfici sine consensu regis. quia hoc est priuilegiũ
corpore iuris clausum in l. ij. C. de fundis limitro. li-
bro xj. vbi dicit glo. non licere priuato custodiam ha-
bere limitum regni. Or priuilegium in corpore iu-
ris clausum censetur à quacunque dispositione, & à
decreto concilij generalis exceptum, secundum gl.
in verb. illic omni priuilegio. in Authen. qua in pro-
uincia. quam ibi ad hoc nota. Bart. & Bald. C. vbi de
crimine agi oportet. Et multò fortius cõsetur à prag-
matica & contractu ecclesiæ Gallicanæ exceptum,
vt rex non cogatur solum illa permissione vti ali-
quando, imò semper ea vti poterit hoc casu vtendo
priuilegio suo, cui magis fauendum est. Tum quia in
corpore iuris clausum, tum etiam ad maius pericu-
lum euitandum. Vnde si quis castra ibi, scilicet in

limitibus regni emerit, vel alio modo acquisierit,
nõ potest illa habere nec tenere, nisi princeps cõsen-
serit. l. quicunque. de fundis limitrophis. Ad eod quod
etiam proximior de genere venditoris non possit ex
cõsuetudine Franciæ aut præsentis ducatus Aquita-
niæ, rem talem veditam retrahere offerendo pretiũ
intra annũ & diem, nisi princeps terræ illius expres-
sè cõsentiret. Cum omnis retractus præsupponat ca-
pacitatem retrahentis. Et capax non est, nisi cui prin-
ceps cõcesserit vt ibi: imò se de facto ingerentes in-
currunt pœnam illius legis, scilicet pœnæ capitalis
cum bonorum publicatione. Et idem dicunt docto.
de beneficiis in limine regni sitis, vt tunc non pos-
sint sine beneplacito regis. Et idem puto seruadum,
vbi ecclesia pontificalis vacans, loca possideret mu-
nitissima & fortissima in partibus, præsertim vbi ti-
meretur guerra verisimiliter moueri. Quæ quidem
loca, si semel ab hostibus occupata forent, non pos-
sent per regem faciliter recuperari, saltem sine ma-
gna strage. Nam hic etiã casus cõsetur à regula com-
muni exceptus, per glof. j. quam omnes ita notant &
sequuntur in l. ij. in prin. ff. qui fati. cogan. Et in lo-
cis non limitrophis nec foribus. Idem seruandum
113 crederem, vbi rex propter bonũ pacis. [Certè mul-
ta exorbitantia à communi regula tolerantur pro-
pter bonum pacis, vt plenè dicitur super verbo, mor-
tuo itaque testatore. infra dum loquitur de testamen-
to Christi. Jp. ius ecclesiæ, vel regni preces scriberet
capitulo, benignas ac beneuolas, tempore guerræ in
regno vigentis, pro personis, quarum mediõ & ope-
ra pax publica in regno haberi possit. Quo casu pro-
pter bonum pacis inducendæ & habendæ præcepta
canonica plerumque relaxantur. c. vbi non est. de de-
sponsa. impub. facit can. dudum. §. aliquando. & can.
hoc quippe. ij. quæstio. vj. vbi plenius dicitur, quod
propter bonum pacis Episcoporum depositio & alio-
rum surrogatio etiam contra cõscientiam facta, fuit
per Papam & ecclesiam tolerata. Quo etiã casu pos-
set papa Ecclesiæ electiua inhibita electione prouid-
dere. Tali causa tanquam iusta in literis expressa, se-
cundum Ludo. consil. ccc. xxxij. incipientes: Quo ad
primum consultationis articulum, in fine. cum seq.
vbi singulariter loquitur. ¶ Quia videmus, quod
plus est pro bono pacis posse principem actiones &
ius alteri quæsitum tollere. l. Antiochenus. ff. de
priuileg. creditorum. secundum Baldum de pace cõ-
stitan. & est bona glo. pragmaticæ. super verbo. Hosti-
litas. tit. de paci. pos. cui addatis Bal. in l. vnica. §. j. in
ij. nota. C. de cadu. tollen. & Iason in l. ij. C. de in ius
vocand. Quia vt pax seruetur, moderamen iuris ha-
betur, secundum glo. in dicto cap. vbi non est. Vnde
si propter pacem habendam ius quæsitum tolli pos-
sit, facilius impediri potest ius quærendum: ideo ex ta-
li causa quoties erit vera, poterit rex nedum ali-
quando, imò sæpe casu occurrẽte vti precibus & pri-
uilegio suo. Imò quod fortius est, possit reuocari iam fa-
cta electio & alia fieri, secundum concilium genera-
le. in capita. licet dudum. verficulo, verumtamen tit.
de electio. facit capitu. quod sicut. §. j. in fine. de elec-
tione. vbi toleratur electio non vocatis absentibus
114 propter bonum pacis facta. ¶ Vltra autem casus mo-
dum, & formam prædictos non possunt reges nec
principes iustè de electionibus se intromittere, nec
eas impedire, & minus iam factas impugnare, nisi
in casu vno permisso de iure, vt si forte contingeret
electionem aliquam licet canonicam fieri, quæ in
perturbationem ecclesiæ aut patriæ, vel boni pu-
blici

blici vergere timeretur. Quia tunc coram confirma-
tore, confitto de veritate, vocata parte & audita, tali
electione reiecta ad capitulum vel conuentum ele-
ctio de alio fieda remitteretur per tex. hodie clarum
dicti cõcilij Basilien. tit. de elect. c. licet dudum. §. fi-
nal. vbi optima glof. iura communia hoc permitten-
tia allegans. Et fiet tunc electionis retractio ad re-
quæstam principis, qui electum habet suspectum de
productione ac reuelatione secretorum, vt ibi plenè
117 dicitur. [Principes aliter non posse impedire præ-
dictas electiones tanquam iure diuino, naturali at-
que humano fundatas. super omni cõsuluit iste do-
ctor sustinendo cõfirmationem factam de persona
dicti Antonij de Lusethgio in episcopatum Caturceñ.
per archiepiscopũ Bituricẽ. seu eius vicarios anno
domini M. ccc. xc. vigilia beati Ioannis Baptistæ.
contra quam multa scripti quidam Hispanus Gul-
lielmus de mote sarrato vocatus in fauorem fratris
Benedicti Ioannis ordinis sancti Antonij, ad requæ-
stã regis de dicto episcopatu prouisi apostolici. Cuius
occafione de hoc quædam fecit tractatum de hac
regis prærogatina in his dignitatibus & ecclesiis põ-
tifficalibus domino legato de Ambasia directum in-
cipiẽ. Legimus enim colendissime pater &c. Quem
diuisit in quinque partes, in quarum vltima tractat
de hac regis prærogatina, in multis discrepans ab his
quæ hic dicta & scripta fuerant. De quibus omnibus
decretum concilij Basilien. concernentibus titul. de
elect. habetur plenè in repetitione ca. j. de elect. quã
iste doctor tunc in vniuersitate Caturceñ. regens fecit
die xv. mensis Ianuarij & duabus sequen. anno
domini M. ccc. cxvij. Cuius materiam in decem re-
soluit conclusiones: de quibus sub eo respondit ge-
nerosus & magna profapia religiosus dominus Lu-
119 douicus de rupicolardo prior Siluigniaci & Mar-
cigniaci frater domini de Mortamar, quarum con-
clusionum tenor sequitur. *Electio ad eod sunt fauor-
abiles omni iure, quod nisi per eas non potest quis ha-
bere titulum in electiua dignitate.* Secunda conclu-
sio. *Pendente tempore ad eligendum de iure præfixo,
de dignitate electiua, nisi per capitulum nulla potest
fieri prouiso.* Tertia conclusio. *Sicut mulieri imita-
dari non potest maritus, ita nec pontificali ecclesia no-
lẽti præfici valet pralatus.* Quarta conclusio. *Quam-
uis electiua dignitates in curia resignentur, non in curia,
sed in partibus vacare censentur.* Quinta conclusio.
*Plus dico, quod si in curia renuntietur cum pensionis
retentione, sed solus papa eam constituat. capitulo per-
tinebit eligere.* Sexta conclusio. *Solis canonicis aut re-
ligiosis ecclesia cathedralis vel conuentualis, pertinet
electio episcopalis vel abbatis dignitatis.* Septima
conclusio. *Bene possunt capitulum & canonici cor-
sentire, quod papa possit de episcopatu pro hac vice prou-
uidere.* Octaua conclusio. *Ad eod commendario hodie ti-
tulus canonicus dicitur, quod commendatario deceden-
te dignitas in partibus vacare censetur.* Nona conclu-
sio. *Si dignitas electiua fuerit per deuolutionem effecta
semel collatiua, valebit prouiso in præiudicium inferio-
rum iure præuentionis per papam facta.* Decima con-
clusio. *Alias quã per electionem in ecclesia recepto, si
expellatur, competere non potest spoliatorum restitutio.* 121

nales.] ¶ Ex quibus resultat excellens prærogati-
ua, qua dominus noster rex Fraciæ habet in electio-
nibus ecclesiarum põtifficalium electiuarũ sui regni
& Delphinatus: de quibus iustè & sine scrupulo cõ-
fictiã potest modo & forma prædictis se intromit-
tere auctoritate cõcilij & de cõsensu totius ecclesiæ
Gallicanæ. Vnde mirum videri non potest (ad pro-
positũ reuertẽdo) si inter clericos bona temporalia
tenentes & possidentes aut petentes, possit etiam in
petitorio & de actionibus realibus & mixtis cogno-
scere ex cõsuetudine, & præsertim ex tam inueterata
118 toleratiã ecclesiæ, vt dixi. Sed in actionibus per-
sonalibus, quæ merè personales existunt, vt de illis
officiarij regis & dominorum temporalium contra
vel inter clericos cognoscere possint, nõ valeret cõ-
suetudo, nec iudici seculari dare possit iurisdic-
tionem. cap. clerici. & c. qualiter & quãdo. ibi, quod om-
nino fieri prohibemus. de iudi. & in cap. ij. de foro
compe. vbi iudex secularis cognoscere nõ potest cõ-
tra, vel inter clericos in actionibus merè personali-
bus, ciuilibus, & pecuniariis, etiam de consensu am-
borum litigantium. capit. si diligenti nisi voluntas
episcopi accedat cap. significasti. de foro cõpet. Imò
potest & debet episcopus clericis prohibere coram
secularibus litigare in actione personali, sicut pos-
sunt seculares officarij laicos in realibus & mixtis
prohibere, coram ecclesiasticis litigare. Imò etiam
in personalibus possunt laicos prohibere, cum eor-
um intersit ratiõne iurisdictionis & emolumento-
rum eiusdem, vt supra tetigi. secundum Ioan. Fab. in
l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. Et etiam pro-
hibere cõsueuerunt, ne episcopi cognoscant de qui-
buscunque realibus ad cognitionem laicorum per-
tinent. ¶ Cum cuique permittatur suam tueri iurisdic-
tionem etiam pœnali iudicio. l. j. ff. si quis ius di-
cen. non obtempe. vt not. plenè Panor. in c. super li-
teris. de rescript. Sed in actionibus personalibus in-
ter clericos non valeret prohibitio. cap. decernimus.
de iudi. quod intelligitur in pertinentibus ad forum
ecclesiasticum. videatis Bar. in l. j. §. & post operis. ff.
de noui ope. nuntia. Ad eod quod etiam in Fraciã, vbi
iudices regij plura cognoscunt de clericis, nõ cogun-
tur ipsi clerici litigare corã iudice seculari in actio-
ne personali, etiã pro iure cesso à laicis iurisdic-
tioni temporali subditis, posito quod facta celsio fuis-
set in casu de iure licito, secundum Specu. titu. de ces-
sio. act. §. j. ver. quartò præsumitur simulata & c. Pro
qua decisione etiam sola sufficeret ordinatio regia
Philippi Pulchri superius allegata & registrata:
120 ¶ vbi expressè clerici trahi prohibentur in foro re-
gio & seculari in actione merè personali, etiã si per
litteras regias aut ministrorum regis, ad hoc fuerint
obligati. Nihil enim potest consuetudo contra præ-
ceptum prohibitum dicti c. ij. de foro compe. vt not.
decidunt do. de Rota in supra dictis decisionibus an-
tiquis, hodie per ordinationem rubricatis, titu. de
consuetud. decisione ij. incip. vtrum valeat cõsuetu-
do Anglicana. quæ in decisionibus non rubricatis est
num. 840. quam videatis vilem ad multa propter
suas rationes & elegantes respõsiones ad. contraria.
121 ¶ Nec possit clericus se submittere iudici seculari,
nec rigoribus curiæ illius: & si se submitteret, non
valeret submitfio etiam de consensu sui episcopi fa-
cta, vt dicto ca. si diligenti. & c. significasti. Quibus
iuribus concordat dicta ordinatio regia, per quam
christianissimus Francorum rex, in his merè perso-
nalibus ecclesiã pertinaciter nolle turbare prætextu

cōsuetudinis catholice declarauit: imò hoc fieri ve-
tuit, nō obstante submissioe, quod Angli in eorum
terris nunquam audire voluerunt, eorum sequentes
consuetudinem quæ potius dicitur corruptela, vt pa-
122 ter in dicta decisione. Nam submissio nihil operatur
nisi clericus expressè sua bona obligasset. Quo
casu ratione hypothecæ immobilium bonorū trahi
posset coram iudice seculari in actione duntaxat hy-
pothecaria tendente ad fines, q̄ bona immobilia pro
debito clerici affecta creditori tradantur pro modo
123 cum de cōstamētis possidenda, donec ei fuerit
de debito satisfactum. Cui creditori erit multo
melius in pignore incumbere, quàm in personā age-
re. insti. quibus modis re contrahitur obl. §. fin. secū-
dum Ioā. Fab. in d. §. itē Seruiana. insti. de act. & ita
dicitur practicitur in isto regno. Non autem cogno-
scere posset iudex laicus, an clericus debeat ad fines
ipsum cōdemnandi & cogellendi ad soluendum:
q̄ hoc esset intrare & cognoscere de merè persona
si actione, quod fieri non potest etiam ex cōsuetudine,
vt in præfata decisione. Præsertim quia in dicto
cap. clericus expressè derogat cuicumque consuetu-
dini, quæ propter incapacitatem iudicis nihil operari
potest, vt ipse de merè personali cognoscere cōtra
clericum à laico cōuentum, & in iudicio tractū pos-
123 sit: nisi in causa recōuentionis: quia tūc directè &
principaliter non dicitur clericus trahi coram secu-
lari via actionis, sed in vim defensionis. & ita tenet
gl. in dicto cap. ij. de foro compet. Et licet super hoc
fuerint variè docto. opi. tam legistarum in l. cum Pa-
pinianus. & Authen. consequenter. C. de sentē. & in
dicto cap. ij. de quo potestis ad saturitatē videre Pa-
nor. in cap. at si clerici. §. j. de iudi. hūc passum alto di-
124 gito ingenioque suo more tractantem. Tamen in
præfati regno semper consuetū fuit cōtra clericos
etiā de actione merè personali cognoscere via recō-
uentionis: quoties laicos trahunt corā seculari agen-
do, coram quo ab eis reconueniuntur, & respondere
& defendere tenentur & coguntur: aliās in eorum
actione per eos intentata contra laicos audiētia de-
negaretur, secundum practitam l. sed & si per preto-
rē. §. ait pretor. vers. sed & si dū decreto. ff. ex quib.
caus. maior. in integ. restit. Et huius opi. fuerūt glof.
& maior ferè pars scribentium, quàm Ioan. Andr. di-
cit de antiqua consuetudine approbari & seruari: &
pariter Masuerus. titu. de remissio. circa princ. [Et
idem vbi clericus succederet laico iam coram seculari
iudice conueto, quia instantia tunc transit in cle-
ricum eius heredem secundum Imo. in l. si cum ho-
minem. ff. de fideiuss. Paul. in l. hæres absens. ff. de iudi.
& in l. si constante. §. fina. vbi hoc tenet etiam Lu-
do. ff. solu. matri. Nam alterius cōditio qui iudicium
inchoauerat, fieri non debet deterior ex persona he-
redis. l. ij. §. ex his. ff. de verbo. oblig. Præterea defun-
ctus iam ex quasi cōtractu in iudicio celebrato obli-
gatus erat. l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. Et ex cō-
tractu hæres semper tenetur. & vbi cōceptū fuit iudi-
cium, ibi finem accipere debet. l. vbi cōceptum. ff. de
iudi. & idem vbi clericus tanquàm tertius opponens
& possessor rei, de qua lata fuit sententia vult contra
sententiam iudicis secularis inter laicos latam se op-
ponere, & illius executionem impedire, secundum
Bald. in l. testamenta. C. eod. & in l. fina. C. de edicto
diui Adria. vbi dicit quod si clericus cōtra dicere ve-
lit laico petenti se mitti in possessionem hereditatis
per iudicem secularem, tenetur coram illo litigare:
subiungens ibi Bald. idem esse in clerico qui p̄gdoni
seu

successit laico in fraudem iurisdictionis, quia cogi
poterit per secularem iudicem restituere furtum. Et
ita tenet do. Aufferri. in dicta ij. regula. vj. x. & xij.
fallentis. Or non est dubium, vbi sunt diuersæ
opiniones auctoritate & rationibus suffultæ, quin
eo casu consuetudo eligere possit, prout consuetudo
regni huius iam inueterata fecit, sicut in actionibus
realibus & mixtis, vbi diuersæ fuerant olim senten-
tiæ ad iudicium seculare eas traxit, vt vidistis. Si-
militer cognoscit iudices seculares cōtra clericos
de causis garantæ in casu euictionis portandæ iuxta
l. v̄ditor. §. j. ff. de iudi. veluti si laicus qui domū eme-
rat à clerico, p̄ qua restat de euictione obligatus ad
iudicium seculare, pro illa domo tractus fuerit, & cle-
ricum euictionem portaturum, & pro eo defensurū
& causam defensionis in se susceptorum vocauerit:
certè clericus eo casu licet actio p̄sonalis existat, fo-
rum emptoris declinare, nō poterit, per text. in dicta
l. v̄ditor. [Vbi hoc tenet Bald. & in Authen. cle-
ricus. C. de epis. & cle. & in l. emptor. C. de euict. An-
gel. in l. non solum. §. quod vulgō. ff. de vsu. Pano.
in ca. quoniam frequenter. §. fin. vt lite nō contesta.
& in cap. si. de emptio. & vendi. Petr. de Anch. in ca.
ca. quæ sunt à iudice. quæstio. xvij. Ange. Arcti. in §.
actionum. insti. de actio. col. iij. Et sequitur do. Auf-
fferri. vbi supra v. fallentia.] Debet enim venditor
causam defendere in foro emptoris, nec potest ex
propria persona declinare forum: quia forum quod
est declinabile à defenso, declinari non potest à de-
fensore. l. j. C. vbi in rem acti. exerceri debeat. & di-
cta l. v̄ditor. Et ita eas locum habere in clerico euic-
tionario stantibus super hoc diuersis opinionibus,
consuetudo generalis interpretata est: quia ibi tunc
clericus coram iudice laico litigat nō pro se, sed tan-
quàm procurator & defensor laici emptoris, vt ibi di-
cit glo. Quia per eius comparationem emptor prin-
cipaliter super domo conuentus, nō est ad instantia
& iudicio relaxadus, posito quod euictionarius cau-
sam totaliter in se & supra se suscipere vellet, secun-
dum Bart. dicta l. j. C. vbi in rem actio exerce. debeat.
126 Et idem seruatur in regno isto, vbi ageretur de
cancellando instrumentum à notario publico recep-
tum, præsertim regio: de cuius viribus etiam si hy-
pothecam bonorum nō continet, nullus cognosce-
re potest, quàm officarius regius: eum ad illum per-
tinetat dissoluere cui auctoritate fuerat ligatus. Ideo
si creditor clericus coram senescallo aut alio iudice
regio adiornetur, instrumentum debiti portaturus,
ipsumque ad instantiā debitoris laici cællari visus-
rus, nō audiretur clericus exceptionē opponēs fori
declinatoriam: imò tenebitur ibi respondere, & in-
strumentum suum defendere, iuxta l. dissoluta. C. de
cōdi. ex lege. [Idem tenet dominus Aufferri. vbi s.
in xix. fallentia, motus: quia in huiusmodi instrumē-
tis apponitur vt plurimum hypotheca bonorū, nec-
nō obligatio ad rigores & compulsionem sigillorum
regiorum: ideo possunt ipsi iudices regi adiri super
inefficacia, aut dissolutione talium hypothecarum,
de quibus cognoscere possunt, vt supra dictū fuit, &
quorum interest ne fiant sub eorū rigoribus aliqua
extortiones. l. illicitas. ff. de offic. præsid. subiungens
fuisse in parlamento Parisi dictū Anno dōmini M.
ccclxxxvj. quod Gulielmus Quiepie clericus solu-
tus in curia parlamēti respōdet super fraude cuiusdā
cōtractus tam parti super illius annullatione, quàm
procuratori regio, qui etiā emēdam requirebat pro-
pter fraudem in dicto cōtractu commissam in literis
seu

seu instrumento contentam idem refert in tractatu
Arrestorum cap. l. j. Et hoc per meliorem rationem
quàm supradictam, quia licet quando de aliqua que-
stione principaliter cōtenditur inter clericum acto-
rem & reum laicum, actor sequi debeat forum. cap.
cum sit generale. de foro compet. & c. si clericus. eo-
tit. Cum illud sit generale inter omnes, cuiuscunque
fuerint conditionis. vt l. ij. C. de iurisdic. om. iud. Ta-
mē secus est, vbi quis vellet super aliqua exceptione
experiri & agere: quoniam tunc agitur coram iudi-
ce coram quo ageretur, si ipse reus traheretur & cō-
ueniretur: quia attendi debet causæ naturalis origo,
& non quod à casu accidentaliter contingit. Causa
enim naturalis vincit causam accidentalem. l. qui ha-
bent. ff. de tutelis. Ex quo videmus, quod licet vnus
ex fideiussoribus, vt in totum non conueniatur, sed
diuisio fiat inter eos, quia soluendo sunt, exceptio-
nem habeat. Insti. de fideiussoribus. §. si plures. Ta-
men si antè quàm per creditorem conueniatur, age-
re velit, vt se ab onere aliorum eximat, potest credi-
torem præuenire, & officium iudicis implorare, ad
fines illius diuisionis, vt pro reliquis partibus cre-
ditori silentium imponatur. l. si contendat. cum sua
glo. ff. de fideiussoribus. Or in casu nostro laicus de-
bitō clerico cum instrumento obligatus, timens for-
tè in dies per creditorem vexari, & sic petens instru-
mentum cancellari, nil aliud prætenedit quàm suas
proponere, quibus munitus est, exceptiones & de-
fensionē contra instrumētum, prout facere potest.
vt dicta l. dissoluta. & est bonus tex. in l. Aurelius.
§. centum. ff. de lib. lega. Certè clericum creditorem
super hoc trahere poterit, ad fines suas exceptiones
proponendi & probandi, ac instrumentum cancel-
lari petendi & faciendi, nec non silentium suo credi-
tori clerico perpetuò imponendi coram iudice lai-
co, coram quo clericus si ex instrumento egisset, aut
130 schedula debitorum laicum trahere necesse habebat
rei sequendo forum: & ita in casu nostro decidit Pa-
nor. in c. si quis contra clericum. in primo not. de fo-
127 ro compet. quod est notandum. Pariter trahi po-
test clericus in actione personali coram iudice secu-
lari, vbi tanquàm officarius secularis teneretur: vt
quia fortè depositum pecuniarum vel aliarum rerū
suscepit auctoritate iudicis secularis iuxta l. acce-
pta. C. de vsu. vbi deposita sunt in æde sacra. [Idem
tenet dictus do. Aufferri. vbi supra in xij. fallentia.
vbi etiam allegat Sali. in dicta l. & tenuit etiam in
sua additione super quæstionibus capellæ metropo-
litanæ Tolosæ quæstio. Quæ adduci possent in cle-
ricis sequestris qui quotidie per iudices seculares
dantur, vt per eos cogi possint rationem reddere, &
reliqua præfate. Et ita dietim seruatur. Quo ca-
su possunt cogi clerici & coguntur per secularem iu-
dicem ad depositum reddendum, secundum Bald. sin-
128 gulariter in dicta l. acceptam. Et idem seruatur in
hoc regno vbiunque clericus aut persona ecclesia-
stica officium tutelæ aut curæ, vel aliud quodcum-
que seculare gessissent: quia coguntur de administrati-
onis reddere rationem coram iudice seculari. Et ita di-
cit Masuerus seruari in curia parlamēti allegato ti-
tu. de iudi. & eorum iurisdictione. §. item si clericus
solutus. [Idem tenet dominus Aufferri. vbi supra
131 xxvij. fallentia, dicens etiam ad iudicem secularem
pertinere, quod det clericis tutorem, qui tamen po-
testatem non habebit in beneficiis & ecclesiasti-
cis negotiis. c. si annum. de iudic. lib. vj. vbi per om-
nes. Et possunt clerici esse tutores legitimi, sed non

testamentarij nec datiu, si hoc velint. cap. peruenit
iuncta glo. in verb. tutelæ. lxxxvj. distin. etiam in sa-
cris constituti, vt sequen. distin. c. in religiosum. imò
tenentur etiam religiosi esse tutores miserabilium
personarū. lxxxvij. distin. c. j. & c. episcopus. & ple-
nè Bal. in l. generaliter hūc allegata.] Et credo, quod
ratio est, quia cum testamenta in sinuari non possint
nec exequi, nisi per secularem iudicem. vt l. consulta
dualia. C. eo. & l. repetita. C. de epi. & cle. sic & tute-
læ & curæ pupillorū & adultorum laicorum eis de-
cernantur auctoritate iudicis secularis, poterunt co-
ram ipso trahi tanquàm eius officarij, à quo officio
poterant se excusare, si voluissent. l. generaliter cum
Authen. ibi posita. C. de epis. & cler. quod si non fe-
cerint, est eis imputandum, qui in culpa sunt immit-
129 tentes & ingorètes se reis eis nō pertinenti. Et idē
seruatur in præfati regno in donationibus, quæ in-
sinuari non possunt, sicut nec testamenta, nisi coram
iudice laico: ita q̄ si testamentum aut donatio facta
esset corā episcopo, nihilominus esset insinuanda vel
insinuandū corā iudice laico ad hoc deputato, cum
episcopus nō sit index insinuationū, secundum Bal.
in dicta l. repetita. quod dicit menti tenendum: nec
prorogari posset in episcopum iurisdictione insinuan-
di, vt ibi per eum, qui etiam ponit & tenet post Gul.
de Cug. omnes prædictos casus in Auth. clericus. C.
de epis. & cler. reprobatis exemplis glo. ibi, tanquàm
130 literæ nō conuenientibus. [Idem tenet dictus do-
minus Aufferri. vbi supra lxxxix. & xj. fallētis plu-
ra ibi alleg. & inter cætera Iaco. Buttig. Bart. Bal. Sa-
li. & Ioan. Fab. in l. testamenta. C. eo. & in d. l. consul-
ta dualia. & Pet. de Anch. in cap. ca. quæ sunt à iudi-
ce. de reg. iur. lib. vj. Et idem, si pater vellet emācipa-
re filium clericum secundum Petr. de Anch. in dicto
c. ca. quæ sunt. & præfatum dominum. vij. fallentia.]
Præterea si clericus fuerit in mera & simplici
actione personali cōdemnatus per suū episcopum,
vt fieri debet, qui suam sententiam exequi vellet per
captionem bonorum temporalium regi subditorū
vt quia fortè clericus censuras non timet ecclesiasti-
cas, & est abundans in bonis temporalibus: certè nō
posset episcopus sententiam exequi in bonis imò tūc
neceffe foret eam exequi per iudicem ordinarium
temporalem loci, vbi sunt bona sita, sicut à simili di-
cit Io. And. in addi. Specu. titu. de executio. sentētiz.
§. ij. vers. sed pone. de sententia lata per doctore cō-
tra scholarē iuxta tex. in §. illud verò. in fi. in proce-
mio Digestorum. & in Auth. habita. C. ne filius pro-
patre. quæ per iudicem ordinarium secularem loci
est exequenda. Idem tenent glo. & Ioan. Fab. in l. epi-
131 scopale. C. de episcopali audiē. Et episcopi enī olim
territorium non habebant extra suas ecclesias & illa-
rum septa, secundum Cy. & Bal. ibi, ideo in bonis tem-
poralibus sententias suas exequi non possunt, vt ibi.
& dicit Inno. in cap. significasti. de offic. deleg. per ibi.
132 lum tex. secundum vnum intellectum. Nec de bo-
nis clericorum temporalibus facere possunt inuen-
taria, cum dominis temporalibus subiciantur: in qui-
bus episcopi nihil possunt, secundum d. Bernardum
Laureti. nunc in parlamento Tolosæ regio præsi-
dentem, in suo tractatu de casibus, in quibus iudex
secularis pōt in clericos manus imponere. [Quin-
imo cum sint in confectioe inuentarij omnes quo-
rum interest vocandi, vt creditores & legatarij. l. fin.
C. de iure delib. si clerici sint creditores laici defun-
cti aut legatarij, tenebuntur coram seculari iudice cō-
parere. Per quem si non compareant, poterit proce-
di in

di in eorum cōtumacia, secundum Bal. in dicta l. testamēta. Et idem in inuentarij cōfectione: ad quam tenentur tutores & curatores. l. fin. C. arbi. tut. Et idē in quocunque alio actu, in quo vocandi sunt coram iudice seculari omnes quorum interest secundum do. Aufferi. vbi supra in xij. fallentia. Subiungens, quōd etiam episcopus executor testatoris conficere tenetur inuētiarium coram iudice laico secundum Ange. in l. j. §. hęc stipulatio. ff. si cui plusquam per legem Falc. attamen idem Aufferi. in suo tractatu arrestorum. c. xcvij. refert archiepiscopum Bituricē. fuisse in curia parlamenti receptum contra duce[m] Bituri. ad proponendum possessionem de conficiendis inuentariis bonorum mobilium clericorum suę diocesis in iurisdictione temporalis dicti ducis defunctorum. Quod vidi seruari & seruatur Tolosę, vbi archiepiscopo aut eius officiali extra septa sua nō permittitur etiam clericos capere pro delicto. Quinimo fuit aliās arresto parlamēti Parisiis dictum cōtra episcopū Suesionensem & eius officialem: quōd recipiendus nō erat ad probandum se esse in possessione capiendi clericos nō coniugatos, & cōiugatos in habitu & tonsura incedentes, & quōd à cetero nō proponeretur, q̄ officiarij regij capere non possent clericos, nisi in flagranti delicto repertos. Quia imō possunt sine metu censure ad fines remittēdi episcopo, quādo requirentur. Et sic episcopi eos capere nō possunt, nec aliquā iurisdictionem criminalem aut ciuilem exercere. [De quo per dominum Aufferi. in suo tractatu arrestorum. cap. xxvj. xxxvij. & 133 xxvij.] Sed t̄ necesse habet episcopus extra septa sua existens aliquam intrare ecclesiam, si actus iudiciales exercere velit, vel iudices regios requirere, q̄ clericos capiant & sibi remittāt, aut eis territorium ad hoc faciendum concedant: quia sicut olim territorium non habent episcopi in præsenti regno: imō semper rex & eius officiarij retinuerūt manus iniectionem in clericos, vt olim habebant secundū Bald. per illum text. in dicta l. si quis curialis. C. de episc. o. & cler. Facit quod decidit Bart. in j. q̄. in repeti. l. iij. C. de pignoribus. versu. quāro quid in rebus ecclesiar. t̄ Plus seruatur in curia parlamēti, quōd si clericus quamuis episcopus, fuerit per schedulam suam manu propria scriptam vel signatam, aut sui prædecessoris obligatus actione personali, puta ex mutuo, aut contractu alio: pro quo aueranda seu confitenda vel denegāda fuerit adiornatus, tenebitur super hoc respondere, eamque auerare vel negare. Nec poterit aliquam exceptionem fori declinatoriam opponere, & ita quotidie practicitur, & ita etiā seruari vbi que dicit Mansuerus allegatio titulo de iudicibus. §. Item sciēdum est quōd clericus solutus. [Idem refert dominus Aufferi. vbi supra xvij. fallentia: & in addi. capellę in dicta q. & in suo tractatu arrestorū. c. ccy. refert ita fuisse arresto parlamenti Tolosę ordinatum cōtra dominum Philippū de Lewis archiepiscopum Auxitanum; anno domini M. ccccxlviij. die xvij. Augusti.] Et idem sentit in titu. de remissio. §. item cum agitur. vbi ponēdo casus in quib⁹ de consuetudine conuentus non remittitur suo iudici, inter alios ponit istum. Quam billetam si cognouerit, deponere tenebitur summā in eadem contentam vel manum regiam de bonis expletabilibus garnire & sayfire. Quo facto, & manu regia remanente sayfita, si forū declinet, suo remittetur iudici cognituro de actione personali: alioquin termino elapso ad solūdum constringetur per captionē suę tempo-

talitatis, super quo cogitabit, quia semper durum mihi fuit. Et videretur esse contra ordinationē regis Philippi superius allegatā. [Quod durum etiam fuit & do. Aufferi. vbi supra xvij. fallentia. sed non dubitat, quin papa possit cōcedere alicui principi cognitionē & punitionē criminū per clericos cōmissorū vel cōmittendorum, vt tenet in prima regula & prima fallentia: quia licet priuilegiū fori clericis cōpetens sit de iure diuino quo ad totū, nō tamē quo ad tantum, seu quo ad partē aliquam clerici, vt ibi plenē declarat. quia ius diuinum licet nō possit in totū per principem tolli, tamen potest distingui & restringi secundū Inno. & omnes in c. quę in ecclesiarij. de cōstiti. ad nostram materiam principalem facit tex. in §. verum. xxxij. dist. & in c. Mennam. ij. q. v. & c. illud. x. q̄. iij. [Posset tamen papa iudici laico, imō alicui priuato laico ex certa scientia causam clericis personalem vel aliās spirituales licet criminalem cōmittere, secundum glo. & doct. in c. decernimus. de iudi. & de licētia ecclesię posset cōtra clericos iudex laicus impunē procedere, vt dicit glo. in c. tua. leg. j. de decimis. Et inde est q̄ rex & principes ac eorū officiarij cogūt omnes quāuis clericos ad obseruationē decretorū & pragmatice sanctionis huius regni: cū autoritatē hoc faciendi habeant à concilio generali B. v. s. l. i. [De quo plenius infra super verbo, *si absq. liberis moreretur*. ij. in materia substitut. fideic. declarādo regulam, Quę honore onerare possum, in vltima fallētia. Et per do. Aufferi. vbi. §. xxxj. fallentia. vnde curia parlamēti cogit episcopos, archiepiscopos, & ceteros ad cōfirmandum aut infirmandum electiones. Et cancellaria regia cōcedit ad hoc literas, quas dirigit aliis iudicibus inferioribus: & cogūtur episcopi si sint suspecti, vices suas committere alteri: à quo si appelletur, iterum cogit aliū delegare ad cognoscēdum de appellatione. Quod an fieri possit, dicitur plenē in materia dictę substitutionis expediēdo dictam regulam, Quę honore onerare possum. Imō posset papa & fortius tota ecclesia cōgregata ex causa clerum totius vniuersitatis aut terrę subiuere principi seculari aut iudici laico, secundum Zabarel. in repetitione c. perpēdimus. vij. col. versu. Oppono ad eādem lecturā fortissimē & c. de senten. excom. quę sequitur Fely. in ca. ij. col. j. & c. si. in fide maior. & obediens. Non tamen posset clerum vniuersalis ecclesię principibus secularibus quo ad forum in omnibus subiuere: quia priuilegiū fori in talibus clero vniuersali cōpetens est de iure diuino, vt ibi per eum. & Ludo. singulari. ccccxvj. incipien. Sed an potest papa facere legē. t̄ Præterea hoc faciendo alteraret seu decoloraret & mutaret statū vniuersalem ecclesię, quod ei nō permittitur, etiam cum concilio cardinalium. Idem tenet Panormit. in cap. proposuit. iij. col. de concef. præbend. Sicut videmus, quōd aliquos à solutione decimarū eximit laicos. Sed omnes eximere non posset, cum decima sit de iure diuino. secundum glo. in cap. à nobis. de decimis. Vltius t̄ cognoscit rex Francię & curia sua, imō cogit clericos, & quoscūque prælatos ad suarū ecclesiarum reparationem. [Quę coactio de reparando ecclesiis fieri debet per commissarios regios sola expensa sine alio salario contentos; vt habetur infra super verbo, *si absq. liberis moreretur*. ij. in materia fideicommissaria substitutionis tractando illam regulam: Quę honore onerare possum, in iij. fallentia.] Quod habuit à Ioāde rege Israël, qui hoc fecit. iij. Regum xij. de quo ibi dicitur, quōd fecit rectum coram

coram domino. Pariter à Iosia rege, qui similiter fecit eodem lib. xxij. cap. de quo ibi dicitur, quōd fecit quod placitum erat coram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui non declinans ad dextram siue ad sinistram. Etiam hoc habuit Christianissimus rex à summa veteris iuris non correcti prudentia. l. si in aliquam. §. ædes sacras. ff. de officio proconsul. facit l. hæreditas. in fi. ff. de petit. hæred. & xvj. quæst. vij. can. filiis vel nepotibus. [De quo laicus dicitur, vbi supra in dicta vltima fallentia. & q̄ rex & eius curia cognoscere potest circa diuinum seruitium cōtra clericos & prælatos: & de perpetuis vicariis ecclesiarum parochialium, augenda portione, ac de pensionibus sine iusta causa impositis super beneficiis, vt tollantur, & tenet dominus Aufferi. vbi supra in xxj. fallentia.] Vnde restat, quōd in actione personali principaliter intentata clericus respondere nō tenetur coram iudice seculari, imō nullum esset iudicium, quacunque non obstante cōsuetudine, nisi prout supra. t̄ Sed in actione reali tenetur coram ipso respondere, & prohiberi possunt coram ecclesiastico litigare: & hoc tā de iure quā ex generali huius regni consuetudine, viso maxime quōd Aurelium pro nobis habemus Augustinum in dicto cap. quo iure. vij. dist. in. & Innoc. in dicto ca. si quę causę. §. his ita. xj. quæstio. j. & Alexand. in dicto cap. causam quę. & alios quos in princip. huius quæstionis vidistis allegatos: qui omnes fuerunt viri doctissimi & sancti vita & moribus approbatissimi. Pro quibus facit text. in can. cum deuotissimā. & cap. si seculi leges. in fine. ibi. & vestra regia dignitate. xij. quæstio. ij. vbi loquitur de regina Frācię, quę cognouit de possessionibus pertinentibus ecclesię. Facit etiam, quia videmus clericos ex feudorum cōsuetudine domino temporaliter esse subditos, vt in iij. decisione videbitis. Si hoc potuit consuetudo in feudis, similiter hoc potuit in ceteris rebus temporalibus. Etiam in hoc optimē facit quod dicit Baldus in l. iubemus nullam. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi sentit statutū ratione rei facere posse clericos & ecclesiam de foro seculari. Ergo à fortiori saltem à simili hoc in Francia facere potuit consuetudo generalis: & ita seruatur secundum Mansuerum in dicto §. item sciēdum est. titu. de iudi. & §. item si presbyter. titulo de remissio. [Vt clariū habetur infra, iij. decisione per rationes Panorm. in cap. ceterum. in vltimo not. de iudic. quā pro hac decisione multum faciunt.] Et sicut in actione ciuili & pecuniaria merē personali non potest contra clericos secularis iudex procedere, vbi descenderet ex contractu vel quasi, sic cognoscere nō potest, nec se intromitt. re, si actio personalis ex delicto descēdat vel quasi: quia personalis est, & in plus quā si ex contractu esset. institutio. de actio. §. omnium autem actionum. vbi glo. & Angel. Attamen t̄ in præsenti regno iudices in tribus casibus cōtra clericos procedunt, & de eorum excessibus cognoscunt, ac etiam corrigunt & puniunt. Primō t̄ vbi crimen à clerico commissum qualitatem haberet attētati in odium litis pendentię ciuilit̄ coram iudice seculari, vbi cognitio causę ciuilis ei pertinet: sicut in possessoris & actionibus realibus, & mixtis, aut personalibus in supradictis casibus. Et idem si clericus aliquid attentaret pendente quæstione, an causa esset per iudicem secularē retinenda, vel ecclesię remittenda. Quia licet postea causa remittatur iudici ecclesiastico, tāquam de foro ecclesię existens, tamen attentatum penden-

te illa declinatoria semper venit reparandum. Ideo iuridicē ordinauit Carolus septimus Frācorum rex ordinatione sub titu. *des appell. article xj. incip.* Item voulos & c. quōd etiam si appellatio nō sit recipiēda, nec retinenda in curia parlamenti, tamen attentatum antequam causa retineatur vel remittatur iudici à quo venit per curiam reparandum, etiam si postea pronuntietur appellatē nō fore recipiendum. Et eodem modo posset iudex secularis cognoscere vbi crimen aliās incideret in lite ciuili, quia de his iudici etiam seculari pertinet cognoscere, coram quo principalis causa tractatur. l. quoties. C. de iudi. vbi Bar. & in l. omni in nouatione. C. de sacrosan. eccle. Et attēta reparare & punire iudici p̄tinet causę principalis soli, vt plenē habetur in capit. non solum de appella. lib. vj. & in l. appellatione. C. illo eod. titu. & patet supra vt lite pendente nihil innou. per totum. Et nulli alteri quā eadem iudici pertinet talia reparare attentata. [Et idem si clericus sententiam iudicis secularis turbaret. & impediret iurisdictionem. cap. j. de offi. delega. & l. vnica. ff. si quis ius dicenti nō obtempera. Quia videmus à simili, quōd metropolitanus, qui nullam habet cognitionem in subditos suffraganorum suorum: tamen potest eos punire, si suam impediāt iurisdictionem. cap. Romana. de pœnis libro sexto. & quilibet iudex aliās incompetens de nō sibi subditis capere potest vltionem, vt dicto capitulo primo, & idem si clericus vellet iurisdictionem secularē vsurpare & cognoscere de causis ad eam pertinentibus, de quibus sunt in possessione, per cap. ex parte. de verborum significatione. & cap. dilectus. de pœnis. & cap. dilectio. de sententia excommunicationis. libro vj.] Ex quo videmus per stylum curię Francię, quōd curia parlamenti volens aliquando ex causa reparationem attentatorum fieri per alium, conuertit illa attentata in excessus, & causam illorum remittit senescallo vel alteri iudici regio, in cuius territorio fuerunt commissa. Et interdum ex causa illorum materiam committit alteri, quam suo ordinario. quo ad hoc ipsum committendo, quia in propria qualitate attentatorum remittere causam vel alteri committere non consuevit. Sed ipsamet curia procedit & reparat. Pariter si contra clericos coram iudice seculari in testes productos dentur obiectus de crimine, potest de illo iudex cognoscere: & si probetur, clericos à testimonio repellere. Sed non pœna criminis punire, ad quam actum non fuit, capitulo primo. de except. & l. Lucius. secundum vnum intellectum. ff. de his qui not. infra. t̄ Similiter eos punire poterit, si coram eo falsum deposuerint, vel aliās eius maiestatem vel aures offenderint. l. nullum. C. de testi. sequēdo illius literę corticem. & l. si quis fortē. §. si quos. vbi Bartol. ff. de pœnis. & l. ij. vbi Baldus. C. de sportulis. Et ita seruatur in præsenti regno, quicquid in contrarium voluerit Panormitanus in cap. verum. de foro competente. & in capitulo primo. vbi bona & plena additio de maledi. & in capitulo primo. dilectus. de pœnis. vbi deciderat dictam l. nullum. non habere locum in clericis coram iudice seculari delinquentibus, vt ibi puniri possint. Sed responderent officiarij regij, illud verum esse, scilicet clericos ab eis non esse tunc puniēdos pœna corporali, cū sit indefinitē scriptū: Noli t̄gere Christos meos. Sed pœna bursali & pecuniaria puniri possunt. Et ita seruatur. [Idem dicit seruari in hoc regno dominus Aufferi. in regulę primę secunda fallentia allegans Federicum de Senis

Senis sic consuluiffe consi. lxxxvij. incipiente, Factū quod proponitur. vbi dicit, quod licet clericus non possit corā iudice seculari de crimine excusari principaliter, nec conuicti incidenter, tamen potest clericum secularis iudex coram eo calumniosè accusantem, vel falsa aut varia deponētem, ex officio extraordinariè punire in bonis, vel eius fidei iussores quos dedit constringere. l. iij. C. qui accusare non possunt & eodem modo potest clericum definentem punire in expensis, vt sentit glo. v. quæstio. vj. cano. presbytero. vbi Archidiacono. referuata in omnibus episcopo pœna corporali, si esset imponenda: & idem tenet Petrus de Ancha. in cap. ea quæ fiunt. de regul. iuris. libro sexto. in xxij. quæstio. dicens opinionem Federici fundatam in æqua consideratione. Et idem videtur de aduocato procuratore, vel notario clericis corā iudice seculari delinquentibus per l. athletas. ff. de his qui notan. infamia. & idem in clerico vtente falso instrumento coram iudice laico. super quo
143 refer. plura vidisse arrepta.] Secundo * cognoscit rex & eius officarij de omni crimine priuilegiato, vt sunt crimen læsæ maiestatis, falsæ monetæ, infractio saluæguardiæ regiæ, vel a securamenti brisati. Et procedere cōsuevit etiam contra clericos de præmissis vel aliquo præmissorum inculpato vel si manum regiam apposita violauerint: & de quibusdam aliis quæ priuilegiata dicuntur, quorum aliqua recitat magister Gulielmus de Brochi. in stylo parlamenti per eum descripto. in titu. quorum cognitio pertinet ad regem. & titulo sequenti, de personis ecclesiasticis. & Masuerus allegato titulo de iudi. §. item sciendum est, quod clericus. & titulo de iniuriis. §. j. in fin. titu. de remissio. §. item in saluæguardia. & §. item causa iniuriarum: & Guido papæ quæstio. 144 lxxxvij. Inter * quæ crimina est portus armorum, de quo rex cognoscit & curia sua, etiam contra clericos: quos si culpabiles reperiantur, punit. Et contra quoscunque laicos procedit: nec permittit Barones cognoscere qualecūque imperium habeant. Idem dicit dictus dominus Aufferri. in primæ regulæ xij. fallentia: quod clericus de huiusmodi delicto possunt per iudicem secularem ciuilliter puniri. pro quo videtur textus secundum Ioannem Fab. in l. ad dictos. iuncta glo. ibi super verbo, vindicetur. C. de episc. audien. De quo dicit regem & eius officarios esse in præsentem regno in possessione à tempore cuius initij non existit memoria, fama priuilegij cōcurrente, ita quod iste dicitur vnus de casibus priuilegiatis, & qd in senescallia Tolosana clerici officarios regios arcetes, eos à portu armorum pro iniuria coram iudicibus ecclesiasticis vexabant, prouidit super hoc Carolus sextus Francorum rex, Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo tertio. & dicto senescallo præcepit, quod per captionem literarum & portitorum, ac temporalitatis taliū ecclesiasticorum clericos arceret à talibus vexationibus: cōsque de portu armorum puniret &c. Quam ordinationem idē dominus Aufferri. posuit in titulo de accusationibus. cap. pro parte.] Quod * est verum, si in forma belli arma moueantur: vt si vna villa insurgeret cōtra aliam, aut vnus dominus contra alium, vt sæpe fit in Vasconia & Bearnio: vel si in aliqua ciuitate fieret seditio cum armis. Quibus casibus solus rex & officarij sui de hoc cognoscunt, per textum iuncta rubrica. C. vt armorum vsus infcio principe sit interdictus. libro vndecimo. Si autem fieret infultus armatus de priuato ad priuatum, vel fieret ho-

micidium, latrocinium, vel raptus, quæ raro sine armis perpetrantur: quia illud esset tunc crimen commune, de illo cognoscere posset quilibet dominus merum imperium habens in loco. Et ita dicit seruari Masuerus allegato titulo de remissio. §. item si aliquis. Aliter & aliàs facilliter per officarios regios iurisdicctio baronū vsurparetur, ita quod vix de aliquo crimine cognosceret, & eorum merum imperium esset eis sine fructu. quod minimè permittunt, imò vetant regiæ ordinationes. de quo per Guido. papæ, quæstio. cccxxxvij. in fine. vbi allegat Petr. Iaco. in titulo de successio. regni Franciæ. §. finali, in fine. vnde hoc casu non possent officarij regij baronibus inhibere de hoc vltimo portu armorū cognoscere, quasi ad eos solos pertineat: licet in cōtrarium multoties abutantur alienum imperium vsurpantes, & occasione sumentes à textu styli parlamenti superi allegato, vbi sic dicitur in principio: Portationis armorum contra quemcunque iustitiam cognicio pertinet ad regem, licet dominus cui talis subest, omnimodam habeat iurisdicctionem in terra sua &c. Certè videre & considerare debent integrum capitulū per l. in ciuile. ff. de legibus. quia stylus postea se restringit, vbi arma delata fuerunt publicè, & cum multitudine, vel itineribus publicis. & sic in bellica forma. Quo casu cognoscunt regij nedum de portu armorum, sed etiam de quocunque alio delicto tūc & exinde secuto. Cuius delicti portus armorum in causa fuit, ita quod portus armorum fuit principalis excessus. Et propter resistentiam plura fortè secuta fuerunt homicidia. [Et ita refert dictus dominus Aufferri. vbi supra caueri in concordatis officiariorum curiarū spiritualis & regiæ Tolosæ: inter quos fuit inter alia cōclusum, quod gentes regiæ compositiones nō recipere à clericis, nisi in casibus à iure permissis, vel ex generali consuetudine regni: vt portationis armorum per modum turbæ in numero decem. Hæc ille. Et concordatum illud cepit fundamentum à stylo tam diu obseruato & etiam à iure cōmuni, in titulo supra allegato, Vt armorum vsus infcio principe sit interdictus, libro vndecimo.] Vbi * autem quis portaret arma non publicè, nec adunata multitudine, tunc quilibet dominus de delicto communi cognoscere potest. Sed replicant iustitiarj regis dicentes, quod soli regi pertineret prohibere & permittere arma portare: ex quo rex prohibuit, ipse solus offenditur: & sic ei soli cognitio & punitio pertinet & quorumcunque delictorum cum armis commissorum. Respondetur, quod non est bona consequētia: quia sequeretur quod cum per ordinationes & publicas proclamationes omnia delicta sint prohibita, solus rex de omnibus cognosceret: quod iustum non esset in præiudicium baronum suorum. Præterea satis respondet stylus vbi supra: quia verum est quod portus armorum est crimē priuilegiatum: & vbi non ageretur de alio communi crimine, quàm de portu armorum, soli regi cognitio pertineret. Sed vbi adiunctum habet crimen commune, puta homicidium, vel raptum, aut latrocinium, priuata factioe & occulta commissum, maximè vbi est separabile à portu armorum: officarij regij cognoscant de portu armorum priuilegiato, & dominus habens iustitiam in loco cognoscet de communi delicto, homicidio, raptu, aut latrocinio, vel alio simili. Et ita iudicatū fuisse refert, cum dominus de Pugione in terra comitis Ronciati cum armis incendia apposuisset. Et rex tam armorum,

rum, quàm incendiorum cognitionem præterderet. Attamē arresto fuit decisum, quod solus rex in portatione armorum fuerat offensus, & illius cognitio ad ipsum pertineret: aliorum verò ad comitem, cum essent diuersa delicta, vt latius videbitis. Et eo modo honor cuique debitus fuit seruatus. Omnem honorem. C. quando prouocare non est necesse. & capitulo. vt debitus. de appellatio. aliter & aliàs ordo iuris confunditur, vbi vnicuique sua iurisdicctio non seruetur. * Etiam capiunt regij indifferenter cognitionem de publicis itineribus, præterdentes nulli alteri pertinere de his cognoscere: & verum dicunt, vbi esset quæstio de itineribus limites regni aut priuilegiarum vel baroniarum & castellaniarum regi immediatè subditarum facientibus: sed vbi de reparatione priuata ageretur, limites imperij non concernēte, quilibet in suo territorio cognoscere potest. [Vide de hoc ordinationem regiam relata per dominum Aufferri. incipiente, hoc edicto in perpetuū valituro sub titu. de officio balliuorum.] De quo stat ordinatio regia Philippi Valesiani huius nominis sexti: & Caroli sexti cognomento Pij in hæc verba: Hac in perpetuum valitura constitutione duximus ordinandum, quod reparationes murorum, itinerum, pontium, locorum, baronum, & nobilium de cetero fiant de præcepto eorundem baronum & nobilium; quorum fuerint, vel suorum officiariorum. Et si in defectu eorundem vel negligentia, aut in casu eminentis periculi, aliquem commissarium vel officiarium nostrum ad loca eorundem deinceps venire cōtigerit, pro dictis reparationibus faciendis, nolimus, quod dictus officiarium noster vel cōmissarius quicquam pro sportulis, salario, & dietis petere possit à dictis nobilibus vel eorum subditis, nec populares illius loci sic visitati aliquid pro dicta visitatione soluere teneantur, nisi duntaxat expensas in eodem loco moderate factas &c. [Et ad idem, quod sine salario fiant ecclesiarum reparationes, statuit idē Carolus sextus Anno domini M. cccxxxv. vt supra dixi.] Pariter cognitio criminum & delictorum communium ad regios iudices pertinet, & de his cognoscere soliti sunt, etiam contra clericos & prælatos, quoties versatur infractio saluæguardiæ regiæ, vel a securamenti brisatio, vt quia fortè occisus fuit, vel aliàs in corpore aut bonis damnificatus is qui in saluæguardia vel a securamento regiæ fuerat positus. [De saluæguardia regia, à quo & per quem debeat impetrari, & concedi: & qualiter violatores & à quibus sunt puniendi, plenè posuit dominus Aufferri. vbi supra in primæ regulæ xij. fallentia. & in addit. ad quæstio. capella. cccclxxxix. & in concordantiis super stylo curiæ parlamenti. titu. de asecura. §. fina. Tamen concordat cognitionem iudici regio pertinere quo ad pœnam pecuniariam l. ij. C. vt nemo priu. titu. prædi. ibi, miles vel clericus. Et etiam ibi, executorisque huius legis omnes iudices &c. prouiso quod executio emendæ fiat in bonis clerici immobilibus temporalibus secundum Oldrad. consil. xvij. Et ita refert conclusum fuisse in concordatis inter officarios spirituales & temporales Tolosæ factis. Et cum quidam clericus pro isto excessu emendatus non haberet bona temporalia, fuit per arrestum parlamenti Parisiis dictum, quod teneret prisonem in curia episcopi Parisiensis vsque ad satisfactionem, quamuis clericus solutus esset. id quæ die prima Martij, Anno domini M. cccxcix. facit pro hoc. cap. j. ibi vinculis alligatū. de de-

posito.] Quo casu puniunt clericos pœna pecuniaria. Pro corporali verò (si casus illam exigat,) remittunt cum iudici suo puniendum, Pro quo facit textus in dicta Authent. clericus. C. de episcopis & clericis. & in Authentico, vt clericus apud proprios episcopos. §. si tamen de criminibus. & §. seq. vbi de crimine ciuili clericorū, id est, foro ciuili & seculari pertinēti, cognoscit & punit iudex secularis, scilicet ciuilliter & peculiariter, & episcopus de crimine ecclesiastico, scilicet personā ecclesiasticam suggillante, cum illam tangere non possit laicus, priuilegiatū fuerit clericus à sacerdotio per episcopum de gradatus, vt ibi: & interdum ante punitionem clericum remittunt iudici ecclesiastico, oneratum tamen de casu priuilegiato pœna pecuniaria puniendum erga regem vocato procuratore regio pro interesse regis, per tex. in capitulo, si iudex laicus. ibi, vocato tamen iudice seculari &c. de sententia excommunicationis, lib. vj. Et licet tunc clericus episcopo remissus à communi crimine absolueretur per episcopum seu eius officialem, cui cognitio criminis communis pertinet, tamē posset per iudicem secularem pro crimine priuilegiato coram eo probato cōdemnari, prout arresto Parisiis condemnati fuerunt quidam clerici pro portu armorum & infractioe saluæguardiæ, quamuis fuissent à delicto communi per episcopum absoluti. Et fuerunt condemnati tam erga partem læsam quàm erga regem in certis pecuniarum summis. [De quo meminit dominus Aufferri. in suo tractatu arrestorum cap. clij.] Et præmissa intelligatis vera, quod clericus per secularem iudicem captus est pro delicto cōmuni suo prælato remittendus, vbi per informationes apparet de sibi impositis oneratus: quoniam aliter si constaret eos iniuste & sine causa captos, quod satis apparet ex informationibus, posito etiam quod capti fuissent pro crimine communi, nūquam essent iudici ecclesiastico remittendi: imò per secularem qui eos ad corpus cepit & arrestauit, consueuerit largiri, ne sine causa coram episcopo vel eius officiali vexentur, & ita dictum seruat in regno. Et notanter dixi, quod consueuerunt largiri, scilicet simpliciter: quia eos secularis tanquam innocentes à crimine non posset absolere, sicut non poterat cōdemnare, secundum Bal. in dicta Authent. clericus. C. de episc. & cle. quia nullam habet iudex secularis cognitionem de criminibus clericorum communibus, sine qua cōdemnari nō possunt, nec absolui, vt ibi. Et * (quod plus est) seruari videmus, quod licet contra clericum etiam in minoribus ordinibus constitutum, etiā posito quod læuis & enormibus se immiscuerit per iudicem secularem procedi non possit ante priuationis priuilegij clericalis declarationem, nec non degradationem per episcopum fiendam, præterquam in certis casibus per gloss. in verb. relinquatur positus in cap. ad abolendam. de hæret. & Panor. in c. at si clerici. §. j. de iudi. Pro qua degradatione fienda etiam in simplici clerico ecclesia propriam habet officium in pontificali episcoporum contentum: clarè demonstrans degradationem prius de clerico esse fiendam, quoties grauitas criminis requirit ipsum esse per iudicem secularem puniendum, prout post longam disputationem concludit Panor. in dicto c. at si clerici, per text. in cap. perpendimus. de senten. excom. vbi papa non mandasset comiti pœnitentiam iniungi, si clericum illum iuste ante degradationem per collum suspendisset: attamen in præsentem regno & curia

& curia Franciæ, quoties clericus simpliciter tonsuratus de crimine detinetur à seculari potestate, si delictum sit tale, pro quo puniendo ecclesia non habet de iure quid faciat, ut quia delictum est ita atrox, quod ecclesia pœnam pro illo non habet condignam, ut in casibus ibi not. per Panormitanum versic. sunt autem plura delicta grauissima, & c. vel delinquens se immiscuit sauis & enormibus, aut non habet ecclesia quid faciat de facto, ut quia clericus aliquod delictum commisit non ita atrox, pro quo pœnam seu pœnitentiam sibi ab ecclesia iniunctam sustinere noluit, imò carceres episcopi euasit, aut pœnæ p ecclesiam sibi iniunctæ non obedire velit, iuxta canonicum. §. si clericus versicu. si autem de pace tenenda, & eius viola. Et sic iustitiam ecclesiæ illulit malè facere continuando, iuxta cap. cum non ab homine de iudi. Quibus casibus est clericus de iure vel de facto incorrigibilis: vel est talis, qui actum clericatui contrarium fecit: vt quia corruptam vel viduam in vxorem duxit, vel miles & armiger factus guerram secutus fuit & arma, certè his casibus per iudicem punitur secularem, absque alia declaratione seu degradatione per ecclesiam si ceda de perditione priuilegij, quo est ipso facto priuatus, licet videretur de declarationem esse necessariam, per capit. cum secundum leges. de hæreticis. libro vj. & cap. si iudex laicus. de sententia excommunicat. eodem libro. Quæ iura hoc casu non seruantur in regno nec seruata fuerit ecclesia sciète & tolerante, ut dicto c. si clericus. vbi clericus ecclesiæ non obediens punitur per secularem, quæ punitio in ecclesiæ honorè cedit, ut eius rebelles extirpentur, per text. ad hoc not. in canone principes seculi. xxij. quæstio. v. Et ita sæpe fuit dictum per Arrestum Parlamenti Tolosæ. Primò de persona cuiusdam armigeri clerici soluti, qui captus pro homicidio appensatè commisso Tolosæ in personam cuiusdam aduocati dictæ curiæ Parlamenti, quem dominica die tertia mensis Septembris post prandium, Anno domini M. cccclxix. in carreria ante domum suam existentem, pro eo quod causam in dicta curia contra quendam suum defenderat parètem, lancea transixerat, & paulò post captus per curiam Parlamenti iam dictam, licet clericus foret, & clericatù declinatoriè allegaret, ac de illo clarè doceret manu dextra ei ante domum, vbi aduocatum occiderat prius amputata, fuit super tabulato seu postello capite truncatus, cadauere postea in partes quatuor diuiso, die Lunæ vndecima dicti mensis.

¶ De hoc Arresto meminit dominus Auffreri. in tractatu suo Arrestorum, cap. cclxxj. Pariter anno domini M. cccclxxiiij. nobilis quidem etiã clericus solutus nõ obstante clericatu allegato, ad quem nullò fuit per curiam habitus respectus, imò expressè ab eo die decima septima Martij exclusus, & quæstioni suppositus, quia quendam mercatorem Tolosæ, cuius vxore abutebatur, vt liberius ea gaudere posset, interfecerat, fuit die tertia mensis Aprilis, anni sequentis domini Millefimi cccclxxv. Arresto curiæ capite punitus, etiam cadauere in quatuor partes diuiso, & mulier qua abusus fuerat, tanquam mortis mariti conscia, fuit die vndecima eiusdem mensis decapitata. Vidi etiam ex post quendam in dicta ciuitate perditum hominem clericum solum vocatum le Mongat, qui in religione steterat, habitumque derelicto deliquerat, & per ecclesiã punitus carceres ab ea sibi pro pœnitentia deputatus de facto euaserat, & iustitiam ecclesiasticam illulserat, cum

armis ambulans in ciuitate Appamiarum quendam hominem interfecerat. Vnde captus per Senescallum Tolosæ, non obstante clericatu fuit ad capitis pœnam condemnatus: à qua sententia cum se iudici ecclesiastico tanquam clericus remitti petiisset, appellauit. Sed per Arrestum curiæ Parlamenti sententia Senescalli confirmata, capite truncatus exiit, circa annum domini Millefimum cccclxxvij. vel octauum. * Nam in talibus armigeris, qui militiam exercuerunt, & bello inter fuerunt, clericatus non opitulatur, qui sunt coipso priuati, adeò quod nec essaria non est declaratio iudicis ecclesiastici, nec degradatio. Et ita tenuit Innocen. & Hostiè, cum quibus transit ibi Panormitan. in cap. j. de apostatis. & latius in cap. final. de clericis coniugatis. & in cap. petito. de homicidio. & Hostien. in dicto. c. perpendimus. secundum quam opinionem semper procedi consuevit in præsentem regno. Et sic minimè sunt mutandi, quæ interpretationem certam semper habuerunt. l. minimè. ff. de legibus. Quia vbi iura sunt obscura, & multipliciter intelligibilia, & variè Doctorum opiniones, optima iurium interpres consuetudo est. l. si de interpretatione. ff. illo eodem titu. aliàs multa sequerentur & infinita scandala, si iudices seculares haberent in talibus expectare iudicis ecclesiastici declarationem, & simplicium clericorum de gradationem. A qua declaratione appellarent criminosi ad metropolitanum, & deinde ad papam, & sic crimina puniri non possent sine magnis circuitibus sumptibus & laboribus, ac periculo perditionis priuilegiorum sic traducendorum. Ex quo tota secularis iustitia remaneret illusa, crimina impunita, & patria scandalizata, visò maxime hodierno more, quod domini episcopi omnes, & quoscumque etiam armigeros, & laboratores ac vagabundos tonsurant, imò iam coniugatos promouēt ad clericatum. Quorum plures tonsurantur, vt liberius delinquere possint, & corporalem securitatem euadere punctionem, nihil possidentes ad furniendum pro expletis iustitiæ necessaria. Vnde præsumptio multum sinistra esset contra iudicem secularem, qui tales clericos iudici ecclesiastico remitteret sub colore talis declarationis fieri: & etiam cõtra procuratorem regium, si à tali remissione seu verius iustitiæ dissimulatione non appellaret ad curiam Parlamenti. Bene tamen credo, quod si iudex ecclesiasticus iudicè laicum in capiendum clericum preuenisset, seu quoquomodo clericum delinquentem teneret in carcere suo, ad eum pertinere, inspecta criminis qualitate, ipsum punire in persona, etiam de crimine priuilegiato, postquam præuentus fuit per iudicem ecclesiæ. Et ita reperio decidisse Capellam Tolosanam, quæstion. clxij. vbi habetur, Quod anno domini M. cccxcij. & die tertia Decembris, fuit legitimo processu præcedente condemnatus per officialem Archiepiscopi Tolosani, quidam qui falsos cognos ad falsam monetam cudendum fecerat, de qua sententia magnum fuit factum festum Tolosæ propter regales. Nam etiam in his priuilegiatis criminibus iudex secularis clericum tenens cum pro pœna corporali imponenda remitteret iudici ecclesiastico punitum de casu priuilegiato pecuniariter, vel oneratum de illo, vt supra dixi. Et si videret officialis clericum, quem præuenit non debere gaudere priuilegio clericali, hoc declararet, & per episcopum degradatus traderetur iudici seculari puniendus. Prout factum fuit his præcedentibus diebus in persona cuiusdam clerici coniugati

gati cum vnica & virginè, qui nocte quadam fratrem presbyterum & loci rectorè, & sic patrem suum spirituales cum quadam securi in lecto dormientè occiderat. De quo facinore cõuictus, cum officialis Caturcensis, qui eum præuenerat, & tenebat, videret pœnam non habere tãto delicto condignam, declarauit ipsum gaudere non debere priuilegio clericali, & per episcopum degradatus fuit Senescallo Caturcensi in forma ecclesiæ relicto, per cuius sententiam fuit ad pœnam capitis, & truncationem cadaueris in quatuor partes condemnatus. Et tandem appellans fuit per curiam Parlamenti sententia confirmata remissa, & finaliter in hac vrbe executatus, & bona sua confiscata dominæ Abbatisse de feudis domini iurisdictionali, à qua tenebantur in emphyteu sim, & quæ in loco totalem habebat iurisdictionem. De quo casu enormi videatis Petri de Anc. in regula ea quæ sunt de regulis iuris. lib. vj. ¶ Pariter vbi delinquentes sunt in casu, quo gaudere non debent ecclesiastica immunitate, iuxta c. j. de homicidio. & cap. inter alia. de immunitate officialij regij eos capiunt, & ab ecclesia extrahunt sine alia declaratione per ecclesiam si ceda per motiua supradicta. Et ita vidi pluries seruari, præsertim tẽpore quo leges incœpi audire Tolosæ in auditorio doctissimi viri, atque eloquentissimi domini Ioannis Bosqueti legum Doctoris, nunc iudicis Lauraguesij. [Et ita fuisse in Parlamento Tolosæ seruati refert dominus Auffreri. in suo Arrestorum tractatu, cap. cxcviij. vbi anno domini M. cccclij. die xxij. Februarij, curia ordinauit, quod Bertrandus Baranhas delinquens, & in ecclesia existens, gaudere nõ debet immunitate, ipsumque fore ab ecclesia extrahendum per primum dictæ curiæ ostiarium.] Ibi post eum extraordinariè legentibus duobus acutissimi ingenij baccalaureis, videlicet domino Petro de sancto Andraa, nũc doctore & iudice maiore Carcaionæ, & domino Antonio Topigonis nũc licentiato, & iudice maiore præsentis Curie Caturcensis legum Margarita summè dotatis, à quibus accepi hæc pauca, quæ tradido vobis. [Dominus Petrus de sancto Andraa ex post fuit in magno consilio consiliarius regius, & postea secundus præfidentis in Parlamento Tolosæ, nunc verò est primus præfides, & doctor iste in eodem Parlamento consiliarius regius.] Quo tempore, scilicet anno domini M. cccclxxij. in mense Maij, & die tertia dicti mensis, qua festum sanctæ Crucis, cum pompa solenni ibi colebatur, tres scholares dictæ vniuersitatis, quendam de Bearnio mercatorem eorum compatriotam, quem alter eorum odio habebat, consilio præmediato per carceriã ante collegium Petragoricenſis transeuntem, ictibus ensium in eum vibratis, & cumulatis crudeliter occiderunt, & in conuentum prædicatorum, immunitate gaudere sperantes, vanè se retraxerunt. Quia eadè die post solis occasum à dicto conuentu fuerunt per officarios eiecti, & ad curiam Parlamenti adducti, cuius Arresto ipsos non fore in immunitatem redintegrandos pronuntiatum extitit die decimatertia dicti mensis, eodemque Arresto remissi fuerunt tanquam clerici soluti officiali Tolosano onerati de crimine priuilegiato, scilicet portus armorum congregationis factæ, & saluæ gardiæ regiæ infractæ & violatæ, in qua sunt omnes in tanta ciuitate. Etiam fuit ordinatum quod Archiepiscopus Tolosanus duos de consiliariis dictæ curiæ clericos crearet vicarios, qui dicto officiali assisterent, proueneris in carcere seu cõcier

geria regia sub tuta custodia, donec perfectò processu remanentibus, prout factum fuit, & taliter quod die vigesima dicti mensis per arrestu curiæ tres præfati scholares, videlicet duo primi principales homicidij factores, & eorum quilibet in summa mille librarum Turonensium ad causam criminis priuilegiati fuerunt erga regem cõdemnati: & tertius, qui satis longæ dicto homicidio cum ense solum assisterat, in summa centum librarum distribuenda, prout in dicto Arresto continetur. Et quod aliquo modo de carcere Archiepiscopi non elargiretur, vsque ad integram emendæ satisfactionem. [Pro qua cum ex delicto descendat detineri potest, etiam clericus solutus in curia saltem episcopi, per cap. j. in fin. de depoli. & fuit Arresto Parisiis dictum, vt supra tetigi, loquendo de infractoribus saluæ gardiæ regiæ, sæpe detinentur per curiam secularem, donec satisfecerint.] Et eadem die ante fores domus Archiepiscopalibus adducti, super postato ibi in platea erecto, stuerunt per officialem dictis duobus vicariis assistentibus, ad scalam duo primi ad perpetuos carceres condemnati: & tertius ad scalam, & carcerem per triennium ibidem ploraturi peccatum in pane doloris, & aqua tristitiæ. Hoc certè, scilicet ordinare vicarios de curialibus facere curia consuevit, quoties dubitat ecclesiasticam potestatem excelsiue in misericordia abundare, & agitur de factione cruenta.

[Ideo scholares isti clericali priuilegio, quo ad pœnam mortis euitandam gauisi fuerunt. Et similiter duo prædicti scholares huius vniuersitatis, quia semper antea clericaliter vixerant, sed nobilis ille adulter non gauisus fuit clericali priuilegio, quia bellum secutus fuerat, & pariter alius, qui aduocatum occiderat per superius allegata in dicto capitulo primo, de apostatis. & capitu. cum non ab homine. & cap. perpendimus. de sententia excommunicat.] Ecce ergo modum procedendi in præsentem regno cõtra delinquentes etiam clericos sine declaratione super gaudentia immunitatis, ad quod facit text. optimus ij. Regum ij. cap. aut priuilegij clericali, vt dicto cap. j. de homicid. & Panormitan, in dicto cap. j. de apostata. ¶ Plus conſuetum est, quia rex Franciæ abolet delicta clericorum regni sui, vbi sunt delicta capitalia rempublicam regni scandalizantia, & si per regem fuerint aboliti, episcopus de punitione illorum non se amplius intromittit, de quo tamen videatis Guido. papæ, hoc aequaliter tangente quæst. cccclxxij. incipien. vtrum officialis. vers. Circa hoc tamen. Et est casus, in quo Senescallus iudex regius, cui interinatio abolitionis dirigitur, cognoscit etiã de criminibus communibus per clericos perpetratis. Et si videat abolitionem fore interinandam, eos absoluit & relaxat: sin autem vbi abolitio reperitur surreptitia, eam talem esse declarat, & pro casu priuilegiato si reperitur, clericum condemnat in certa emenda erga regem, & pro crimine communi tradit eum officiali ecclesiastico corporaliter, vel aliàs iuxta qualitatem criminis puniendum. [Tamen pendente interinatio processu non fuit, aliàs clericus per secularem detentus: imò cum quidam Henricus Bernardi clericus, qui abolitionem à rege obtinuerat, & in Conciergeria detentus erat, anno domini M. cccclvij. die quinta Ianuarij fuit per curiam Parlamenti Tolosæ Archiepiscopo Tolosæ redditus, quo ad personæ suæ detentionem, ita quod non elargiretur, donec de intentione remissionis per curiam cognitum extitisset: vt refert dominus Auffreri.

Auffreri. in suo tractatu Arrestorum, capitu. cccj. & in repetitione cle. j. de offic. ordi. in fin. plenè disputat, an rex possit delicta clericorum abolere. & concludit quòd nò. tamen contrarium seruatur in Francia, vt hic videtis.] ¹⁵⁴ ¶ Vt fecit curia Parlamenti Tolosæ anno domini M. ccccxxxvij. de duobus scholaribus præsentis vniuersitatis, qui quandam de nocte rapuerant puellam non virginem, tamè in domo sui patris honesti laboratoris manètem & dormientem, super quo abolitionem obtinuerunt à rege: tamen quia reperta fuit surrepticia, fuerunt eius fructu & utilitate priuati, & quilibet eorum, quia cū armis, & congregatione plurium aliorum scholarium armatorum, & sic pro casu priuilegiato, fuit per Arrestum erga regem condemnatus ad centum libras Turonen. & pro crimine communi, vt deceret de rapto puniendi, fuerunt officiali Caturcensi, in cuius ciuitate deliquerant, remissi. Quæ practica sumpta fuit ex text. in l. j. C. de exhiben. reis. iuncta l. j. C. vbi sena. vel clarif. vbi ita seruatur in militibus, quibus clerici æquiparantur. l. miles. vbi bona. gl. ff. de re iudi. facit glo. in l. magisteria. C. de iurisdic. omnium ¹⁵⁵ iudicum. ¶ Tertio cognoscit rex, & eius officarij vbiunque clericus, licet in sacris constitutus officium seculare gerens deliquisset in officio: quia puniri possit pro modo delicti per captionem temporalitatis, ac venditionem bonorum immobilium. Et si casus hoc exigeret, priuari aut suspendi officio, in quo deliquit, quia est de casibus priuilegiatis, secundum aliquos. Et ita seruari est cõsuetum in regno, & de iure sustineri possit, etiam quòd priuari possit officio regio, quod est per ordinationes perpetuum, & pro patrimonio reputatur in Francia, non obstante clausula, quandiu regis placuerit voluntati, quæ in donis officiorum communiter inseritur, de quo plenè dixi in verbo, *duas habens filias*. Quia postquam clericus etiam solutus officium seculare affectus est, subiectus est principi seculari, à quo negotiatio illa dependet, & cui respondet, contra quem ecclesia nò tenetur nec debet ipsum tueri, nec defendere. cap. si. de vita & hone. cler. qui tex. quânis loquatur quo ad onera rerum, sed non quo ad coercionem personæ, nisi ¹⁵⁶ inter monitus desistere perseverauerit. [Hoc etiam seruatum fuisse in curia Parlamenti Tolosæ refert dictus dominus Auffreri. in repetitione dictæ cle. j. de offic. ordi. in magna addi. in primæ regulæ xvij. fallentia. dicens curiam secularem consueuisse clericos punire ciuilitè si in officio deliquerint. Pro quo facit tex. in c. sacerdotibus. ne cleri. vel monachi. secundum illos, qui dicunt laicum iudicem auctoritate illius cap. punire posse clericum occasione administrationis per laicos sibi concessæ, non obstant. priuilegio clericali: propter quod ab ecclesia non defenduntur, cum indignum sit eis ab ecclesia subueniri, per quos constat scandalum in ecclesia generari, vt ibi. & ita seruari vidi, & seruatur in clerico negotiatore vel artifice, qui si in illa arte delinquat, punitur per collegiū vel primates illius, per tex. in l. fin. C. de iurisdic. omnium iudicum. & ita fuit Parisiis Arresto pronuntiatum, de quodam clerico chirurgico, quòd coram seculari iudice teneretur respondere de abusu in officio, vt refert in dicta xvij. fallentia. & in suo tractatu Arrestorum. cap. clx.] Et priuatio officij ex delicto infamiam irrogat, & personam afficit, & suggillat, tamen priuari poterit, per tex. in §. festinabis. in Authen. de manda. princi. collatio. iij. facit decisio Bald. in dicta l. acceptam. C. de vsuris. supra ¹⁵⁶

relata. Quod in veteri testamento figuratum exiit de Samuele Propheta sanctissimo, qui populū iudicauerat loco regis. j. Regum xij. Et postea audita contra se aliqua murmuratio corâ rege iudiciū subire paratus eodem libro cap. xij. Loquimini, inquit, de me coram domino, & Christo eius, scilicet rege vncto oleo sacro, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si oppressi aliquē, si de manu cuiusquā munus accepi, & cõtemnam illud hodie, restituaūque vobis & c. quia licet aliàs viri ecclesiastici contra regem, vel in officio seculari delinquentes per eum puniri nò possint ditione contentiosa, cum scriptū sit: Nolite tangere Christo meos, attamen per eum puniuntur quadam ditione politica, & economica simili, nec aliquo modo in persona cõcreari possēt ditione contentiosa, nisi per ecclesiam, & suos officiales, supposita enim ecclesiæ quo ad forum cõtentiosum, ditioni regum non subfunt, sed solius ecclesiæ, vt d. c. ij. de fo. compet. & in authen. statuimus. C. de epif. & cler. In foro autem seu ditione economica, aut politica vnusquisque subest capiti domus, vel ciuitatis, quâuis seculari. Quia sicut paterfamilias potestatem habet in filium, aut seruitores de domo sua licet clericos, per quam potest eos cõcreare ab offensione, præsertim à sua domo, & familia ac toto corpore economico procul pellere, velut membra dissoluta & reprobata. putâ filium in gradum exheredare, & filiatione ac iure sibi debito priuare, & seruitores à domo sua expellere, & seruitio suo priuare, si malè versentur in officio domestico eis decreto, veluti clericū in adulterio cum vxore vel aliqua propinqua repertū affligere, & à domo expellere. c. iij. §. fin. de senten. excom. Sic etiam quicunque rex vel dominus potest clericum, & quancunq; personam ecclesiasticam in officio regio malè versantē in regis, & reipublicæ offensam expellere, & priuare, ac indignum, & inhabilem ad tenendum officium seculare in regno declarare. Cum etiâ ad hoc ferè sunt ipso iure inhabiles, saltem prohibiti illa exercere, §. ne clerici. vel monachi. per totū. Ad quod facit text. not. in l. cõsulta diuina. ibi, clericis opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium ostendere, & c. C. de testam. Vnde facilius potest clericus ab officio seculari expelli, tanquā membrum putridum à corpore regni & reipublicæ, cuius rex est caput mysticū, & talis clericus membrum putridum iuxta illud Hierony. xxiiij. q. iij. c. refecandæ sunt. & can. ecce. Has pfectò & ceteras correctiones domesticas, & politicas non est dubium capiti domus, & reipublicæ competere: inter quam & regem est indubitanter coniugium quoddam politicum: & si clericus in officio delinquens fornicatus fuerit, & reipublicam regis coniugem adulteratus, cerè affligi & expelli poterit, nò per modum contentiosæ potestatis, sed domesticæ & politicæ coercionis, & executionis. l. j. C. de emēda. propinquorum. & c. si quis alterius vxor. iuncta glo. vij. quæst. j. & glo. in l. j. C. de priua. carce. vult quemlibet habere posse carcerē economicum pro punitione familiæ, sed nò carcerem publicum, scilicet fori contentiosi. Aliter sequeretur, quòd nò possit pater filium insolentem à domo expellere, si clericus esset, vel ingratum exheredare, nec seruitorem clericū pro longo tempore fortè retentum, & locatum à suo seruitio excludere, & repellere, vel officarios suos à seruitio suo abutentes remouere absq; iudicio episcopi sui, & ecclesiæ. Sed ¹⁵⁶ necesse haberet eos adire in sui perniciē, Teum episcoporum

scoporum iustitia sit hodie iubilea & valde tarda, quod esset inconueniēs: quia vt plurimum est pecuniaria, vt dicta l. cõsulta diuina. ibi, verum etiam defensores ecclesiarum, quos turpissimum intimationis genus irreperat & c. vbi pecuniam petebant pro insinuatione testamentorum & priorum legatorum executione. Quinimo omnia delicta (quod peius est) quantumcunque graui in pecuniam conuertunt episcopi, secundum Lucam de Pēna, in l. ij. C. de priuileg. schola. lib. xij. Et (quod deterius est,) si aliquem etiam pro grauisimo crimine cõdemnerint ad perpetuum carcerem, semper in fine sententiæ gratia domini episcopi, & misericordia reseruat. Quod an fieri possit, decidit Bald. in authen. interdicimus. C. de epif. & cleri. Cuius clausulæ virtute pœnam personæ delinquentis in detrimentū burfæ, quæ non deliquit conuertunt. Ex quo cum iustitiam veram de clericis non faciant, ex isto inconuenienti, quia eos non puniunt, sequitur aliud inconueniens, qd sæpe iudices seculares de eis iustitiā faciūt, & eos puniunt, secundum Bar. in l. j. §. generaliter, circa ff. de pœnis. Nam tota eorū iustitia ex pecunia vel defectu pecuniæ pēdet. ideo dicit idem Lucas de Penna, in d. l. ij. quòd potest iudex secularis cognoscere de iustitia degradationis clericis degradati pro punitione sibi remissi contra cõmunē opin. Doct. in c. j. de officio ordi. quæ locum non habet in crimine hæresis, de quo nò pertinet iudici seculari aliquis cognitio, sed sola facti executio, secundum Bal. in authen. clericus. in fi. de epifco. & cler. per text. in c. vt inquisitionis. §. prohibem. de hære. lib. vj. Excacati sunt profectò auaritia clerici. c. auaritiæ cecitas. de electio. lib. vj. præsertim religiosi. c. quorundam. eodem tit. & glo. super verbo, maioris. in c. si pluribus. de præben. lib. vj. Vnde non mirum si clerici in officio regali delinquentes possint per regē suis priuari officijs regis. videatis bonum tex. in l. quicunq;. C. de epifco. & cler. vbi epifcopus per principē seculare expellitur ab eius cõsortio, si personam suam offenderit, aut reipublicā. facit tex. bonus, in l. minimè. ff. de religio. & sumpti. funerū. & sentit Archidia. in c. de forma. xxij. q. v. Et idem si principis, aut reipublicæ secreta reuelauerit in officio delinquendo. ¹⁵⁸ ¶ Et ita videmustēpore nostro practitari in persona Balluæ Cardinalis, qui postquam Ludouicum regem domini nostri regis genitorē, vt Carolo Burgundo in facinore assisteret, induxisset, ipsum prodidit. [Vide aliud perniciosum huius Balluæ consilium de pragmatica sanctione huius regni tollenda, à quo fuit viriliter per procuratorem regum repulsus, infra super verbo, *si absq; liberis moueretur*. ij. In materia sublti. fideic. tractando regulam: Quem honoro onerare possum.] ex quo ei malè successit, de quo Gaguinus lib. x. c. ij. reuerso inquit Turonū Ludouico, Ballua Cardinalis, qui plus ceteris aulicis apud regem astu, atq; auctoritate valebat, disfidētē à Ludouico fratrem ad benevolentiam reuocat, atq; ita agit, vt posthabitis, quæ concilium Turonenfe de capiēda paterna hereditate diffiniuerat, Ludouicus Aquitaniā Carolo fratri relinqueret. Quia recepta cõtentus Carolus bello abstinuit: sed Ballua, qui apud Pictauos humili loco natus, paruo incremento, sed ingenio versuto, in Ludouici familiam venerat, magnisq; & excellentibus beneficiis primū, deinde episcopatu, mox cardinea dignitate auctore Ludouico fuerat honoratus, quo ipse animo effect. ¹⁵⁸ tādē apparuit. Auctior enim fuit, vt Perona ad Bur-

gundiam, & postea Namureum aduersus Leodios Ludouicus accederet, vbi Carolus Burgundorū dux cum iusto exercitu de Leodijs vltionē sumere vehementer optabat, ad quem Ludouicus tanquam eiusdem expeditionis socius inductione qua supra, vltiō venit. Et d quoq; Leodius præful placandi Burgundi causa accessit, nec profecit, iurante Burgundo nò prius ciuitati parcere, quàm ciues & urbem subegisset. Ergo irrupentibus ferociter Burgundis, Ludouicus primū, deinde Burgundus ciuitatē intrat, sitq; mox passim occiso & strages, virginibus vis, & religiosus mors infertur, neq; indulgentia vlla militum in pueros fuit, quin stupratas à se virgines crudelis fatelles ingulauit. Sacerdotes eadē hora rem diuinā in tēplis facientes gladiis pericere, nec fatiatus est inhumanus hostis tam multa cædæ, pœdas ex omni ciuitate, & ex templis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe & muris dirutis, quorum ruinis fossas æquauit, Anno salutis M. ccccxviiij. iij. Calendas Nouēbris. Ac vbi fratrum mutuam charitatem supra quàm serferat Ballua firmam esse intellexit, paci inuidens literas familiari cuidam suo ad Burgundorum ducē dat. Quæ interceptæ ad regem delatæ sunt. His literis Ballua ducem admonebat, sibi maximè caueret. Concordiam quæ inter fratres intercessisset, ad eius perniciem factam esse. Eos expeditionē in eum tantisper differre, donec Aquitaniā datam sibi prouinciā Carolus perlustrasset, remq; omnem domesticā & exercitū ordinasset: opus propterea illi esse maioribus quàm vllō tempore copiis, & regem acerrimè bello infestare. Balluæ cognita perfidia rex proditorum comprehendi, & ad Mombasone custodiendū duci mādāt sub tutela Ioannis Torcei Normani fidiissimi in primis aurati equitis. Hæc ille. Ex his clarè videtis, regem contra Cardinalem processisse, & dictā l. quicunq; practicasse in tollendo ei officium, & eius cõsortium. ¶ Vbi autem delicta vltra officij secularis priuationem grauiorē requirerent corporalē vltionem, clericus ditione politica punitus seu officio seculari priuatus quo ad pœnam fori contentiosi corporalem ei imponendam esset iudici suo ecclesiastico remittendus, prout à simili dicitur in l. placet. in fi. C. de sacrosan. eccl. & d. c. at si cleric. in fi. de iudi. facit c. de his. j. de accu. vbi pœna fori pœnitentialis non excludit pœnam fori cõtentiosi. Et ita in terminis nostris reperio decisum fuisse per magnæ circumspectionis virum in sacra pagina, ac iure humano doctissimū dominum Ioannem de Terra rubea, in libro quem vineā ecclesiæ intulauit. Per vineam ecclesiæ intelligens regnum Franciæ: Carolo septimo, tunc Delphino Viennensi, Caroli sexti Frācorum regis vnigenito, contra Philippum tunc Burgundiæ Ducem, & alios principes, tractatum per dictum Carolum sextū cum Anglis nulliter & abusuē, & quatenus in rege erat, ignoratè & erroneè passatum sequentes directo. vbi in quinto articulo tertij principalis tractatus conclusione decimas septima decidit, dictum ducem & eius sequaces etiam episcopos, & alios ecclesiasticos fuisse rebelles, & vt tales per regem, & eundem Delphinum puniendos, attēta notoria nullitate, & euidenti iniquitate dicti datimnati tractatus. [De quo & illius euidenti nullitate plenè habetur §. super verbo, *in eodem testamento relinquentes*. j. in xvij. limitatione loquendo de priuilegio natura & prerogativa eiusdem.] ¶ Pro qua decisione facit d. l. quicunq;, C. de epif. & cler. quam ipse non allegat, per quem text. curia regia Franciæ pro ¹⁵⁸

positum reuertendo, quod cum in his allodiis nemi-
ni subiectis non interfit alicuius etiam ratione resor-
ti, nec ratione iurisdictionis temporalis praesertim re-
gia, certe transire possunt in ecclesiam, & monasteria,
& clericos, quocumque titulo, dum tamen expressè
173 transferantur, aut dedentur. Quod molestè ge-
runt plures officarij regij dicentes ad obuiandum
praemissis, praeter ipsum regnum quod à nemine te-
netur, nec recognoscitur, nulla esse posse in praesenti
regno Franciae allodia, & cum olim super hoc orta
fuisset in camera computorum Parisiis quaestio: re-
sponsum fuit ad aeternam rei memoriam in dicta ca-
mera registratum, quod nullus in regno Franciae te-
nere potest rem aliquam sine dominio. Et si qua re-
periretur res immobilis sine dominio, super illa cen-
sis imponeretur annis singulis regi soluendus, prout
& secundum modum, quod aliae censuales vicini-
res possessiones soluant. (Additio.) Et dictas ordina-
tiones, quas Galli instructiones appellat, à suo dicto
camerario originali extractas habeo. § penult. nunc re-
perietis in registro ordinationum regiarum camerarum
in quaestuarum Parlamenti Tolosae, fol. cxlvij. [Et
dominus Auffretri. eas ad longum posuit in titul. de
finantia Francorum feudorum, & nouorij, a quaesta
174 rum, & titulo sequenti.] Quod multum facit ad
confutandum quandam aliam antea pacis tractatum
praesensum in loco de Britigniac sub mote Lerico
prope Carnotum inter Carolum quintum patrem di-
cti Caroli sexti, tunc Franciae regis primogenitum
Delphinum Viennensem ipsumque regnum, ut decet
regis primogenitum Ioanne Francorum rege eius
patre apud Anglos capto, regentem ex vna, & Edo-
ardum tertium, tunc Angliae regem, tam pro dicti sui
patris liberatione, quam pace finali & perpetua, ac
omni iure per Anglos in regno Franciae praesensum,
fide praestita passatum partibus ex altera. De quo pa-
cis tractatu, ad causam comitatus Bigorae & Tar-
175 bienfis consuluit incidenter Panor. in secunda parte,
c. l. iij. in decisione xvij. quaest. Pro cuius intellectu
sciendum est, quod ante Philippi Pulchri Francorum
regis tempora, nunquam Angli ius in regno Franciae
praetulerant: sed erat duntaxat quaestio inter Fran-
ciae & Angliae reges super ducatu Aquitaniae, quem
propter feloniam, & rebelliones in regem Franciae,
à quo in feudum idem ducatus tenebatur perpetua-
tas, Angli feudo aperto commiserant, & aliis pluri-
bus de causis ipsum perdididerant. Praetendebat insu-
per Angli ius habere in ducatus Normaniae, An-
degauiae, & Caenomaniae, regi Franciae pertinentibus.
Et ab eo ex tempore Philippi Augusti Franciae re-
176 gis, & ante possessionis. Et cum tempore beati Ludo-
uici etiam Francorum regis, & ante idem ducatus Aqi-
taniae non nisi tres, scilicet Burdegalem, Vasaten-
sem, & Lauarum provincias contineret, venientem
ad beatum Ludouicum, anno dominicae salutis M.
cclix. Henricum tertium Angliae regem summa cha-
ritate Ludouicus excepit, dimissa illi Aquitania, ea
quidem lege, ut Normaniae, Andegauiae, atque Caeno-
maniae, Anglus cederet, ob quas magnae olim contem-
tiones inter Francos Anglosque extitissent, & quas à
Philippo Augusto receptas Franciae reges ad eam
aetate possiderent. Gallia omnis (ut clarè Caesar
in prin. Commentariorum de bello Gallico descripsit)
diuisa est in partes tres, quarum vna incolunt Belgae,
aliam Aquitani, tertiam qui Celtae, & lingua nostra
Galli appellantur. Vnde licet Aquitania generali-
ter modo praedicto sumpta, à Garonna flumine ad

Pyreneos montes, & eam partem Oceani, quae ad
Hispaniam pertinet, inter occasum solis, & Septen-
trionem spectans, multos contineat principatus, &
dominia, & inter caetera Nauarram, & Biscainam, ta-
men ducatus, qui non Aquitania, sed Aquitania, ve-
lut vnus de in ea comprehensis principatibus dicitur,
non nisi tres hic expressas provincias continebat, si-
cut Senescallia Aquitaniae, non tres hic nominatas
provincias, sed solam complectitur Burdegalem,
vide quod nunc hic per nos dicitur. Addidit quo-
que ducatu Aquitaniae praedicto Ludouicus Petra-
goras, Lemouicenses, & Cadurcos, vbi nunc sumus:
Agenensem verò agrum, quem Alphonsus eius fra-
ter nuptiarum lege tenebat, ab Anglo grandi pecu-
nia redemit. Adiecit praeterea Ludouicus Sanctonum
partem, quae citra Charantam amnem est, retenta re-
gibus Francis suprema ditione, atque potestate. Haec
Gaguinus lib. vij. c. ij. Postquam verò temporis succes-
su Philippus Pulcher, ac tres eius filij sine masculis
decessissent, Angli ex persona Edoardi secundi ex
Isabella dicti Philippi Pulchri filia geniti in regno
Franciae ius sine causa praetendentes, ut dixi super ver-
bo, duas habens filias. Et rursus ducatu Aquitaniae cum
supradictis puinciis à beato Ludouico vnitis, pro-
pter leges cum eo editas non seruatas, & quia contra
reges, & regnum à quo dominationes iam dictae in-
feudum tenebantur, Angli multimodè rebellauerunt,
alias plures regni dominationes temerè contra debi-
tum fidelitatis inuadendo & deuastando: erga regem
feloniam commiserant, tanquam regi domino aper-
tum. Et deinde tempore Ioannis Francorum regis, &
ipso apud Pictauios ab Anglis in bello per Richardum
Vualliae principem capto, in Angliam transducto,
Anno domini M. cclvj. & ibi capto existente Caro-
lus quintus dicti Ioannis primogenitus regnum Fran-
ciae, tunc ut dixi regens, & Edoardus tertius, tunc An-
glorum rex pro dicti Ioannis liberatione, pace fina-
li, ac omni iure, licet nullum Anglus haberet (ut ibi
plenè dixi) alium passauerit de dicto ducatu Aqi-
taniae, & provinciis iam dictis eidem vnitis, aliis qui
busdam additis, tractatum pacis, ut ex supra dictis, &
infra dicendis apparebit euidenter nullum, de quo
idè Gaguinus li. xj. c. j. sic dicit: Misit ab vtroque
177 principe nuntius viris & nobilitate, doctrina illu-
stribus apud Britigniacum, qui vicus est non procul à
Chartis sub monte Lerico conuentio habita pacem
ad insequetem modum constituit: Anglo omnis Pi-
ctauia, Toardus, Bellauilla, Sanctones, Agenna, Pe-
tragorae, Lemouicenses, Cadurci, Tarbienses, Bigor-
rij, Angolismi, Rutheni, Pontiniaci, Galisij, & Guy-
narum comitatus, cum aliis adiacentibus vicis obie-
nirent, & ad ipsius perpetuam ditionem absque vlla
iuris, aut maiestatis diminutione cederet, ei quoque
tricies centena millia aureorum statutis diebus solu-
rentur, permisisseque in Angli potestate Rupella, &
Guynarum pertinētis. Haec illa. [Hos Tarbienses
& comitatu Bigorae non potuerat rex Anglis trade-
re, cum sibi non pertineret nisi in guardiam, & custo-
diam ad causam processus in Parlamento Parisiis pen-
dētis inter episcopum & ecclesiam Auicicensem, & co-
mitem Fuxi. Per cuius curia Arrestum totus ille co-
mitatus fuerat à manu regis positus. Per quam manus
positione rex vltra supremum ressortum sibi ut regi
pertinens, nihil acquiuerat iuris neque possessionis.
Isti duo, §. creditores. ff. uti posside. Praeterea talis
sequestratio necessaria ex ordinatione curiae, & sic
iusu praetoris facta, neminem expoliat, neque regem
fac

facit possessorem, nec alios sequestratos, secundum He-
ricum, in c. examinata. de iudiciis. Et minus facit eum
dominum, nec dictum comitatum praescribere po-
tuit rex, ut plenè de isto comitatu Bigorae decidit
Panor. in supra allegato tertio confi. xij. quaestio.]
178 Non enim illa sic potuerunt alienari, nec alie-
natio tenuit, nec valuit de iure, cum ducatus Aqi-
taniae modo praedicto augmentatus esset, illo tunc quasi
tertia pars regni, nulla retenta superioritate, de quo
ducatu Raymundus Marlianus vir vti que clarissimus,
& eruditissimus ad Commentaria Caesaris ad-
dens, in principio sic loquitur. Aquitania regionum
latitudine, & multitudine hominum ex tertia parte
Galliae existimanda est. Hanc Garuna flumē à Cel-
tis diuidit, quae & Oceanum mare attingit. In hac
sunt metropoles Burdegalem, Auxitana, earumque
suffraganeae. Pars item aliarum metropolium extra ter-
minos eosdem sitarum, quae tamen Aquitaniae attri-
buntur, de quarum numero est pars, Bituricensis
provincia, ducatus quoque Aquitaniae, in quo ferè
viginti duae ciuitates episcopales numerant, Baiona
insuper Vasconia, & comitatus Armanhacij, ac Pi-
ctauensis, de Fuxo, ac de Bigorra, principatusque;
dominia multa alia in ea consistunt in Francorum
179 regno ex maxima parte sita, &c. Et Caesar ipse in
primo libro Commentariorum de bello Gallico agens,
Galliam omnem refert in partes tres diuisam, quarum
vnam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui
iporum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Et
sic tractatus ille notorie vergens in grauissimum re-
gni praedictum, quod regno Carolus antedictus re-
gni merus rector existens coactè potius quam liberè
inferre non potuit, nec ipsemet Ioannes rex, tunc pri-
sonerius in Anglia existens, qui in carcere. ff. quod
metus cau. Cum Augustus rex dicitur, non dissipator,
aut dilapidator in praedictum reipublicae, &
suorum successorum, & contra iuramentum in coro-
180 natione praestitum. Nam iuramentum secundum de
alienando, & alienationem tenendo non valet, nec
iuramentum ligat contra primum iuramentum de non
alienando praestitum, secundum glo. in omnibus ap-
probata in c. licet mulieres. de iur. iurando. lib. vj.
Praesertim contra tale iuramentum, quod palam &
publicè fuerat in coronatione praestitum. Et sic omni-
bus notum, & non occultum, imò notorie à quocum-
que rege praestari solitum. c. intellecto. de iur. iuran.
ut plenè dixi in dicto verbo, duas habens filias, prope
180 finem. Loquedo de pacto de non succedendo. Maxime,
quia primum iuramentum de non alienando est,
secundum ius commune: sicut in praedictis. c. vt
super. & c. si quis presbyterorum. de rebus ecclie. non
alienan. Et sic impedit dominij translationem quan-
tumcunque iuratum, ut non obstante secundo iura-
mento contra ius praestitum alienatum recuperari pos-
sit, ut dicto c. si quis presbyterorum. & cap. intellecto.
181 Quia quoties iuramentum praestitum habet ius com-
mune pro se, semper impedit dominij translationem,
[Vide qualiter hoc intelligitur infra super verbo,
Testamentum. iij. dum loquitur de iuramento indu-
cente clausulam codicillarem.] ut ibi. Praeterea non
potuit rex Ioannes nec Carolus eius filius illud face-
re contra publicum, & vniuersalem regni, & coronae
statum, & eius decolorationem, secundum glo. super
verbo, non potest in cap. literas. de restitut. spolia. &
in cap. proposuit. in verbo, dispensare de concess. pre-
ben. ab omnibus approbatas. Et licet voluerint non-
nulli tenere, quod imò ex causa notoria maxime si

fuerit in literis expressa, rex dispondere possit contra
statum regni publicum, qualis fuit illa, quae notorie
iusta erat, scilicet causa liberationis personae propriae
ipius regis, pro qua etiam res sacrae potuissent alie-
nari. l. sancimus. C. de sacrosan. ecclie. Et causa publi-
cae & perpetuae pacis. Pro qua habenda plura tolera-
tur exorbitantia, ut plenè per Ludouicum consilio
182 vlti. incipiente, vos estis lux mundi, &c. [Vide de
hoc plenè infra super verbo, mortuo itaq; testatore. jo-
dum loquitur de testamento Christi, in quo pacè pro-
hereditate nobis reliquit.] Attamen omnes con-
ueniunt, & concorditer concludunt, quod tunc non
valet dispositio, cum ex illa sequatur deformatio &
decoloratio communis & publici status, per text. in
can. & si illa. ibi, illa tamen magnopere praecauenda
sunt, quae recipi & tolerari sine manifesta decolora-
tione non possunt & c. j. quaestio. vij. Et post omnes co-
cludit Foly. in cap. si quando. de rescrip. & in dicto c.
proposuit. & Panorm. in cap. significasti. de electio.
[Ad hoc facit dictum Innocen. in cap. innotuit. de
electio. quem sequitur Panorm. in cap. ad hoc su-
mus. de rescrip. in fin. vbi dicit papam sine causa non
debere vti plenitudine potestatis. Nec tolerandus est
princeps, sine magna causa sibi & aliis manifesta, ali-
quid contra vniuersalem statum ecclesiae vel regni
faciens, ut clarius dicit idem Innocen. in cap. quato.
de consuet. & in cap. praeterea. de dilatio. quem sequi-
tur Lud. Rom. consil. ccccxcix. incip. in praemissa &
plenè Paul. de Castr. consil. cclxxxij. incip. in facto
183 praesenti non intendo adulari, cum consilio sequenti,
vbi pulchre loquitur.] Quod tractatus ille iniurissimus
manifestè tendebat nedum contra publicum &
generalem statum, sed etiam in manifestam, & noto-
riam regni Franciae, ac coronae regiae decoloratio-
nem, cum ex illo tractatu corona Franciae priuaretur
illo principali membro, & tam nobili supposito, sci-
184 licet duce & ducatu Aquitaniae, qui vnus erat, & inter
laicos duces de principalibus paribus Franciae
assistere, & officiare necessariò consuetis in sacro, &
coronatione Christianissimi regis, igitur sustineri
non posset conuentio dicti tractatus, quia non valuit.
185 Ad hoc enim inter praecipuos colores floridos, &
superexcellentes regni, & status sui aeternam dura-
tionem, fuerunt per Carolum magnū instituti duo-
decim pares in regno Franciae, qui in sacro & coro-
natione regum assisterent, remque suam militarem
& statum regni fortiores redderent & tutiorem, ad
instar duodecim Apostolorum, quos Christus in fi-
dei propalatione, dilatatione, & perpetuam con-
seruationem, necnon ad iudicandum duodecim tri-
bus Israel elegerat, secundum apostolum ad Eph. j.
vbi sic dicit: Benedictus Deus & pater domini nostri
Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedi-
ctione spiritali in caelestibus in Christo, sicut ele-
git nos in ipso ante mundi constitutionem, ut esse-
mus sancti, & immaculati in conspectu eius in chari-
tate. De quorum scilicet parium institutione Gagu-
nus libr. iij. cap. j. Carolus, inquit, fidei Christianae
charitate adductus exercitum in Hispaniam ducit:
prius quam tamen expeditionem produceret, rem
tanto principe dignam ordinat, ex omni praecipua
Francorum nobilitate duodecim selegit, quos secum
in militiam perduceret, eos pares appellat: quia sci-
licet aequali inter se dignitate regi constantes perpe-
tuò erant, neque cuiusquam, nisi Parlamenti tan-
tùm senatus iudicio obnoxij tenerentur. Qui con-
secrandis item coronandisque Francorum regibus
L iij adessent.

Adessent, [De paribus, & quarum rerum cognitio-
ne habeant, vide in c. j. in fin. de prohib. feud. alien. p.
Federicū. Et quare appellatur pares, Panor. in cap.
186 ceterum vers. qui aut dicuntur pares de iudi.] Hi
etiam nunc in sequentibus nominibus designantur.
Rhemensis Archiepiscopus, Laudunensis atque Lin-
gonensis pontifices duces: Bellouacensis, Nouionensis,
atque Cathalaunensis, episcopi comites sunt appella-
ti. Ex seculi principibus Burgundus, Normanus, &
Aquitanus ducatus dignitatem: Flandrensis autem,
Tolosanus, & Campanus, comitatus prerogatiuam
obtinere. Hæc ille. Quorum parium singuli officia
habent distincta in sacro, & coronationis Chri-
stianissimi regis mysterio, ad cuius ornatum eodem
dicente Gaguino, lib. vij. fecerat Philippus Pulcher
Francorum rex aureas coronas gemmis multi pre-
tiosior ornatas, quas Ludouicus Hutinus eius primoge-
nitus filius post illius mortē regnum adeptus in cœ-
nobium diui Dionysij transtulit, vt ad coronandos
deinceps reges reginæque reponerentur. Quas Mat-
thæus abbas, & eius monasterij cœnobitæ receptas
feruare chirographis datis compromiserunt. Hæc il-
le. Plus videtur, quoniam suppressio tantæ di-
gnitatis in regno pariter vergebat in Parlamenti se-
natus decolorationem: [De primæua Senatorum
institutione, & vnde dicantur, habetur infra sup verbo
adiectæ impuber. & quæ dixi in verbo, *Duas habet
filias*, loquēdo de Scuto Regio in colore saphyrino.]
cuius pars ferè potior pars Franciæ dicuntur, sine
quo senatu rex de reipublice statu, & prouentibus re-
gni, nihil vnquam statuere, aut disponere cōsuevit,
de quo idem Gaguinus lib. iij. cap. fina. prope finem,
188 Parliamentum, inquit, publicum ad iusticiam mi-
nistrandam conuentum Franci vocant, cuius insti-
tuendi auctor ab historicis non traditur. Id enim cu-
iusque anni definito tempore, loco, quem rex desi-
gnasset, habebatur. Verum quia hæc generalis ex to-
to regno coitio impensis, & laboribus conuenientes
afficiebat, obseruatum postea est, vt ex maioribus
ciuitatibus, & prouinciis periti iudiciorum, & con-
suetudinibus homines ad id munus electi, ius cuique
per prouocationem litiganti dicerent. Quæ institu-
tio cum vaga interdum incertaq; commutatis sedi-
bus esset, decreta est Parlamento apud Parisios curia
& sedes, qua iudices designati se iugiter sifterent
perpetui prouocationū diffinitores. Qui octuaginta
sunt annua ex regis silco stipendia capiētes: & hi
quidem per quatuor curias distributi seorsum consi-
dunt, suōque præsidentes habent. In prima quam
Franci cameram vocant præsidentes quatuor, & cō-
siliarij triginta, causas & lites audiunt: dilaciones, &
quæ ad iuris cognitionem attinent, constituunt: le-
uiora quædam & temporanea finientes, in reliquis
singulis duabus cameris decem, & octo inquisitioni-
bus præfunt, qui in quæstarum, id est, inquisitionum
consiliarij dicuntur, quibus præsidentes quatuor præ-
ficiuntur. Horum omnium pars ex clero, parsq; ex
laicis constituitur. Sententias dicunt, quas statutis
diebus alter præfidentium in prima curia palā enun-
tiant. Idque Arrestum, id est, fixum & firmatum vo-
cant. A quo videlicet nemo prouocare possit. Qui
verò reus sententiam in se excipit, sexaginta libra-
rum Turonensium multa afficitur. Si quis tamen
in iudicio error admittitur reo videbitur, errorē pro-
ponendi, & in iudicium eiusdem curiæ deducēdi po-
testatem habet, nec prius auditur, quàm duplicatam
multā deposuerit. [Errauit in facto magister Ga-

guinus, quia libræ prædictæ sunt Parisiensis valen-
tes lxxv. Turonensis, de quibus & eorum auctoritate
nihil elegatius videri potest post l. j. ff. de officio præ-
fecti. præter quæ aurea apud omnes merito diuulgat.]
Quarta curia est eorum, quos requæstarum, id est,
supplicationum palatij magistrōs vocat: apud quos
causa eorum tātum agitur, qui regis obsequiis depu-
tati vel priuilegio donati sunt. Et ab his quidem iudi-
cibus, qui octo sunt, prouocare ad Parlamentū licet.
at cum decidēdis iudicis nodus aliquis, & anceps
in causa difficultas surgit, omnium curiarum & came-
rarum consiliariis conuenientibus sententia fertur.
Eius Parlamenti tanta vis semper apud Francos au-
ctoritas, vt quæ rex ipse de reipublica, deq; iure & p-
uentibus regni statuerit, ea sine huius senatus decre-
to non procedant. Sunt præterea ipsius Parlame-
ti cōiudices, dum adesse volunt Franci pares, de qui-
bus supra scriptum est, atq; vt huius sacrosanctæ cō-
cionis regem auctorem esse certum sit, regia singulis
quibusdā annis rescripta edunt, quibus ad diui Mar-
tini diem festum Parlamentum inchoandi iudicibus
à rege auctorizatis datur. Ad hoc præterea Parlame-
tum spectant octo alij supplicationum magistrī, qui
regij hospitij peculiari nomine appellatur, qui regi
sequētiū assistent, Cancellariā sectantes, & hi post
primæ curiæ præsidentes omnium primi sedent.
[Scilicet in curia Parlamenti: tamen ipsi magistrī
requæstarū hospitij de se se seorsim à curia came-
ram tenēt, in qua de officiis regis cognoscunt, tamē
ab eis appellatur ad Parlamentū, & ita decisum fuit
Arresto, anno domini M. ccc. lxxiii. vt refert domi-
nus Aufreri. in suo tractatu Arresto. c. cxliij.] His
ergo cum Franci paribus comprehensis centum om-
nino sunt, quibus appellationum cognitio, regali-
arum quoque, & parium causæ committuntur, in-
commutabili sententia terminandæ. Hæc ille. Hæc
profectō curia Parlamenti ad instar senatus Roma-
ni à Romulo urbis cōditore (Tito Liui primæ de-
cadis lib. j. teste) instituti fundata exitit. De cuius
institutione, & magistrorum eiusdem præminen-
tia, pariter meminir glo. in si. pragmaticæ. §. quocir-
ca. super verbo, Parlamenta. & eleganter Lucas de
Penna, super titulo de præfecto pratoro. lib. xij. Nec
posset alius princeps præter regem habere nec tene-
re in terra sua Parlamentum infra regnum, vt sentit
Bart. in l. & hoc Tyberius Cæsar. ff. de hered. instit.
& Clarius Guido papæ, quæst. xliij. quia cognosce-
re de appellationibus i vltimo resorto est de regali-
bus: c. j. quæ sunt regali. in v. sibus feud. Hanc Parla-
menti curiam Philippus Pulcher Francorum rex,
ex post non esse ambulatoriā, sed cōtinuē Parisiis te-
nendam confirmauit, & curiam Parlamenti etiā
Tolosæ perpetuē tenendam instituit, à cæteris quoque
duo esse Parlamenta, vnum scilicet Parisiis, aliud ve-
rò Tolosæ decreuit, Anno domini M. ccc. ij. vt caue-
tur in suis tunc factis ordinationibus. xlvij. c. (Addi-
tio.) Has ordinationes per Ioannem, Carolum quina-
tum & sextum Francorū reges confirmatas reperie-
tis in registro ordinationū regiarū cameræ in quæ-
starū Parlamenti Tolosæ, fol. xxv. verso. Quæ qui-
dem curia Parlamenti Tolosæ fuit ex post per Caro-
lum septimū, anno domini M. cccc. lxxiii. renouata.
Et per Ludouicū vndecimū eius filii domini nostri
regis genitorē cōfirmata die secūda Octobris, anno
domini M. cccc. lxx. Tolosæ pariter tenendā de duo-
bus præfidentibus laicis, & duodecim consiliariis,
sex clericis, & reliquis sex laicis, tã ex patria linguæ
Doil,

Doil, quàm ex patria propria linguæ Occitanæ pro-
mouendum, cuius patria Tolosa est caput. (Addi-
tio.) Vt patet fo. dicti registri. c. ij. verso. & fol. clj. ver-
so. In cuius curiæ institutione fuit inter regem, & pa-
triam Occitanam expressè cōuentum. quod scripto
& communi iure in decidēdo regeretur, ex quo pro-
malo appello, emenda regi non debetur, ex post au-
cta fuit de vno præfidente, & quatuor consiliariis seu
magistris. Et finaliter per Carolum octauum, Anno
domini D. cccc. xxxv. consiliarij octo fuerunt addi-
ti partim clerici, & partim laici. [Et per eundem
Ludouicū præcipuē decoratam legimus, quod cō-
tra rebelles manu armata vt possit curia Parlamen-
ti Tolosæ memorata, licet enim iudices manu mili-
tari cogere possint rebelles. l. qui restituere. ff. de rei
vendi. tamen prudētē loquendo intelligitur manu
seruientium ordinariorum, secundum Ioan. Fab. in
l. j. de offi. mi. iudi. Cùm manus armata absque cer-
ta scientia principis vt nemini sit permissum, si ex-
pressè non mandetur. l. j. c. vt armorum vsus. lib. xj.
aut lege expressè caueatur, vt in l. si quis in hoc gen.
c. de episcopi & cleri. cum similibus. vel loquamur
de curia Parlamenti Tolosæ, cui cōtra omnes rebel-
les eius arrestis non parentes concessa fuit per Lu-
douicū die penultima Ianuarij, anno domini M.
cccc. vj. Quam cōcessionem perpetuam vidi extra-
ctam à libro Ordinationum regiarum dictæ curiæ,
& cameræ in quæstarum ex fol. cl. ij.] Et dicitur
Parlamentum, quasi parium lamentum: quia (vt vi-
distis) fuit institutum, quod omnes causæ parium
Franciæ in Parlamento, & non alibi tractarentur, &
deciderentur, nec tenentur pares Franciæ alibi litiga-
re actiue nec passiuē. Ex quo etiam dictū est Parla-
mentum, quasi contra pares Franciæ audiuntur la-
menta pauperum subditorum. Aliter tamē accipiūt
Bar. & Io. de pla. in l. si quod extra ordinarium. C. de
legatio. lib. xij. Habemus pariter in Francia Can-
cellarium primum à regia maiestate in iusticia distri-
buenda magistratum à cancellando dictū, qui rescri-
pta, & priuilegia per regem concedenda, sigillo re-
gio munienda, quod apud se est, prius quàm eo mu-
niantur, corrigat, & cæcellat, de quo Polycrates: Hic
est, inquit, qui leges regni cancellat iniquas. Et man-
data pij principis æqua facit. Si quid obest populis,
aut legibus est inimicū. Quæ quidem dignitas
eū liberat à patria potestate. intli. quibus modis ius
patriæ potesta. fol. §. ij. Quo officio in Francia, vt
fertur decoratus fuit Iacob. de Are. qui fuerat doctor
regens Tolosanum secundum Barto. in l. prima. C. de
sententiis, quæ pro eo, quod interest proferatur. Etiā
Petrus de Bellapertica fuit Franciæ Cancellarius, &
vt talis Epitaphio adhuc hodie in choro ecclesiæ ca-
thedralis Parisiis palam visitur sepultus, insignisq;
decoratus. Et est in Fraciā Cancellarius loco quæ-
staris, de quo in l. præcipim. C. de appella. secundum
gl. super verb. quæstor. in l. ij. c. de petitio. bon. sub-
statis. lib. x. [Vbi Bal. in tertio notab. dicit tres esse
quæstros. Vnus qui sedet ad latus principis, qui est
illustris, ad cuius officium pertinet subscribere se in
rescriptis, & respōdere vna voce aliquid implorātī-
b, de quo loquitur hic. Alius est quæstor provincia-
lis, qui quæstum à provincialibus recipit: id est, tri-
butorias functiones, de quo loquitur. ff. de officio quæ-

sto. Alius quæstor erat, qui causas criminales audie-
bat, secundum Odoffre.] Et clarius hoc dicit in ver-
bo, quæstor. in l. fina. C. de diuersis. refcri. & pragma-
sanctio. pro qua est tex. in Authen. vt diuine quoque
iustio: subscriptio. habeat gloriosi quæstoris. colla-
tio. viij. Quia officium quæstoris erat decretare peti-
tiones. sicut & logotheta in regno. secundum Lucam
de Penna in dicta l. ij. C. de petitio. bonorum subla-
tis. li. x. quas signabat, & in eis se subscribat, vt ho-
die faciunt secretarij regis in subleuamen Cancellarij
propter multitudinem negotiorum in Cancellaria,
& curia regis affluentium. Facit gl. super verbo,
ex quæstor. in §. cūmque. in procmio inlit. volens
secundum vnum intellectum, & Tribonianum fuisse
Iustiniani Imperatoris Cæcellarium. De quo videatis
Guido. Papæ non ita amplè nec clarè loquentem
quæstio. cccc. xvj. vers. xxxij. quæro. Et est tex. in l. j.
in fine. vers. ex his. ff. de officio quæsto. Vnde Isido-
rus lib. iij. etymologiarum, auctores inquit iudicio-
rum præpositos quæstros vocamus. c. forus. de ver-
borum significat. Et Gregorius in cap. j. de donatio.
Cancellarium, vt dixi, vocat Gallorū patritium. Ali-
qui Cancellarium vocant præfectum prætorio sim-
pliciter dictum per excellentiam. Eo quia in omni-
bus præfertur aliis præterito præfectis quocūq; loco
fuerint. Ex quo videmus eū, in quocūque Parlamen-
to regni huius sedere primo loco. Et primus post re-
gem, & de quo Casiodorus lib. vj. variarum quæ-
stionum sic dicit: Si honoris alicuius est origo lauda-
bilis, si bonum initium sequētib; rebus dare potest
præconium, tali auctoritate præfectura prætoriana
gloriat. Qui & modo prudentissimus, & diuini-
tati probatur acceptus. Nam cūm Pharo rex Aegy-
ptus de periculo futuræ famis Marcidis somniis vr-
geretur, nec visionem tantam humanum posset reue-
lare consilium, Ioseph vir beatus inuētus est, qui &
futura vera prædiceret, & periclitanti populo prudē-
tissimè subueniret. Ipse primus huius dignitatis
insulas conseruauit, ipse carpentum reuerēdus ascē-
dit, ad hoc gloriæ culmen euectus, vt per sapientiam
cōferret populis, quod præstare nō poterat potestas
dominantis. Ab illo nanque Patriarcha, & nunc pa-
ter appellatur imperij. Quod est, quod non habebat
cōmissum, cuius est ipse sermo iudicium. Pendē est vt
leges possit condere, quando eius reuerentia sine ap-
pellatione potest negotia terminare, potestate nulla
dignitas est æqualis, vice sacra vbiq; iudicat. Nullus
miles de fori sui auctoritate præscribit, excepto ma-
gistro militum: credo vt aliquid antiquitas cederet,
qui videbatur pro republica bella tractare. de quo
pleni Lucas de Penna, in l. duos. C. de suscepto. & ar-
ca. lib. x. vbi eandē prerogatiuā concludit aliis præ-
fectis prætorio competere. Quod est intelligendum
in absentia Cancellarij, vt ibi qui per excellentiam,
vt dixi, vocatur simpliciter præfectus prætorio. Cui
quando Imperator scribebat, simpliciter præfectum
prætorio vocabat, vt patet in secunda constitutione
Cod. quæ Menæ præfecto prætorio dirigitur. Sed
quando scribebat cæteris, eos nominabat præfectos
prætorio Constantinopolitanæ, vel Africæ, aut Illy-
rici, vt patet in pluribus locis libri primi Codicis. Et
hi præfecti prætorio, quorum loco sunt hodie in re-
gno Parlamenta, in absentia Cancellarij omnia præ-
dicta faciunt. Cūm non possit ipse in singulis Parla-
mentis residere, nec in vno, quia regē sequi eique as-
sistere necesse habet, vt dicit gl. in dicta l. secunda.
C. de petitio. bonorum subla. quod quæstor, id est,
L. v Cancell.

Cancellarius est, qui circa latus principis stat, cuius consilio & directione vniuersalia regni, & summe ardua statuta regni, aut si aliquod sit inter pares vel principes bella mouentes iurgium, aut Parlamenta de limitibus, aut prerogatiuis disceptent, rex audit, gubernat, & discutit. Cum quo certus stat per vices dictorum octo magistrorum requistarum hospitiij regis numerus, nec non certi alij, qui stabiles non esse consueverunt consilij, interdum de parlamentorum ibi affluentium magistris, & Doctoribus practi cantibus. Sūt & aliquando de diuersis regni partibus, qui semper regē sequuntur: vt per omnes supradictos in diuersis Parliamentis & regionibus existentes de singularum statu prouinciarum, & moribus possit & valeat in veritate, ac pro singulorum climatum necessitatibus, rex ad bene regendum informari, cum alijs non sint conciliarij, qui regem sequuntur perpetui, nec certo numero, aut certa pensione taxati, nec cognoscunt nisi de maximis, & tangentibus statum vniuersalem ipsius regni, nisi rex ex causa aliud ordinaret, aliquam causam particularem cognoscere volendo, quod raro contingit. Sapientissimum ac diuinum Ieronis ad Moysem consilium sequendo, de quo habetur Exodi xvij. Qui videns Moysem generum suum, & Dei Cancellarium super populo Israel, vt habetur Numeri xij. cap. circa particularia occupari: Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consummeris tu, & populus iste, qui tecum est, ultra vires tuas est negotium, solus istud non poteris sustinere. Sed audi verba mea, atque consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo in his, quae ad Deum pertinent, vter feras, quae dicuntur ad eum. Prouide autem de omni plebe viros, potentes scilicet iudicare per suam sapientiam, & experientiam, & timentes Deum, scilicet matrem & doctrinam. Et qui oderint auaritia, &c. Quia omnes cupidi propter munera de facili flectuntur, & diuertunt a iustitia. Et constitue ex eis, qui iudicent populum omni tempore, scilicet continue vacando expeditionibus causarum particularium, cum ad vniuersalia non sint occupati. Quicquid autem Maius fuerit, videlicet discernens statum regni, aut personam regis, vel tale negotium, quod caudam traheret Scorpionis: puta quia trahi posset ad malam consequentiam, aut si accusaretur talis persona, quae inferioribus deferri non posset iudicibus, nec curiae Parlamenti. l. fina. C. vbi senato. vel clarisi. & l. milites. C. de officio magistri militum. Vel ageretur de excimendo, aut restituendo vel supprimendo dignitates & officia publica, secundum glossam in capit. praecipis. xij. distinctio. Referant ad te, qui iudicabis de illo vel modum, & formam iudicandi dabis eis. Facit capitulum maiorem. de baptis. Et ipsi si minora tantummodo iudicent, id est, communes & ordinarias causas, quae veniunt in contentione iudiciali. Leuiusque sit tibi in alios partio onere: quia dicit Gregorius ad Maximum episcopum. Mandata ecclesiastica efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur, capitulum. mandata. de praesumptio. vbi glo. ad propositum arguit de officiis sanctiend. xciij. distinctio. capitulum. diaconi. Si hoc feceris, scilicet de maioribus causis tantum cognoscendo, vt supra, quae satis principem occupant, & consilium suum toto anno, & causas ordinarias omnes qualibet coram suis ordinariis in suo territorio, quod minoribus sumptibus, & laboribus sit tractare permiseris. Implebis im-

perium domini, Id est, voluntatem Dei, vel sic sciendo, scilicet de maioribus tantum causis cognoscendo, de quibus supra. Implebitur imperium pace, & omni tranquillitate, & omnia quae publicum statum concernunt, & vniuersum gubernamentum tam in militia seu statu belli, moribus & finantiis, quae omnia sunt reipublicae, & fideiubent per omnibus his, quibus pro Republica indiget, secundum Philosophum recte gubernabuntur, quae sapientissime male gesta relinquuntur occupatione particularium, & priuatorum negotiorum: propter quam habentes regimen vniuersalium in curia, praecipua regis statum regni concernentia sustentare non possunt: quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. & qui ad vtrūque festinat, neutrum bene peragit. Et omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace, vt quilibet in suo territorio, & ressorto litiget minoribus sumptibus, vbi in curia regis vexaretur maximis expensis, & laboribus. Et tardius propter negotia regni ardua totum tempus, & consilium occupantia expediretur, vbi coram ordinariis fuisset breui tempore expeditus. Ex qua expeditione pax & bonum publicum procuratur. l. properando. §. primo. C. de iud. facit capitulum. finem litibus. de dolo & contumacia. Quibus auditis Moyses fecit omnia, quae ille, scilicet Ietro fover eius, suggererat: quia creatis & institutis a cetero ordinariis iudicibus remisit vnumquemlibet in locum suum cum pace. Hunc sanctissimum virum honorem diuinum & bonum reipublicae zelantem elegit Deus in populo suo, & instituit cancellarium: qui consilio Ieronis etiam bonum reipublicae zelantis obediuit, & taliter se habuit, quod Deum facie ad faciem videre, & cum eo familiariter loqui, nec non populo dominari meruit. Rex & regum & eximius prophetarum David Iosaphat virum vti que prudentem & sanctum habuit in suum cancellarium, vt habetur ij. Regum viij. capitulum. in fine. Quae dignitas ex tunc vocabatur a commetariis: quod est nomen indeclinabile: & significat idem quod cancellarius secundum Lyram ibi. cuius officium erat secundum eum dictandi leges, vt supra vidistis, secundum Polycratem: nec non repetere seu recordari casus varios quotidie occurrentes: & qui veniebant ad Dauid. Cum infinita ardua negotia dietim ad regem confluant, quae ei per cancellarium propter labilitatem memoriae regis repetenda erant, vt per ordinem expedirentur, secundum eum ibi super verbo, Iosaphat filius Achilud. Ad quod faciendum habet cancellarius Francia octo magistris requistarum hospitiij coadiutores, cum impossibile sit rerum habere omnium memoriam. Ob quod refert Gaguinus libr. iij. capitulum primo, de Carolo Magno, quod tabellis ceras vtcebatur: vt quae vel excogitaret per se agens, aut inter occurrentes curas se agenda praesentaret, ea scriptis mandaret. Vlpianus & Alexandri Imperatoris fuit cancellarius, de quibus sic scribitur: Alexander matrem habuit Christianam nomine Mameas, cum qua Origenem presbyterum audire curauit. hic fuit iuuenis virtuosissimus, qui rempublicam salubriter gubernauit consilio Vlpiani vsus, qui fuit legalis scientiae princeps. Seneca vir sanctissimus, in omnique scibilibus doctissimus, Neronis Imperatoris fuit cancellarius secundum Lucam de penna super rubrica C. de quaestoribus & magistris officiorum libro duodecimo. Similiter habuit ecclesia Romana & Papa cancellarium, qui Bibliothecarius vocabatur capitulum. Adrianus. lxij. distinctio. secundum glo.

ad glo. ibi. Qui cum semel ex gloria propter excellentiam tate dignitatis, cum papa satageret contendere de paritate fuit pro lege, quod non cancellarius, sed vicecancellarius papa a cetero vocaretur. quod & hodie seruat, secundum Gul. & Zabarel. in clem. ne Romani. de electione. & ita vocatur in procemio. §. san. verlic. nos ad apicem. lib. vj. & gl. pragmaticae super verbo. vicecancellarium. §. Roma. ne verò. titulo de causis. Et iste vicecancellarius in curia Romana est ille, qui regulas apostolicas regit, cuius dispositione dantur in curia & extra cum subscriptione duorum abbreviatorum. Et est iudex in pertinentibus ad expeditionem bullarum, ita quod in curia maior est post papam, secundum Zabarel. in dicta clem. ne Romani. §. coipso. in iij. quaestio. sicut in Francia cancellarius est maior post regem, vt dixi. Et inde est, quod vicecancellarius papa olim vocabatur Bibliothecarius, quia ad eum spectat custodire libros bullarum, & libros regularum & extrauagantium. Ex quo in curia praeficitur, quod certam capit partem de registro bullarum, quia tenetur de omnibus ibi contentis reddere rationem, secundum glossam in procemio regularum cancellariae Innocentij octauo. Sicut cancellarius Francia reddere tenetur rationem de omnibus literarum expeditionibus coram eo expeditis. Est enim praes iustitiae in curia, ponit decretum irritans & alias clausulas. de quo per glossam in cap. statutum. de rescrip. libro vj. §. in verbo, literarum. Et federe potest & stare cum auditoribus rotae in decisione causarum, etiam in praesentia papae: quia, vt dixi, est praes iustitiae secundum glossam in dicto procemio, sicut vidistis de cancellario Francia, qui etiam primus post regem praesidet in omnibus parlamentis regni, & sicut Moyses in regno & synagoga Iudaeorum pro Deo verus cancellarius fuit. Sic & solus papa in ecclesia Dei cancellarius vocatur, cui & Dei vnum & idem dicitur esse consistorium. secundum Hosti. in cap. quanto. de translatio. episc. Pariter Iustinianus Tribonianus habuit cancellarium, libros in candidato principis legentem, secundum glossam in procemio instit. §. cumque hoc Deo propicio. super verbo, ex quaestori. vt dixi supra. Et non de causis communibus se onerantem, nec populum & subditos vexantem. Hae & profecto considerans magnificus ille vir atque superillustris dominus Gualelmus de rupe forti domini nostri regis cancellarius in origine regni sui laboribus parcens & expensis subditorum, & vt rex & ipse liberius causas huius tam ampli regni vniuersales, statum ipsius & regis tangentes, quibus sine rege dari non posset medela, audire, tractare, & diffinitio salubriter & mature in regni augmentum & honorem, reaque militarem in tuto vt deest collocare & disponere posset. Et praeterquam ne rex christianissimus qui dietim & literatorie causas in curia papae aut coram iudicibus apostolicis, & spretis ordinariis, deferri, vt non vexentur subditi, nec ordo sacrorum canonum, & diuinarum ac humanarum legum simul ordinationum regiarum turbetur, auctoritate concilij generalis, & ex decreto Basilienis titu. de causis. vetare & prohibere consuevit, contrafacientes puniendo, ipse quo ad regnicolas & sibi subditos contrarium facere dicitur, putans iustum in sui personam quod reprehendit & vetat, tanquam iniquum in ipso papa, suis contentus terminis Ieronis consilij saluberrimum, vt alter Moyses aut Ioseph vel Iosaphat & Tribonianus audiuit, regemque consuluit tantam causarum multitudinem potius causa vexandi pau-

peres & fugiendi seu protelandi iustitiam, ne citò in partibus fieret, ad regem delatam, remittere quoslibet in suum parlamentum, causis statum regni, officia regia & quaestiones inter duo parlamenta existentes, & si quae in futurum emergerent, concernentibus exceptis: & a cetero causas alias euocari edicto perpetuo vetaret: prout factum extitit anno Domini M. cccclxxxij. mense Ianuario in consilio trium statuum regni Turon. congregato, cuius iustitia manebit in seculum seculi: adeo quod nunc dici potest de ipso quod scribitur Paral. lxxv. Latentur & exultent gentes, quoniam iudicat populos in aequitate, & gentes in terra dirigit. Et praesertim hoc aequissimum solamen nobis Occitanis indulsit, ne extra limites, parlamenti nostri trahamur per quascunque literas quas ex tunc cassas & nullas esse voluit, & declarauit: cum extinctione omnium processuum, & per captionem & arrestationem portitorum & literarum. Quae concessio cum in forma pragmatice passata fuerit cum regni proceribus & tribus statibus regni Turonis tunc congregatis, & magno regis consilio, non possit reuocari per quancunque clausulam generalem derogatoriā. per glo. super verb. illic omni privilegio. in auth. qua in puincia. C. vbi de crimine agi oportet. iuncta glo. in li. ubi nulli. & auth. sed & permutare. C. de sacrosanct. eccles. & in l. fin. C. de diuersis referri. & in l. ij. C. de quibus muneribus vel praestatione. nemini se liceat excusa. lib. x. & in ca. j. de rerum permutatione. sed quoties aliquid dubij emergit, consultur ipse per curiam & officarios, quos libenter recipit & audit, Valentinianae constitutionis non immemor dicentis in l. ij. C. de offi. vica. relationes iudicium libere audimus, ne ad ministrorum decreta videatur auctoritas, si coram consilio velut prophano- rum preces a nostris adytis repellamus &c. Haec iam de statu Francia quo ad iustitiam. Et quia sicut regnum bene ordinatur intra se per iustitiam: ita extra se reprimendo aduersarios per militiam praecipuum decus est stabilimentum totius imperij, quale est militaris disciplinae tenacissimum vinculum: in cuius sinu ac tutela serenitas tranquillitasque beatae pacis status acquiescit, vt libro secundo tit. de disciplina militari dicit Valerius in princip. Ob quod Mars imperij Romanorum pater appellatus ibi perhibetur, cum de Lucio Quinto Cincinnato loquitur. Cuius militiae director in praesenti regno est constabularius, qui ad res bellicas secundus post regem est, teste Gaguino libro iij. capitulum. vltimo. Olim tribunus celes- tum, id est militum qui celeres equos habent vocatus, de cuius initio, nomine, & officio, ac potestate, habetis textus in l. secunda. §. in initio ciuitatis. ff. de origine iuris. Et primus inter latinos constabularius Iunius Brutus, qui auctor fuerat reges euicendi, fuit, vt ibi. Et in veteri testamento princeps militiae vocabatur, qualis fuit Holophernes sub Nabuchodonosor Assyriorum rege, Iudith. ij. capitulum. qui regnabat in Ninive ciuitate magna. Et Nabuzardam sub rege Babylonis etiam princeps militiae vocatus, & post regem secundus, Ieremie vltimo capitulum. Et sub Saule primo Iudaeorum rege fuit Abner. j. Regum xvij. ca. in fine. Et sub Dauide postea rege fuit Ioab filius Saruiz: quia cum Dauid ij. Regum. v. capitulum. praemium proposuisset ei qui Iebuzam percuteret dicens, primo Paral. xj. Qui percusserit Iebuzam, erit princeps & dux scilicet militiae. Et ascendit primus Ioab, & factus est princeps &c. qui textus clare probat neminem ad tale officium assumendum

209 dum, qui non prius militauerit, & reipublicæ profecerit in salutem populi, ut fecit Naamam regis Syriæ conestabilis. de quo iij. Reg. v. c. sic dicit: In diebus illis Naamam princeps militiae regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum & honoratus: per illum enim dedit dominus salutem Syriæ, erat autem vir fortis & diues. Sed cum leprosus esset, propter merita ad rempublicam sanatus fuit per Helisæum à lepra, ut ibi. Sub Salomone fuit Banaïas conestabilis, postquam interfecit Ioab prædictum, qui occiderat Abner etiam principem militiae Saulis ignorante Dauid. ij. Reg. iij. cap. & iij. Reg. ij. cap. ibi, Et constituit rex Banaïam filium Ioïade pro eo super exercitum, cum esset vir fortis & prudens, fueratque regis Dauid secretarius. ij. Reg. xxij. circa fin. ibi, fecit que eum sibi Dauid auricularium &c. Etiam sub conestabili à primordio fuerunt & adhuc sunt in regno isto marescalli, qui olim Romæ magistris equitum, id est militum, dicebantur, ut dicto cap. fina. & in dicto cap. ij. vocantur duces militum. Marescallus enim nomen est officij eius qui parte aliqua bellicis rebus præest, ut Gaguinus dicit libro vij. cap. j. de quorum origine, & institutione, officio, & potestate est tex. in dicta l. ij. §. post deinde. versi. populo deinde aucto. ff. de origi. iur. & in l. milites. C. de officio magistris militum. Et sicut olim in Romano imperio fuerunt quatuor principales magistris militum. l. ij. §. sancimus. C. de offic. præfec. præto. Africa. ubi etiam vocantur duces militum: sic etiam in regno Franciæ sunt quatuor Marescalli, & fuerunt simul instituti cum dictatoribus, quorum loco sunt hodie præfecti prætorio. ut dicto §. post deinde. & in Fræcia præfidentes & magistris in parlamento. Nam 211 præfecti prætorio, id est magistris in parlamento, & magistris militum non modicam habent inter se connexitatem, quæ apparet ex l. j. loquente de præfectis prætorio. & l. ij. loquens de magistris militum sub eo. tit. postis. C. de offic. præfec. præto. Afri. & tex. expressè eos iungit in l. j. §. illo eod. tit. imò respectiue sunt æquales, & origine & potestate in his quæ eorū incumbunt officiis. Super quo videatis Lucā de Penna super rubrica de præfec. præto. C. lib. xij. Ideo nõ subiciuntur quæstoris seu cancellarij iudicio, nec præfecto prætorio. ut supra vidistis, secundum Castiolum. si pares non essent presentes, sed solum regē habent vltorem. l. fin. C. ubi senato. vel cl. & l. prima. C. de officio magistris mili. vel eum cui rex commiserit in signum cuius & memoriā sub eodē tecto præfecti prætorio, id est magistris in parlamento, & marescalli q. sub conestabili sunt in palatio Parisiis curias tenent vicinas & cõtiguas. Præfecti quidem prætorio ut supra vidistis, & marescalli in aula magna eiusdem palatij super tabula marmorea in alto capite dictæ aule sita, solum de actionibus & quæstionibus bellicis cognoscetes, supra quos dictatores nunquam fuerunt, pares in potestate existentes, nisi quis equitum magister pro necessitate temporis aut gratiæ causa voluntariè dictatori se subiecerit. l. est receptum. ff. de iurisdictione omnium iudicium. ut Romæ semel contigit quod Minutius equitum magister seu marescallus Fabio dictatori pro subsidio eidem 212 impenso gratificauit. de quo Valerius libro quinto, titulo de gratis: Fabio (inquit) etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est aduersus dictatorem: dictator enim magister equitum Minutius scito plebis, quod nõquam antè factum, fuerat æquatus, pariter exercitu separatum in Samnio cum Hannibale

confluxerat. Vbi temerè inito certamine pestiferum habiturus exitum subsidio Fabij conseruatus, & ipse scilicet Minutius eum scilicet Fabium patrem appellauit: & à legionibus suis patronum salutari voluit: ac deposito æqualis imperij iugo, maisterium equitum sicut par erat dictaturæ subiecit. Imprudensque vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit. Hæc ille. Alio & aliàs marescalli præfectis prætorio æquales semper fuerunt. Quia etiam in exercitu præpositum habent, qui præpositus marescallorum vulgari eloquio nuncupatur, crimina belligerum coércēs. Et quia tales marescalli auctoritatem habent supra milites, & totum principis exercitum, alio nomine vocantur & appellantur Epidemetici, ab epī, quod est supra, & metis id est metatis: id est militibus in terminis castrorum existentibus: quasi supra milites demetiantur, id est diuersis diuersa assignent hospitia, secundum gloss. super rubrica. C. de metatis & epidemetici. lib. xij. vbi & in l. j. Ioan. de Pla. vocat eos marescallos. Et si semel super officio domini nomen illius cui domus assignata fuit talis Marescallus apposuerit, & postea ipsum deluerit, pena filii tenetur, ut infra l. prima. & quicquid alius hoc fecerit. Et in Francia tales habent hoc peculiare officium assignandi hospitia, & sequitur curiam regis quocunque vadat, qui vocantur marescalli hospitiorum, id est, *Les mareschaux des logis*. Habentes sub se forreiros, qui actualiter pro ipsis assignant hospitia, sed in exercitu marescalli habent supra milites omnimodam auctoritatem etiam hospitiorum. Habent etiam marescalli capitaneos sub se, seu armigerum duces. Quorum quidam vocantur tribuni, quorum quilibet præest mille hominibus, alij sunt ceteriones. Ceterio enim de quo loquitur euangelium in pluribus locis, est, qui centum præest hominibus. Alij dicuntur quinquagenarij, id est præfectus quinquagenarius, qui quinquaginta præest hominibus. Alij decani. Decanus autem præest decem militibus. Et sic ita tus originem sumpsit à Moysè, consilio circūspecti Ieronis cognati seu loceri sui. allega. Exod. xvij. capitū. Et isti omnes, & qui sub eis sunt milites, non tenentur alibi criminaliter, nec ciuilitur respondere, quam coram magistris militum vel eorum præposito. ut dicta l. magisteria potestati. C. de iurisd. omn. iudi. quandiu sequuntur exercitum, vel durat tempus commearis: quo licentiam habuerunt visitandi rem familiarem, quo durante habentur in exercitu pro presentibus. Eo autem elapso vel si negotiationi vacent, tenentur coram ordinarijs patriæ iudicibus respondere, nisi haberent priuilegium militandi & negotiandi à principe. l. prima. C. de quibus causis mili. fori præscriptio. ut non possunt. Si verò in exercitu aliqui ultra statutum numerum & in registro seu matricul. non cõprehensū militarent, certè fori præscriptione non guderēt, nec immunitate à publicis oneribus. l. eos qui vltra. C. de officio magistris militum. Et licet in Francia esse non consueverint, nisi quatuor Marescalli, possent tamē rex alium vel alios de nouo creare ex causa, ut fecit Imperator in l. fina. illo eodem titulo de officio magistris mili. Tertius 214 principalis in Francia fuit & est status thesaurariorum, qui à quæredis & cõseruadis pro necessitatibus reipublicæ pecuniis olim quæsttores nominabantur. Sicut enim regnum in se durare non potest sine statu iustitiæ, qua sublatà, regna secundum Augusti, aliud non essent, nisi publica latrocinia: sic stare non posset sine ordine militaris belli, quo ab hostibus

hostibus defendatur. Et neuter statuum præcedentium sine pecunia consistere potest. Et inde Philosophus animam reipublicæ pecuniam esse dixit. Fidei iubet profectò numus pro omnibus his, quibus homo indiget. vnde videatis ex pecunia publica officia rris iustitiæ vadia & militibus stipendia assignari, de quibus viuunt ne subditos cõcutiant aut deprædentur: quibus voce clamantis in deserto dictum est Lucæ ij. Neminem concutiat, neq; calumniam faciat, sed estote cõtenti stipendiis vestris. Et horū triū statuum reipublicæ principalium quilibet auxilio alterius indiget, ut pulchrè docet Imperator. C. de Iustitiano codice confirmat. Ad eò qd de Francis regibus dicere possumus & eorū regno, quod ibi scribitur in princ. Summa reipublicæ Francorum tutio de stirpe duarum rerum armorum atque legum veniēs, vimque suam exinde municens, felix regum nostrorum christianissimorū genus, omnibus anteponi nationibus, omnibus gentibus dominari, tam præteritis efficit temporibus, q̄ Deo principio in æternum efficit. Illorum etenim alterum alterius, auxilio semper eguit. Et tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorū præsidio feruatae sunt. Ortum autem & originem habuerunt hi quæsttores seu thesaurarij à populo Romano in principio nascētis ciuitatis, cum grariū populi auctū esse cõpisset, in quo pecunia publica reponebatur. Quia ut essent qui ærario thesauri præessent, constituti fuerunt quæsttores, qui pecunia præsidere: & dicti sunt ab eo quod inquirenda & cõseruanda pecuniæ causa creati erant. l. ij. §. iisdem temporibus. vers. sic. deinde. ff. de origi. iur. Ob quod dicit tex. in l. j. ff. de offic. quæsto. quod origo quæstoris creandi antiquissima est, & penè ante omnes magistratus. habuerit enim Romulus cõditor vrbis, & Numa Pompilius binos quæsttores, quos ipsi nõ sua voce, sed populi suffragio, id est consensu & electione crearunt, ut ibi. Et sunt in Francia quatuor principales, qui de causis inter fiscum & priuatos cum prelidibus, id est senescallis cognoscūt. l. ij. C. si aduersus fiscum. ut exemplo Tolosæ videre potestis, vbi de illis causis ambo cognoscūt, scilicet senescallus seu eius locum tenens, & Thesaurarius seu receptor provincie Tolosana. Et tenent de illis causis eorum communē curiam post prandium in domo thesauri regia. Quorum quatuor thesaurariorum principalium plures sub se diuersarum provinciarum habent receptores, qui in suis provinciis cõmuni sermone, etiam thesaurarij vocantur, licet non sint: sed simplices receptores. Quorum officium est quærare, & exigere omnia, quæ domanij regis, & de patrimonio seu mensa regis sunt. Et nulli sunt receptores, qui sub thesaurario suo non respondeant: quorum thesaurarius curā habet. l. j. & secunda. C. de offic. quæstoris. Posito, quod in præfenti regno sint omnes receptores per regem creati, cum eorum officia formata & ordinaria existat & perpetua, sicut cetera, ut dixi in verbo, *Duas habens filias*. Nihil tamē ad firmam tradere possunt, locare, nec arrendare sine principe, aut eius deputatis. ut l. fina. illo eod. tit. de officio quæstoris. vbi gloss. arguit & in l. prima in fine. eodem tit. cõtra Petrum de Vico, qui quæstas locabat sine principe. Et quicquid dicitis receptoribus debita ad causam domanij soluit, liberatus est, nec teneretur receptore effecto non soluendo, nec patria tenetur: sed imputetur regi, qui tales elegit, & creauit. Et officium quatuor thesaurariorum est discurrere provincias, & visitare

domanium illum conseruando: & si iustè fieri possit augendo, & occupatum ac perditum recuperando auxilio præsidium: vbi de reitu vigintiquinque librarum tironen. & infra quæstio foret. Si autem de maiori summa ageretur, curiæ parlamenti in cuius ressorto est, cognitio pertineret. Sunt præterea in regno quatuor quæsttores seu thesaurarij, qui non thesaurarij, sed generales vocantur. Quorum officium in pecuniis extraordinariis & subsidiis quærendis & conseruadis versatur. Sunt enim quæsttores & receptores talliarum, quas rex annis singulis indicit pro necessitatibus regno occurrētibus, secundum maius & minus, pro modo necessitatum, quæ talliæ leuantur à non priuilegiatis pro valore rerum & bonorum ruralium, quas quisquam plebcus habet & possidet: nam præcedentes domanij redditus, quos quatuor thesaurarij leuant, sunt ordinarij. A quorum solutione, velut ordinariorum nemo est exemptus. Et hi quatuor generales, qui talliis & collectis subsidiariorum præfunt, certos habent in singulis prouincijs receptores, quos ipsi nõ eligunt nec rex, sed vnaquæque prouincia, cui annis singulis mittitur summa quæ à rege petitur: congregat omnes consularis, in qua congregatione officarij regij se ingerebant, non ut reipublicæ prodesse, sed ut aliquid pro assentia extorquerent à consularibus, quod fieri est hodie prohibitum per ordinationem domini nostri regis moderni Caroli octauī factam anno Domini M. ccc. ccc. & si ibidem reperirentur, prohibetur aliquid eis dari etiā pro speciebus sub pœna recuperandi super statibus patriæ, & alijs qui eis donauerint, & sub pœna arbitraria officariis talia dona recipiētibz indicenda. [Hanc ordinationem dominus Aufreri. situauit xij. in titu. de talliis.] (Additio) Pariter cum in statibus cuiuslibet prouincie congregatis annis singulis pro impositione denariorum regiorum consueuissent vocari & interesse nobiles domini temporales & prelati ecclesiastici prouincie, quibus magna taxabatur summa pro vsaggio in maximum detrimentum subditorum, fuit hoc à cetero fieri prohibitum per regiam ordinationē Ludouici duodecimi nunc regnantis factam Blesis anno Domini M. ccc. ccc. quæ est in ordine. xv. vbi hoc prohibetur sub pœnis in ea contentis, quia sufficit solos cõsulatus interesse, quibus solis, & non ecclesiasticis aut nobilibus incumbit onus denariorum portare & soluere, inter quos summa illa toti prouincie indicta partitur & diuiditur. Et tunc omnes simul eligunt pro illo anno receptorem ad leuandum denarios singularum parochiarum, pro quo creando non debent consules & alij denarios regios situantes & diuidentes, aliquid extorquere sub pœna dupli accipientibus, & receptori danti sub pœna priuationis officij imponenda, ut cauetur in alia ordinatione regia præfati Caroli octauī. [Quam dictus Aufreri. situauit vbi supra xv.] Et si ille receptor efficeretur non soluendo, adhuc ad ratiocinia obligatus, nec haberet vnde regi seu generali suo soluat, patria tenetur illos denarios facere & tenere bonos regi & regno: quia est quid imputetur patriæ quæ talem elegit aut electioni illius consentit, & eam gratam habuit. facit textus in l. secunda. ff. ad municipa. & l. prima. C. de cura. libro decimo. & l. cum ostendimus. §. finali. in fine. ff. de fideiussu. tuto. Vbi laudans quem & gratificans in aliquo publico officio, censetur pro eo fideiubere, & ad hos fines rex de illis receptoribus creandis

creandis non se intromittit, nec etiam generales, vt 221
super patria denarios bonos facere teneatur. Quæ
practica & cautela sumpta fuit ex tex. dictæ l. vnica.
circa principium ibi, etiam ipsum Romulum & Nu-
mami Pompiliū binos quæstros habuisse, quos ipsi
non sua voce, sed populi suffragio, id est cōsensu &
electione crearent &c. ff. de officio quæstoris. Ideo
cauti esse debent eligentes, vt ab electo bonas & suf-
ficientes suscipiant cautiones, pignora, aut fideiussor-
es, quorum plures vidimus in ictu oculi destructos.
Omnes supradicti tam quatuor thesaurarij, quam
quatuor generales, tenentur annis singulis reddere
regi computa & rationes de receptis & administra-
tis, seu his, qui ab eo deputati sunt, quales sunt præ-
sidentes & consiliarij camerae computorum regio-
rum Parisiis, sine quorum auctoritate & decreto
nulla valet nec proficit remissio seu quitantia regis,
nec magnatum regni: nec tenet aliqua per regem fa-
cta alienatio, donatio, aut perpetua vel temporalis
assignatio. Et meritò, quia regnum immensa est no-
bilitate largitas, & liberalitas: quæ aliquibus nõ clau-
ditur terminis, & omnia iam exulassent, si camera il-
la computorum non fuisset & parlamentum. de qua
& eius auctoritate tetigit Panor. in ij. parte. consil. ij.
circa fin. nõ enim sunt illi sicut thesaurarij, qui pro-
uincias lustrare & fortiri tenentur, vt dixi: sed stant
Parisiis residenter, vbi libros habent vniuersi doma-
nij & finantiarum totius regni, quos legunt quoti-
dic, & visitant: cum quibus omnibus agendis in re-
gno quatenus finantias & domanium cōcernit, nor-
mam tribuunt, verificanda verificant, & non verifi-
canda tollunt & refutant. de quibus postea intelligi
tex. in dicta l. vnica. §. sanè non omnes quæstros. ff.
de offic. quæsto. & ab istis seu eorum camera appel-
latur ad parlamentum, si quem in aliquo grauauerit:
ita quòd tales causæ remitti solent per cancella-
rium ad curiam parliamenti. [De quo meminit do-
minus Auffredi. in suo tractatu arrestorum. c. cxliij.]
Hæc de triplici Franciæ principali statu, cæteris ne
prolixius sim omisisis, ad aliqualem vestrum instru-
ctionem vobis sufficiant, quem à Moysè & maiori-
bus, scilicet Assyriorum, Chaldæorum, & Romano-
rum, huius orbis principalibus monarchiis, vt nihil
ad regni perfectionem deesset, Franci reges habue-
runt. Suprà ¶ quos omnes cancellarium sublima-
runt, omnibusque prætulerunt. de quo Cassiodorus
vbi suprà pro rege ad cancellarium nouiter institu-
tum loquens, ¶ aliis inquit, pecuniæ publicæ com-
mittimus procuracionē, aliis concedimus causas an-
dicēdas, aliis patrimonij nostri iura delegam⁹. Quæ-
sturam toto corde suscepimus, quam nostræ linguæ
vocem esse censimus: is nostris cogitationibus ne-
cessariò familiariter applicatur, vt propriè dicere
possit, quod nos sentire cognoscit, arbitrium nostræ
voluntatis disponit, & ita mentis nostræ velle susci-
pit, vt à nobis magis putetur exisse quod loquitur: O
quàm arduum est subiectum verba dominantis assu-
mere, loqui posse quod nostrum creditur. Si quid du-
bitamus à quæstore perquirimus: qui est thesaurus
famæ publicæ. Armarium legum, semper paratus ad
subitum. Nā si oratoris (vt ait sōns eloquentiæ Tul-
lius) est proprium, grauitè & ornatè dicere, vt ani-
mos possit iudicium permouere: quæ facilius debet
esse qui ore principis populos noscit admonere,
vt recta diligant, peruersa cōtemnant, bonos sine fi-
ne laudent, pessimos vehementer accusent, vt penè
sit seruata distinctio, vbi præualet eloquentiæ forti-

tudo. Sit ¶ imitator antiquorum prudentissimus,
mores alienos corrigat, & suos debita integritate cu-
stodiat. Talem denique oportet esse quæstorē, qua-
lem portare principis decet imaginem: adesse debet
sciētia iuris, cautela sermonis, vt nemo debeat repre-
hendere quod principem conspicerit censuisse. Opus
est præterea firmitate animi, vt à iustitiæ tramite nul-
lis muneribus abstrahatur, nec vllis terroribus. Nam
pro æquitate seruanda nobis quoque patimur cōtra-
dici, [Vide quæ plenius habentur infra in v. deci-
sione in fine.] cui oportet etiam quærun, tua verò
pe dignitates assessorum solatia quærun, tua verò
principi consilia subministrat. Atque ideo prudenti-
tiæ & eloquentiæ tuæ fama prouocati quæsturam tibi
gloriam literarū, ciuilitatis templū, genitricem
omnium litteralium dignitatum, continentiæ domi-
cilium, virtutum omnium sedem: per illam scilicet
quæsturæ indictionem, Deo prestāte committimus.
Ad te enim prouinciæ sua vota transmittunt, & ne-
cesse est tibi omnibus sufficere: quando à nobis cōti-
gerit legum remedia postulare, totum te legibus, to-
tum te responsis tradere prudentum: sic nobis optimè
familiaris si priscorum seruias institutis. Considera
in verbis tuis laudē positā, principalis fama nostra
est quicquid loqueris, conscientia sine dubitatione
quod sentis. Intellige, quantum sit quod à te exigitur,
cuius vera opinio cōmittatur. hæc subiectos am-
plectitur, hæc in gentes exteras peruagatur. Per hæc
vbi non videmur, cognoscimur. Summo igitur stu-
dio constare esse seruandū, quod de nobis potest ferre
iudicium. Sed cum hæc omnia feceris, nullis elati-
onibus efferraris, nulla mordearis inuidia, alienis
calamitatibus non leteris: quia quod odiosum est
principi, non potest cōuenire quæstori. hæc ibi. Quæ
omnia, vt puto, habuit doctor ille sanctissimus ex
textu Gene. xij. vbi ad Ioseph inquit Pharaō, Tu eris
super domum meam, & ad tui oris imperium cūctus
populus obediet: vno tantum regni solio præcedam
te: ecce cōstitui te super vniuersam terram Aegypti:
tulitque annulum de manu sua, & dedit eū in manu
eius, vestiuitque eum stola byssina & collo tor-
quem auream circumposuit: fecitque eum ascendere
super curram suam secundum, clamante præconē,
vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositū ef-
fere scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex
ad ipsum, Ego sum Pharaō, absque tuo imperio nõ
mouebit quisquam manum aut pedem in omni ter-
ra Aegypti. vertitque nomen eius & vocauit eum lin-
gua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Hæc ibi. Co-
gitare ergo his attentis debent reges, quibus tantum
officium committant, vt sint modo prædicto quali-
ficati, qualis fuit Ioseph. Cui à Pharaone dictū fuit,
vbi suprà nunquam sapientiorē & consimilem tui
inuenire poterō, quasi diceret ei secundū Lyram ibi:
non posses inueniri aliquis te sapientior, nec etiam in
sapientia æqualis. Et de Moysè Dei cancellario dici-
tur Numeri xij. capit. Erat enim Moyses vir mitissi-
mus super omnes homines qui morabantur in terra.
de quo Deus eius rex & dominus dixit in omni do-
mo sua cum esse fidelissimum. ore enim ad os loque-
batur ei. Palam & non per ænigmata & figuras
Deum videbat. Quare ergo, inquit dominus, non
timuisti detrahere seruo meo Moysi &c. quasi di-
cat, Moyses me representat in omnibus: qui cum lo-
quitur, ego loquor. Nam motus proprius cancella-
rij & sua certa scientia quibus aliquando contra ius
commune rescribis, censetur certa scientia & motus
proprius

proprius regis ad validandum rescriptum contra ius
commune concessum, vt dicit glos. singularis in ver-
bo, literarum. in ca. statutum. §. j. de rescrip. libro vj.
222 Nero ¶ etiā quāquā leuis ac crudelissimus & omni-
malitia inquinatissimus foret, Senecā humanæ na-
turæ decus in suum cancellarium prælegit, vt dixi.
Et tale officium (vt Lucas de Pēna vbi suprà refert)
suo tēpore meruit dominus Barth. de Capua. Et tē-
poribus nostris prædictum dominum, de Rupeforti
ita dotatum super illustrem cernimus & meritò can-
cellariū: nec potest rex errare, nec deficere, si bonus
fuerit cæcellarius. Cui bona & mala regni soli impu-
tantur & non regi, vt patet ex prædictis. Vnde ¶ ad
223 punctum reuertendo, & ipsum concludēdo, euiden-
ter resultat dictum Carolum quintum aut Ioannem
eius patrem non potuisse dictum ducatum Aquita-
niæ tantis dominis excessiue augmentatum, in allo-
dium omnino liberum Anglorū regi perpetuò con-
cedere. Quinimò tractatū illum inter eos habitum
tanquam in decolorationem regni vergentem, eius
statum & curiæ parlamentariæ pergentem & de-
struentem nullam & iniquissimam fuisse. Præsertim
cūm, dixi, in regno isto esse non possint talia allo-
dia sine ipsius regni & curiæ suæ decoloratione. Præ-
terea hoc esset regnum in regnū erigere, vel regnum
quod in vnicate saltem respectu supremæ authorita-
tis consistit diuidere, quod fieri non potuit. ¶ Imò
224 quod plus est, si rex aliqua acquireret bona, quæ sibi
patrimonialia dicerentur, & ad libitum alienabilia
non obstant iuramento in coronatione præstito,
quod ad illa non extēditur, nisi tantum ad ea quæ de
mēsa existūt, vt dicto c. intellecto. Certè adhuc bona
illa patrimonialia rex alienare non posset, cū exem-
ptione illorum à sua suprema iurisdictione, si intra
limites regni sunt sita secundum Lucanā de penna in
l. quicunq. la. ij. C. de omni agro defer. lib. xj. Et mi-
nus potuit ducatum Aquitanie cum tantis domina-
227 tionibus ferè tertiam regni partem facientem exem-
ptum transferre in Anglos. cap. Abbate sanè. §. pro
parte autē altera. de re iud. li. vj. vbi bona per regem
extra limites regni acquisita alienari possunt etiam
cum exemptione & plena libertate: sed non bona rega-
lia & mēsalia intra regnum sita, vt ibi: etiam si filiis
domus Franciæ concederētur, vt suprà dixi circa prin-
cipium huius secundæ decisionis, maxime in præiu-
diciū sanguinis regie maiestatis & successorum:
quibus ex Francorum antiqua lege Salica & consue-
tudine inconcusse obseruata, & nullo modo ex pro-
genitorū persona successione vel alia dispositione
regnū ad proximiores masculos debetur, defertur,
& eis competit ipso iure. [Circā hoc vide quæ plen-
ius dicuntur infra super verbo, in eodem testamento
225 relinquens. j. in xvij. limita.] Ob ¶ quod & plures
alias rationes quæ vobis fortè tædiosæ fierent, cōcef-
sio prædicta per dictos Ioannem regem tunc in An-
glia detentum, & Carolum eius filium Angliæ facta,
non tenuit, nec tenet. Etiam quia nõ tenerat beato
Ludouico cui certam expeditionem armigerorū ad
Turcos pro fide Christi debellandum furnire & mit-
tere promiserant: pro quo faciēdo magnas pecunia-
rum summas ab eo susceperant, & nihil fecerant. Et
(quod deterius est) post dictum pacis tractatū in di-
228 cto loco de Bretigniaco factum, asperiorē guerram
quàm prius contra dictum Carolum quintum mor-
tuo Ioāne regem factum mouerunt, & profecti fue-
runt cōtra fidem præstitam. de quo Gaguinus libro
nono cap. secundo sic dicit, Nõ quieuit per hos dies

Richardus Edouardi filius nouellus Angliæ rex. Sed
traiecto ex Anglia Calliū exercitu, Thomas Edou-
ardi filius octo circiter hominum millibus stipatus
Arthesiū, Viromādnos, Suefiones, Cathalanos, Tre-
centes, Senones, Vastinium, Blesiam, Bonamuallem
incurstantes, abductis aliquot claris equitib⁹, ad Bri-
tones contenderunt: quos Ioannes Montfortensis
alacriter excepit: hæc ille. Ad idem & p̄iora tēpore
Caroli sexti, & post fecerunt, fidem non seruantes,
donec per Carolum septimum fusi & delicti penitus
fuerunt à regno expulsi, prius ipsis per sententiā pri-
uatis: de qua confiscatione loquitur Panor. allega. in
229 ij. parte consil. ij. decidendo xvij. quæstio. [Quali-
ter ducatus Aquitanie ad Anglos peruenerat, & qua
liter eum ex post perdidit: & de eorum iniusta
querela, plenè habetur in tractatu quem tēpore hu-
ius operis feci, ad requestam nobilium ipsius patriæ
scholarium.] Castatque ¶ inefficaci facta per Io-
annem & Carolum quintum in liberum & omnino
francum alodium concessione aliqua, non reten-
ta superioritate seu suprema iurisdictione, quod in
regno locum habere non potest. Et si de tali alodio
nemini quàm Deo subito loquantur officarij reg-
gij, certè verum dicunt, quòd talia alodia in regno
esse non possunt, vt patet ex prædictis. Sed capiēdo
alodium pro re libera & Franca respectu propria-
tis, quæ à nullo tenetur, nec recognoscitur, & p̄ qua
nullum debetur seruitium personale, vel pecunia-
rium: est tamen subiecta iurisdictioni regis quo ad
restortum iustitiæ saltem supremæ, alodia esse in re-
gno possunt. Et in hoc officarij errare possent, non
obstante respōso dominorum de camera computo-
rum suprà prope principium huius secundæ decisio-
nis relato. Quia non apparet aliqua lege, aut alia di-
spōsitione regia roboratum, qui quidē rex tolerauit
in regno talia alodia suæ iurisdictioni vel alterius
de regno subdita. Et ¶ in ciuitate nostra Tolosa
multa sunt talia alodia à dicto rege Ioanne priuile-
giata, quæ fuerunt Tolosanis per Ludouicum vnde-
cimum domini nostri regis genitorem confirmata
die xxiiij. Martij, Anno domini M. cccclxxj. Et non
immeritò: quoniam vt suprà dixi in principio hu-
ius decisionis ab omni æuo tota Gallia, Burgundia,
Lugdunum, & Narbonensis prouincia, vbi sita erat
Tolosa semper fuerunt ab omni tributo & censu
exempta, iure Romano & Italico fruētia, per text.
in l. fina. §. primo. iuncta glo. in l. j. in principio. ff. de
censu. quem ad nostram propositum pōderat Ioan-
Fab. in §. per traditionem. in fin. institu. de rerum di-
ui. Ad causam quorum alodiorum, maximus fuit
exorditus processus inter procuratorem regium ge-
neralem, & syndicum villæ Tolosæ, adhuc pendens
indecisus in parlamento. (Additio) Ex post fuit ar-
recto dictæ curiæ parliamenti die xxij. mensis Decē-
bris, anno domini M. cccxcv. declaratum, omnes &
singulos Tolosanos tenere perpetuò posse alodia,
quæ vt talia tenebant tempore dictæ confirmatio-
nis à dicto rege Ludouico obtente: cuius arresti &
processus executorialis originale habetur in archi-
uis capitoliij Tolosæ, & transcriptum in libro albo
dictæ domus prope finem. cum priuilegio dicti re-
gis. Et ¶ ista talia alodia transire possunt in eccle-
228 sias & monasteria & personas ecclesiasticas, vt su-
prà fuit conclusum in principio huius ij. decisionis:
dummodò talia monasteria sint bonorum tempora-
rium capacia. [Vide aliam limitationem infra à de-
cisco. v. post principium. vbi ponit quæ sunt alodia
quæ

quæ liberè in ecclesiam transfire possunt, vt ibi ma-
neant.] Altem in communissecus si incapacia omni-
no forent, prout sunt cõuentus cordigerorum beati
Frãci & similes: quia illis donari vel relinqui non
possent, scilicet, vt ibi talia bona maneat, vel eis adiu-
dicari possint, vt supra tetigi. Sed valebit, vt tale reli-
ctum aut donatum vendatur, & pretium in alimen-
ta & alias necessitates conuertatur, secundum glo. in
cap. j. §. cõfirmatos. super verbo, domum. de reli. do-
mi. libro vj. Barto. & plenè Alexand. in lapud Iulja-
num. in fine. ff. de lega. j. & Panor. in cap. iij. §. eo. sub
iungens ibi hæredem fore cogendum ad soluendum
talia legata officio iudicis necdũ ecclesiastici, sed etiã
secularis. Cum hoc sit mixti fori. pro quo facit bon-
tex. in l. hæreditas. in fi. ff. de peti. hæredi. idem tenet
in capi. recollẽtes. de statu mona. vbi dicit in fi. quod
si emptor nõ reperiretur, bona dari debet pro Deo,
vel aliter debent abici, & demitti, & non penes eos
remanere, cum sint incapaces proprietatum. Videat-
tis Guido. Papæ. q. cccxxvij. Vnde per arrestum fuit
dictũ Parisiis contra quatuor ordines mendicantiũ,
quod non erant recipiendi ad faciendum petitionem
redituum perpetuorum, & fuerunt in expensis con-
demnati. Imò per aliud arrestum fuit dictum in par-
lamento anno Domini M. cccxcj. contra quendam
carmelitam, quod non erat recipiendus ad faciendũ
petitionem nomine suo proprio: fuitque condemna-
tus ad dimittendum quoddam hospitium, licet cum
eo fuisset per sedem apostolicam dispensatum. [De
his duobus arrestis etiam meminit dominus Austre-
ri. in tractatu suo arrestorum. capitu. xxxij. & cxvj.]
(Additio) Curia autem parlamenti Tolosæ omnia
hæc talibus relicta incapacibus consuevit deliberari
facere, non ipsis, nec ad eorum instantiam, sed be-
neficio procuratoris regij conuertenda in religiofo-
rum & conuētus quibus relicta fuerunt necessitates
& alimenta. (Additio.) Et ita fuit anno isto Domini
M. ccccix. ante pascha dictũ in parlamento Tolosæ
per arrestum curiæ. Pro quo facit tex. optimus in d. l.
hæreditas. in fi. ff. de peti. hære. vbi executio priorum
relictorum est mixti fori incumbens auctoritati re-
gix & pontificali. ¶ Quid autem erit de bonis his
quæ incapacibus religiosis fuerant relicta, vel eis aliter
competebant ante professionem? communiter di-
citur, quod post professionem pertinebant succedẽ-
tibus ab intestato per Authenticam, bona damnato-
rum. C. de bonis profc. quod verum intelligatis, nisi
fuisset eis relicta sub conditione, si decesserint sine
liberis restituenda: quia tunc ad pias causas erogarẽ-
tur per tex. singularem in Authen. de sanctif. epif. §.
sed & hoc præfenti. in fi. quem Ludo. in singularibus
suis dicit singula. cccxxxiii. incipien. heri consului
& c. millies vidisse sed ad hoc nõ notasse, donec eum
didicisset ab Ange. in disputatione quæ incipit, nobilis
quidam genere, quod dictum dicit aureum & menti-
tenedum. Quæ omnia vobis sufficere debet pro hac
secunda decisione.

S V M M E

- 1 Feuda in ecclesiam qualiter trãfrire possint. & nu. 2.
- 2 Feudum quid.
- 3 Feuda vnde habuerim originem.
- 4 Feudum personalissimum.
- 5 Nobiles Gallie qualiter debeant suis sumptibus militare.
- 6 Nobiles censentur stipendiati super tuitione prouincie solim.

Feudum est contractus nominatus.
Feudum legitimum & non legitimum.
Feudum quare non tranfit in ecclesiam.
Feudum etiã pro anima vel alia pia causa in ecclesiam non tranfit.
Vasallo feudum ipsi ecclesia legante dominus non tenetur eam inuestire.
Ecclesia nunquam moritur.
Feudum pro anima non potest ecclesia relinqui.
Feudum à seculari domino pendens etiam pro anima relinqui non potest.
Feudorum consuetudines ecclesias ligant.
Iurisdictio ob certam qualitatẽ vniuersaliter tributa, etiam clerico competet.
Ecclesia feudum capiens facere tenetur id quod reliquũ vasalli.
Ecclesia propter feudum quomodo laico subiciatur.
Ecclesia Romana mater est imperij, feudum tamen capiens efficitur vasalla.
Ecclesia feudum capiens præstat fidelitatis iuramentum.
Ecclesias in feudis non succedere.
Res nulla prophana immobilis potest in ecclesiam transferrĩ sine consensu principis.

Tertia Decisio.

TERTIA Decisio est, quod bona feudalia quæ ab aliquo domino tenentur & recognoscuntur in feudum, pro quibus debetur homagium, vel quocumque aliud personale, aut pecuniarum seruitium certum vel incertum, non possunt in ecclesiam transfire, aut in monasterium, nec in eorum ministros titulo successione ex testamento, vel ab intestato, directè, neque medio, vel ex persona cuiuscunque, nec alio quocumque titulo causa mortis, vel donationis inter viuos, nec alterius alienationis onerosæ, vel lucrativæ, sine consensu domini, à quo talia bona tenentur, ac regis cuius etiam interest: adeo quod si vasallus efficeretur religiosus, feudum retinere non posset, nec transfiret in monasterium: sed domino feudi, vbi legitimus non staret successor, pertineret. cap. j. de milite vasal. qui arma belli deposuit. Et minus in feudo, postquam religiosus est, succedere posset. secundum glo. & omnes in l. de quibus. ff. de legi. ¶ Nec obstat. l. fina. C. de episc. & cle. quæ loci non habet de iure, nisi in bonis parentum allodialibus francis & liberis, & non in feudilibus, in quibus religiosi ab intestato succedere non possunt, etiam si essent cruciferi, scilicet ordinis beati Iohannis Ierosolymitani, qui pugnarent pro Deo contra infideles: tales enim licet arma bellica non deposuerint, tamen quia domino feudi seruire non possunt, alio bello & seruitio quanuis digniori occupati, in feudo succedere non possunt: quia religiosi & regulares sunt. secundum Bald. sic text. illum intelligentem in prima parte, consilio xxxiii. incipien. ad euidẽtiam præmittendum est circa medium. Nec etiam succederent in allodialibus ab intestato in præfenti regno, vt s. vidistis. ¶ Est enim feudum (rectè illud diffiniendo) beneuola & libera rei immobilis vel æquipollẽtis concessio cum translatione vtilis dominij, proprietate recenta sub fidelitate & exhibitione seruitorum. secundum Ioan. Raynaldi. in repeti. cap. imperialẽ. de prohi.

prohib. feudi alie. per Federi. Qui quidem contractus feudalis ante librum feudorum fuerat incognitus, saltem in suo nomine, cum antea feuda vocarentur prædia stipendiaria, sic dicta, quia militibus pro stipendio dabantur. in situ. de rerũ diuisio. §. per traditionẽ. ¶ Vel dicta à stipitibus, id est, minutis æris, quæ pro stipendio militum colliguntur. Lager. §. stipendiũ. ff. de verb. signi. Vel quia data sunt militibus vt ex eorũ fructibus viuant, & eorum vice stipendium percipiant, & reipublicæ seruiant, nec aliud stipendium à principe seu domino feudi petant: ideo in aliquibus locis vocantur militia, quia militibus dantur, vel à seruitiis, quæ regi præstantur, quæ dicuntur stipendia. c. hac edictali. in fi. de pace iura. surman. Nam prædia aut sunt prouincialia quæ Romæ tributa solvebant pro subsidio populi Romani, sicut hodie solunt in Francia tallias pro subsidio regni: quæ loco tributorum sunt secundum Ioan. Fab. in §. per traditionem. In situ. de rerũ diuisio. Alia verò sunt prædia stipendiaria, quæ, mutato nomine, nunc feuda vocantur: quæ militibus pro stipendiis data olim fuerunt, & sunt in præfenti regno perpetua, de quibus hic loquitur. Et dicitur feudum beneficium principis, quod ab initio fuit personalissimum, alio modo militia vocatum: quæ ad nullum tranfibat hæredem, nisi quo ad fructus perceptos in vita militis per l. defuncta. ff. de vflu. & l. j. ibi proprios iure sanguinis. C. de ann. ciui. lib. xj. ¶ Ob quod vocabatur personalissimũ, quia si ad nullum tranfmissibile. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bono. Postea fuit personale, in quo certè succedebant personæ ex dispensatione, vt liberi & agnati. l. j. §. fin. ff. de iure immuni. Deinde fuit reale & tranfitorio ad quemlibet hæredem vniuersalem ex vflu: aut quia hoc dictũ fuerat in concessione feudi, vt not. in l. liberi liberta. que. C. de oper. libertorum. Postremò facta est beneficium realissimũ, ad quemlibet successorẽ tranfitorio etiam particularẽ, ita quod potest donari, & vendi: quia ita fuit conuentũ in concessione, aut introductum cõsuetudine, sicut nunc in Francia cõmuniter feuda ad quoscunque transeunt extraneos etiam ad mulieres, vt infra demonstrabitur, vt clarè decedit Bald. in l. fin. in princ. verlic. & not. ff. de con. stitut. princ. [Vide infra quinta decisione in princ. vbi in Frãcia liberè disponitur de feudis.] Quæ omnia probantur per tex. in d. §. per traditionem. versic. itaque. in p̄ta glo. in verb. ordinatur. in situ. de rerũ diuisio. & in litem si verberatum. §. itẽ si fortè. ff. de rei vendicatio. & in l. in prouinciali. ff. de noui. oper. nuntia. & de his videatis plenè & elegantissimè per eundem Baldum in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoficioso testamen. vbi decidit an hæc militia quæ secundum eum quadruplex est, computetur in legitima, ex quibus resultat decisio Bal. vera in cap. vnico. §. si duo fratres. de duobus fratrib. de nouo feudo inuestitis. quod feuda ista ab origine fuerunt peculia castrensia tanquam militibus in castris, vt quia probè se gesserunt, aut pro stipendiis publicis assignata: & si data fuerint pro inermi militia, dicuntur peculia quasi castrensia. Sicut si pro salario iudici vel aduocato à domino habente iurisdictionem in loco fuerint cõcessa: quia si ab alio assent acquifita priuato, vel ex alia causa, tunc dicentur aduentitia. l. si fortè. ff. de castren. peculio. Tamen etiam in his vltimis pater vsum fructum non habet, cum filius tale peculium habes teneatur seruire domino, & inde de fructibus viuere, secundum Bald. vbi supra. & idem & clariũ dicit in l. si vxorem. in fin. C. de condi. infertis. & tan-

git in l. cum multa. in secundo nota. C. de bonis quæ libe. Vnde primo modo habuerunt nobiles Francia feuda, quæ tenent, vt cum per regem in necessitate mandantur sine alio stipendio se præparare, armare, & seruire teneantur. de quo per Lucam de penna, in l. quicumque. la. ij. C. de omni agro deserto. lib. xj. ¶ [An autem vasalli & milites teneantur ire ad bellum quoties à domino seu principe mandantur, vide Panormitanũ in cap. sicut. de. vlt. de iureiur. vlt. col.] Quod verũ intelligatis pugnando pro rege infra territorium seu Senescalliam, vbi feuda tenent. Si autem rex vltra eorũ territorium ipsos ad bellum vocaret, tunc vocati per regem & pro regni tuitione accedere tenerentur, sed non sumptibus suis, sed sumptu regis, qui eis dare tenetur stipendia. Vnde valeret consuetudo quæ subditũ teneantur propriis sumptibus infra certos & determinatos dies sequi dominũ, & non vltra, secundum Ioan. de Plat. per illum text. in l. fin. §. erit autem. versic. & per hunc tex. C. de re milit. lib. xij. super quo stant regix ordinationes. Præsertim domini nostri Caroli octauj moderni regis, qui Turonis cũ concilio & proceribus ordinauit, quod nobiles feuda tenentes ad banna & retro banna per regem mandata non mitant, nisi necesse fuerit pro tuitione & defensione regni, & ex matura consilij deliberatione mandati fuerint, & tunc stipendiabuntur rationabiliter secundum statum suum, vt nõ viuant super populum. [Vide qualiter hoc intelligitur infra super verbo, testamentum. j. in ix. fallent.] Hæc ibi. Cogi autem non possent ire extra regnum etiam cum stipendio eius à rege soluendo, nisi aliud caueretur in feudi inuestitura. de hoc plenè per Specu. titu. de feudis. §. quoniam super homagiis. versic. xxiii. (Additio.) Hanc ordinationem reperies in libro regiarum ordinationum cameræ inquestarum parlamenti Tolosæ. folio clxiii. verso. Censentur enim nobiles stipendiati pro tuitione prouincie solim in qua feuda tenent. Et super reliquis prædiis non allodialibus tributa seu tallias à possessoribus exigit: de quibus salaria aliis armigeris conductitiis soluit ipse rex. Sed alij officarij regij in territorio suæ administrationis vacantes, pro rege nihil habent præter stipendia ordinaria, sicut nobiles non habent nisi feuda, quæ pro stipendiis tenent: & si extra vacauerint, tres habent pro qualibet dicta libras. De ecclesiasticis officariis & prælatis videatis in capitu. cum ab omni specie. de vita & honestate clericorum. Et feudum plus accedit contractui, quàm vltimæ voluntati, per textum quem ibi ad hoc ponderat Bald. in capitu. vnico, qui success. teneantur. Et est contractus nominatus cum à lege seu consuetudine nedum nomen, sed etiam formam susceperit, in quo fuit introductum quod inuestitura interueniat, & fidelitatis iuramentum. capi. j. quid sit inuestitura. & capi. j. de noua fidelita. forma. Ergo est cõtractus nominatus, secundum Barto. in l. iurisgentium. §. quinimò. versic. feudum autem. ff. de pact. & in rubr. C. de rer. permut. Bal. & Ange. in l. legitima. ff. de pact. & est communis opinio in dicto §. quinimò. & Imo. in cap. quæ in ecclesiis, de constitutu. licet Bald. in cap. ceterum. de iudic. dixerit & malè feudum comparari contractui innominato, & esse pactum nudum traditione vestitum, secundum eum in l. j. in quarta quaestione. ff. de rerũ diuisione. ¶ [Pro cõmuni opinione facit quod de feudi acquisitione dicitur super verbo, mortuo itaq. testatore. ij. loquẽdo de cõsuetudine Francia, qua mortuus fuisse viuum.] Et licet sit contractus nominatus, tamen

est stricti iuris, & non bonæ fidei secundum Bald. & Aluaro. in capitu. j. de feud. cognit. Adeo quod quicquid est in eo omisum censetur non comprehensum, nec aliquid in eo venit extrinsecum. l. si ita stipulatus. §. Chrylogonus & l. quicquid astringenda. ff. de verborum obligacionib. Ideo res sic concessa per dominum alicui vasallo suo, non potest per vasallum alienari, maxime in ecclesiam vel monasterium: & siue sit feudum ligium, quod alium non recognoscit, nisi imperatorem: aut Frā. iā regi subditum, in cuius homagio & fidelitatis iuramento alicuius nemo excipitur. de quo in clemen. pastoralis. vbi glo. de re iudica. Quo casu non potest talis vasallus etiam pro diuersis feudis esse homo ligius duorum, vt ibi communiter cōcluditur. Nec potest duobus dominis ligium facere homagium. secundum Specul. titu. de feudis. §. quoniam super homagis. versic. x. quæritur. & Bald. in prælu. feud. sexta diuisione in fine: secus est in homine non ligio. vt in capitulo grandi. ibi, vel cuiusque alteri personæ. de supplenda negligentia prælatorum. libro sexto. [De isto feudo ligio vide super dicto verbo, *Mortuo inaque restatore*. secundo. loquendo de materia suitatis.] Siue etiam sit feudum non ligium, quod alium quā imperatorem vel regem recognoscit dominum: puta ducem, comitem, aut baronem, à quo tenetur sub homagio & fidelitatis iuramento, in quo persona excipitur imperatoris, contra quem non tenetur talis vasallus suum iurare dominum, vel tenetur ad certum seruitium. capitulo primo. de aliena. feud. vbi ponitur ratio huius prohibitionis: non quod ecclesia sit bonorum temporalium incapax, vt vidistis in prima decisione: sed ex eo est, quia si talia bona feudalia in ecclesiam transfrent, nūquam vel rarò ad ecclesiam reuertentur. Quia ecclesia quæ perpetua est, quam decet patrimonium habere perpetuum. l. iubemus. la. grande. C. de sacrosanctis ecclesiis. nunquā desineret bona illa habere, cum res ecclesiæ immobiles alienari saltem facilliter non possint, & quod difficilliter sit, pro impossibili reputatur. l. apud Iulianum al. Iulianus. §. fina. ff. de lega. j. Præterea priuaretur dominus vasalli seruitio ipsum iuandi in bello suis sumptibus, & interdum ipsius regis secundum huius regni cōsuetudines & ordinationes iuri communi conformes vt vidistis. In quo bello clerici seruire non debent, nec interesse possunt sine periculo irregularitatis, & aliis pœnis eis communi indictis, imò priuilegium clericale ipso facto perderent. capitulo, perpendimus. de sententia excommunicationis. secundum Panormitanum post Innocentium in capitu. primo, de aposta. in fine. Quæ quidem damna nō debet ecclesia quæ cultrix est iustitiæ in domini præiudicium pro sui commodo & lucro contra iustitiam tolerare, vt dicto capi. vnico, de alienatione feudi. facit textus in capitulo vnico, de militate vasallo qui arma bellica deposuit. Et pluribus aliis priuaretur iuribus, præsertim quia per feloniam vasalli, aut seruitia & denecia non facta, nec domino præstita, potuisset ei feudum aperiri, & iure commissi applicari, vel aliis pro delicto communi confiscari: quia bonis vasalli confiscatis etiam pro crimine communi feudum non domino confiscanti, sed domino ipsius feudi applicatur. secundum Specul. titu. de feud. xl. quæstione vbi plenè, & Ioan. Fab. in Authent. bona damnatorum. C. de bonis damnat. Barto. & plenè Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalibus. versic. quærit glof. ff. de damno infecto. etiam si per Senescallum vel alium iudicem fuerint bona vasalli pro crimine

communi confiscata: & ita seruat in regno secundum Masuerum. titulo, de pœnis. §. item aduertendum. Et fuit factum per arrestum in cōsolatione bonorū illius de Sicca valle, de quo supra vidistis in secunda decisione. loquendo de delictis clericorum per iudicem seculari puniendis. Quæ applicatio seu confiscatio fieri non potest domino, si feudum in ecclesiam transfret aut monasterium, cum nūquam vel rarò, & tunc difficulter ecclesia delinquat, & solius prælati delictum non potest ecclesia nocere in perpetuum, vt scilicet feudum domino applicetur perpetuum: quia soli nocet personæ pro tempore suo quando uiuet, & ecclesiam illam tenebit, & non vltra, capitulo, delictum personæ. de regulis iuris. libro sexto. & est casus in ca. j. §. similiter. de lege Cornelia. dicit Masuerus seruari de consuetudine. allegato titulo de pœn. §. item si prælati. (Additio.) Et ita fuit dictum per arrestum curiæ parlamenti Burdegale. Anno domini M. cccc. cix. circa festum Magdalene de loco de Buseria, qui ob excessum per quendam ecclesiasticū dominum dicti loci sibi commissum fuit regi, à quo tenebatur in feudum confiscatus per regē quando delinquens uiueret tenendus. Quia satis est, quod delictum noceat delinquenti in vita, & non ecclesiæ post mortem delinquentis. Propter quod non sine causa statutum fuit feuda non transfiri in ecclesiam, nec personas ecclesiasticas. facit capitulo. j. §. moribus. si de feudo fuerit controuersia. & dicto §. similiter. de lege Coradi. vbi tolerari non debet, quod domino præiudicetur, aut eius in aliquo deterior conditio fiat. Quod iam ante omnes feudorum vsuales constitutiones secundum veterem iuris prudentiam statutum fuerat, vt quoties præiudicaretur alteri sicut in feudo & emphyteusi præiudicaretur domino, non potest eo tunc talis res dedicari ecclesiæ, nec monasterio sine licentia ipsius imperatoris, cuius principaliter interest temporalia residere in manibus laicorum, à quibus successum capiat in necessitate, & cuius etiam interest subditos suos esse locupletes, vt in casu nostro est textus notabilis in l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum diuision. ibi. Cum princeps locum dedicauit, vel potestatem dedicandi dedit. quem ad hoc allegat Ioan. Fab. in l. quotic. in fine. C. de rei vindicat. vltra quem habetis de hoc textum optimum in l. fina. ff. vt in possess. lega. iuncta glo. in verb. permissa. quam Bar. ibi ad hoc singularem dicit, nec alibi reperiri. vbi sine consensu imperatoris non potest feudum nedum dedicari & ecclesiæ consecrari, vt dicto §. sciendum. Sed etiam nec aliter in ecclesiam transferri, nec ad alios vsus, vt dicta l. fina. Et etiam in fauorem eius, cui feudum pertinere debet post mortē vasalli. Et minus in alterius fauorem. ca. vnico. de feud. success. vbi Bal. & in prima parte. allegato consilio xxxij. & plenè Iason in dicta l. de quibus. ff. de legib. Nisi consuetudo aliud haberet, vt dicam in quinta decisione. Sed cessante consuetudine, non potest vasallus de feudo disponere, nec etiā testari. [De quo clari⁹ infra in quinta decisione, in principi.] nec pro dote, licet sit in alienari prohibitis multum priuilegiata, in Authentica, res quæ. C. communia de legat. Nec etiam pro anima vel alia quacunque pia causa potest vasallus feudum in ecclesiam transferre, per textum in ca. j. §. donare. qualiter olim feud. aliena. poterat. & dicto §. imperialem. de prohibi. feud. alien. Non enim fienda est elemosyna, nec peccata sunt redimenda cum iactura alterius: imò elemosynam largiri de alieno, est in conspectu Dei, sicut victimare filiū in conspectu patris.

ris. can. nō putamus. j. quæst. j. Et (vt videtis) feudum in ecclesiam transfiri non potest sine magno domini præiudicio à quo tenetur, & cui seruitium debetur. Nec dicuntur talia statuta & consuetudines contra ecclesiasticam libertatem, cum habeant in se ciuilem & naturalem rationem: quia laici hoc statuendo poterant super re sua, durante sua, respectu proprietatis legem imponere, quam uellent, secundum Bald. singulariter in cap. j. de alien. feu. facit glo. in can. si quis basilicam. de consecratio. distinct. j. & quod decidit Felyn. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. xxij. col. versic. quinto. quæro. in fin. quæstionis. de constit. Ideo dicit Bald. in dicto cap. j. de prohibita feudi aliena. 13 quod si vasallus feudum legauerit, ecclesiæ, non tenetur dominus feudi. imò refutare potest eam inuestire, cum sit de personis prohibitis, per iura superius allegata. facit cap. potuit. iuncta glof. in verbo, prohibentur. de locato. vt clari⁹ videbitis in sequenti decisione. Plus dico, quod non solum prohibetur in ecclesiam feudum transferri temporale, uidelicet certo tempore & limitato finitum. Vt quia certæ generationi, vel vsque ad certum gradum tantum fuerat concessum, vt dicto cap. j. §. similiter versic. in quibusdam tamen curiis. de lege Corradi. Quo casu si in ecclesiam transfret, efficeretur perpetuum. & quia ecclesia nunquam moritur. cap. si gratiose. de rescript. lib. vj. & multum domino præiudicaretur, ad quem, finita generatione, erat feudum rediturum. Sed etiam prohibitum est in ecclesiam feudum perpetuum vasallo pro se & quibuscumque perpetuò concessum transferri, quia iura feudum in ecclesiam transfiri prohibentia loquuntur indistinctè, nullo modo distinguenda inter feuda perpetua & temporalia: idcirco sunt indistinctè intelligenda: maxime in hoc casu fauorabili, ne dominus pro concessione beneficij iacturam sustineat: quia hoc esset domino dicere, Pro bono opere lapidamus te, Ioan. x. Nec decet dominum decipi pro beneficio, sed iuari. cap. j. in fi. de commo. & in l. in commodato. §. sicut. ff. illo cod. tit. Plus dico, quod dicta prohibitio alienationis feudi in ecclesiam nedum habet locū in feudis propter quæ tenetur vasallus domino seruire in propria persona: adeo quod electa fuit eius & sui generis industria & fidelitas, quod cognoscitur ex tenore inuestituræ, aut qualitate inuestiti. Quo casu si feudū transfret in ecclesiam, multū domino præiudicaretur, cui ecclesia in bello seruire non potest in propria, vt vidistis supra: sed etiam locū habet in feudis, pro quibus ex priuilegio vel consuetudine seruari potest per substitutum, aut pro quo tale seruitium debetur, quod ecclesiæ & clericis conuenire potest, puta seruitium pecuniarium aut simile in dando consistens. Quo casu non esset proprie feudum, saltem nobile, vt dicam in sequenti decisione: quia dicta iura prohibentia loquuntur indistinctè. Præterea adhuc fieret conditio domini deterior, ad quem feudum amplius reuertitur non potest iure prælationis, aut per aperturam commissum, aut confiscationem, saltem domino præiudicaretur in aliis sibi debitis iuribus, & difficultate conueniendi ecclesiam, vt supra. Vnde et ecclesiæ etiam pro anima relinqui non potest, secundum Imolam in dicto capitulo, quæ in ecclesiis. de constit. Cuius opinio propter eius auctoritatem multum valeret, & obtineret in practica, vt ibi dicit Felynus versiculo. Erit ergo in proprio regulariter verum. Licet Hostiensis in summa. titu. de immuni. ecclesi. §. inquam. versic. Sed nec illa. tenuerit contra-

rium in hoc casu & præcedenti: quem sequitur Panor. in cap. ij. in fin. de feud. Et credo hanc esse veritatem, quod etiam in feudis pro quibus seruari potest per substitutum, licet perpetua sint, nō possint ecclesiæ relinqui, per rationē supradictam. Et etiam quia vbi esset illa consuetudo aut priuilegium seruiendi per substitutum, si dominus feudi puta rex in propria persona pergeret ad bellum: quo casu cessant omnia priuilegia exemptionis à seruitio, ita quod teneretur vasallus, etiam tunc ire in propria persona, vt dicta l. neminem. & l. placet. iuncta glof. in verbo, necessitatis. & l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccle. & dicta l. ij. C. de qui. muner. non liceat se excusare. lib. xi. vbi Lucas de Penna ponit rationem, & efficaciter respondet ad cap. non minus. de immunit. ecclesi. & ad cap. j. illo eodem titu. lib. vj. quæ loquuntur de consubibus & ciuitatum rectoribus & cæteris similibus, qui onera clericis imponere non possunt: & non de imperatore seu iuribus imperatori debitis, quæ bona clericorum afficiunt, maxime quia tales res feudales sunt ab earum origine ita conditionatæ ad onera prædicta, quæ sunt ordinaria. xxij. quæst. octaua. tributum. Et sic tunc etiam præiudicaretur domino, cui per ecclesiam vel eius prælatum seruire non potest, quod ferendum non est, nisi secundum Imo. vbi supra, feudum pro anima relinqueretur alicui laicæ personæ pauperi: in qua non militat prædicta incōuenientia in præiudicium domini. Plus dico, quod dicta prohibitio nedum habet locum in feudo quod tenetur à domino temporali & laico, sed etiā in feudo ecclesiæ, quod forsā tenet laicus ab ecclesia in homagium vel aliud seruitiū, quia dictæ feudales constitutiones hoc prohibentes etiam locum habent in feudis ecclesiæ, secundum Baldum in capitu. cæterum, de iudi. in primo nota. & Adeo quod sicut feudum à seculari domino dependens nō potest etiam pro anima relinqui ecclesiæ, nec amore Dei, sic nec feudum quod laicus tenet ab vna ecclesia, relinqui potest alteri ecclesiæ quocunque titulo aut colore, secundum Felynum in dicto cap. quæ in ecclesiis. xxij. col. de constit. licet moderni quidam contrarium tenere voluerint, per textum in ca. cum apostolica. de his quæ sunt à prælatis sine consensu capituli. dicentes ea ratione hoc esse permissum, vt tale feudum à laico detetum quoquo modo ad ecclesiam reuertatur, quæ vna est. Et quod vna ecclesia habeat, satis dicitur alia habere, vt ibi dicit text. Qui tamen non obstat, nec ad propositum facit secundum Felyn. vbi supra: cum loquatur de feudo decimarum & rerum spiritualium, quod laicus tenebat ab ecclesia ante concilium Lateranensē. Quod quidem potest indubitanter laicus decimarum incapax in aliam quam maluerit ecclesiam transferre, ipsam instituendo, relinquendo, donando, legando, vel aliter disponendo, vt dicto capitulo, cum apostolica. Et ratio est, vt decima à manu laici eximatur. Quæ ratio non militat in feudo rei temporalis, quod laicus talis rei capax tenet ab ecclesia. Vnde extendere dictum cap. cum apostolica. ad secularia feuda, quæ tenentur ab ecclesia, esset absurdum, & in præiudicium illius ecclesiæ, à qua tenetur: ad quam feudum nunquam rediret quoquo modo, si semel foret alteri ecclesiæ quæsitum. Licet enim omnes ecclesiæ, largè sumendo ecclesiam, sint vna & eadem ecclesia: non tamen propter hoc debet vni auferri, vt alteri detur. cap. cum causam. de præb. Alias vna ecclesia per aliam laica & circumuenta in integrum nunquam restitueretur: sed sufficeret rem

esse penes aliquam, licet alienam ecclesiam: & tamen cōtrarium est veritas. in ca. auditis. de in integ. restit. 22 Ideo extendere dictum cap. cū apostolica. esset periculosum. Restat igitur Feuda in ecclesiā transire non posse etiam ex pia causa, secundum iura & cōsuetudines feudorum: quæ ecclesias ligant & personas ecclesiasticas sicut laicos, per tex. in dicto cap. ceterum. de iudic. vbi papa declarat dominum feudi quamuis laicum, esse iudicē ecclesiæ & clericorū in causis feudorum quæ tenentur ab eo, prout iura & mores feudorum habet. facit cap. nouit. de iudic. Et ratio est, quia illa cōsuetudo est natura ipsius feudi cū sit origini feudi annexa, vt dicto cap. imperialem. quem tex. ita ponderat Cardi. in dicto cap. ceterum. tertio not. Aluano. & ceteri in cap. j. viij. col. qui feud. dare possunt. & Bald. in cap. inter dilectos. v. colū. de fidei instrum. [Non posse feuda in ecclesiam transire verum est de iure ciuili, & secundū vsus feudorū. sed de iure canonico potest ecclesiæ donari pro anima, vt singulariter & plenē decedit Hosti. in tit. de immuni. eccles. §. inquantū. verū. Sed nec illa. Cōsuetudo huius regni hæc iura concordat, vt scilicet relinquipot sit ecclesiæ, & valet relictum: tamē infra annum tenetur ecclesiā feudū vendere alicui capaci, qui domino seruire possit, vt habetur infra in v. decisione.] Præterea quoties respectu certæ causæ per legem ciuilem iurisdicōtio attribuitur vniuersaliter alicui, etiam clericos comprehendit actiue & passiuē, in quibus viget illa qualitas super qua fundatur iurisdicōtio, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdicōtionis episcopi. Nam hæc iurisdicōtio respectu feudi tributa est domino feudi per legem ciuilem, vt dicto cap. imperialem. Et nihilominus vendicat sibi locum in clericis actiue & passiuē, in quibus illa qualitas reperitur: cū enim hæc dispositio legalis possit se habere ad cōmodum, sicut ad incōmodum respectu clericorum, quia si sint domini feudi: etiam habent iurisdicōtionē sicut laici, & in laicos, secundum Panor. clarē in dicto cap. ceterum per illum text. verū. vltimō induco. de iudi. Adeo (vt dicit Bald. in l. fin. verū. item si ecclesia. C. si ne cōsu. vel reli.) quod si ecclesia receperit feudum, 24 seruire tenetur id quod ceteri vasalli seruant. quod dicit esse mirabile, quod ratione feudi ecclesiā efficiatur de iure & foro domini, etiam si dominus foret vnus rusticus, secundum Inno. in cap. verū. de foro competē. quem ibi sequitur Panor. facit text. in can. sancitum. xxij. q. viij. in si. prin. ij. ibi, debitum seruitium impendant. Quod verum intelligatis quo ad rem ipsam feudalem, in qua valet statutum feudale, 20 tamen nō valeret statutum generale, quod propter rē, vel ratione solius rei ecclesiā vel clericus esset domino laico generaliter subditus, aut de suo generali foro quo ad omnes causas & actiones secundum Inno. in cap. postulasti. de foro compet. quē sequitur Bald. in d. l. i. ubi omnis nullam. C. de sacrosan. eccl. Pariter dicit Bald. in l. sed & si hac. §. si liberta. per illū tex. ff. de in ius vocan. quod licet ecclesiā. Romana sit mater imperij, tamen si feudum tenet ab ipso imperatore, hoc respectu erit eius vasalla, quia feudataria: non quia mater. & in cap. j. ij. col. de contro. feud. 1 apud pares termi. dicit, qd stante quæstione feudi inter dominum & vasallum clericum, pares curiæ erant indices propter naturā causæ, quæ trahit ad se personam, & non personā naturā. Idem tenet Panor. in ca. ij. in prin. de reb. eccl. non alic. Et cōsuetudo generalis illam conferre potest iurisdicōtionē laicis in clericos per tex. in ca. j. de cōtrouer. inter vasal. & episcop-

pum de benefi. de quo Bald. ibi admiratur. Similiter dicit idem Baldus in præludiis feudorum, t qu quoties ecclesia capit rem in feudū, præstare tenetur domino fidelitatis iuramentū, sicut ceteri vasalli: ita qd si postea pacta non seruaret, feudo priuaretur iuxta feudales cōstitutiones, quæ etiam ligant ecclesiam in feudis suis, secundum Pet. de Anch. consil. clxxxij. in cipiente, dominus Lyfarius. Vnde non sine causa decidit glos. super verbo, iure alio. in dicto cap. Romana. §. debet autem. de appellat. lib. vj. quod vbi subditi temporalitati quam ecclesia tenet à rege in feudū, appellant ab episcopo vel suis officariis temporalibus, talis appellatio non ad metropolitanum, sed regem eiusve officarios deuoluitur, secundum glo. ibi, & doct. quos sequitur Felynus in dicto cap. solita. de maiorita. & obediē. & Bart. in l. si quando. C. de appell. & dixi plenē circa principium secundæ decisionis: quod etiam seruatur, si temporalitatem haberent alio dialem, vt ibi dixi. Quæ omnia fortificant consuetudinem Franciæ, quod in rebus clericis trahi possint ratione rerum immobilium coram iudice seculari, cū in Francia fuerint ab origine res sic conditionatæ: quod etiam tendere potest in commodum ecclesiarū & clericorū, si domini temporales existant, vt etiam laici coram eis trahantur ratione rerum, per rationem Panormit. & doctorum, in dicto cap. ceterum. Restat t ergo ecclesias & monasteria aliquo titu. in feudis succedere nō posse, etiam si feuda essent francha & libera ab omni onere & seruitio: quia propter hoc non essent francha à maleficio in faciendo, consistendo siue in tacendo fraudem cōtra dominum, & sic interest domini, quod feudum quod aliās confiscari posset, non transferatur in ecclesiam secundum Baldum in præludiis feudorum in viij. diuisione. quod etiam generali consuetudine seruatur, vt monachus in eis non succedat. secundum gloss. in dicta l. de quibus. Potuit enim ius ciuile & consuetudo in monachis necnon clericis sic statuere, propter naturam rei feudalis, quæ est, qd feudum nō transeat in eum qui seruire non potest, secundum Baldum & Ange. in d. l. de quibus. Et sic in ecclesiam vel monasterium non transit sine cōsensu domini & principis, quorum interest, per text. iuncta glo. super verbo, conferebat. in dicto cap. inter dilectos. de fide instru. vbi imperator concessione feudi monasterio confirmauit, aut de seipso contulit: ibi, tertio per priuilegia Romanorū imperatorū, & præsertim Henrici, quæ præmissa omnia, scilicet feuda confirmabat, vel etiam conferebat &c. Idem tenet Ioan. Fab. in dicta l. quoties. per dictam l. sacra. §. sciendum. & tex. in dicto cap. inter dilectos. Per quæ iura probatur, qd nulla res prophana potest ecclesiæ dedicari, nisi prius eam dedicauerit, si ei pertinebat, vel potestatem dedicandi dederit, aut postea eam amortizando conferent. Et eo modo intelligenda sunt iura, in quibus narrantur feuda monasterijs pertinere aut ecclesijs, vt ibi, & dicta l. fina. ff. vt in posses. lega.

SVMMA.

- Emphyteuticaria bona an in ecclesias transire possint. 1
- Emphyteusis quid, & quod omni iure teneat. 2
- Emphyteusis differt a feudo. 3
- Feudum & emphyteusis conueniunt in multis. 4
- Thesaurus in agro inuentus, vasalli est vel emphyteute, non domini. 5
- Clausula translationis domini in feudis vel emphyteusis nil operantur sine consensu domini. 6

Emptor

- 7 Emptor secundus prius inuestitus præfertur.
- 8 Emphyteusis & feudum quare in ecclesias non transiant.
- 9 Iura quæ habet dominus in vasallos. & nu. 10.
- 10 Vasallos an cogat dominus pecuniam sibi mutuo dare.
- 11 Emphyteusis in ecclesiam transiunt priuaretur dominus suis iuribus.
- 12 Militibus ecclesia comparatur.
- 13 Argumentum de feudo ad emphyteusim valet.
- 14 Emphyteusis ad dominum reuersa, extinguuntur omnia onera.
- 15 Dominus ad quem emphyteusis est reuersa, an onera emphyteute subire debeat.
- 16 Nobiles ad tallias non teneri, etiam pro ruralibus acquisitionibus bonis.

Quarta Decisio.

QUARTA Decisio est, t quod bona emphyteuticaria, quæ ab alio feudali & directo seu proprietario domino tenentur sub aliquo censu, canone, vel alia quacunque pensione, aut onere, non possunt in ecclesiam aut monasterium, vel eorum ministros, clericos, aut religiosos, titulo successione ex testamento, vel ab intestato, aut alio quocunque titulo inter viuos, nec causa mortis, lucratiuo vel oneroso transire, sicut in feudis supra vidistis. Et sic emphyteusis dari non potest ecclesiæ, nec vendi, aut relinqui, vt videbitis. Est t autem emphyteusis, quæ alicui sub certa annua censu vel canonis præstatione conceditur. Qui quidem contractus est contractus nominatus, cū formam habeat à lege, scilicet quod in scriptis fiat. l. prima. C. de iure emphyteu. secundum Bartol. in dicto §. quoniam. & alibi, vt supra de feudo dixi. Eratque contractus iste omni iure tam Digestorum antiquo, quàm nouo Codicis. Et hodie pariter est iure Institutionum, & nouissimo Authenticorum cognitum & practicatum, vt patet. ff. si ager vectigal. vel emphyteuticarius petatur. & C. de iure emphyteu. per totum. Institut. de loca. §. aded. & in authentic. de aliena. & emphyteu. collatio. Et differt à feudo, quia feudum est proprie beneficium, seu quædam beneuola concessio. capit. j. quibus modis feud. amitta. Debet enim gratis & libere concedi, & vt pro eo solum debeatur fidelitas, vel personale seruitium. Et istud proprie dicitur feudum nobile, differens ab emphyteusi, quæ conceditur pro annua canonis, aut census præstatione, & interdum certa pecuniæ quantitas à principio pro intratis seu ingressu præstatur. cap. constitutus. vbi gloss. & doct. & religio. domi. Bartol. & ceteri in l. j. C. de iure emphyteu. Et feudum datur gratis, ex cuius natura personale debetur seruitium. Sed in emphyteusi census debetur annuus, vnde feudum magis coheret personæ quàm patrimonio. Cū eius causa in persona consistat, id est, personali seruitio, secundum Bald. in authent. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccl. Conueniunt tamen feudum & emphyteusis, quia per vtrunque in accipientem transfertur vtile dominium, remanente directo apud dominum concedentem, secundum gl. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculium. ff. de acquirenda possessione. Sed non obstant quod dominium vtile habeant vasallus & emphyteuta, omnisque vtilitas ex re proueniens eis

5 pertineat, tadeo quod si thesaurus in possessione reperiretur, lucro vasalli cederet, vel emphyteuta, & non domini, secundū omnes in l. vnica. C. de thesau. libro decimo. & in §. thesauros. Institut. de rerum diuisione de qua vtilitate ad libitum disponere possunt. Tamen corpus rei sine consensu domini directi alienare non possunt, etiam capaci & non prohibito: in tantum quod si de facto viderent rem sine domino, & illam nomine emptoris possidere se constituerēt, vel vsamfructum retinerent, aut instrumentum, vel claus domus traderent, vel alium actum, per quem facte dominium trāsferretur, & possessio. l. quod meo. ff. de acquiren. posses. l. j. & l. quisquis. C. de donatio. & l. clauibus. ff. de cōtrahen. emptio. & plenē Panor. 6 in cap. secundo. de consuetu. t Attamen tales clausulæ dominium, & possessionem in alio diis transferentes ad emptorem, vel donatarium, nihil operantur in feudo vel emphyteusi sine domino alienatis. l. fin. C. de iure emphyteu. vbi soli domino pertinet nouū vasallum vel emphyteutam inuestire, & cum possessorem & dominum vtilem facere, nisi forte in præiudicium venditoris, qui hoc attentando sine domino rem commisit, sed in emptorem ante domini inuestituram nihil transit, & ita expressē decidit Guido papa, quæstio cxij. in cap. in dicta. Aded t qd si cōcurrerent duo, quorum cuiuslibet feudum fuit venditum, aut emphyteusis, si dominus secundum emptorē inuestiret, ille dominio & possessione potior erit primo, cui forte per venditorem fuerat prius tradita possessio sine domino, secundum Bald. in cap. vni. §. si facta. si de feudo fuerit controuer. & clarus Salice. in l. fin. C. de iure emphyteu. & Pet. Iaco. de actio. in rem pro re emphy. quæ cecidit in commiss. verū. item colligitur hic lo. j. Guido papa, quæstio. xlvi. & dicta quæst. cxij. & Bartho. Cepolla. in tracta. de cautelis aduoca. cautela incipiente, Si dominus inuestiuit aliquem de feudo, &c. quod est notandū pro intellectu l. quoties. de rei vendicatione. & quæ not. Panor. in dicto cap. secundo, de consuetu. Vnde ibi esset consuetudo retractus, sicut est in Francia & præsentī ducatu Aquitania, tempus datum parenti proximiori ad pretium emptori offerendum, & rem venditam retrahendum nō currit à tempore factæ venditionis, sed laudationis & inuestituræ à domino directo obtentæ, cū antē non dicatur perfecta venditio, quia venditor nihil potest sine domino, vt dicta l. fina. C. de iure emphyteu. Et ita consuetudo est seruari Parisiis. Et sic non mirum, si in ecclesia non transeat ante inuestituram, nec operatur in his rebus priuilegium ecclesiæ, vt tales res ipso iure in eam transferantur, per l. fina. C. de sacrosanct. eccl. quæ locum habet vbi venditor vel donans habebat plenam rei dispositionem, vt quia erant res alio diales à domino alterius non dependētes: sed res feudales & emphyteuticæ dependēt à dominio alterius, sine cuius consensu nihil transferri potest, maximē in ecclesiam, quæ prohibita est tenere talia bona, quæ in eam transferri nō possunt quoquo modo. Et ratio est, ne dominus grauetur & fraudeur in iure suo. Nam cū res immobiles semel acquisitas non possit ecclesia alienare, nec conditionem suam facere deteriorē, ipse dominus laudatim ac capita, & cetera iura in mutatione emphyteute debita perderet, nec res facilius caderet in commissum, nec vnquam reuertetur ad dominum, cuius conditio in conueniendo ecclesiam esset deterior. Cūna ecclesia difficiliter conueniatur, & magis difficiliter deueria soluit, & nunquam moritur, vt dicto capitu.

Tom. 1.

M iij si grat

9 si gratiose. & Similiter priuaretur dominus aliis pluri-
bus, quæ quilibet subditus conferre domino tenetur,
secundum diuersas terrarum consuetudines putà, pro
exercitu, ùm dominus vocatur per regem aut impe-
ratorem ad bellum: vel quando rex, aut imperator
transit per illum locum, quo casu nemo quantumcum-
que priuilegiatus, excusatur. vt dicta l. neminem. de fa-
crofanctis eccles. vt saepe dixi. Aut pro filia domini
maritanda, vel pro se aut filio milite, aut doctore fa-
ciendo, aut pro emendo aliquam terram, propter quã
dominus fortior, & ditior erit ad defendendum sub-
ditos. vt plenè & singulariter consuluit Oldrad. con-
silio ciiij. incipiente, Circa propositam quæstionem.
10 vbi concludit quod subditos cogi posse ad succurrendum
domino suo in noua acquisitione alicuius terræ ipsis
præsertim contigua. Ad quod tenentur etiam de iure,
vt ibi, & plenè Guido Papæ, quæstione quinquagesima
septima. Vel redimendo dominum ab hostibus captum,
quæ iura multoties domino ex consuetudine immemoriali
debentur, vel ex pacto, aut forma antiquæ inuestituræ,
cùm aliàs ei non debeantur de iure, quia scriptum est,
Honorem domini non debere molestiam esse, nec onera
subditorum. l. penultima. & l. finali. C. de status & imaginibus.
licet Roscius doctor antiquus in suis (primus) dixerit libellis,
taliam esse dominis debita per subditos: quem sequi vi-
detur Specul. tit. de feudis. §. primo. colum. antepenultima.
versiculo, & not. quod vassalli comitum. Sed nihil est,
nisi vt supra dixi. De quo alleg. quæstio. l. vij. & Alexander
in secunda parte, consilio trigesimo quinto. incipiente,
Viso themate. vbi concludit necessitatem fore in his
consuetudinibus immemoriam, secundum Bartolum in l. cum
neque originales. C. de incolis. libro decimo. Et licet
debeantur communiter hæc iura soli domino, qui altam
iustitiã habet in subditos, qui domiciliũ in sua terra
sont: quia hæc talia est merè personalis, secundum
Bartolum in l. prima. C. de mulie. & in quo loco munera
sexui cõgruentia subire tenentur. libro decimo. Tamen
interdum debentur domino directo. licet non iustitiario
iure constituti, & conuentionis. Quo casu tallia impone-
retur pro valore rei emphyteuticariæ tantum, & domino
iustitiario deberetur pro residuo bonorum, & vna non
tollit aliam, secundum Masuerum titulo de talliis. §. item
dominus altius iustitiæ. vbi docet modum cotizandi
subditos pro huiusmodi tallia. Ad quam cum sit
personalis, non tenentur ecclesiastici, secundum cum ibi.
¶ Possit etiam dominus pro faciendo guerram in defectu
honorum suorum, & in subsidium cogere subditos ad
sibi mutuandum pecuniam, quam tenentur eis postea
restituere, secundum Cynum in dicta l. neminem. de quo
Guido Papæ. quæstio. ccccclj. §. in fine. [An clerici cogi
possint, dicitur infra in quinto articulo, dum loquitur
de multiplici specie agrorum, vbi super hoc inseritur
bulla papæ Bonifacij octauo quo ad clerum regni Franciæ.]
¶ Sed quia talia mutua tardè, & interdum nullo modo
restituuntur, & aliquando non necessitate, imò sola
exactorum libidine extorquebantur à subditis, prohibuit
beatus Ludouicus Francorum rex à cætero talia mutua
exigi, quæ quasi quoddam domanium censentur in
consuetudinem deducta. Plus declarando, quod nolbat
gabellas, & impositiones pro necessitate fortè ad
tempus indictas, amplius durare, nec in dominio
incorporari, Anno domini Milleesimo ducentesimo
vigesimo quarto. [Hæc ordinatio hodie situata est,
per dominum Aufrerij in ordine

sexta in titulo de talliis & exactiõibus.] Or Deus scit,
si prælati ecclesiæ, & ecclesiastici viri, præsertim
maiores libenter domino contributorer necessitate
ingruente, vel pro his faciliter conueniri possent. Sed
pelus est, quia non tenerentur & præsertim secundum
illos qui tenent, quod etiam res de antiqua contributione
in viros ecclesiasticos deuentæ & translata, sunt
eis ipso exemptæ, quandiu in eorum manibus durabunt,
vt tenet Guido papæ, quæstione trecentesima
octogesimatercia. & Canonistæ in capitulo, non minus.
& capitulo, aduersus. [Qualiter hic intelligitur in
regno Franciæ, habetur clarè in dicta bulla papæ
Bonifacij octauo, supra allegata.] de immunitate
ecclesie. pro quibus facit capitulum primum, de iure
patronatus. libro sexto. ¶ Vbi ius patronatus de laico,
qui tres menses habebat ad præsentandum tãl-
latum in virum ecclesiasticum alteratur, & sumit
naturam iuris patronatus ecclesiastici. Ita quod sex
menses habet ad præsentandum, ideo in ecclesiis
feudis, & emphyteosibus transire non possunt, ne
dominus suis priuictur iuribus, vel diutius clongetur
ab eis. Et licet ecclesia quo ad emphyteosim non
reperiatur expressè prohibita, tamen satis eis obstat
generalis prohibitio, viso quod curiales & milites
prohibiti sunt. l. curialis. & l. milites. & l. ne cui liceat. C. locati.
¶ Quibus militibus ecclesia comparatur, secundum
glossam & omnes in l. miles. ff. de re iudicata. & ita
in casu nostro tenet glossa, quam omnes sequuntur
in dicta l. finali. C. de iure emphyteutic. & in dicto
capit. de locat. & ita fuit generalis consuetudo
semper hunc passum interpretata. Ideo immutanda
non sunt, quæ certam interpretationem semper
habuerunt. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de
legibus. Et inde est, quod consueuerunt domini in
eorum concessionibus paciscendo exprimerer, quod
emphyteusis in milites non transferatur, neque
ecclesiis vel aliam priuilegiatam personam. Quæ
quidem pacta velut naturalia illius contractus
vbique seruantur, ex quibus plus dependet forma
& effectus emphyteusis, quàm aliunde, vt dicta
l. prima. C. de iure emphyteutico. cum sit
conformia iuri communi, & dispositioni dictæ
l. finali. quæ generaliter prohibet translationem
rei emphyteuticæ in omnem personam talem,
per quam conditio domini fiet deterior. capitulo
secundo, de alienatione iudicij mutandi causa
fact. secundum Bartolum in l. prima. ff. illo
eodem titulo. & in l. vnica. C. de his qui
potentior. nomine. textus & glossa in l. secunda.
ff. qui satisfacere cogantur. Ad eod quod Cynus
& Baldus in l. qui stipendia. C. de procuratoribus.
dicunt quod fraus præsumitur eo ipso, quod
facta fuit celsio clerico vel potentiori, per quem
forus mutetur. ¶ Præterea bonam est argumentum
de feudo ad emphyteusim propter identitatem
rationis, scilicet præiudicij domini, sed ea
ratione in feudo, quoquomodo succedere reperitur
ecclesia expressè prohibita, vt dixi in tertia
decisione: ergo & in emphyteusi propter
identitatem rationis, prout omnes arguunt de
vno ad alium, in dicta l. finali. & dicto capit.
potuit. Quoniam si emphyteusis veniret ad
manum mortuam, secundum vulgare Franciæ,
dominus fraudaretur iure suo, & iura sibi
debita perderet, quod fieri non debet. Et ita
seruatur in præsentem regno, secundum
Specula. titulo, de locat. §. nunc aliqua. ver
ficul. cxvj. & Masuerus tit. de locat. & iure
emphyteut. §. item si res quæ data fuit. & tit. de
præscript. §. item si ecclesia. tit. legati & c. quia
tales venire non possunt in manus

manus mortuas, quales sunt ecclesiæ & cæteri
priuilegiati, quæ verius dicuntur manus mortificantes
rem, quàm mortuæ, prout Galli dicunt. ¶ Nam
stante emphyteusi in manu emphyteutæ potest
(vt dixi) ad dominum reueri & liberè: quoniam facta
cõsolidatione vtilis domini cū directo, vel propter
deueria non facta domino, vel quia dominus rem
venditam alteri, aut vendendam retinuit pro simili
pretio, prout facere potest iure domini, talis
cõsolidatio tãtè semper fit virtutis & effectus,
quod fit ipso iure & liberè. Ad eod quod si
per emphyteutam fuissent tali rei onera imposita,
puta ius hypothecæ, vel quæcunque alia seruitus
realis aut personalis, per cõsolidationem
eius ipso est extincta in eum modum qualitatem
& libertatè redacta, in quibus erat & tẽpore
quo data fuerat in emphyteusim & concessa.
Ita quod si ita illa re penes emphyteutam
facta fuerat contributaria, allibrata, & talliabilis,
& realiter pluribus temporibus pro ea tallias,
& cætera onera publica emphyteuta soluerit.
Certè ¶ dominus ad quem reuerfa est per
cõsolidationem, nullatenus tenebitur ad contributionem,
per textum in l. lex veltigali fundi. ff. de pign.
vbi res redacta est in alodium, & de censuali
conuersa in alodium, sicut prius fuerat ante
omnem infestationem. Ad quod facit text. optimus
in l. voluntate. in fin. ibi. Sed in pristina causam
res redit resoluta concessione, & c. Ac si nulla
fuisse, secundum glo. ibi. ff. quibus modis pignus
vel hypothe. soluitur. secus esset, si ad dominum
reuerteretur non iure domini, sed quia fortè
dominus vtile dominium ab emphyteuta emit,
vel in solutum accipit: quia tunc esset loco
emphyteutæ secundum Guido. Papæ, quæ.
ccccxxiiij. Quæ optimè faciunt ad intellectum
ordinationis regiar. Hæc ordinatio hodie
posita est per dominum Aufrerij in tit. de talliis,
& exacti. ordine tertia. ¶ Philippi pulchri
huius nominis quarti Biturici factæ, die veneris
ante cineres, anno domini M. ccciiij. cap. xx.
vbi sic dicitur, Item quod in feudis, quæ
teneri consueuerunt à nobilibus, vel religiosis,
burgensibus vel aliis, licet aliquo modo vel
iure deuoluta sint ad dominos, à quibus
tenebantur in emphyteusim, pro quibus
põssesores contribuere consueuerat, domini
põssidentes ea, aut quicumque alij in
realibus contribuere compellantur, prout
hactenus extitit contribui consuetum per
eorum veteres possessores. Hæc ibi. Quia
hoc intelligitur si dominus nõ vt dominus,
nec iure domini feuda illa acqviserit emendo,
vel in solutum recipiendo pro areragijs,
vel alio debito, aut quia emphyteuta rem
ei donauit. Sed si iure domini ad eum ipso
facto reuerfa, id est, eo modo, quo alius,
quàm dominus eam habere non potuisset,
per talem cõsolidationem extinctam
omnia onera post infestationem imposita,
per text. in dicta l. lex veltigali. ff. de
pign. & ita fortè maliter decidit idem
Guido papæ. quæst. cccccxxv. ¶ Dicens
ita decisum fuisse per arrestum. [De quo
videtur per Pet. de Ancha. in cap. accessorium
de regu. iur. lib. vj. & dixi supra in
secunda deci. circa principiu.] Nec hoc
casu locum habebit ordinatio, præsertim
in hoc ressortu, seu intra limites huius
parlamenti, vbi iure cõmuni causa deciditur,
secundum parlamentum institutionem, aliter
& aliàs maximum fieret doctores quales
hodie sunt. ¶ Vniuersitatibus approbatis
annumeratur Tolosana. Doctores quales
hodie sunt. Statuta leguntur doctorandis.
Doctores hodierni priuilegio non deberent
gaudere. Doctores hodie sunt, vt maius
habeant salarium. Salaria magistratum
diurna.

authẽ. omnes peregrini. versi. vterius nota, quod
lex imperialis. C. communia de success. quod est
nota. Ex post fuit humanius consultu nobilibus
per Carolum sextum, anno domini M. ccccviij. qui
ordinauit nobiles ad contributionem talliarum
non teneri pro bonis etiã immobilibus
quoquomodo acquisitis, quãdiu illa in
suis tenebantur manibus, imò censeri
debent nobilia & sic exempta quouis
modo eis obuenerint. ¶ Hæc ordinatio
hodie posita est duodecima allegato
titu. de talliis, per domi. Aufrerij ¶ Ad
præmissa facit quod decidunt Guilielmus
de Cugn. & Ange. in l. sed & si hac. §.
prostituta. ff. de ius vocan. vbi plus
dicunt, quod si dominus rem suam in
emphyteusim alicui dederit, cū hoc
quod anno quolibet ex ea dare teneatur
Titio certu bladum, aut vinum vel aliud.
& postea res illa reuertatur ad dominu,
non erit obligatus ad illud onus, per
textum in l. Titia. ff. de annu. lega. & l.
Stichus. §. Titia. ff. de alimen. lega. facit
l. fina. ff. de contrahen. empti. nisi dominus
rem suam dans cõditionem adiecerit
aliquam, per quam velit in re illa
sua aliquid cuitari. Quia tunc si res illa
ad dominu dantem reuertatur, certè
reuertetur cum eadem qualitate &
conditione, per textum nota. in dicto §.
prostituta. versi. at si venditor. & in l. j.
ff. si mancipiu ita venierit, ne
prostitatur. Et idem vbi dominus
concedens rem suam ei onus adiecerit
cum rei obligatione, scilicet eam pro
illo onere obligando: quoniam tunc
reuertetur cum eadem qualitate per
generalitatem. l. si conuenit. la. ij. §. si
fundus. ff. de pign. actio. & l. debitor.
C. de pign. quod est not.

S V M M A

Quinta Decisionis.

¶ Feuda & emphyteusis in Gallia ecclesie
relinquuntur. Officia regia sunt in
Gallia perpetua, & pro patrimonio
habentur. Alodia que in ecclesiis
transcant, ibi perpetuo mansura.
Ecclesia cogitur rem dimittere
propter onera ordinararia. Consuetudo
potest res omnes conditionare, &
qualificare. Annua præstatio
præscribi nequit. Euacuare
manus tenetur ecclesia, si
emphyteusim non præscripsit.
Feuda sunt instar patrimoniorum,
si in nobiles transferantur. &
nume. 9. Tolosani priuilegiati
ad tenenda feuda nobilia. Caturcenses
priuilegiati ad tenenda feuda
nobilia. Tolosani consules
dicuntur domini de capitulo.
Capitularij Tolosæ qui dicuntur.
& nume. 14. Domini de capitulo
Tolosæ habent merum & mistum
imperium. & nume. 16. Senescallus
Tolosæ concurret in iurisdictione
cum vicario & capitularijs. Tabelliones
creati per capitularios Tolosæ
habentur pro notariis in toto
imperio. Vignerius & consules
Caturcenses sunt comiudices in
criminalibus. Philippus rex
Narbonæ sepultus. Tolosanorum
curialium priuilegium. Vniuersitatibus
approbatis annumeratur Tolosana.
Doctores quales hodie sunt.
Statuta leguntur doctorandis.
Doctores hodierni priuilegio non
deberent gaudere. Doctores hodie
sunt, vt maius habeant salarium.
Salaria magistratum diurna.

- 28 Doctorum male petens peccat.
29 Milites qui sunt ut sint exempti sunt fatui.
30 Sabimus primus in iure publice scripsit.
31 Tallias an soluam consules & officarii regii.
32 Amortizatio bonorum ecclesie a iure communi ortum habet.
33 Ecclesia in quibus casibus non teneantur manum euacua...

Bastard

- 151 Bastardi in Gallia parentes non succedunt nec contra.
152 Bastardi a celesti hereditate non excluduntur per baptis-
153 Proximior rem venditam retrahere potens non intelligi-
155 Uxor bastardo succedit & e contra.
156 Concubina an possit amafius inter viuos donare vel in te-
157 Concubina institui non potest in prauidicium fratris.
158 Turpis persona qua dicatur & nu. 159.
160 Concubina an instituta non succedit etia mortuo sine pa-
161 Miles nihil dare potest concubinae.
162 Caij Vileij & concubina eius historia.
163 Concubina ex iusta causa donans miles no valet nisi cau-
164 Legitimi tantum quomodo succedant.
165 Adoptio fit duobus modis.
166 Arrogatio quid.
167 Consuetudo non extendenda.
168 Arrogatus omnia acquirat arrogatori pleno iure.
169 Arrogati filij transeunt in partes arrogatoris.
170 Submittens se alicui principi submittit etiam terram &
171 Arrogationem quando facile concedat princeps.
172 Impubes an arrogari possit.
173 Arrogatio an extinguit substitutionem.
174 Adoptio quid.
175 Patris erga filium semper est bona praesumptio.
176 Adoptiuus non transeunt in potestatem adoptantis.
177 Pater an filium adoptiuum alere teneatur.
178 Adoptiuus filiam non excludit.
179 Adoptiuus non succedunt.
180 Adoptiuus pater an possit in ius vocari.
181 Mater non potest a filio in ius vocari sine venia.
182 Adoptio desinitio.
183 Adoptare non potest mulier.
184 Adoptiuorum ex testamento successio.
185 Adoptiuorum successio ab intestato & nu. 186.
187 Adoptio in fraudem facta non valet.
188 Carolus rex Gallie adoptare non potuit regem Anglie.
189 Differentia inter legitimos & naturales ac legitimos tan-
190 Ascendentes adoptiuus quomodo succedant descendentes.
191 Arrogatione qualiter extinguitur pupillaris substitutio.
192 Adoptiuus qualiter inter se & cum naturalibus succedat
193 Representatio in locum etiam habet inter adoptiuos.
194 Adoptiuus in Gallia non succedunt.
195 Filio solo consensu non potest contrahi.
196 Retrahitur an locum habeat inter adoptiuos.
197 Spiritualem filiorum ius & nu. 200. & 201.
198 Cognatio spiritalis ex baptismo & confirmatione solum
199 Cognatio spiritalis ex baptismo & confirmatione solum
200 Cognatio spiritalis ex baptismo & confirmatione solum
201 Cognatio spiritalis ex baptismo & confirmatione solum
202 Cognatio spiritalis ex baptismo & confirmatione solum
203 Baptizanti & leuanti debet baptizatus reuerentiam.
204 Cognatio spiritalis maior est quam vinculu adoptionis.
205 Patrimus an possit esse testis pro filiolo & e contra.
206 Cognatio spiritalis impedit & dirimit matrimonium.
207 Fredegunda regina historia.
208 Matrimonium post cognationem spiritualem contractum
209 Spiritualem hereditas non transit ad filios.
210 Administratores ecclesie suos heredem habent in Gallia.
211 Affinitas quid.
212 Affines ex testamento succedunt.
213 Donatio non valet inter coniuges.
214 Statutum quod vir nihil in testamento dare possit uxori,
215 Statutum quod mulier testari non possit nec causa mortis
216 Statutum quod mulier testari non possit nec causa mortis
217 Affines qualiter ab intestato succedant.
218 Sponsus non succedit sponse.
219 Uxor succedit marito intestato deficientebus consanguineis.
220 Coniuges qualiter sibi ab intestato succedant.
221 Tolosa & Caturci vir succedit uxori in dote & uxor viro
222 Donator praesumitur premortuus ut valeat donatio.
223 Domiciliu cuius attenditur in statuto de lucrando dote.
224 Uxor succedit viro & e contra in medietate mobilium &
225 etiam acquisitionum immobilium in Gallia & nu. 225.
226 Societas individua est matrimonium.
227 Societas omnium bonorum inter coniuges.
228 Quisquis proprie dicatur.
229 Quisquis appellatione non continetur hereditas cuiuspiam
230 Communio bonorum inter coniuges ex consuetudine loci
231 Uxor non succedit viro nisi ex consuetudine.
232 Uxor etiam in domum mariti non translata succedit.
233 Caturcensis vniuersitas a quo fundata.
234 Coniuges in sibi inuicem succedendo praeseruntur collegijs.
235 Collegium succedit artificij mechanico prius quam fiscus.
236 Uxor praesertur bastardis in succedendo.
237 Successio inter coniuges est de iure pratorio.
238 Coniuges quando sibi inuicem non succedant.
239 Ius sibi dicens perdit lucrum.
240 Uxor locuples quando non succedat viro.
241 Uxor inops in quarta parte succedit & nu. 242.
242 Dorem congruam intelligunt iura de dote loquentia.
243 Vidua etiam dicitur que virum habet inuitilem.
244 Vidua retinet mariti privilegia.
245 Regij domestici verecunde puniendi.
246 Dives vel pauper quando quis dicatur & nu. 248.
247 Uxor pauper marito locupletati quando in quarta succedat.
248 Uxor pauper marito locupletati quando in quarta succedat.
249 Uxor pauper marito locupletati quando in quarta succedat.
250 Uxor superstes cum liberis in quo succedat.
251 Maritus inops succedit in ius uxoris inops.
252 Amasia non potest institui in prauidicium fratris.
253 Collegium mechanica artis quando succedat.
254 Magistratus suis succedit officialibus.
255 Ambana lex rex Gallie vacante omnia occupat.
256 Filius apud hospitalia expostus succedunt ipsa hospitalia
257 Fiscus excluditur a successione peregrinorum & pauperu.
258 Furiosus succedit extraneus & nu. 259.
260 Capiti non succedunt consanguinei sed redemptores.
261 Capti in bello hodie non sumi serui & nu. 262.
262 Captiuorum redemptio multa habet singularia.
263 Sacra res pro captiuis redimendis & profume veldi pos-
264 Captiuus potest no dominus alienare pro ipsius redemptioe.
265 Inuitus qui potest redimi.
266 Minor contrahit se liberando a captiuitate.
267 Canones praeseruntur legibus in concernentibus anima po-
268 Fiscus qualiter succedat in bonis vacantibus.
269 Clericoru vacantia no fito Caesaris sed ecclesie pertinent.
270 Ecclesia clericatum allegans tenetur id clare probare.
271 Fiscus non succedit in regnia.
272 Fiscus non dicitur heres proscriptorum & nu. 275.
273 Authentica bona dānatorum an loci habeat in bannitis.
274 Fiscus in confiscationibus reorum dicitur potius succedere
275 bonis quam persona secus in intestatis.
276 Uxor bona non veniunt in confiscatione.

M v B annis

- 279 Banniti post bannum contrahere, & bona acquirere possunt.
- 280 Ius patronatus venit in confiscatione.
- 281 Conditionalia iura, ut substitutiones non veniunt in confiscatione.
- 282 Ius ad eundem hereditatem non venit in confiscatione.
- 283 Ius dicendi testamentum nullum non venit in confiscatione.
- 284 Fiscus addicuntur bona, que quis habebat tempore confiscationis.
- 285 Legitima filiorum condemnati, confiscatur. & nu. 286.
- 287 Episcopus male ablucorum est distributor.
- 288 Fiscus succedens confiscationi, non dicitur succedere persona.
- 289 Fiscus tenetur creditoribus confiscati.
- 290 Pompeii debita solui iussit Cesar.
- 291 Ciuitates non succedunt in bonis vacantibus.
- 292 Ciuitates habentes altam iurisdictionem succedunt in bonis vacantibus.
- 293 Barones hodie merum usurpant imperium.
- 294 Ecclesia nulla fiscum habet, excepta Romana.
- 295 Feuda confiscata debet rex alijs refundere.
- 296 Feudales domini non possunt vi iure prelationis.
- 297 Vasalli sunt in bello alijs fideliores.
- 298 Feuda sibi potest rex duobus modis applicare.
- 299 Feudum ab alio domino pedes, non potest rex sibi retinere.
- 300 Aquitania feuda non confiscantur, nisi lesa maiestate.
- 301 Pecunia castrensis olim non veniunt in confiscatione.
- 302 Fiscus succedens ab alijs heredibus differt. & nume. 303.
- 304 Fiscus & priuatus differunt in contra tu inter viuos.
- 305 Vacantium bonorum multo plex dfferentia. & nume. 306.
- 307 Venari an liceat in aliena arena.
- 308 Columbos an liceat venari.
- 309 Columbarum priuilegia.
- 310 Sanguinis columbini medicina.
- 311 Columba proprietates adaptate donis sancti spiritus.
- 312 Venatores regis non possunt in forestis baronum venari.
- 313 Venationes possunt habere prelati.
- 314 Venatio que prohibita.
- 315 Animalia omnia agrestia licet occidere.
- 316 Lupus rapax bestia & crnoris appetens.
- 317 Aper unde dicitur.
- 318 Cistrata animalia plus mansuecunt.
- 319 Aper contra lupos d. m. c. it.
- 320 Vrsi natura.
- 321 Salarium de publico constitui potest capientibus lupos, vulpes, & alios ferus.
- 322 Venatio sit potius causa recreationis.
- 323 Nobilitatis Gallica consuetudo venandi.
- 324 Parisius a Paride dicta.
- 325 Cerui miraculum.
- 326 Emporium in campo lendito.
- 327 Dionysij ecclesia a Christo consecrata. & nu. 328.
- 329 Dagobertus a tartaris creptus.
- 330 Dagobertus quare damnatus & saluatus.
- 331 Dagoberti regis venatio.
- 332 Cerui quare scuto regio apponi solebant.
- 333 Cerui venatio bonum omen semper fuit Gallia regibus.
- 334 Cerui natura.
- 335 Agricole naturaliter appetunt preadam.
- 336 Barones an possint subditis venationem prohibere.
- 337 Nobilibus prohiberi non potest venatio.
- 338 Agricolis prohiberi potest venatio, ne diuertantur.
- 339 Publica utilitas in agricultura.
- 340 Tyranni sunt, qui agricolas impediunt & diripiunt.
- 341 Indi agricolas etiam belli tempore nunquam impediunt.
- 342 Agricolis pepercit Nabuchodonosor.
- 343 Agricoliarum instrumenta & bestia in pignus capi non

- debet.
- 344 Priuilegio agricoliarum renuntiare non potest.
- 345 Rustici ad nulla obsequia diuertendi.
- 346 Rustici vrbes frequentare naturaliter cupiunt.
- 347 Rustici non possunt statuto cogi ad vendendum in certo loco.
- 348 Agricole pecuniam tangere non debent.
- 349 Agricole ad mercandam naturaliter inclinati.
- 350 Cam pondera & mensuras inuenit.
- 351 Agricola canes & oues ad vendendum habere non possunt.
- 352 Falco a rustico male murus, cum facit reum.
- 353 Venari post prohibitionem non licet, etiam ut domino detur venatio.
- 354 Aprum interficiens rusticus fuit crucifixus.
- 355 Venari solis nobilibus in Gallia licet, nisi in castribus.
- 356 Agricultura laudes.
- 357 Saturnus agricultura & stercoreandi inuenior.
- 358 Noe primus laborator.
- 359 Fera & pisces sunt primi occupantis.
- 360 Vacantia bona in triplici dfferentia.
- 361 Rem suam quisque potest vniquam relinquere.
- 362 Allodiali rei immobili pro derelicto habita quis succedat.
- 363 Prescriptio in mobilium queritur utile dominium.
- 364 Feuda an pro derelicto haberi possint, & quis succedat. & nu. 365. & 366.
- 367 Derelictum est quasi genus donationis.
- 368 Vacantia in dubio bona cui cedant.
- 369 Aditiones sunt iura incorporalia.
- 370 Res errantes & in publico repertas occupant domini in Gallia. & nu. 371.
- 372 Filij delinquentium potest quid donari.
- 373 Thesauri & res in mare lapsa cui cedant.
- 374 Naves fractas occupant Hispani.
- 375 Gallorum cupiditas.
- 376 Officiarij raptores successorem habent fiscum.
- 377 Vacantibus bonis absque domini voluntate quis succedat. & num. 378.
- 379 Vacantibus de iure fiscus succedit, tamen possessionem non capit propria auctoritate.
- 380 Hares superueniens bona ut vacantia a fisco occupata an recuperet.
- 381 Fiscus aliena vendens ut sua faciat emptorem securum, certis seruatis. & nu. 382. & 383.
- 384 Lex, bene a Zenone, non habet locum iure canonico.
- 385 Fiscus succedere in bonis vacantibus, quomodo intelligatur. & nu. 386.
- 387 Successiones sunt de iure postiuo.
- 388 Mortuus fuit vinum in Gallia.
- 389 Mortuus non fuit vinum in feudis sine domini inuestitura.
- 390 Saluagardiam impetrare non potest subditus contra dominum.
- 391 Consuetudo quod dominus succedat pagefio, valet.
- 392 Manus mortua iura.
- 393 Delphinatus a manu mortua liber.
- 394 Manus mortua impedit rustici testamentum, nisi inter liberos.
- 395 Ascriptiij omnium colonorum deterrimi.
- 396 Ascriptiij paganorum esse possunt Christiani.
- 397 Rustici inuidi contra nobiles.
- 398 Saturnus agricoliarum deus, & eius mores.
- 399 Inuidia rusticis insita contra nobilitatem.
- 400 Agricoliarum Bellouacensium insultus contra nobiles.
- 401 Plebs solo insignis viri conspectu obmutescit.
- 402 Plebi nulla olim in Gallia dabatur auctoritas.
- 403 Tyberius Gracchus interfectus.
- 404 Ignobilium contra nobiles temeritas unde processerit.
- 405 Ignobiles & infames ad dignitates propter penuriam pensionum admittuntur.

Coloni

- 406 Coloni censui qui dicantur.
- 407 Censui in quo ab ascriptiis differant.
- 408 Iudicium durum fiet de iniuste iudicantibus.
- 409 Castrum auferri pot a domino colonos iniuste tractante.
- 410 Ascriptiis non potest pro domino testimonium ferre.
- 411 Coloni originarij qui dicantur.
- 412 Inquilini qui dicantur.
- 413 Ascriptiij parum differunt a seruis.
- 414 Domini eorundem bonorum duo. & nu. 415.
- 416 Possessoria remedia cui competunt, domino, an colono. & nume. 417. & 418.
- 419 Censuum acquiri non sicut seruis.
- 420 Emphyteusis domino rescinditur decepto domino ultra dimidiam iusti pretij.
- 421 Cultum reddens eremum gaudet priuilegia.
- 422 Domini censum pagefio augentes incurunt penam.
- 423 Emphyteuta bonus expelli non potest, ut alius subrogetur.
- 424 Ascriptiorum conditio unde processit.
- 425 Confessio sola an quem esse ascriptiuum probet.
- 426 Reiteratio valere facit conditionem alias inualidam.
- 427 Contractu an quis fieri possit ascriptiuus.
- 428 Scriptura in quibus plurimum operetur.
- 429 Iniuria verbalis non parit absentem actionem, secus si sit scripta.
- 430 Iteratio iniuria parit actionem.
- 431 Veniale ex contemptu fit mortale.
- 432 Ascriptiuum non facit simplex consensus sine scriptura.
- 433 Ascriptiuum se consensientis possunt consanguinei confessionem reuocare.
- 434 Liberorum status non laeditur ex contractu parentum.
- 435 Nobilis prohibere potest, ne rusticus arma sua domus vsurpet.
- 436 Ascriptiuus quomodo quis fiat solo consensu.
- 437 Confessio statum non mutat consensientis.
- 438 Biennalis prestatio probat quasi possessionem annue prestationis.
- 439 Rusticum triginta annis prestasse probandum, ut annuatim teneatur.
- 440 Potens a non potenti extorquens presumitur violentus.
- 441 Metus presumitur dominorum ad subditos.
- 442 Titulus allegari debet, & decennalis prestatio probari.
- 443 Titulus vitiosus omnem executionem impedit, etiam inmero possessorio.
- 444 Consuetalem esse rem an sola venditoris emptori facta declaratio probet.
- 445 Recognitio simplex an probet rem esse consuetalem. & numero 446. 447. & 448.
- 449 Venditor re consuetalem dices esse libera, prodest emptori.
- 450 Recognitio simplex probat contra agentes, sed non contra tertium.
- 451 Dominium non probatur per actus equiuocos.
- 452 Probatio concludere debet per necesse.
- 453 Probatio dubia non releuat probantem.
- 454 Dominium non probat qui ait se emisse.
- 455 Ecclesia in probando dominium non est priuilegiata.
- 456 Dominium non probat, eo quod auctor meus esse, dominus putabatur.
- 457 Dominij probatio qua requiratur.
- 458 Dominij probatio quando est facilis. & nu. 459.
- 460 Coloni simplices qui dicantur.
- 461 Mendicantium validorum fraus & pena. & nu. 462.
- 462 Rustici unde dicitur.
- 463 Ciuitates in Gallia vocantur villa.
- 464 Habitatores omnes an teneantur domino prestare iuramentum, & etiam clerici.
- 465 Excubias tenentur subditi in castro facere. & nu. 467.
- 468 Excubias an agere debeant etiam nobiles & clerici.

- 469 Cordigeri non tenentur ad excubias.
- 470 Clerici tenentur ad excubias.
- 471 Necessitatis tempore non utendum legibus.
- 472 Necessitas legem non habet.
- 473 Ecclesia contribuere tenetur quando princeps innaditur. & nume. 474. & 475.
- 476 Coloni testari possunt.
- 477 Normani testari non possunt. & nu. 478.
- 479 Consuetud. impediuntur qui testari de amico patrimonio.
- 480 Alienigena in Gallia testari nequeunt.
- 481 Albanagij ius, unde.
- 482 Extranei in Gallia nequeunt officia aut beneficia tenere.
- 483 Hispania regi concessum, quod alienigena in ea nequeant beneficia obtinere.
- 484 Caturci in collegio non recipiuntur nisi de dioecesi oriundi.
- 485 Aurelianenses doctores Gallice loquuntur legendo.
- 486 Angli in curijs Gallice litigant.
- 487 Angli exordia fidei a Gallis habuerunt.
- 488 Officia secularia oriundis ex loco non conferuntur. & n. 489.
- 490 Officia hodie perpetua teneri possunt in loco oriundis.
- 491 Consiliarij Tolose partim esse debent Aquitani.
- 492 Officia quare plus debeantur originarijs, quam extraneis.
- 493 Litera naturalitatis ad quid.
- 494 Tolosa non habet locum ius albanagij.
- 495 Serui per Tolosa ingressi sunt liberi.
- 496 Tolosa comitatus fuit regno vniuersi seruatis priuilegijs.
- 497 Albana consuetudo locum non habet Tolosa.
- 498 Princeps non factum pro facto habere potest.
- 499 Conuentio inter regem & Tolosanos.
- 500 Narbonensis prouincia iuris Italici, & vni tributo excepta.
- 501 Occitanorum auxilium insigne regi in necessitate consueto.

Quinta Decisio.



Quinta Decisio & vltima est, & q in presenti regno Francia possunt vasalli de suis feudis, & emphyteutice de suis rebus emphyteuticis, tectando, aut donando inter viuos, vel causa mortis etiam ecclesijs, aut monasterijs amore Dei, vel pro anima, aut quacunque alia causa liberè disponere, & se & sua talia bona dedicare, dumtamen fiat expressa bonorum dedicatio, cum alijs non sequerentur personam, vt supra vidistis ex generali huius regni consuetudine, quæ ferè citra montes viget vbique, per quam feuda omnia, & emphyteutes sunt ad instar patrimoniorum alodialium redacta, secundum Ioan. Fab. in authent. ingresi. C. de sacrosanct. eccle. & in situ. de legi. patro. utel. circa finem. & Guido. Papæ, quæstio. lix. & quæst. cxxxij. & Iaf. in dicta l. de quibus. xxij. col. cum sequent. ff. de legibus. vbi tenet hanc consuetudinem valere, secundum Bald. in cap. j. de success. feu. & vigere hinc citra montes. Ita quod in presenti regno in his feudibus locum habet legitima successio, & etiam emphyteuticariis, sicut in alodialibus patrimonijs, in quibus illi de recta linea in infinitum & collaterales vsque ad decimum gradum, deinde vir & vxor succedunt, vt infra videbitis. Tum quia talis semper fuit regni consuetudo, vt feuda patrimonialia reputentur, nec seruantur in Francia consuetudines feudorum, secundum Pet. Iaco. in titu. de causis ex quibus vasallus. x. col. vt sæpe dixi. & Imò officia regia sunt adeo perpetua quod pro patrimonio habentur in vita officiariorum, vt dixi in verbo, duas habens filias. Tum etiam quia feuda, & emphyteutes concedi consueverunt pro fe & sui ordinis successoribus;

cessoribus: imò si de successoribus non diceretur, intelligeretur. l. si pactum. ff. de probationibus. nisi fieret pactum, aut particularis loci consuetudo esset in contrarium. Ideo in his sicut in allodiis testantur, & succedunt etiam in ecclesiis aut monasteriorum utilitatem: præsertim quia ubique citra mōtes ex generali consuetudine feruatur, quòd quis de feudis testatur: quæ consuetudo valet, secundum Baldum, quem sequitur Iason in dicta l. de quibus. ff. de legi. nisi essent maiores dignitates, quæ non transirent in monasterium, vt sunt regna, ducatus, & comitatus, secundum gloss. in cano. scripsit. xxvij. quæstio. secunda. & in can. præfens. xx. quæstio. tertia. Sed inferiora feuda bene transeunt, vt ibi habetur, & non valebit talis dispositio, quæ feudum, aut emphyteusis ipsa transeat in ecclesiam vel monasterium: quia fieri hoc non potest in domini, & regis præiudicium sine eorum consensu, vt vidistis: ne talis res veniat in manus mortuas, secundum vulgare nostrum, de quo loquitur Ioan. Fab. in dicta l. quotic. C. de rei vendica. Sed valebit quantum ad hoc, vt scilicet estimatio talis feudi, vel emphyteusis ecclesiæ, aut monasterio cui relicta, aut donata fuit, debeat, si dominus aut donatoris hæres eam retinere velit, ad similitudinem rei alienæ legatæ. l. cum alienam rem. C. de legat. & si talis res traderetur ecclesiæ vel monasterio sine consensu domini & regis, à quo fortè tenetur in feudum, aut emphyteusim, certè tunc secundum consuetudinem, quæ est optima legum interpret, talis ecclesia vel monasterium tenebitur infra annum eam vendere, vel aliter transferre in aliquem capace, qui seruire possit, & deueria facere, secundum Spec. allegato tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. cxvj. quæ sequuntur Ioannes And. & Panor. in dicto capitulo, potuit. & Barbat. ibi super gloss. in verbo, prohibere. & Iason in dicta l. fina. xxix. col. vers. capio. glo. in verbo, vter. C. de iure emphyt. & Ioan. Fab. in dicta authent. ingressi. vers. quid si vasallus. C. de sacrosanct. eccl. & ita seruatur in regno isto: quia interest domini, quod res non transeat ad ecclesiam, de cuius manibus exire non possit nec ad dominum reuerti. & idem seruatur in domino iustitiaro altæ & mediæ iurisdictionis, propter ius cōsolationis & mortaliæ, quod sibi nunquam competeret, cum ecclesia non moriatur, secundum Masuerum tit. de loca. & iure emphyt. §. item si res quæ data [De hoc iure mortaliæ, vide infra in quinto arti. dum loquitur de consuetudine, qua dominus succedit suis subditis exclusis parçibus.] fuit. & tit. de præscri. §. item si ecclesia. vbi plus dicit, quod etiam tenetur ecclesia manus suas euacuare de bonis allodialibus sibi relictis vel aliter acquisitis, quàm à rege. De quibus dixi in secunda decisione in princip. & in fine, quia etiã in allodiis interest regis propter ius cōsolationis, quod perdit si in ecclesiam transeant. Sola enim bona regis dicuntur propriè & verè allodia. & illa indubitè transferri possunt in ecclesiam, vt ibi maneat: quia nullius alterius interest superioris, vt ibi dixi, de quibus ecclesia manus euacuare non tenetur. Sed de bonis, quæ interdum secundum vsum loquendi dicuntur allodia, in quibus possessores plenâ proprietatè habent, & plenum dominium, tamen soluunt regi tallias, propter quarum solutionem cum regi soluuntur, vt quædam collecta pro subsidio regni, sicut olim soluebatur imperatori tributa, non minus dicuntur res allodiales, nec domini earum minus dicuntur habere plenum dominium & plenâ proprietatem secundum Ioan. Fab. in §. per traditio-

nem. circa si. insti. de rer. diuis. & Bal. in authent. item nulla cōmunitas. vers. quærit hic Iac. & c. C. de epi sc. & cle. vbi dicit, quod si talia allodia tributaria transeant in ecclesiam, certè transeunt cū illo onere soluendi. Et idem dicit in l. de his. illo cod. tit. vbi tenet, quod licet pro talibus allodiis soluatur talliæ regi, non minus dicuntur possessores eorum plenam habere proprietatem, & directum dominium, quod non habent vasalli, nec emphyteutæ, nisi solum vtile dominium, secundum gloss. in verb. domini. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cōmod. Vnde talia allodia sine cōsensu principis teneri nō possunt per ecclesiã, licet soluere talliam sit parata & contenta, vel etiã si non soluatur talliam, sed sint omni onere exempta, quia rex perderet cōsolationem, vbi dominus illorum delinqueret, secundum Bal. in præiudic. feud. §. quinta diuisio. vers. alia diuisio aliud Francum, & c. non possunt in ecclesiam transferri sine cōsensu, & amortizatione fienda per regem, cuius interest, vt d. l. si. ff. vt in pos. leg. & ita videtur intelligendum, quod dictum est per Masuerum. Vnde in hoc regno retenta sunt hæc omnia in forma primitiua ecclesiæ, quæ possessiones sibi oblatas non retinebat, sed eas indifferenter quæcumque essent vendebat, secundum gloss. in c. j. in si. de priuileg. vt supra vidistis in j. decisio. Valet enim talis consuetudo, vel statutum, secundum Archid. in d. c. Romana. super verbo. consuetudine. de ap. lib. vj. quæ sequitur Lucas de penna. in l. iubemus. C. de nauibus non excusandis. lib. xj. Et non caret iuris cōmunis fundamētum talis cōsuetudo, licet ipsi nō dicant: quia videmus imperatorem id idem in casu cōuerso statuisse: quia si emphyteusis, quam laicus tenet ab ecclesia, quouis modo peruenierit ad dominum imperiale, vel aliquam curiam, potest ecclesia intra biennium talem rem recuperare, & extra potentem manum principis eripere, & tenetur princeps de illa manus suas euacuare, & rem in pristinum statum reduci permittere, in authent. de alic. & emphy. §. j. in si. vers. si verò contigerit. col. la. ix. Et ita dicit seruari Masuerus alleg. tit. de locat. §. item si res quæ ecclesia dedit. Ergo pariter poterit dominus, aut rex in casu nostro rem sibi subditam ab ecclesia recuperare, & ita dictum prædicatur in præfenti regno. nam videmus in quibusdã literis regis, quæ in talibus & ad res sibi relictas, & acquisitas per ecclesiam impetratur in possessorio aut petitorio habendas, aut defendendo retinendas impetratis, subnecti in fine clausulã: prouiso quòd habita possessione pacifica, teneatur ecclesia vel monasterium talia bona extra manum suã ponere infra annũ & diem, & illa transferre in manum seu personam capace, per quã durior non fiat nec domini directi vel regis cōditio, aut cum rege cōponere. Et eo modo consultitur ecclesiæ, ne lucro priuetur ei delato ex testamento, donatione, vel alio titulo. Et pariter succurritur domino feudi vel emphyteusis, ne propter priuilegium ecclesiæ. per l. j. C. de sacrosanct. detrimentum patiat in iure suo ordinario. Licet enim propter onera, quæ rebus ab origine non insunt, aut quæ vniformem nō habent præstationem: putã propter collectas vel alia iura & onera extraordinaria, non cogetur ecclesia res suas extra manum ponere. cap. j. de immu. eccl. lib. vj. cogitur tamen hoc facere propter onera ordinaria non fraudanda, quæ rebus naturaliter insunt ab origine ex forma primæ concessionis & inuestitura, & quæ vniformem semper habuerunt, & habent præstationem: quia sic sunt conditionatæ ab omnino feuda huius regni, & emphyteusis, sed in ecclesiã

vel

vel aliam priuilegiatam personam perpetuò transire non possunt sine consensu dominorum & regis, per ea quæ supra vidistis in tertia decisione. Potest enim consuetudo res omnes cōditionare & qualificare, vt ibi dixi. Ideo de omnibus nouis acquisitis tenetur ecclesia manus suas euacuare infra annũ, vel cum rege componere. [Dictas ordinationes super his franchis feudis & acquisitis nouis per ecclesiasticos factas ordinatè & ad longum posuit do. Aufrerij in tit. de finantia Francorum feudorum, & nouorum acquæstuum.] aliter de xl. annis in xl. annos finantiam in camera computorum Parisiis expressam soluere pro illo præterito tempore, quo illos tenuit: & deinde manus euacuare, ne res maneat in manu mortua, nisi tales acquisitis ecclesia pacificè tenuisset ultra xl. annos, quia tunc cogi non posset de talibus se disuacare. Tamen ad finantiam soluendam singulis xl. annis teneretur, & ita (credo) intellexit Masuerus tit. de præscrip. §. item si ecclesia. [Vel intellexit quòd ecclesia res illas tanquam liberas possedisset xl. annis, quæ possessio plenæ libertatis incæpisset à die denegatæ per ecclesiam finantia, cum peteretur per regem vel eius officarios. l. hæc autem iura. ff. de seruitu. urbano. prædico. quo casu verificari posset ordinatio regis Philippi Pulchri, quam posuit dominus Aufrerij in tit. de priuileg. regis in ordine. xliij. vbi sic dicitur. Cōcedimus in super de gratia speciali prælatis, & ecclesiis, collegiis, & personis ecclesiasticis, quòd de acquisitis factis nomine ecclesiarum temporibus retroactis præstare finantias, vel extra manum suam acquisita ponere nullatenus compellantur, sed ea possint licitè retinere. Hæc ibi. Vel potest intelligi, quòd rex per illam ordinationem amortizauerit, & affrancauerit omnes acquisitiones nomine ecclesiarum factas ante dictam ordinationem per cum factam anno domini M. cccij. quod est verisimilius propter illa verba, Concedimus de gratia speciali, & c. vt aliquid operentur. Præterea est constitutio generalis omnibus prælatis & personis ecclesiasticis directa. Cum prælatio annua præscribi non possit. l. comperit. & l. cum notissimi. §. in his. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. Si verò completa non esset præscriptio, non sufficeret finantiam soluere. Sed præter illa soluta teneretur manum euacuare vt dixi. Quo casu euacuationis adueniente rex literas consuevit proximioribus illius, qui rem ecclesiæ dederat, aut aliter tradiderat, concedere, quòd ille proximior quibuscumque extraneis præferatur, tale pretium ostendendo ecclesiæ, quod ab aliis sine fraude reperiretur, quod etiam tenet Bald. in l. ij. C. de communium rerum alienat. vers. tu autem not. nisi ecclesia cum rege componat, si rem aliis quadraginta annis tenere velit, quod est in electione regis eam recipere ad compositionem, si alterius non interpretat quia res ab eo immediatè tenetur: quia si ab alio teneretur, putã barone si ille consentire nollet, non posset rex in illius præiudicium cum ecclesia componere, & dominum iure suo priuare, secundum Bald. in authent. omnes peregrini. C. cōmu. de succel. Et si non constaret de cōpositione facta cum rege, vt quia tolerata fuit ecclesia rem tenere per alios xl. annos, factis ex hoc resultat tacita noua compositio in simili quâritate soluenda. arg. l. qui ad certũ tempus. ff. loca. Pariter videmus, quod licet feuda sint in præfenti regno ad instar patrimoniorum redacta, vt liberè quis de ipsis in laicos disponere possit, hoc intelligitur prouiso, quod laici in quos transferuntur, nobiles existant,

in quos sine consensu dominorum & regis transire possunt. Quia si in aliis de nobili genere non extractis & per regem non nobilitatos nec dispensatos transferentur, valeret quidem alienatio, etiam si facta foret vni rustico, vt dixi in verbo, duas habens filias. in primo principali casu fallentia, nec teneretur illa dimittere nec extra manus suas ponere. Sed teneretur finantiam in dicta camera computorum taxatam regi soluere, vel aliàs cum eo super illa componere. [Super quo etiam sunt ordinationes regis, quas dictus dominus Aufrerij ordinatè posuit in tit. de finantia & acquis. feud. nobilium perignobiles acquirentium.] Super quo sunt ciues nostri Tolosani priuilegiati, quòd aliàs non nobiles, & plebei teneri possunt feuda licet nobilia, dummodo impositionem non habeant annexam, nec à rege teneantur immediatè sub homagio, & fidelitatis iuramento, & domini de capitulo Tolosæ olim cōsules nominati, & qui capitularij fuerunt, & sui imposterum per rectam lineam descendentes, cum coipso quòd fuerunt dignitate illa decorati, sint cum eorum posteritate nobiles. [Videatis plenè super verbo, in eodem testamento relinquens. j. circa fin. xvij. limit.] In signum cuius iurisdictionis & eorum madata sic intulatur: capitulum nobilium ciuium Tolosæ. tenere etiam possunt feuda etiam habetia iurisdictionem annexã, licet teneantur à rege immediatè sub homagio & fidelitatis iuramento, quæ feuda tenere possunt liberè & frãchè: sicut tenent à lodiis sine præstatione alicuius finantia. Tamen facere tenentur regi homagium, & præstare fidelitatis iuramentum, si ei debeat pro feudis. Habitatores quoque huius ciuitatis Caturci habent priuilegium tenendi feuda nobilia. & sunt plures qui tenent de præfenti. Nec tenentur ciues Tolosæ, nec etiam Caturcenses ire ad bellum, nec mittere extra ciuitatem pro feudis, quæ tenent, qualiacumque sint, tanquam custodia ciuitatis deputati, vt expressè cauetur in quodam alio priuilegio in dicto libro albo capitularij Tolosæ registrato, quod etiam vidi. In quo priuilegio, cum ciues Tolosani turbarentur, fuit eodem arresto parliamenti, de quo supra in fine secunda decisio. confirmatum. Habent etiam cōsules seu capitularij Tolosæ, qui nunc per excellentiam domini de capitulo vocantur. Nam capitularios (secundum vulgare nostrum) eos dicimus qui in ciuitate capitula ordinant, & corrigunt, vel statuta: & ea statuta seu capitula, quæ tales electi statuunt, seruanda sunt, ac si tota vniuersitas illa tulisset. ff. de origine iuris. l. ij. §. deinde. secundum gloss. super verbo, circulum. in §. interrim illud sciendum est. in authentico, de defensoribus ciuita. colla. iij. Et hi debent esse rati, vt sentit Tullius primo Rhetori. de quo per Lucã de pẽ. in l. ij. C. de priuilegiis eorum, qui in sacro palatio militat. li. duodeclimo. Tales enim sunt capitularij, seu domini de capitulo Tolosæ, qui habent in ciuitate, & suburbiis actoto gardiagio Tolosæ merum & mixtum imperium, seu illorum exercitium ad causam suæ dignitatis, & administrationis ciuitatis. Quia licet magistratibus municipalibus talia non cōpetant de iure cōmuni. l. magistratibus. ff. de iurisdic. omn. iudicum. Tamen dicti domini de capitulo omne habent imperium, & de quibuscũq; criminibus cognoscunt cum Viguerio Tolosæ concurrentes. vbi delicta infra ciuitatem cōmissa sunt, & extra villã in frãgardianum. Et ita semper seruatum fuit & cōfirmatum per ordinationem Philippi. filij beati Ludouici, quam fecit in villa Nemausi, eundo ad partes Aragoniæ

gonia in mense Octobri, anno domini Millefimo cclxxiiij. in qua ordinatione sic dicitur, Ordina-
mus, quod decetero præfati consules, scilicet Tolo-
fani, de omnibus & singulis criminibus Tolosæ seu
locis prædictis perpetratis & commissis, præfate vi-
cario nostro, qui Tolosæ pro tempore fuerit, vel
eius locumtenente, non tamen partem iudicis obti-
nente, cognoscant & iudicent. Et postea ad proposi-
tum sequitur. Et de ista concessione excipi volumus
gentes nostras & seruientes nostros, de quibus nobis
vel vicario nostro Tolosæ, aut eius locumtenente
cognitionem & iudicium penitus retinemus, &c.
17 Præterea & etiam ex vfu cum eis concurrat Sene-
scallus Tolosanus, inter quos est locus præuentioni,
vt qui prior inquirere cœperit de delicto, aut delin-
quentem ceperit, ille cognoscet & iudicet. Pro hoc
facit textus. ff. de officio præsidis. l. ex omnibus cau-
sis. Et in summa dicta ordinatio tria continet, & dis-
ponit. Primum, quod in præuentis capitularij cog-
noscant præfate Viguerio Tolosæ regio, non tan-
quam iudice, sed nudo assistente, quod hodie nõ ser-
uatur. Imò ex vfu contrario soli capitularij cogno-
scunt & iudicant sine assistentia vicarij. Tamen pro-
curator regis curiæ vicarij promouet causas crimi-
nales & cæteras, in quibus versatur interesse regium,
& reipublicæ coram dictis consulis. Et vocatur pro-
curator regis, & villa, seu domus communis Tolo-
sæ. In cuius procuratoris persona satis, vt credo, assis-
tentia vicarij hodie representatur, quæ olim requi-
rebatur. Habent & præterea capitularij Tolosæ
aliud singulare priuilegium creandi autoritate im-
periali tabelliones, & notarios vbiq; terrarum, &
cætera senatus Romani priuilegia ab imperatore
Cæsare, & senatu eis concessa, ad eò qd notarij per eos
creati vbiq; etiam apud infideles pro veris tabellio-
nibus habentur, & instrumenta per eos recepta vbiq;
reputantur authentica, quia ab eis, scilicet Romanis,
qui tempore priuilegij Tolosæ concessi dominaban-
tur toti orbi, autoritatē habent in signū cuius nota-
rij per dictos capitularios creati in eorū subscriptio-
ne, & signo authentico sic dicebant: Et ego N. autho-
ritate imperiali, dominorum de capitulo notarius
&c. Sed hodie per ignorantiam, aut negligentiam non
ponit illa verba autoritate imperiali, nisi solum &
duntaxat autoritate dominorum de capitulo &c.
Vnde non sine causa contemnuntur, saltem non tā-
ti æstimantur, nec immerito. Quoniam in excessiuo
numero creantur, & sine delectu, vt plurimum idio-
tæ, & minus experti, vt de doctoribus dicitur. Et in
his differant, & adhuc differunt cōsules præfatis
ciuitatis Caturci à consulibus seu capitularijs Tolo-
sæ, & quoniam in hac ciuitate Viguerius & consules
sunt criminalibus coniuudices, & ita cōsueverunt con-
muniter iudicare. Secundò disponit dicta ordina-
tio, qd pro delicto officarij regij, & seruientes etiā in-
fra septa consulatus Tolosæ delinquentes, non pos-
sint per consules trahi, nec cōueniri, aut puniri. Ter-
tiò circa finem disponit, executionem sententiarum
ipsorum consulum non per ipsos, sed per vicarium
Tolosæ regium fore faciendā, de quo meminit Gul.
de Cugno doctor noster Tolosanus in l. imperium,
de iurisdictione omnium iudicum. sic dicens, Consules
Tolosani pronuntiant, non tamen exequuntur ipsi,
sed præfate Tolosanus. Quem sequitur Bald. in l. j. C.
de executione rei indicatæ. Hodie verò suas senten-
tias etiā capitales per seipsos capitularij præfati exe-
quuntur sine cōtradictione de quibuscunque crimi-

nibus, soli per præuentionē cognoscentes, nisi crimi-
na priuilegiata forent: quocasu curia non cōfueuit
eis delinquentes remittere simpliciter, sed cōfdecon-
sules quo ad hoc cōmittendo, vt sæpe factum fuit in
crimine falsæ monetæ, quorum fabricatores fuerunt
per consules puniti, tamen ex commissione curiæ,
quod est notandum pro intellectu dictæ ordinati-
onis regis Philippi, & qui paulò post de Aragonia re-
diens, auxiliòque comitis Fuxensis Gerundam obti-
nuisset. vt Gaguinus lib. vij. cap. ij. in fi. refert, atque
ad Tolosates se conferre constituens per angustias
Pyreneas Perpignianum fabricans se contulit, vbi
recredefcente morbo sacris Christianis receptis rex
emoritur. Cuius execta præcordia Narbonæ sepulta
sunt. Ossa verò ad Dionysianum cœnobium elata.
Hæc ille. De sancto Ludouico Francorum rege, &
isto Philippo eius filio mentionem fecit Cy. in l. nu-
da. in fi. C. de contrahenda & committen. stipulatio
Prædictam ordinationem confirmauit Philippus
Pulcher eius filius, & in regno successor, Anno domi-
ni M. cccij. mense Ianuario. (Additio.) Quas ordi-
nationes, scilicet primam reperietis in registro ordi-
nationum regiarum cameræ in quæstariū parlamen-
ti Tolosæ, fol. xxj. & secundam primæ confirmato-
riam, fol. eiusdem registri xxxvij. verso. & Simili-
ter præfates cōsularij aduocatus & procurator reg-
ius, generalis grafarius receptor, & ostiarij curiæ
Parlamenti prædictæ, qui omnes licet in dicto priu-
legio velut ciues cōprehendantur, tamen de non eun-
do vel mittendo ad prælium pro feudis, nec soluendo
tallias pro ruralibus bonis, quæ tenēt vltra iuris dis-
positionem, quæ sunt à talibus immunes, etiam post
finitum, aut depositū honestè officium, vt plenè per
Guido. papæ, quæstio. cccxxvj. cum sequentib. Certè
fuerunt expressè, & sunt priuilegiati per reges Caro-
lum [Hæc priuilegia posuit dominus Ludouici in
titulo de priuileg. regio. in fine.] septimum, Ludouic-
cum vndecimum eius filium die vigesimanona Sep-
tembris, anno domini Millefimo cccclxxj. & Caro-
lum octauum regē modernū dicti Ludouici filium,
anno domini M. cccclxxxij. die vigesimo primo No-
uembri. Adde, quod sunt quiti & liberi, ac exem-
pti ab omnibus impruntis seu mutuis regijs, vt ad ea
non cogantur, nec alia onera pro feudis mobilibus
vel immobilibus. Quibus priuilegijs magistri requæ-
starum ordinariorum hospitij regij, & ipse Cancellar-
ius ab huiusmodi oneribus excepti immunes sunt
per text. in l. eos qui cum honore. C. de excusat. mun-
lib. x. quem ibi Bal. extendit ad Cællarium commu-
nis Perusij, vt ad solutionem collectarum non tenea-
tur. (Additio.) Quæ priuilegia reperietis in dicto re-
gistro, folio clv. cum sequenti. Et cum olim Druydes
in præfenti regno supremam haberent autoritatem,
his omnibus gaudebant. De quo Cæsar ille Caius Iu-
lius in sexto cōmentariorum libro de bello Gallico,
Druydes, inquit, à bello abesse consueverunt, neque
tributa vnā cū reliquis pendunt, militiæ vacationem
omniumque rerū habent immunitatem, tātis excita-
ti præmijs. Hæc ille. Sic & præfati parlamentarij eam
habentes nūc in regno supremam autoritatē eisdem
gaudent priuilegijs. Quid autē de cæteris aduocatis in
parlamento posulātib; circa tallias sit tenendum de
iure communi, cum in priuilegio non comprehendā-
tur, videatis eundē Guido. papæ, quæst. cccclxxxvij.
& quæstione cccxc. vbi concludit eos dicto gaudere
priuilegio, si doctores existant, quod credo esse ve-
rum, si actu doceant, & in parlamento postulet. vbi est
constit

consistorium regis. Si verò in vniuersitate approba-
ta actu non docerēt, cum pro doctoribus nõ habeantur,
dicto non gaudent priuilegio: vt expressè deci-
dit glof. & Bartolus in l. medicos. C. de profef. & me-
di. libro decimo. & Ioannes de platea in §. item Ro-
22 ma grammatici. In situ. de excusat. tutorum. & vbi
inter cæteras vniuersitates approbatas Tholosanam
nominat, sicut nec gaudent milites plures nostri tē-
poris qui militat in plateis & coquinis, secundum
Cynum & Salice. in l. prima. C. de iuris & facti igno-
rancia. [De talibus qualiter aliquo non gaudent pri-
uilegio militari plenius dicitur infra super verbo, te-
stamentum. j. loquendo de priuilegijs, quæ milites ha-
bent in testando, & super verbo, Matrem in super Cle-
23 ram. circa prin.] Sic & doctores non hodie sunt ad
docendum, nec promouentur ad reipublicæ commo-
dum, sed sola pompa & inanis gloria est principalis
intentio eorum ad dilatandum philateria, & sedes oc-
cupandum primas, salutationes in foro, & cathedras
in synagogis, & vt vocentur rabbi, vt habetur Mat-
thæi vigesimo quarto. Et vxores eorū dominæ à qui-
bus sæpe ad tantam fatuitatem incitantur, prudentia
carentes, scientia & moribus. Vnde dicit Barto. post
Cynum ibi in proœmio Digestorum. §. primo in fi.
quod paucissimi ad apicē tantæ dignitatis rectè pro-
mouentur. Sed hodie indifferenter omnes, ita quod
in tam effrenata multitudine existunt, qd in vitupe-
rium & vilipendium deducti sunt, & mendicant plu-
res in dedecus vniuersitatum, quæ eos promouerunt.
Obliti profectò sunt vel dissimulant solennia, quæ
olim & sapientissimè vtrique censuræ statuta fuerāt,
ea videlicet inermi militiæ nostræ quæ ponuntur in
l. vnica. C. de profef. qui in vrbe Constantinopoli de-
gunt. libro duodecimo. Et pariter armata militiæ, ne
faciliter triumphum peterent & lauream: quibus oc-
curri debet, ne honor in talibus vituperetur. Vnde
Romani (vt Valerius refert lib. secundo. titu. de iure
triumphandi) legem strictam posuerunt. Ob leuia, in-
quit, prælia quidam imperatores triumphos sibi de-
cerni desiderabant: quibus vt occurreretur, lege cau-
tum est, ne quis triumpharet, nisi quinque millia ho-
26 stium vna acie cecidisset. Non enim numero, sed glo-
ria triumphorū excellum vrbis scilicet Romanæ fu-
turum decus maiores existimabant. Cæterum ne tam
clara lex cupiditate lauræ obliteraretur, legis alte-
rius adiutorio sulata est, quæ Lucius Marius & Marcus
Cato tribuni plebis tulerunt. Pœnam enim impe-
ratoribus minatur, qui aut hostium occisorum in præ-
lio falsum numerum literis senatui ausi essent refer-
re: iubetque eos cum primum vrbem intrassent, apud
quæstos vrbanos iurare de numero verè ab his se-
24 natui esse scriptum. Hæc ille. Sic & in vniuersitatibus
statuta leguntur, qd iuuenes quinquennio studerent:
quo cōpleto si doctori, cui soli de doctrina sui scho-
laris creditur visum fuerit, quod tempus bene expo-
suerit, & vt talem cællarium præfatauerit, ad gradū
baccalariatus recipitur. Et demum postquam alio
quinquennio publicè legerit, à promotoribus exa-
minatus, & in secreto & priuato omnium ad minus
septem doctorum examine approbatur, postremòq;
in publico omnibus indifferenter de iure in sua facul-
tate respondens, coronabitur. Quia impossibile cre-
ditur virum tantorum laborum saltem publicè exa-
minatum (quod præsumptionem faciliis corruptelæ
tollit) iura ignorare, in quibus tandiu & frequenter
certauerit, & victor euasit. infra. in proœmio. §. cum-
que. l. j. §. pueritiam. ff. de postuland. & l. vnica. C. de

athletis. lib. x. & plenè Panormitanus in c. propofui-
sti. de probation. sed hodie tempora & examina sunt
in pecuniam conuersa, & multitudo laureata non sa-
pientum, sed temerariorum, ita quod a fini sicut equi
& muli doctorantur. Ad eò quod verificatū est quod
dici solet, Turba magistrorum eam cōtemptibilem
reddit. Vnde si prædictis gauderent priuilegijs, præ-
fertim exemptionis à tallis, maxima fieret ceteris
regnicolis iniustitia, super quibus caderent integra
eorum onera, glo. in l. actores. C. de exact. tribu. li. x.
Quia quoties aliqui de ciuitate ab oneribus publicis,
per principem superiore carentem eximuntur, prin-
ceps ille super communitate non minus capit: imò
ceteris integrum onus incumbit. Or cum his die-
bus propter doctorum multitudinem, priuilegium
eorum nimis grauaret ceteros, cessare debet, cum in-
cipiat esse grauosum. c. suggestum. de decimis. & l. ex
facto. ff. de vulga. & pupil. Quo casu implorari possit
officium superioris, vt exemptio tollatur, secundum
Ioan. Andr. & Panor. in propriis terminis in c. peruc-
nit. de imminuta. ecclie. & in c. accedentes. vbi plenè.
Felyn. de præscriptionib. vt supra vidistis tractando
de monachis in regno Franciæ non succedentibus.
25 Præterea si tales priuilegio gaudent, commodum
ex eorum vitio & appetitu inanis gloria, atque hono-
rum ambitione reportarent, sine aliqua reipublicæ
cui docendo non seruiunt utilitate: quod ferendum
non est in præiudicium multorum. argum. l. siue hæ-
reditaria. ff. de nego. gest. Nam aut priuilegium exem-
ptionis competere eis, eo quia aduocati, & non est
verum. Aut quia doctores sunt, & esset iniustū, quia
sine labore & cura reipublicæ commodum haberent,
quia dicit text. in l. vnica. §. pro secundo. in fine. C. de
cadu. tol. non est ferendus qui commodū amplectens
onus subire recusat. maxime quia de officio postula-
tionis à partibus quibus patrocinatur satisfactionem
reportant pro modo laboris, quod eis sufficere debet
quia bona fides non patitur vt bis idem exigatur.
[Omnia doctorum priuilegia posuit Angel. Aretin.
in §. item Romæ. In situ. de excusat. tut. vers. in eadem
26 glo.] Verè & ad hoc sunt hodie doctores, vt maius sa-
larium eis pro labore taxetur, & maiores consequan-
tur sporulas per ordinationes regias, quæ plus eis,
27 quàm inferioris gradus taxantur. Nam & taxa consi-
liarij regij pro dieta sunt tria scuta inclusis expen-
sis. [Quas non posset pars quæ eas fecit remittere,
de qua plenè infra super verbo. si absque liberis morere-
retur. primo, circa finem.] iudicis maioris, & locum-
tenentis, Senescalli est pro dieta extra sedem duo scu-
ta parua computando pro quolibet xxvij. solidos cū
dimidio, & expensæ iudicis criminum quadraginta
solidi, & expensæ doctorum pariter quadraginta so-
lidi turonen. & expensæ licentiariorum vnum scutum
prædicti valoris. & expensæ baccalariorum, viginti-
quinque solidi turonen. & expensæ notariorum, quin-
decim solidi. & expensæ seruientium quæstrium, de-
cem solidi, comprehensis expensis. Et seruientium pe-
destrium, quinque solidi, etiam comprehensis expen-
sis. Et ita fuit ordinatum anno præterito per refor-
matores iustitiæ patriæ linguæ Occitanæ à rege de-
putatos. (Additio.) Quas ordinationes reperietis in
libro ordinationum regiarum cameræ in quæstariū
parlamenti Tolosæ, folio clxxvij. Pro præmio igitur
habent tales doctores, quod eis concessit glof. pri-
ma in l. prima. C. de anno. ciuili. libro vndecimo.
vt scholares periti talibus præferantur doctores:
cum nõ pro titulo dignitatis, sed pro meritis stipen-
dia

dia debent assignari, vt ibi in text. & glo. Per quam quæ iusta est & rationalis, debent iudices plus taxare bacalareis quam eis, & non tanti promoucrentur in vituperium ministerij: quod modicum nõ dicitur peccatum: quia sicut non peccat idoneus petendo magisterium, vt opportunitatem obtineat docendi, & scientiam quam dominus sibi contulit communicandi aliis: sic grauitur peccat etiam idoneus, si hunc honorem ad suos fines proprios & ciuiles adipsificatur secundum Panormitanum in cap. cum eccle 29 fia. in fine. de immunita. ecclesi. Plus faciunt aliqui qui milites fiunt, vt colore militiæ sibi excusationem & exemptionem causent, quos Ioan. Fab. velut contraria implicantes fatuos appellat in proœmio inlit. §. primo. quia vix aut nunquam in eadem persona concurrunt militia, & scientia. Miles enim debet esse in continuo cursu & corporis exercitio. l. miles. C. de re militari. lib. duodecimo, studens verò in quiete. C. de stud. libera. vrbis Romæ. l. vnica. quia secundum Philosophum sedendo & quiescendo fit anima prudens: ideo sedere debent iudices, cum (vt Seneca dicit) nusquam sit, qui vbique est. Præmium mentis composita existimat consistere posse, & secum mora 30 ri. Præterea miles [De quo plenè habetur infra super verbo, *testamentum*.] in nono casu fallen. esse debet durus & fortis, & inde est, quod milites pane bucellato, vino, aceto, & lardo, pro potu & cibo, vt duriores sint, fortiores, & robustiores, vt debent. l. j. C. de erogatio. milita. anno. libr. xij. studentes autem molles esse debent: quia secundum Philosophum molles carne, aptos mente dicimus. Vnde Valerius libro ix. titu. de morte non vulga. pluribus adductis exemplis, in cap. de Polidamante sic dicit: Possunt hi præbere documentum, nimio robore membrorum vigorem mentis hebescere, quasi abnuente, id est, recusante natura vtriusque boni, scilicet roboris membrorum & vigoris mentis largitionem, ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse & sapientissimum. Hæc ille. Quasi dicat militiam non bene doctori conuenire, quia raro concurrunt quæ in quo libet requiruntur, & rara sub immo prudentia corpore regnat. *Rarior exiguis conspecta modestia membris. Raro breues humiles sunt, aut longi sapientes.* Videatis Barto. in l. j. ff. de iurisd. omnium iudic. Derisorium etiam profectò esset, si miles qui literas nescit, doctoraretur. Si verò laude dignum sit, quod clericus qui arma ignorat, nec nunquam eis vsus est, militia cingatur, Deus scit & nemo ignorat. 30 Pauci sunt qui Cæsarem, Pompeium magnum, Catonem, Ciceronem, aut Massurium Sabinum qui in equestri ordine primus in iure ciuili publicè scripsit. l. secunda. §. post hunc. ff. de orig. iuris. imitentur. Quid autem de secretariis regis & curiæ: videatis eundem Guido. papæ. q. ccxciiij. subiungens q. ccxcviiij. 31 Cõsules ciuitatum exemptos non fore à contributione talliarum & subsidiorum reipublicæ propter bona ruralia quæ tenent, nisi pro tempore administrationis suæ. Imò domini de capitulo Tholosæ qui ex cõsulari dignitate fiunt (vt dixi) cum sua posteritate nobiles, anno sui capitulatus elapso contribuere tenentur, sicut per antea tenebantur: licet anno capitulatus durante sint exempti, secundum Barto. in l. honorem. ff. de muner. & honor. non obstante glo. in contrarium volente & malè: quia opinio Barto. seruatur etiam in muneribus realibus ratione patrimonij debitis: & seruatur vbique secundum Masuerum titulo

de tallis & collec. §. item cõsules non tenentur. Cæteri autè officarij publici etiã regij à dominis in parlamento inferiores, soluere onera publica tenentur, vt idè dicit Guido. q. ccclxxviiij. nihil allegans: tamen pro ipso videatis glo. in l. actores. C. de exact. tribut. lib. x. quæ in aliquibus locis non seruatur, vt hîc Caturci. vbi officarij sunt & tenentur exempti, & ita refert Masuerus vbique seruari, vt ibi dicitur §. item nec officarij. Et quod dictum fuit supra ecclesiam teneri manum suam euacuare de feudis & ceteris temporalibus bonis, est verum: nisi talia bona probentur fuisse & esse per regem amortizata, videlicet tali consentiendo alienationi, & nihil retinendo, per text. in dicta. l. fina. ff. vt in posses. lega. & l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum diuisio. dicto capitu. inter dilectos. de fide instrumentorum. Ex quibus iuribus surgit amortizatio, quam in præfenti regno practicamus. Quæ parum prodest simpliciter per regem concessa, nisi verificata fuerit & approbata per cameram computorum Parisijs, de qua loquitur Panormita. in secunda parte consi. iij. in fine. De illo autem scilicet, quod ecclesia teneatur de rebustemporalibus acquisitis manum suam euacuare, & in regis subditu transferre, aut cum rege componere, valde conqueritur Petrus Iacobus titul. de causis. ex quibus causis vassallus feudum amittere debeat. in rubricella, de arbore successione regni Franciæ. Sed an bene vel malè reprehendat in talibus regem & eius officarios, potestis intelligere ex præmissis: quia non fuit Gallorum inuentio contra ecclesiam, sed ne regi præiudicaretur. Ad quos fines ius commune Galli in vsu deduxerunt, secundum quem in duobus casibus ecclesiæ & viri ecclesiastici de bonis acquisitis manum euacuare non tenentur, nec regi finantiam soluere. 33 Primò si fuerint acquisita pro fundandis ecclesiis parochialibus, vel necessariò ampliandis, aut eorum domibus intra villam vel extra non ad superfluitatem: sed si ad conuenientem necessitatem acquirantur possessiones. Quibus casibus (quod plus est) possessores illarum rerum ad eas ecclesiæ dimittendas iusto & rationabili pretio compellantur, secundum Philippi pulchri regi ordinationem mense Februario, anno Domini M. ccclij. editam, hæc omnia continentem, quo ad hoc iuri cõmuni conformè. vt de primo videtur text. iuncta glo. super verbo, *dedicata*. in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesiis. [Quam posuit dominus Anfferij in titulo de priuileg. regis.] Quo ad secundum ita decidit Bartholomæus Cepolla. in tractatu seruitu. vrbano. prædio. titulo de sepulchro. vbi probat iure communi vicinos fore cogendos adces proprias vendere pro ampliando ecclesiam aut domum eiusdem. [Idem decidit Ioan. de Plat. in l. vnica in fine. C. de stud. liber. vrbis Romæ. libro xj. dicens idem seruari vbi de ampliando scholam doctoris regentis (quæ hoc casu eodem gaudet cum ecclesia priuilegio) ageretur.] Secundò non tenentur ecclesiæ nec viri ecclesiastici res temporales dimittere, nec finantiam soluere de bonis immobilibus nomine ecclesiæ antedictam ordinatione ab eodem Philippo rege editam acquisitis, vt in dicta ordinatione expressè dicitur. de qua etiam supra dixi in primo membro primi articuli, loquendo de actionibus clericorù personalibus in foroseculari non tractandis. (Additio) Has duas reperietis ordinationes in libro ordinationum regiarum cameræ in quæstariu parlamenti Tholosæ. fol. xxxviij. Et præmissa domini (quamuis aliquoties remota) tamen ad propostum

eam seruientia, succinctè hic interposuit, vt sciretis quid de ecclesiis, aut monasteriis, vel religiosis, tam in succedendo quam aliter bona temporalia immobilia acquirèdo vel retinendo censendum sit, in hoc præsertim Francorum regno, visis consuetudinibus & priuilegijs suis: quæ vobis prima facie aspera fortè visa fuissent, quæ leuiter non sunt nec temere reprehendenda: quia iuribus canonicis & ciuilibus ac magistrorù autoritatibus fulciuntur, vt videtis, velut illa quæ de iure communi initium ac originè habuerunt. Præterea cogitare debetis reges Franciæ semper lege intellectus & perfecti ac rationalis sensus vixisse, aequalis imperatori. [Vide pulchra super verbo, *si absque liberis moreretur*. ij. in materia subtit. pupil. & ij. requisito eiusdem.] Et sic nemini subiecti, c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, secundum Bala. in prima parte consi. cccxcviij. incipien. Ego puto quòd ab iniusta sententiã & c. cum sequenti. de quo firmat Aegidius de Roma, in disputatione de potesta. eccle. incipien. viri dignitas pontificalis & c. quod reges Franciæ iusto titulo & absque recognitione cuiusquam in temporalibus possident & possident regnum Franciæ. [Scilicet sub tutela Michaelis archangeli: cui est à Deo regnum Franciæ cõmissum, vt dicitur super verbo, *Adiecta impuberi*. dum deciditur, an rex minor annis possit per se administrare.] Quod primò habent ex diuina gratia, & ad instar imperatoris dicere possunt: propicia diuinitate Francorum imperium nobis est delatum. l. fi. C. de offi. magi. mili. Quod probant multa fiducia indicia. Primò vnctio sacra diuinitus missa, qua reges Franciæ semper opportunis temporibus inunguntur. Secundò arma & lilia regi Clodoueo cœlitus demissa, quæ euidenter demonstrant regnum immediatè à Deo dependere, cuius diuino munere reges cõsecratur, vt vidistis in verbo, *duas habens filias*. Tertio hoc probant aperta miracula vniuerso orbi notoriè manifestata. Ex quibus rex de suo iusto tit. respõdens dicere potest illud euageliè, quod respõdit dominus cõtra calumnias Iudæorù Io. x. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et sicut iure hæreditario succedit filius patri in adeptione regni. ca. licet. de voto & voti redemptio, sic quasi hæreditario iure succedit alteri in simili potestate miracula faciendi habilitate accedente. Et licet Bonifacius octauus per suam constitutionem regi Philippo Pulchro missam incipientem, Vnam sanctam de ma. & obed. in extrana. cõm. declarauerit regnum Francorum eidem subesse in temporalibus: tamen Clemès quintus eius successor illam reuocauit declarans dictam extrauagantè Bonifacij non præiudicare regno Franciæ, per aliam suam extrauagantem incip. Meruit. de priuileg. secundum Paulum in cle. quoniã. de immu. eccle. de quo habetis bonã gl. in proœmio pragmatice super verbo, *Dei gratia*. Secundò principaliter hoc habet reges Franciæ, quod alteri quam Deo nõ subsunt ex claritate fame, deuotionis seruiore, fidei sinceritate: 35 & præsertim obseruatione iustitiæ, quæ semper in regibus nostris præ cæteris regnis & regibus seculi viget. Primò ex ipsius iustitiæ statu qui hierarchie ferè cæteros omnes excellit, vt supra vidistis, in institutione parium, parlamentorù, & cæterorù officiariorù Franciæ supremorum, cæteris inferioribus taciturnitate submissis, quæ de se patent. Et quia super cætero seculi huius principes iustitiam rex Franciæ semper dilexit, & iniquitatè odiuit, & vnxit cum Deo suis oleo lætitiæ præ consortibus suis. Psalmo xliij.

vt vidistis loco, quo supra. Secundò ex regionum stipendiorum cuiilibet sufficentium imperuertiibili assignatione, quæ reges Franciæ semper fecit anteire, vt in eis verificetur quod scribitur in l. nemo. C. de offi. magi. officio. vbi nihil rationabilius quam vris gradu cæteros antecedit, quem stipendiã meliora vel labor prolixior fecit anteire. Nam certu habeo stipendiã quæ à rege nostro Francorum capiunt annis singulis sui officarij in toto regno ad summam duorum millium librarum Turon. & vltra ascendere valentium viginticentum mille libras Turon. præter statum suæ domus & armatæ militiæ. Tertio, quia licet Papa solus & Imperator de causa propria, & non alius inferior cognoscant. c. cum venissent. de iudi. & l. pximè. ff. de his quæ in testa. delen. Tamè reges Franciæ iudicio suorum officiariorum, nedum curiarum parlamenti, sed etiã senescallorù suorum sponte se submiserunt: & quod iudicatum est contra se, efficaciter exequi permittunt & patiuntur, iudicatioque obediunt. Imò illud propriis patribus literis exequi mandant. facit cano. nos si incompetenter. ij. quæstio. vij. & ff. de iurisd. omni. iudi. l. est receptu. 38 Nam sicut Romani tribunos plebis instituerunt ad quos quisque à cõsulibus loco regu institutus ad eorum potestatem constringendam, & reformandam. Theopompus etiam Spartanorù rex Ephoros. i. magistratus illos quales Romæ tribuni plebis erant, ad suam moderatam regiam potestatem creauit, suam potestatem eis subiiciendo, & censura eorum, vt eodem modo regnum diuturnum redderet perpetuo duraturum. De quo Valerius lib. iij. titu. de moderatione animi. sic dicit: Atque vt Theopopo quoque Spartanorum regi moderationis testimonium reddamus, cum primò instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regis potestati oppositi, id est contrarij, quemadmodum Romæ consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti: atq; illi vxor dixisset id egisse illum, vt filius minorem potestatem relinquere, Relinquam (inquit) sed diuturniorem. Optimè quidem: ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imposuit. Igitur Theopopus legitimis regnum vinculis constringendo quò longius à licentia, scilicet malè faciendi retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium propius admouit, id est applicuit. hæc ille. Subiungens ca. sequenti. Nihil esse tam præclarum aut tam magnificum, quod non moderatione temperari desideret. Sic pariter salubri exèplo supradictorum reges christianissimi semper moderatione vsi sunt, vt de ipsis quod de Platone dixit idem vbi supra Valerius: Non, inquit, in corpore mortali, sed in arce cœlesti quidem armatum animum eius vitæ stationem putes peregrisse, humanorù vitiorum incursus à se inuicta pugna repellentem, cunctòsq; virtutis numeros altitudinis suæ sinu clausos custodientem. Nam virtus suos habet numeros: vt iustitia diuiditur in sex partes, scilicet in religionè, pietatem, gratiam, fidem, vindicationem, & obseruatiã: quæ dotes præcipuæ regum Francorum in moderatione suæ potestatis Imperialis considerantes, quòd faciles motus mens generosa capit, vt dicit Quid. & Salustii. in Iugurthino: Plerunque (inquit) regis voluntates vt vehemètes, sic mobiles sæpe ipse sibi aduersæ. Vnde opus moderatione fuit, & tanta extitit, vt ex ordinatione plurium regum ac verbali præcepto officiaris Franciæ sæpius fuisse iniunctum literas regias iudicialiter & publicè posse impugnari de nullitate ac surreptione. & vt tales per iudices quibus di

riguntur posse declarari, & iam de incuillitate & iniquitate, & ita in omnibus curis Fraciae seruat in sequentibus ordinationem regis Caroli. vij. super hoc editam articulo lxxvij. incipien. *Item & que foueris suis plusseu obtinuerit de nouo & de nouo cancelleris* &c. Et idem ordinauerat Philippus vj. [Quam ordinationem posuit domi. Aufre. in suo tracta. ordi. titu. de rescri. cap. quia saepe contingit.] eius predecessor. quod est notandum: quia de iure communi vbi rescripta non sunt falsa nec subreptitia, nec contra bonum reipublica; licet iniquitatem contineat, non possunt de iniquitate impugnari coram iudice inferiori, sed debet iudex rescribere princip. cap. si quando. de rescrip. tamen in presenti regno possunt etiam de iniquitate coram inferiore cui diriguntur redargui, & in ciuilia declarari: & hoc est quod dicebat Calsiodorus in persona Imperatoris seu regis. Pro aequitate, inquit, seruanda nobis quoque patimur contradici, cui oportet etiam obediri &c. de quo plenius supra dixi in secunda decisione prope finem tractando qualis debet esse cancellarius. (Additio.) Ideo sancte & consultius ordinauit dominus noster rex modernus Ludouic⁹ xij. Anno domini M. ccc. cxcix. die xij. Iunij Parisiis in parlamento eadem die audito procuratore regio generali publicata, quod orta difficultate super rescripto concedendo vel non concedendo, si illari per cancellarium non debet, etiam si eidem cancellario qui regis personam representat, iustum videatur, donec per consilium peritorum fuerit deliberatum. Ex quibus praedictis tanta regum Fraciae fama intemerata iustitiae per vniuersum euoluat orbem, quod plures eis non subditi etiam infideles eorum iudicio se submiserunt: vt in eis verificatum sit quod de glorioso illo Scipione Africano 40 concludit Plutarchus. *quod tanta est virtutis vis, & tam magna apud omnes gentes, cum non solum bonos, sed etiam improbos ad se amandum alliciat. Quod exemplo fuit in pluribus Francis regibus conperitum, qui si acceptare voluissent, extraneas nationes regerent in eos consentientes, praesertim in personam Dagoberti regis Fraciae huius nominis primi. de quo Gagui. lib. iij. ca. iij. Ad praesentes (inquit) regis mores iustitiae illius atque aequitatis tanta fama etiam apud externos percrebruit, vt ex ea gente, quae Turcis Sclauonibusque finitima est, nonnulli Dagoberti examē ad suas controuersias deposcerēt. Assueratibus insuper Sclauonibus si ad eos aliquando commicaret, se illi vt suo regi parituros. haec ille.* [De isto Dagoberto & eius miraculosa saluatione habetur infra in v. arti. dum loquitur de venatione.] Sic de duce Sabaudiae qui Francorum regis iudicio sponte se submisit, consuluit Bal. in prima parte consil. cccxvii. incipien. *petita venia flexisque genibus loquar &c. vbi ponitur tenor submissionis. Videatis dictum consilium, quia pulcherrimum.* [De isto consilio mentionem fecit Barba. in capit. quoniam Abbas. de offic. de lega. vers. extra. glos. opponendo & in iij. opposi. vbi quaerit, an illud compromissum in regem factum transeat in successorem.] Imo legitur in vita beati Gregorij, quod Traianus imperator saluatus fuit, & de inferno vbi propter infidelitatem ceciderat, ad preces Gregorij extractus propter iustitiam, secundum Ioan. Fab. in proemio insitu. §. j. Et adeo semper apud Fracos reges cultus iustitiae acceptus & gratus fuit, & speratur perpetuo vigere, quod de ipso christianissimo rege dicere verifimiliter possimus, quod per Psalmistam dictum fuit

psalmo xcv. *Iudicabit orbem terram in aequitate & populos in veritate sua. Et iterum psalmo xcviij. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in aequitate.* Et sequitur retributio psalmo xliij. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam deducit te mirabiliter dextera tua. Quoniam notorie videmus Francorum reges supra omnes principes terrae exaltatos, vt verificatum maneat in eis quod Cicero pulchre lib. iij. de officiis ait: *Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiae fungatur officiis. Quia (vt dicit Sene. in lib. de quatuor virtutibus) Iustitia est diuina lex & vinculum societatis humanae, quisquis hanc sectari desiderat, Deum prius amet, vt ametur a Deo. Quod in Francis regibus videtis adimpletum, quibus recte & iuste appropriari potest & pariter eorum subditis, quod de rege iustissimo scribitur Psal. Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in aequitate, & gentes in terra dirigis.* *¶* Or nunc ad materiam successionum ab intestato reuertentes, reassumatis punctum de quo diu est (sed non sine causa, commodo, & vilitate, ex materiarum connexitate) diuertimus, & dicatis, quod vbi agitur de succedendo ascendentibus, intestato defunctis, prima successio est suorum haereditum, qui legitime nati vel postea legitime fuerunt: & ceterorum in posterum descendentium. Ita quod non solum succedunt filij, & filiae, sed etiam nepotes & pronepotes, & deinceps vltiores, dummodo primum gradum teneant tempore mortis intestati: aut si testamentum fecisset, primum gradum teneant tempore testamenti defuncti. vt dicto §. cum autem quaeritur. insitu. de haeredi. quae ab intesta. *¶* Etiam si nati non essent eo tempore: dum tamen essent concepti. Quo casu cum agatur de commodo succedendi, habentur pro iam natis. l. qui in vtero. ff. de statu. ho. Si autem concepti non essent tempore mortis eius, de cuius successione agitur, vel tempore delituti testamenti, tunc non succederent, imo eis praeponeatur soli alij pari gradu existentes iam nati vel concepti, in quorum defectum succederet qui remotior est eo, qui tunc conceptus non erat. *¶* Cum possibile non sit, quod qui non est tempore successionis delatae, & sic non ens, succedere possit etiam de iure praetorio. l. si quis filio exhaeredita. §. i. ff. de iniusto rupto testamento. Praeterea ille tunc non conceptus nunquam fuit defuncto conuictus: quia illo viuo animal non fuit. l. Titius. ff. de suis & legi. haeredi. & l. j. §. proximus. ff. vnde cognat. & l. verum est. ff. de bo. pos. secund. tab. & plenē per Bar. in litem praetor. alleg. tit. ff. de suis & legi. haered. vbi dicit fecus esse in aliis dispositionibus, quam in successione ab intestato. Vnde in iure patronatus libertorum bene succederet, per tex. singularem in l. Paulus. §. pe. ff. de bonis liberti. An autem illi non conceptus tempore mortis eius, de cuius successione agitur, venire possit ex persona sui patris iure transmissionis, videatis Ang. in §. posthumorum. insitu. de exhaeredita. libe. [Vide infra super verbo, & *suboles quam gestabat in vtero.* secundum doctrinam Raph. ibi insertam.] Vnde restat quod filius & filia nisi statuto, consuetudine patriae, vel iurata renuntiatione forent exclusi, quia primum gradum descendendum tenent, vocantur priore loco ad successionem intestati patris tanquam proximiores: & consequenter ceteris vltioribus exclusis in succedendo potiores. Ex quo inferit Ioan. Fab. in §. ita demum insitu. de haered. quae ab intesta. *¶* Quod stante statuto vel consuetudine, prout est in hoc ducatu Aquitaniae, quod re vendita pariter venditoris reddendo pretium possunt

Successio ab intestato.

Et uxorem nomine Adl.

sint intra annum & diem retrahere, iuxta terminos, cap. constitutus. de in integ. restit. & l. dudum. C. de contrahen. emptio. vbi fundatur dicta consuetudo, quae conformis est antiquae legi diuinae. Leuiti. xxv. ibi, *Si attenuatus fuerit frater tuus &c. Si res immobilis vendita fuerit etiam alicui de genere venditoris in remotiori gradu constituto, poterit proximior ea virtute consuetudinis retrahere, ac si vendita fuisset extraneo. l. filio. ff. de inoffic. testa. & videtur expressum in c. vnico. §. Titius si de feudo fue. contro. facit l. vnū ex familia. §. j. ff. de leg. ij. cum concordantiis ibi in glo. positus super verbo, proximus. Quia si in successione proximior repellit vltiores pariter, vt dixi, sic fiet in tractatu. secundum eum ibi. *¶* Et idē consuluit Bal. in iij. parte consil. xxvij. incip. dominus Tho. &c. & Pet. de Ancha. consil. cclxx. cum seq. & sequit Bald. in capit. de vasa. qui contra consti. L. otha. facti. in l. pupillus. ff. de auctori. tuto. *¶* Et si tempore mortis intestati parentis essent plures eiusdem gradus descendentes proximiores: puta plures filij & filiae aliam non exclusae, omnes simul & aequaliter vocantur ad successionem, & pariter ad retractum, secundum praedictam consuetudinem vt tenet Ioan. Fab. in §. si plures insitu. de legiti. agna. success. Parisiis seruatur quod illi soli retractus adiudicatur, qui prius emptore ad ornari fecit, licet alij existant proximiores venditoris pariter: vt est expressum in lib. consuetudinum titu. de materia retractus. cap. *Item le parent &c.* *¶* Sed de iure proximior, aut si sint plures, omnes simul vocantur, vt dixi: sicut in successione omnes aequali gradu existentes vocantur: & vno repudiante pars sua ceteris accrescet succedere volentibus, scilicet pro portione hereditatis cuiuslibet delata. Nam cum omnes isti in pari gradu existentes eodem modo succedant, videlicet in capita, habet inter eos locum ius accrescedi: & si omnes repudiarēt aut excluderentur tempore, sequentes in gradu vocantur per editum successorum, vt plenē dixi, supra in iij. praedictio. *¶* Similiter si dux belli praenotari fecerit, quod primus ingrediens castrum habeat centum vel aliud praemium: si plures simul ingressi fuerint, ita quod cognoscere non possit quis primus fuit, omnes praemium habebunt, secundum Odo. & Guid. de Suza. licet enim lex vbi fuit verbis singularis numeri, tamen si plures fuerint, omnes admittentur. *¶* per tex. in dicto §. si plures. *¶* Et idem si praemium daretur occidēti vel capienti malefactorem aut bannitum, prout dari potest de iure. l. cum nauarchorum. vbi Ioan. de Pla. C. de nauica. lib. xj. & Bar. post Guil. de Cug. in l. j. ff. de iusti. & iure. [In quo praemio nullo modo participat cōscius illius criminis & particeps: quia non mouetur pro bono publico, sed vt pecuniam euadat, & praemium consequatur. Idē in eo cui ex officio incumbit capere delinquentes: quia voluntarie non mouetur, sed necessitate officij. secundum Bar. in l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. & §. vtrū. ff. ad Sila. Ideo si tales delinquentē capiāt, praemio non gaudent.] Pariter pro crimine detegendo, prout seruatus Romanus fecit pro coniuratione Catilinae detegenda. Ad hoc (inquit Salusti. in Catilinario) si quis indicasset de coniuratione quae contra rempublicam facta erat, praemia decreuerūt &c. de quo. ff. ad leg. Iul. maiesta. l. in quaestionibus. & l. ij. C. quib. ex caus. serui pro praemio liberta. acci. Pro quibus facit quod habetur j. Regum xvij. ibi. *Verū qui percussit eum (scilicet Goliath) dirabit rex diuitiis magnis, & filia**

sua dabit ei; & domum patris eius faciet absque tributis in Israel &c. Et percussit eum Dauid adolescens, qui pro praemio Michol filiam regis desponsauerat in uxorem. Pariter ij. Regum v. c. propulerat Dauid in die illa praemium qui percussisset Iebusum: dixitque j. Paral. xj. *Qui percussisset Iebusum in primis erit princeps & dux, scilicet militie.* Et sequitur ibi: ascendit ergo primus Ioab filius Saruiae, & factus est princeps &c. Sic dea Iuno (vt poeta Aeneidum li. j. t. f. r. t.) volēs Aeneam prohibere, ne Italiam adiret, ad A. o. lum regem ventorum sic ait: *Aeole (namque tibi diuum pater atque hominum rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos) Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aquor, Ilium in Italiam portans. vltroque Penates. Incute vim ventis, submersisque obrue puppes. Aut age diuersas, & dissiue corpora Ponto. Sunt mihi his septem praestanti corpore nymphae, Quarum quae forma pulcherrima Dyopetiam. Connubio iungam stabili, propriisque dicabo. Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat, & pulchra faciat te prole paremum &c.* Vnde restat praemium dari posse occidēti, aut capienti malefactore, vel inimicū, prout si iudex de consensu & voluntate gubernatorum pecuniarum publicarum, aut eis requirentibus hoc faciat: cum de se ipso praemium de publico dare non possit, secundum Bart. in l. j. in si. prin. vers. fol. secundum. ff. de iusti. & iure. Vnde si in casu nostro plures eum caperent vel occiderēt, omnes praemium haberent, si in plures cadere possit, quauis aliqui oppositum voluissent, dicentes, quod nulli deberetur per l. si fuerit. ff. de reb. dub. quae non obstat: quia loquitur in testamentis in quibus non fit larga interpretatio, sicut fit in beneficio principis, vbi fit latissima. l. penul. ff. de constit. principū secundum quam quilibet eorum qui simul castrum intrarunt, habebit centū. l. qui filiiabus. §. j. ff. de leg. j. secundum Io. Fab. & Ang. in d. §. si plures. Quod vltimū forte non seruaretur in rustico talem munificentia faciente, vt quilibet habeat centū: quia strictē intelligeretur, vt non quilibet, sed omnes simul centum habeant. De his & pariter de duobus equis brauium simul attingentibus, aut de pluribus simul vexillum hostium capientibus, videatis Bart. Bal. & Imol. in l. hoc articulo. ff. de hered. insti. Ioan. de Pla. & Ange. in dicto §. si plures. Et adeo est verū, quod proximior in gradu, vltiorem a succedendo excludit. *¶* Quod si filius sit emancipatus, & nepos ex eo sit in aui potestate constitutus, eide aui ab intestato mortuo non succedet nepos in sua potestate constitutus, sed filius emancipatus qui est gradu proximior: cum hodie non curemus de patria potestate quo ad succedendum ab intestato, vt plenē vidistis, supra in secundo praedictio. Imo plus dicit docto. quod si pater filium emancipatum haeredem instituerit, & nepotem ex illo in potestate sua constitutum praeterisset, talis nepos praeteritus dicere non possit testamentum aui sui nullum, quia cum non teneat primum gradum liberorum, non fuit necessarius instituendus, nec exhaeredandus, cum filius emancipatus eum praecederet. Nec conueni possit talis nepos, quod legitima non habet. *¶* Quod cum legitima sit tertia pars eius quod quis habiturus esset ab intestato, in Authentica, nouissima. C. de inoffic. testa. & iste nepos nihil habiturus erat ab intestato, quia filius emancipatus pater eius praecedebat, de nihilo conueni potest. Vnde fuit quo ad vim successionem ab intestato, sublata est

modie differentia emancipationis & patriæ potestatis, ita etiam ex testamento hoc casu, secundum Barto. Bald. & Angel. in l. Gallus. §. & quid si tatum. ff. de libe. & posthu. Nam ille qui non succedit ab intestato, qualis est ille nepos si in testamento præteratur, non poterit illud ad causam intestati deducere ipsum dicendo nullum: quia non sua interest testamentum aui dicere nullum, postquam eo annullato non succederet ab intestato, ut plenè dicā super verbo, in eodem testamento relinquens. j. ¶ Et sic restat quod proximior in gradu, qualis est filius & filia etiā emancipati, excludunt nepotes, & deinceps ulteriores: licet in patris potestate retentos, nisi (ut dixi) filia statuto aut consuetudine foret exclusa. Et hæc est conclusio vera: quam dupliciter limitabis. Primò, quod filius etiam emancipatus nepotem excludit emancipatum vel in potestate retentum, vbi filius qui proximior est, succedere vult, & hæres esse. Si autem filius paternam repudiaret hereditatem, & hæres esse nollet, certè si talis filius tempore mortis patris esset in potestate constitutus aui succederet, non vt suus & necessarius hæres, sed tanquam voluntarius, quia vt suus & necessarius aui succedere nõ potest, cum primū gradum non teneat nec primum locum suitatis. Sed filius pater eius illum gradum & suitatis locum velut in potestate patris constitutus tenebat, & sic priuilegio suitatis non erat hæres suus, vt dicam in verbo, *Mortuo autem testatore.* ij. vbi declarabitur materia suitatis. Nec transmittere nepos ille auitinam hereditatem ad quoscūque hæredes, si ante eam agnitam decederet: sed eam solūm transmitteret ad hæredes ex sua persona descendentes, vt l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. hæredi. Si verò filius paternam hereditatem ei delatam repudiatis, fuisset tempore mortis patris emancipatus, & nepos ex eo fuisset in aui potestate retentus, quod fieri potest. in sit. quib. mod. ius pat. pote. sol. §. j. Talis nepos ex eo descendens vocabitur ad succedendum aui, vt suus hæres & necessarius, ita quod tunc ipso iure erit hæres, quanuis ignoret delatam sibi esse hereditatem, & iure ac priuilegio suitatis eam non agnitam moriendo transmittit ad quoscūque hæredes etiam extraneos, quos fortè post mortem aui suæ potestatis existens instituit hæredes, vt ibi dicam, tractādo materiam transmittendæ hereditatis. Si verò filius post mortem patris sui intestati, non agnita neque repudiata hereditate paterna decesserit, tunc in electione nepotis vel alterius descendentes proximiorum gradum tenentis erit, an velit auitam hereditatem adire ex persona filij nunc mortui, tanquam ad ipsum nepotem vel alium proximiorum iure suitatis transmissum si filius erat in potestate, aut beneficio dictæ l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. si filius ille erat emancipatus: quo casu pinguior erit successio, quia nepos habebit bona aui & filij patris sui, vel an velit dictam hereditatem repudiare ex persona filij suiq; patris, & eam adire ex sua propria persona. l. si quis filium. §. j. cum glo. ff. de acquirend. hæred. & l. recurre. §. Titius. ff. ad Trebellia. Quo casu minus emolumentum habebit, quia solam hereditatē aui & nõ filij patris sui habebit. secundum Barto. in l. si mihi & tibi. §. j. ff. de lega. j. Secundò ¶ limitabis dictam conclusionem, quod filius excludit nepotes, scilicet ex seipso descendentes, non autem excluderet nepotes ex alio filio præmortuo fratre suo stantes & superstitites. Imò tales nepotes secundum gradum verè tenentes in successione aui concurrerent cum fi-

lio defuncti eorū patruo, cum quo pariter succedent aui, instit. de hære. ab intesta. §. cum filius, quia hoc casu tales nepotes personam repræsentant sui patris, & iure repræsentationis esse cēsentur in pari gradu ¶ Quod cum patruo, prout esse eorū pater si viueret. ¶ Quod quidem ius repræsentationis non eis competit de iure communi, sed ex priuilegio, in corpore tamen iuris clauso, per tex. singularem in §. si autē defuncto. ibi, huiusmodi verò priuilegium, in Auth. de hæredi. ab intesta. colla. ix. quod scire prodest propter multa, quæ (ne onerosus existam) taceo. Qualiter autem cognoscatur ius commune & priuilegium in corpore iuris clausum, docet Bald. in l. j. C. de peti. hæredi. Et in quibus conueniant, & differant ius commune & priuilegium in corpore iuris clausum, alibi fortè & opportuniùs dicā. Simil ergo cum patruo succedunt nepotes ab intestato ipi aui, nulla facta differentia an essent in potestate aui vel emancipati, vel an sint masculi aut foeminae, nisi statutum vel consuetudo foeminas excluderet, in Authen. post fratres. C. de legit. hæredi. Et ¶ sicut nepotes personam repræsentant filij eorum quondam patris præmortui, vt cū patruo aut patruis succedant aui: sic etiam eam repræsentant, si ciuilitè mortuus fuisset filius eorū pater, vt quia patris sui hereditatem repudiavit. Quo casu pars illa si repudiata nõ accrescet coheredi repudiatis, sed remanebit nepotibus filijs ipsius repudiatis, qui eius personam repræsentant. secundum Ange. in dicto §. si plures. instit. de legi. agna. success. Et idem puto in filijs, quorum pater capitaliter fuisset damnatus, ita quod hæres esse nõ posset, vt quia deportatus ante mortē aui. l. j. C. de hæred. instituen. quia cū talis dicatur ciuilitè mortuus, & sic de medio sublatus, nepotes, id est filij talis deportati, qui sunt sequētes in gradu, ipsum repræsentant, & tenēt primum locum, vt simul cum patruo succedant aui, per tex. in l. si qua pœna. in fi. vbi no. Bart. ff. de his q. sunt sui vel alie. iur. iūcto, quod bona futura non veniunt in confiscatione damnati, vt dicam in quinto articulo. Et sic præfati nepotes non vi transmissionis succedēt, cū nihil repudiatum vel exclusionē perditum transmittatur: sed succedunt iure & priuilegio repræsentationis, vt d. §. cū filius. ¶ Quæ quidem repræsentatio sibi locum vèdicat etiam in iure patronat. ecclesiæ, in quo nepotes simul cū patruis succedunt aui: nec tale ius regulatur, vt ius patronatus libertorum. cap. cū seculum. vbi Panor. de iure patro. & Innocē. in cap. cū Bertholdus. de sentent. & re iudic. vt supra terigi in verbo, *Dum habēs filias.* in princip. Pariter ¶ locum habet hæc repræsentatio in feudis, quæ in iure hereditario & ad similitudinem iuris hereditarij deservunt. cap. j. de success. feu. in quibus nepotes cum patruis succedunt, vt ibi, & in capitu. vnico. §. de his. titu. de gradi. success. in feu. Maximè in præfenti regno, in quo feuda sunt ad instar patrimoniorum redacta, secundum Ioan. Fab. vt supra vidistis. Præterea hæc repræsentatio locum habet etiam in hereditatibus indiuiduis, vt sunt regna, ducatus, comitatus, marchionatus, aut baronia: quæ diuisionem non capiunt, capi. j. §. præterea, de prohibi. feud. alie. per Fede. Et cætera alia feuda inferiora, vbi statutum aut consuetudo patriæ illa defert primogenito. ¶ In quibus etiam nepos ex illo præmortuo primogenito patrē suum repræsentat iure primogenituræ: non accumulatiuè hoc casu cum patruo, sed exclusiue, vt solus excluso patruo succedat in illis indiuiduis, quæ de iure vni soli deferruntur

runtur, vel ex consuetudine, secundum Ioan. Fab. in dicto §. cū filius. Et sic in his indiuiduis locum habet repræsentatio, vt etiam plenè cōsuluit Panor. in prima parte confi. lxxv. incipien. in præfenti quæstione & c. vbi inter cætera dicit, quod cōstitutio aut concessio vel dispositio loquēs de primogenito operatur, quod omnes descendentes ad eo gaudent iure primogenituræ, quo ad patruum excludendum: & sic aperte vult, quod etiam in indiuiduis natura vel constitutione locū habet repræsentatio quo ad vim successiuam, vt scilicet nepos ex primogenito succedat aui: non tamen locū habet quo ad vim accumulatiuā, quia solus succedat, & non simul cum patruo sicut faceret in hereditatibus diuiduis. Sed quia quæstio hæc de arduis est, & altioris indaginis, de ipsa loquor suo dicitur. [De hac disputabili quæstione vide §. co suo dicitur. in xvij. limita.] Similiter locum habet hæc repræsentatio nedum ¶ in successione ab intestato, vbi nullum omnino conditum fuit testamentum, sed etiam si conditum fuerit, & postea ruptum per bono. possessio. contratabu. quæ locum habet in emancipato, aut per querelam inofficiosi: quia etiam tunc nepos succedat cum patruo. l. si defunctus. C. de legi. hære. personam sui patris repræsentando: quam generaliter repræsentat in prædictis & alijs quæ iure hereditario deferuntur, & deuoluuntur ad posteros, & alios successores. In alijs verò quæ non iure hereditario deferuntur, nepotes personam sui patris non repræsentant. Vnde loco patris non succedunt in tutela, vt eam cum patruo gerant. l. iij. §. si duo. ff. de legit. tuto. Nec etiam in iure patronatus libertorum. l. a duobus. ff. de oper. liber. Nec pariter repræsentat sui patris personam, nisi in his, quæ patri, si viueret, deferrentur tit. vniuersali: id est in his, in quibus pater eorum si viueret, succedere posset tit. vniuersali hereditario, secūs si tit. particulari, puta legati vel alio iure particulari, & non hæredis, vt clarè probat tex. in dicto §. cū filius. instit. de hæredi. ab intest. ibi, ¶ pariter ¶ ad hereditatem vocatur. Et cætera alia iura de hoc iure repræsentationis loquentia, vbi que loquuntur de tit. vniuersali, scilicet hæredis, & qui iure hereditario scilicet directo defert. & non iure particulari in quo locum non habet repræsentatio. Et idem esset in his, quæ non iure directo hereditario, sed iure fideicommissi, & sic indirecte deferuntur, vt etiam in eis locum non habeat: vnde si filius hereditas restituenda foret, tale fideicommissum solis filijs superstitibus, & non nepotibus ex altero filio præmortuo deberetur, quia hoc casu nepotes suum non repræsentant genitorem, vt cum patruis ad tale fideicommissum admittantur. [De hoc vide bonum cōsiliū Philippi Decij in secunda parte consilio j. incipie. memini me aliàs consuluisse. Nam licet in successione legali ab intestato filius fratris simul cum patruo iure hereditario admittatur velut alter de proximioribus: non tamen in fideicommissio, cū verba testatoris de vero filio, aut alio proximiori, vt iacent, sint interpretanda: vt ibi habetur ij. colum. in fine. & sequen.] Et ratio differentia est secundum Bald. quia succedendo tit. hereditario directo consideratur iuris dispositio, secundum quam filius succedit in locū patris. Et sic nepos succedit loco filij, cnius personam repræsentat. Sed in succedendo iure & titulo fideicommissi, non consideratur iuris dispositio, sed sola affectio quā natura docet plus habere ad filios, vt pote proximiores, quam ad filios filiorū,

secundum Bart. & Rapha. limitādo glo. ibi in l. cū ita. §. fina. ff. de lega. ij. & in l. Lucius. la. ij. ff. de hære. instit. quam abunde ibi dotauit Alexand. in fine. & tenet Ange. in dicto §. cū filius. vide tex. in l. hæredes mei. §. peto. quē ibi ad hoc no. Rapha. ff. ad Trebell. post Angel. ibi. De quo tamē puncto, scilicet an fideicommissario præmortuo, spes fideicommissi trāseat & transmittatur ad hæredes, latius dicam in verbo. *si absque liberis moreretur.* ij. in materia fideicommissaria substitutionis: [Et etiam dixit ibidem ¶ in materia pupillaris. circa finem.] Et quod ¶ dixi fideicommissum filijs testatoris restituendum stante conditione, puta filio instituto sub conditione non stantium liberorum defuncto absque liberis, deberi solis filijs testatoris & non nepotibus, ex aliquo filio præmortuo stantibus, qui in tali successione indirecta filium præmortuum eorum patrem nõ repræsentant, est verū, vbi agitur de succedendo per fideicommissum ex testamento vel alia vltima voluntate: quia in successione ex testamento non habet locum hæc repræsentatio, quia cū (vt dixi) hæc repræsentatio, ¶ nepotes filium eorum patrem repræsentent nepotibus competat ex priuilegio in successione ab intestato directa, non porrigitur ad successorem ex testamento, cū priuilegia sint stricti iuris: & sic iure isto repræsentationis ad tale fideicommissum nunquam vocarentur, nec etiam fideicommissum petere possent iure transmissionis, quasi ad eos morte patris fuerit transmissum conditionale fideicommissum. ¶ Cū fideicommissa conditionalia non transferantur hærede instituto moriente ante conditionis euentum. l. vnica. §. si autē aliquid sub cōditione. C. de cadu. tolen. Et est verum, quod non transmittuntur etiam ad suos: licet glo. in l. si is cui. ff. de actio. & oblig. contrarium voluisset, & malè, secundum omnes. Sed vbi fideicommissum deberetur ex cōtractu inter viuos, in quo etiam fieri potest substitutio. l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo vel condi. sunt. Prout etiam sepe fit in societate omnium bonorum, vel in pactis matrimonialibus, præsertim in Francia, in quibus valent pacta de succedendo, vt plenè dixi super verbo, *duas habens filias.* in iij. casu fallentiæ. In quo filia cum masculis nõ succedunt: tunc filio qui succedere debet, & cui cæteri filij si absque liberis moriantur, vel sub alia conditione fuerunt substituti, moriēte ante conditionis euentum, tale fideicommissum non solūm filijs pacifcentium debetur, sed etiam nepotibus ex altero filio præmortuo relicto, non propriè iure isto repræsentationis nepotibus in sola successione ab intestato ex priuilegio competente, quæ ad hunc casum extendi nõ potest: sed eis debetur iure transmissionis, quod in cōtractibus & pactis conditionalibus operatur per tex. not. in dicta l. si is cui. ff. de actio. & oblig. & instit. de verborum obligatio. §. ex conditionali. & in §. cū quis. instit. de iuri l. stipulat. Et ratio differentia est, quare conditionalia ante conditionis euentum transmittuntur ex cōtractu, & non ex vltima voluntate, quia cōtractus consensu & voluntate duorum firmiter irruocabiliter l. sicut. C. de actionibus & obligationibus. & l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. Sed vltima voluntas solius testatoris cōsensu vsque ad mortem ambulatoria, secundum Angel. in dicto §. ex conditionali. quod est not. ¶ Quia vltimæ voluntates vel debiliores, vbi sunt conditionales, vim transmissionis non habent, sicut habent cōtractus & cæteri actus inter viuos. Pariter nepotes personam non re-

præsentant sui patris, nisi in successione eis delata iure communi: quia in delata ex statuto aut consuetudine cessat representatio, nec concurrunt cum patruo. secundum Bald. in iij. parte consil. xxx. incipien. præsupposito statuto. ij. colum. vbi stante statuto, quod mulier dotata non succedat: soli fratres eam excludunt, nec in eius portione nepotes ex fratre præmortuo concurrunt cum patruis, quia nepotibus non sic aperitur edictum statuti, sicut eis aperitur edictum prætoris, quod etiam eis apertum non fuisset, nisi prætor hoc expresse dixisset. l. si post mortem. §. finali. ff. de contrahatu. vt supra vidistis in j. præludio. circa finem. [Vide Philippum Decium in superius allega. consil. j. vbi idem concludit & Alexan. in iij. parte consil. iij. tamen Ioan. Fab. vbi supra & plures alij de quibus infra dicitur, contrarium dixerunt.] Præterea nepotes iure representationis habent non ex merito iure communi, sed ex privilegio, vt supra dixi. Quod tanquam plus stricti iuris existens quam ius commune, non extenditur ad edictum statuti. Super hoc cogitabitur: quia dubito consilium Bal. sustineri non posse per ea quæ supra retuli Ioan. Fab. dixisse in dicto §. cum filius. & Alexan. in l. Lucius. la. ij. ff. de hæredi. institut. & ipsismet Bald. in l. in quibus. C. de secund. nup. quod etiam iuris supra in j. præludio. Imò hoc casu appellatione filiorum veniunt nepotes in dispositione statutaria, vt in eodem casu consiluit Pau. consil. clxxj. incipien. præsens casus. & Ludou. consil. cxxix. incipien. licet magna apud me fuerit dubitatio, vt plenius dixi super verbo, *duas habens filios*. In secundo casu quo filia cum masculis non succedunt, vbi concluditur, quod sicut filius in statuto mentionatus filiam excludit, sic etiam nepos eam excludere debet tanquam veniens appellatione filij: tamen verum est, quod representatio de qua hic loquimur, stricti iuris est, velut ex privilegio in corpore tamen iuris clauso orta. ¶ Quia etiam extenditur ad omnes ex filio præmortuo descendentes, sed solum ad pronepotes: vt si defuncto ab intestato super sint filij, & nepotes ex alio filio, & etiam pronepotes, sicut iure representationis succedunt auo nepotes simul cum patruis, ita etiam simili iure succedunt pronepotes, per tex. in dicto §. cum filius. Sed vltra pronepotes non vocatur alij vltiores cum patruis ad successione ascendentes. [Et notanter dicit cum patruis: quia si aliqui patru vel alij proximiores non essent, certè trinepotes, & deinceps succederent salua gradus prerogatiua. Et hoc iure proprio & non iure representationis. & sic non in stirpes sed in capita, vt infra iij. mēbro dicitur, loquendo de successione collateralium vno latere coniunctorum.] Et in hoc scilicet de pronepotibus simul cum patruis ad successione vocandis, differt hæc successio descendente succedere ascendentes volentium à successione, qua ascendentes cum collateralibus seu transuersalibus suis succedunt descendentes, iuxta Authen. defuncto. C. ad Tertyl. Et etiam à successione collateralium inter se. Quibus duobus vltimis successione privilegium representationis non progreditur vltra nepotes, vt in Authen. post fratres fratrumq; filios, iuncta glo. j. C. de legiti. hæredi. vbi doct. rationem ponunt differentia. & Ioan. Fab. in §. item vetustas. in fine. instit. de hæredit. quæ ab intesta. quia hæc successio, qua descendentes suis succedunt ascendentes, est naturalis & debita. l. scripto. in si. ff. vnde lib. & consequenter est fauorabilis. Aliæ verò duæ, scilicet quæ ordine turbato ascendentes suis succedunt præmortuo

tuis descendentes aut collaterales sibi inuicem, est à iure & ordine naturæ exorbitas. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. Ideo venit restringenda, vt in ea ius representationis vltra ipsos nepotes non porrigatur, vt infra videbitis. Or, ¶ domini, sanè intelligatis nepotes ex filio præmortuo iure representationis vocari simul cum patruis ad successione aui ab intestato mortui, & similiter pronepotes ex filio & nepote ex eo præmortuis, vt scilicet succedat, non in capita, sed in stirpes. & in hoc differunt filij ab ipsis nepotibus & pronepotibus in succedendo, quia filij succedunt patri equaliter in capita. Ad eò quod si decem forent, aut vltiores, tatum habebit vnus sicut alter. Sed quando nepotes cum filiis defunctæ personæ, de cuius hæreditate agitur, & sic cum patruis suis succedunt auo, certè omnes nepotes ex vno filio præmortuo, non plus habebunt etiam si essent mille, quam habuisset eorū pater, si vixisset. ¶ Et ratio quare nepotes & pronepotes cum patruis non succedunt in capita sicut filij, sed solum in stirpes, est, quia filij qui sunt in primo gradu, succedunt de iure communi, tanquam primum locum tenentes: nepotes verò quædo ad successione aui concurrunt cum patruis, cum primum locum seu gradum non teneant, succedunt ex solo privilegio in corpore tamen iuris clauso. vt supra vidistis. Vnde in tãta portione non succedunt sicut filij, quia satis est, qd privilegium eos qui sunt in secundo aut tertio gradu representet loco vnus gradus sine præiudicio filiorum primum locum verè tenentium, argumen. l. si quando. §. j. C. de inoffic. testamē. Præterea dicit alibi tex. in l. tutori. C. de neg. gest. satis esse si vel in paucis amore amici consulatur. Talia enim privilegia iure cuiusdam amicitia & benevolentia concessa videtur: quia satis est quod omnes portionem habeat sui patris, cuius loco surrogatur, vt surrogatum naturam sapiat illius, cuius loco surrogatur. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & plenè Barto. in l. j. ff. si quis li. test. ius esse sue. Ideo si ad talem successione concurrant vnus filius, & tres ex altero præmortuo nepotes, illi tres nepotes quia succedunt in stirpem. i. in locum sui patris, non habebunt nisi dimidiam partem hereditatis, & solus filius eorum patruus reliquam percipiet dimidiam, ita quantum habebit solus filius, quantum simul omnes nepotes. Et si defunctus personæ filius vnicus & ex altero filio præmortuo tres nepotes, ex altero verò decem, solus filius tertiam partem hereditatis habebit, tres nepotes aliam, & omnes alij decem reliquã tertiam, vt d. §. cum filius. verfi. & quia placuit in l. de hære. quæ ab intesta. ¶ Ideo cum isti nepotes ex filio præmortuo succedant auo in stirpem. i. in locum sui solius patris & non in capita, certè inter se sunt plus coniuncti, quam cum patruis. Vnde si vnus eorū successione repudiaret, seu ab illa abstineret, prout facere potest, vel tempore excluderetur, pars illius cæteris suis solis fratribus, qui in eadem stirpe existunt, & non patruo vel patruis accresceret: quia patru cum eis non eodem modo succedunt sicut isti: quoniam illi succedunt in capita, & isti succedunt in stirpem: & inter diuerso modo succedentes non est locus iuri accrescendi, vt supra vidistis in iij. præludio: [Vide infra super verbo, *in eodem testamēto relinquens*. j. circa finem xxij. limita.] Sed inter succedentes eodem modo, puta per capita, est locus iuri accrescendi, ita quod vno capite repudiante pars quæ fuerat ei delata cæteris accrescit capitibus, veluti quando soli filij succedunt, quia in capita succedunt vno repudiante vel aliis ex-

cluso, qui si filios non habeat aut nepotes qui ipsam representent, pars sua vacans cæteris accrescit capitibus pro parte hæreditaria, qua vocati sunt. Et idem si duo essent aut plures filij, & tres vel quatuor aut plures ex altero filio præmortuo nepotes. Quoniam si vnus filiorū repudiaret, pars sua alteri filio accresceret fratri suo, & etiam omnibus nepotibus simul vnum caput facientibus seu representantibus: sed filio accresceret pro dimidia, & omnibus nepotibus pro reliqua dimidia: nec accrescit singulis nepotibus vt singulis, cum singuli caput sui patris non representent, sed omnes simul ipsam representant. Ideo accrescit simul omnibus qui adierunt & in communi: quia omnes simul loco sui patris caput vnū facientes seu representantes. Vnde si de conuerso illi tres nepotes filios non habentes, qui nepotes auum suum naturaliter vel ciuilliter præmortui representant, hæreditatē aui repudiarent: quia tunc per repudiationē omnium vacaret & deficeret vnum caput integrum, ac si nūquam fuisset: certè portio omnium illorum caput sui patris representantium, reliquis accresceret capitibus, scilicet duobus patruis filiis defuncti, de cuius successione agitur: cum hoc casu sit inter eos idem modus succedendi, scilicet per capita. Et idē si non esset nisi vnus nepos, qui repudiasset, & vacaret vnum caput. Sed quædo integrū caput, quod ipsi nepotes representant, non vacaret, quia omnes forte non repudiarūt, sed vnus vel duo ex illis, tunc portio illius vacans solis reliquis aut reliquo nepotibus repudiantibus fratribus accresceret, tanquam indiuiduis seu membris eiusdem capitibus: nec patruis accresceret, quia etiam si vnus ex patruis repudiaret, non accresceret vnus soli ex nepotibus, sed omnibus vnum caput representantibus. Et ratio quare vno ex nepotibus repudiante vel aliter excluso, portio sua solis accrescit cæteris nepotibus repudiantibus fratribus, est, quia illi tres aut plures nepotes, tanquam tria aut plura indiuidua, & membra eiusdem capitibus seu gradus, sunt inter se magis coniuncti, quia fratres sunt & sic eiusdem gradus. Vnde sibi plus inuicem attinent, quam patruis suis. ¶ Et ius accrescendi operatur solum inter omnino pares verè aut representatiuè. Sicut videmus: quia vno ex filiis repudiante, cum altero filio vocatum omnes nepotes qui verè non sunt eiusdem gradus cum filiis, sed solum representatiuè, quia personam representant sui patris: qui cum aliis filiis si viueret, esset eiusdem gradus. Similiter omnibus nepotibus repudiantibus vel exclusis, qui omnes simul sunt representatiuè eiusdem gradus cum patruis, pars illorum omnium nepotum vacans patruis accrescet, vt vidistis. Sed non sic, quædo vnus vel duo ex ipsis repudiaret: quia cum illi singulares non sint verè nec representatiuè eiusdem gradus cum suis patruis, cum illorum singuli personam non representent sui patris, sed omnes simul, certè portio repudiata ipsis patruis tanquam in diuerso gradu constitutis non accrescet, nec accrescere potest. Sed solis reliquis nepotibus, qui sunt eiusdem gradus, & legaliter coniuncti idēitate rationis, vt dixi in dicto quarto præludio supra. Et idem erit iudicium si cum filiis concurrant pronepotes ex vno capite, qui omnes personam representant nepotis, sui que patris præmortui: vel si concurrerent cum nepotibus, aut inter se vicifim: quia ex præmissis cognoscetis, quando & qualiter ius accrescendi operabitur inter eos. Vnde restat quod vbi in successione ab intestato concurrunt filij eius de cuius successione agitur, & nepotes ex altero

præmortuo filio, nepotes succedunt solum in stirpes. Et idem in pronepotibus cum patruis magnis concurrerentibus in successione proauis. ¶ Si autem nepotes soli, aut soli pronepotes, vel nepotes & pronepotes simul & mixtim, nullo superflite patruo concurrerent in successione illius aui vel proauis, tunc maius surgeret dubium, an succedere debeant æqualiter in capita, vt tantum habeat vnus sicut alter, vel an succedat in stirpes solum in loco & portione illorū, quos representant. Super quo licet satis ardua fuerit hæc tunc disputatio, & diuersæ opinioniones, tamen communis opinio habet maximè glo. & Barto. quod etiam tunc succedant in stirpes, ac si cum patruis concurrerent: quam Guido Papæ quæstio. cxxxij. incipien. sed qualiter. dicit in iudicando fuisse seruata. Et Bald. in tit. de natura sue. feu. c. j. in fine, dicit esse communem opinionem gl. quam in dubiis opinionibus consulendo multum sequebatur, nec inuenire poterat meliorem, secundum quam ego etiam in puncto nostro sæpe consului, & plura aliorum consilia vidi, per tex. cui responderi non potest. in l. ij. C. de suis & legiti. hæred. & in dicto §. cum filius. in si. verfi. item si ex duobus filiis & c. in l. de hæredi. ab intestato. vbi mortuo auo intestato soli nepotes ex duobus præmortuis filiis supererant in dispari numero: quia ex vno supererant vnus aut duo, ex altero autem tres vel quatuor. Et tamen ibi mandatur hæreditas diuidi in duas partes, quarum vna detur vni vel duobus nepotibus ex vno filio: altera verò dimidia detur tribus aut quatuor nepotibus ex altero filio. Et sic in stirpes ac si cum aliquo patruo concurrerent: & idē in pronepotibus. Quam opinionem post longam ad partes disputationem etiam tenuit Ang. in dicto §. cum filius. Ideo si in successione concurrerent nepotes & pronepotes in stirpes succedendo, vt dictum est, si alter ex nepotibus repudiaret, vel alter excluderetur, pars sua cæteris accresceret cum nepotibus ipsius repudiantis fratribus, cum sint eiusdem gradus. Pariter si vnus pronepotum partem suam repudiaret, cæteris pronepotibus repudiantibus fratribus accresceret. Et idem si soli pronepotes ex duobus aut pluribus præmortuis nepotibus concurrerent: quia succedent illi soli, qui sunt de stirpe repudiantis. Et hæc de primo membro huius primi articuli, scilicet qualiter descendentes suis succedant ascendentes intestato defunctis, dicta vobis sufficiant. Venio ad secundum huius primi articuli membrum, qualiter de conuerso ascendentes suis succedant descendentes ordine naturæ turbato præmortuis. Ordine enim naturæ filij & deinceps cæteri descendentes patri succedunt & aliis ascendentes, iuxta gradus prerogatiua. l. scripto. ff. vnde liberi. vt vidistis in præcedenti membro. ¶ Iam eno iste plerūque turbatur, vt filius præmortui. l. nam & si parçibus. ff. de inoffic. testa. Sicut contigit domino Bulgaro legum doctore antiquo, quicum eius vnicus filius prædecessisset, voluntatem diuinam patenter tolerans, hoc tantum dixit: Ordine turbato succedis Bulgare nato. secundum glo. super verbo, tamen ordine. ff. de inoffic. testa. l. nam & si parentibus. & gl. super verbo, filius. in c. cum apostolis. de censu. Vnde cum successio alia quam descendente sit contra ordinem naturæ, & est in multis partibus consuetudo, vt in Aruernia, quod ascendentes nunquam suis succedunt descendentes: sed in defectu liberorum collaterales vocantur: quibus deficientibus filius succedit, vt refert Masuerus in tit. de success. & vltimis voluntatibus. §. idem de consuetudine,

quam filiorum tutrix, aut curatrix negotia gesserit, secus si alio modo bona filiorum administrasset, vel aliorum non liberorum. Quibus casibus locum non haberet dispositio. d. l. secundum Doct. quod est notandum pro limitatione regulæ communis, quod maritus non tenetur pro vxore nec econtra. l. j. & per totam. C. ne vxor pro marito. ¶ Secunda conclusio est, quod mater plures habens filios, aut filias, ex eodem matrimonio progenitas, siue transierit ad alia vota ante mortem alicuius filiorum, siue post mortem, poterit illi filio intestato mortuo in bonis eidem filio a patre eiusque marito prouentis succedere in solo usufructu portionis sibi delatæ habito respectu ad numerum filiorum superstitium, cum quibus filio defuncto aequaliter succedit, per dictam authent. defuncto. C. ad Tertyl. Quo usufructu vita sibi comite gaudebit, interdicta ei alienatione proprietatis, quæ filiis iam dictis cohæredibus suis pertinet, vt in authent. de nuptiis. §. si autem intestatus. Et licet ibi dicatur, quod habere debet vsum, tamen gl. exponit, id est, usufructum. simil. est gl. in authent. de non elig. sec. nub. §. in fin. prin. ver. prospexim. Ex quo sequitur, quod si mater prius, quam nuberet filio suo successisset in pleno dominio portionis sibi delatæ: postea nubendo proprietatem illius portionis, in qua successerat, reuertitur ipso iure ad dictos liberos cohæredes suos, solo usufructu ei remanente, vt dicto §. si autem intestatus. & §. si verò expectet. ibi, & proprietatis erunt domini & c. ad e. au. 84 thē. ¶ Et intelligatis proprietatem portionis delatæ matri ad superstites filios suos defuncti fratres deferri, si defuncto fratri non fuissent ingrati. Quoniam si quis eorum ingratus foret, ad illum proprietatem illa non deferretur, sed in ea succederet reliqui non ingrati simul cum matre. Et si omnes ex primo matrimonio ingrati defuncto probarentur, sola mater i tota illa portione pleno iure succederet, per tex. arg. not. Bar. ibi & sic si non superessent & c. in §. ingratitudine. in authent. de nup. iij. collat. Et est ibi casus in quo hæres vocatus ab intestato priuatur successione propter ingratitudinem, licet ex hæredatus non fuerit. Præterea dicitur ibi Ang. per illud text. quod frater ingratus querelare non possit testamentum fratris, quæ offendit, licet in ipso turpem personam institueret hæredem, contra tex. in l. fratris. C. de inoff. testamen. quod not. Vltimus p. 85 cedens pro matre etiam dico, quod si omnes filij nati ex primo matrimonio cohæredes sui viua matre moriantur, hærede forte extraneo in testamento vltimi filij instituto, & matre in sola legitima vel aliquo alio (vt testamentum valeat) instituta, certè proprietatem bonorum paternorum filij, aut filiorum primo loco intestatè mortuorum, qua per transitum ad secunda vota fuerat priuata, reuertitur ipso iure ad eam, cum causa priuationis suæ esset fauor liberorum primi matrimonij, quæ nunc cessat. Et consequenter cessare debet ipsa priuatio, arg. c. cum cessante, de appell. secundum 86 Inno. in c. si. de secun. nup. Tertia conclusio est, quod mater plures habens filios, aut filias ex eodem matrimonio genitas, siue ad secunda transierit vota ante mortem alicuius filiorum, siue post mortem, poterit illi filio intestato mortuo pleno iure succedere, cum cæteris filiis & filiabus suis, in quibuscunq; bonis aliunde, quam a patre eius marito quæ sitis, etiam si ab auo paterno processissent, in quibus mater quo ad suam vi-

riem portionem etiam pleno iure succedit cum portione liberè disponendi in vita pariter & morte, secundum Doct. Nam tex. in dicto §. si autem intestatus. corrigit ius antipuum quod habetur in §. cum igitur reliquum sit. in authentic. de non elig. secun. nub. Secundum quod ius mater in omnibus bonis filij etiam paternis succedit plerò iure. vnde dictus §. si autem intestatus. hoc corrigens quo ad bona filij paterna, vt mater à cætero in illis non succedat, nisi in solo usufructu, non debet extendi ad bona auitina, cum in materia correctoria, & sit odiosa, appellacione paternæ substantiæ non comprehendatur auitina, nisi diceretur expressè argu. l. præcipimus. C. de appella. & not. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. signifi. Quarta conclusio est, quod si mater perdit vxor relicta sibi à marito per transitum ad secunda vota: [De his matrimonialibus lucris plenè habetur]. eod. artic. iij. in iij. conclusione. Et etiam perdit lucrum à statuto vel consuetudine, aut pacto marito præmoriente sibi delatum, secundum Bald. in authent. ex testamento. C. de secun. nup. pro quo videtur esse text. in l. fæminæ. & authent. vxore. eod. tit. vbi Bal. ita firmat, & est melior tex. de iure in §. Gregoria. verfic. prospeximus. in authent. de non elig. secun. nub. Quod etiam sentit Bart. in l. j. C. de inoff. dotibus. licet Bald. contrarium voluisset. in l. fin. C. de bo. maternis. qui saluari potest in solo usufructu, qui vxori pertinet quando viuere: sed proprietatem talium lucrorum priuatur remansura penes liberos illius matrimonij, ex quo tale lucrum processit, in qua proprietatem vni vel pluribus liberis suis mortuis non succedit mater ab intestato, imò in portionibus illis succedunt reliqui superstites liberi dicti matrimonij. ¶ Quinta conclusio est, quod illud quod supra conclusum fuit in matre, est etiam tenendum in patre ad secunda vota transeunte, secundum glo. fin. & Bar. in dicta l. fæminæ. vbi dicit, quod cum super hoc orta Bononiæ fuisset questio, ita fuit consultum. Pro quibus, secundum Ang. in dicto §. præferuntur, videtur esse text. in dicta authent. de nuptiis. §. si verò expectet ibi, & communis viri. Facit text. in dicta authent. vt fratrum filij ibi, similes esse & pares in muliere & in viro, vt tenet Cy. in authentic. sed & si quis. C. de secun. nuptiis. & Ang. in l. generaliter. eod. tit. Præterea videmus econtra, quod statutum pœnale in patre ad matrem extenditur, secundum gloss. super verbo, minus auras. in fin. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiesta. ¶ Sexta conclusio est, quod illud quod supra fuit conclusum in patre & matre transeuntibus ad secunda vota, etiam est tenendum in aliis ascendentibus tam maribus, quam fæminis, quales sunt auia, auia, proauia, & ceteri deinceps ascendentes, per text. in dicta l. generaliter. in princ. C. de secun. nup. vbi hoc videtur esse de mente glo. primæ. Pro qua faciunt authent. si tamen. & authent. vxore. eod. tit. quia in illo casu est maior ratio, cum hæreditas filij sit magis matri & patri debita velut proximioribus, quam auo, auia, & cæteris vltioribus ascendentibus, vt dicta authent. defuncto. Vnde si pœna priuationis nudæ proprietatis imposita est patri & matri ad vota vltiora transeuntibus, multo magis credendum est eam impositam fuisse vltioribus ascendentibus, quibus minus debetur. Ex quo sequitur, quod si auia paterna vidua duos habens ex præmortuo filio nepotes, ad secunda transierit vota, & demum vnus ipsorum intestatus moriatur, præfata auia ei simul cum alio nepote superstitè æquis portionibus succederet,

cederet, vt dicta authent. defuncto. Erit tamen auia hæc priuata proprietate bonorum quondam mariti sui, id est, aui paterni nepotis præmortui, cuius medio ad eam pleno iure successio peruenisset, si ad secunda vota non transisset, vt dicta l. generaliter. in princ. Non autem priuabitur hæc auia proprietate bonorum per suum quondam nepotem aliunde quæsiturum, nec etiã eorum, quæ filius quondam suus patris illius nepotis aliunde acquisiuit, quàm ex substantia sui patris eiusdem auia mariti, per dictam l. generaliter à contrario sensu. Si enim mater ad vota secunda transiens priuatur proprietate substantiæ paternæ filij intestato defuncti, & non proprietate substantiæ auitinæ, vt supra dixi in tertia conclusione, & not. Bar. in dicta authent. ex testamento. C. de secun. nup. Sic etiã auia priuari solùm debet proprietatem bonorum nepoti mortuo peruentorum à suo auo, dictæ auia quondam marito, & non proprietatem bonorum quæ nepos habuit à patre suo dictæ auia filio, & idem per omnia seruari debet in proauo & proauia, & ceteris deinceps ascendentibus ad vltiora vota transeuntibus, si casus cõtingeret, licet rarè eueniat. ¶ Septima & vltima conclusio est, quod licet de iure diuino & isto canonico, permittatur viduæ mulieri impune, etiam infra annum luctus ad secunda vota transire, absque eo quod aliquam nuptiarum inductam, vt dicto c. fin. de secun. nupt. Tamen hanc pœnam priuationis proprietatis bonorum, & quamcunq; aliam fauore liberorum præcedentis matrimonij, & propter suam culpam, vt in casu l. omnem. C. ad Tertyl. & propter transitum ad secunda vota impositam, non euadat, imò illas incurrit. Ita quod leges civiles quo ad hoc remanent incorrectæ, secundum cõmunem opi. in d. c. si. & tenet Bar. clarè, & ceteri in l. liberorum. §. j. ff. de his qui not. infra. & plenè Fely. in d. c. ecclesia sancta Maria. x. vj. col. de cõstit. secundum quæ sæpe consului & iudicari vidi. licet Panor. in d. c. si. videntur ibi, in fin. tenuisse cõtrariū: tamen in iudicando dicit non esse recedendum à cõmuni. Et intelligatis pœnas secundum nubentium locum habere, nisi testator de cuius successione agitur, eas in testamento prohibuisset, quo casu locum non haberent, secundum Bal. & Paul. in l. filium quem habentem. C. familiaris. Nisi illæ quæ festinatione nuptiarum intra annum luctus nubendo incuruntur. circa quas non possit testator dispensare. [De quo plenè habetur infra super verbo, qui cum alia matrimonio contrahens.] vt plenè per L. Roma. confi. cccxix. incip. ex themate. & Iasonè in d. l. filium. ¶ An autem mater, quæ ad secunda vota conuolauit, excludatur à filij successione ex testamento, vbi filius eam instituit hæredem? dicatis quod non, in authent. ex testamento. C. de secun. nupt. vbi filius potest eam instituire. An autem hodie mater, quæ ad secunda vota transiuit, excludatur à filij successione per substitutionem pupillarem tacitè ei delatam, quæ regulariter eam non excludit, videbitis super verbo, si absq; liberis moreretur. ij. expediendo tertiū effectum pupillaris substitutionis. Et an etiam perdat priuilegiū substituendi filio deamenti exemplariter, prout potest mater, sicut pater, per l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit. pariter ibi dicam expediendo secundum articulum exemplaris substitutionis, vni plenè. [De his tam viris, quam mulieribus ad secunda vota transeuntibus plura dicuntur notanda super verbo, qui cum alia muliere matrimonio contrahens.] Vltimò vnū notabitur, quod licet ordine naturæ turbato ascendentes suis succe-

dant descendentes ab intestato defunctis, & interdum præferatur collateralibus, vt vidistis tamè hoc locum non habere in feudis, in quibus etiam pater & mater filio non succedunt, & minus ascendentes ceteri. ca. j. de natura succel. feu. & ratio est, secundum Bald. ibi propter virtutem verborum in inuestitura expressorū, aut subintellectorum. Nam aut in cõcessione feudi prouidetur vafallo & hæredibus suis expressè, aut hæres subintelligitur tacitè, put fieri debet. l. si pactū. ff. de probat. ¶ Et semper hæres accipitur pro filio, & cæteris descendentes, secundum ordinem gradus, vt dicunt omnes in c. in presentia, de probatio. [De quo vidè plenè super verbo, tandem sine liberis est defuncta.] Et maximè in materia feudali hæres capitur pro filio. c. sic clientulus. de aliena. feud. nec capitur pro ascendente, secundum Aluaro. in c. j. §. hoc quoq; qui seu. dare possunt. quod est verum etiam in feudo ecclesiastico, vt dicit Bal. in dicta authent. defuncto. C. ad Tertyl. [De hoc qualiter intelligitur, vide infra super verbo, si absq; liberis moreretur. ij. loquendo de vulga. substit.] Et idem in emphyteusi ecclesiastica secundum eum, quia hæres de sui natura non respicit nisi lineam descendentem, si aliud in inuestitura non dicatur, per tex. in §. emphyteusim. in authent. de non alie. aut permut. reb. ecclesia. & in his natura rei, & consuetudo vincunt legem cõmunem, quæ successione etiam ascendentes defert. Et hoc etiam sentit locum habere Masuerus, in titulo de success. testa. & vlti. volun. vbi dicit ex consuetudine successione ab intestato non deferri ascendentes, quia appellacione hæredum non veniunt. Et in præfati regno pauca sunt bona, quæ non sint feudalia, vel emphyteuticaria, vt vidistis in præcedenti membro decisioe ij. ¶ Et hoc verum intelligatis, scilicet ascendentes in feudis non succedere, vbi feudum esset nouū, si autem esset feudum paternum, & sic antiquū, pater non stantibus descendentes succederet, secundum Pet. Iacob. in libello de conditio. & moribus. Aliàs duorum esset, si pater filio, vel auus nepoti, cui fortè matrimonij fauore & contemplatione vel alia ex causa iure approbata feudum contulisset, eo postea sine liberis præmortuo, non posset feudum ad ipsum redire: vel potest dici, & verum est, secundum eum, quod ascendens descendenti in feudis non succedit ex voto naturali, sicut nec in aliis bonis, sed bene succedit ei ordine mortalitatis turbato, cum soli descendentes ex voto succedant. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. l. scripto. in fine. ff. vnde liberi. maximè in præfati regno, in quo feuda sunt ferè in omnibus (præsertim in succedendo) ad instar patrimoniorum redacta, in quibus etiam videmus filias contra naturam feudorum succedere, secundum Ioan. Fab. in authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. vt sæpe dixi supra, & in verbo, duas habens filias, in primo principali casu fallètia: ¶ Nunc restat tertium huius primi principalis articuli expedire membrum, videlicet si personæ intestatè defunctæ non super sint descendentes, nec ascendentes, sed solùm parentes transuersales seu collaterales, qualiter isti succedant. Et dicatis, quod succedunt inter se vsque ad decimum gradum, vt supra vidistis in tertio præludio. ¶ Nisi esset cõsuetudo ampliàs gradus, vel eos restringens: quia interdum disponit, quod vltra tertium vel quartum non porrigatur gradus. Quæ consuetudo valet: quia cum hæ successiones sunt de iure positio, & sic mutabili, consuetudo omnia potest quo ad hos collaterales, quorum successio natura-

rali voto non defertur, sed iure civili aut pratorio, quod consuetudine tollitur in his successioneibus, secundum Bald. in l. meminimus. C. de legit. heredi.

97 Et primò ad successione vocantur fratres personæ ab intestato defunctæ vtrinque coniuncti, si soli sint: vt quia defunctæ personæ nō superant descēdentes neque ascendentes, sed soli fratres: quo casu vtrinque coniuncti succedunt soli, & excludūt alios fratres vno tantum latere cōiunctos: quia magis præsumuntur dilecti à defuncto fratre, quàm vno latere coniuncti. In signum cuius legitur Genesis xliij. in fine. quòd Ioseph in conuiuio fratribus factò dedit Benjamin fratri suo vtrinque coniuncto quinque portiones plus quàm cæteris, qui solum à patre erāt coniuncti, de his profectò fratribus, & eorū pia cōiunctione, & naturali charitate inter eos pulchrè loquitur Valerius lib. v. titul. de pietate erga fratres. in princip. eam laudans & magnificiens ex ordine & gradu. Nam primus pietatis gradus est filiorum in parentes. Secundus fratrum inter se. Tertius parentum in filios. Primum esse à parētibz habemus, deinde victum, & vestitum, & illud esse simul capiunt ab eis fratres in eodē ventre & domicilio: & sic maxima est charitas fraterna, & prior charitate sui & liberorum, & cæterorum parentū collateralium vxoris, & affinium vel amicorum. Hanc, inquit, charitatem proximus fraternæ benevolentie gradus excipit, nam vt meritò primū amoris vinculum dicitur, plurima & maxima beneficia accepisse, ita proximum iudicari debet simul accepisse. Quam copiosæ enim suauitatis illa recordatio est, in eodē domicilio antè quàm nasceretur habitauit, in iisdem cunabulis infantie tempora peregit, eosdem appellauit parētes, eadem pro me vota excubuerunt, parem ex maiorem imaginibus gloriam traxi. Chara est vxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines, sed postea cognitio nulla beneuolētia accedere debet, quæ prior exhauriat, quod patenter esse verum dūq̄ Romanæ vrbis præclara lumina nobis exemplo tradiderunt. † Paulus scilicet Aemilius qui (vt Plutarchus de ipso loquēs refert) Datio rege Persarum deuictò propter liberorum subitam mortem, nō recusat triumphum, sicut fecit Marcus Fabius obitu fratris turbatus, de quo idem vbi supra Valerius.

99 † Marcus, inquit, Fabius consul in clyta pugna Hetruscis & Veientibus superatis, delatum sibi summo senatus populique studio triumphum, ducere nō sustinuit: quia eo prælio Quintus fabius frater consularis fortissimè dimicans occiderat. Quantam in eo repectore pietatē fraternæ charitatis habitasse existimemus, propter quā tantus amplissimi honoris fulgor extingui potuit? Hæc ille. Non ergo mirum, si fratres quos tantus amor coniunxit, inter se æqualiter succedant. Et si vnus illorum repudiaret, pars illa filiis suis eum representatibus applicaretur, si filios haberet: quia si ille non esset, quia fortè morte præuentus filij sui patruo intestatè defuncto cū patruis

100stantibus succederent, vt vidistis. † Et paria sunt repudiare, & mortuum esse instit. de bonorū posses. §. penult. & dicta l. vnica. C. quando non petentium partes. & l. secunda. §. si sit cōsanguinea. ff. ad Tertyl. facit l. secunda. ff. de bonorum posses. secundum tabul. secundum Angel. in §. si plures. instit. de legit. agnator. successio. † Vnde in successione collateralis etiam locum habet representatio, ac si ageretur de successione ascendentium, vt dixi in primo membro. & si talis repudians nullos haberet filios,

pars illa repudiata alteri fratri, aut fratribus si plures essent, accresceret, vt dicta l. vnica. C. quando nō petentium partes. Si verò vltra fratres superessent filij alicuius alterius fratris vtrinque coniuncti præmortui, eo casu nedum succederēt fratres, sed etiam filij fratris præmortui, tamen succederēt in stirpem, & non in capita, ita quòd nō plus haberēt de successione, quàm habuissent eorum pater, si vixisset, vt dicto §. consequens. & §. reliquū. & in authen. cessante. C. de legitimis heredib. Ideo cū personā vnus (scilicet eorum patris) representent, in stirpem eius succedendo, si vnus eorum repudiaret, aut tempore excluderetur, talis pars repudiata cæteris hereditatem aduentibus, & de illa eadem stirpe existentibus accresceret, & non patruis, vt dixi in quarto præludio, & supra in primo membro. Et si nullus fratrum vtrinque coniunctorum superesset, adhuc vocarentur eorum filij, qui fratres defunctæ personæ excluderēt ex vno tantum latere cōiunctos, & facilius excluderent illorum filios, vt dicto §. consequens. & dicta authent. cessante. Succedunt tamen tales nepotes ex fratribus vtrinque cōiunctis præmortuis in stirpes, iūq; accrescēt inter se eisdē modo & forma habent, ac si cum patruo vel patruis in successione concurrerent, vt dixi supra in primo & secundo membris. Tamen in aliquibus locis (vt in præpositura, & vicecomitatu Parisiensis) de consuetudine seruatur, quod inter collaterales sibi, inuicem succedentes ius representatio nis locū non habet, & sic nec successio in stirpes, sed solum sit diuisio per capita æqualiter inter proximiores æquali gradu existentes, vt cauetur in eorum consuetudinibus, titul. successio nis in linea collateralis. c. ij. & c. vj. Secundò post fratres vtrinque cōiunctos, & eorum filios, ad successione vocantur fratres ex vno tantum latere coniuncti, siue ex parte patris tantum, qui vocantur fratres consanguinei, siue ex latere solius matris, qui dicuntur fratres vterini, & si alter eorum repudiaret, seruaretur quod dixi supra in fratribus vtrinque cōiunctis. Et si ex aliquo fratrum ex vno tantum latere coniunctorum superessent filij, qui cum patruo vel auunculo, aut simul cum ambobus concurrerent, etiam vocarentur cum illis ad successione patris vel auunculi, non tamen in capita, sed in stirpes, inter quos etiā quo ad ius accrescēdi seruaretur, quod dictum fuit in filiis fratrum vtrinque coniunctorum, prout hæc omnia probātur in dicta authent. post fratres. C. de legit. her. Et vltra hos filios fratrum vtrinque vel vno tantum latere coniunctorum præmortuorū, cæteri vteriores ad successione collateralium non vocantur simul cū patruis, auunculis, materteris, vel auitis, vt dicta authent. post fratres. Sed bene admitterent si aliqui de dictis proximioribus collateralibus nō superessent. Quo casu succederent in capita iuxta gradus prærogatiuā, vt qui prior esset in gradu potior in succedendo foret, nulla suorum progenitorum representatio admittit. Quia vltra filios fratrum nulla persona suum in hac collateralis successione representat genitorē, in authent. de successio. ab intesta. §. reliquum est. ver sic. huiusmodi verò priuilegium, & c. nisi consuetudo disponderet contrarium, videlicet quòd locum haberet representatio vltra filios fratrum, & in infinitū, secundū Masuerum, titu. de succes. & vltimis volun. §. j. & §. ij. tamen de iure cōmuni nō porrigitur hæc representatio in linea collateralis vltra filios fratrum, vt videtis. Sed sola nuda consideratur gradus prærogatiua, licet quando descendentes vocantur in suc-

in successione ascendentium, priuilegium representatio nis porrigitur ad pronepotes inclusuè, vt supra dixi in primo membro, vel in infinitū, si esset consuetudo, vt dixi. [De quo plenè consulat Philippus Decius confi. j. idem concludendo.] Tamen intelligatis fratres ex vno tantum latere coniunctos consanguineos vel vterinos simul omnes fratri succedere prædefuncto in bonis neutralibus, scilicet prædefunctum aliunde quæsitis, quàm à patre vel matre. Quia in bonis à patre, & eius linea quæsitis soli succederent fratres cōsanguinei: & in bonis quæsitis à matre soli vterini, per tex. singularem in d. l. de emancipatis in fi. C. de legit. hered. secundum gl. & Docto. in dicta authent. itaq; C. cōmunia de succes. quia licet hoc iure nouissimo non sit expressum, tamē est eadē ratio, quæ in dicta l. quod scitis. in fi. C. de bonis quæ libe. & tex. ille nouissimus in corpore vnde sumitur in auth. de cōsan. & vteri. fratribus. colla. vj. vnde fuit sumpta authent. itaq; præallegata, nō corrigit illa iura antiqua, sed limitatur per illa super magna equitate fundata: nec est mirum si iura noua per vetera distinguantur. Iapud antiquos. C. de fur. Et idem erit in bonis aui, sicut in bonis patris, vt scilicet frater consanguineus vterino præferatur in bonis, quæ ad fratrem præmortuū peruenierunt ab auo, & aui paternis, & eorū linea. Et e contra frater vterinus in bonis prouentis ex materna linea, cū sit vtroque casu eadē ratio. Nā licet tex. in dicta l. de emancipatis. loquatur de bonis maternis, tamen intelligitur largè, vt res omnes cōprehendit à linea materna prouentis: pro quo facit tex. in dicta l. quod scitis. ibi, ex matre vel ab eius linea peruenierunt. Et idem e contra in bonis prouentis à patre, vel auo paterno, & tota eius linea, vt frater cōsanguineus præferatur in illis, cū sit eadē ratio. Nec obstat quod decidit Bart. in d. authent. ex testamēto. C. de secun. nupt. vt dixi supra in secundo membro, loquendo de ascendentibus præfatis ad secūda vota in tertia cōclusione. quia ibi loquitur in materia odiosa tanquā antiqui iuris correctoria, in qua appellatio paternæ substantiæ non venit auitina. Sed nos hīc loquimur in materia nullo modo odiosa, quæ nō corrigit, sed solum limitat & distinguit iura antiqua. Et idē erit in filiis fratris vterini, vt in bonis maternis fratri cōsanguineo præferatur. Nā quod dicitur in d. l. de emancipatis. de ipis fratribus extendi debet ad eorū filios. p. text. in dicto §. reliquū. sicut præponeretur eorū genitor si viveret: sed nō idē dicendum esset in bonis, quæ ad defunctū peruenierat à parentibus trasucralibus ex linea paterna sibi coniunctis, vt in illis ei succedat solum fratres cōsanguinei: & in quæ sitis ex trasucralibus maternis ei succedat vterini. Quoniam in illis bonis ex linea trasucrali procedētibus omnes fratres tam cōsanguinei tantum, quàm vterini tantum sine aliqua differentia vocabuntur, vnde cūq; bona illa procefferant, cū hoc nō reperitur iure cautū, quia iura quæ hanc æquitatem considerant, qualia sunt l. de emancipatis. & l. quod satis. in fin. vt paterna paternis, & materna maternis deferantur, loquuntur de bonis ascendentium, quæ descendētibus naturaliter debentur, & nō collateralibus. l. j. & ij. ff. de inoffic. testamēto. Quæ omnia vobis sufficere debēt de successione ab intestato parentum naturalium & legitimorum simul, quam complectebatur. j. articulo.

104 Capiō nunc secundum articulum, scilicet de parentibus naturalibus tantum, [Istud est secundum genus hominū qui non legitimi dicuntur, vt dixi in

princip. j. articulo. Iqualiter sibi inuicem, aut simul cum naturalibus & legitimis succedant, tam ex testamento, quàm ab intestato. Pro cuius articuli declaratione, præsupponēdum est, quòd filij naturales tantum, quos omnes vulgus & cōmunis vsus loquēdi in his partibus bastardos appellat, sunt in triplici differentia. Quia quidā sunt propriè & simpliciter naturales tantum, seu bastardi, qui idē sunt, secundum glo. in rub. ff. de concubi. & Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. quales sunt illi, qui nati sunt ex concubina. † Est autem concubina, quæ in eadem retinetur domo simul viro amasio suo cohabitans, & indubitato sicut vxor tractata affectu, cuius affectus satis ostenditur, & præsumitur per cohabitationem in eadem domo, secundum glo. Dy. & Bart. in l. ff. de concubi. Nam vt mulier viro cohabitans dicatur eius concubina, plura requiruntur. Primò, quòd ambo sint liberæ conditionis, & soluti matrimonio. Secundò, quod eam tractet vt suam concubinam vicinis scientibus, videntibus, & audientibus, videlicet in cohabitatione, vestitu, indubitato affectu, qui eo solo præsumitur, quod simul habitant, secundum Bart. in l. ff. de cōcubi. dummodò præcedat protestatio, quod vir eam retinere intendit pro cōcubina. Quia aliter cōmitteretur stuprum cum virgine, aut vidua si non constaret de consensu viri & mulieris ad concubinatum, vt dicit Bal. in l. eam quā. C. de fidei cō. Sed protestatio præferuat virum, vt coitus non dicatur stuprum, nec puniatur. l. cū secundis tabulis. §. quoniam. vbi Bart. ff. de his quibus vt indig. Et talis debet esse affectus ad cōcubinā sicut dicimus de vxore, vt sicut vir vxorē, ita & concubinā affectu indubitato tractare tenetur, vt concubina dicatur: quæ quo ad illā naturalem affectum vxori comparatur, secundum Ang. in §. consideremus. per illum text. in authent. de triē. & femis. colla. iij. † Ideo sicut vxor ferre nō potest testimonium pro marito, sic nec concubina pro suo amasio, nec e contra, vt dicit Bal. in l. etiā iure. C. de testi. Cū non differat ab vxore in naturalibus affectibus, sed duntaxat in honore & dignitate, text. l. item legato. §. item. ibi nisi in dignitate. ff. de lega. iij. quia non dicitur castè viuere. [Quod qualiter intelligatur vide super verbo, qui cum alia matrimonio contrahens.] Et sic cū succedere sit honor, non succedit amasio suo, vt habetur j. co. artic. in fi. & art. iij. in ix. cōclusione. nec e contra in defectu parentum ab intestato, sicut facit vxor, secundum Ang. in d. §. cōsiderauimus. Nec posset esseATRIX filij sui etiam legitimi ex præcedenti matrimonio nati, secundum Bal. in authent. sacramentum. C. quādo mulier tuto. offic. fung. potest. Licet enim non sit differentia inter vxorē & cōcubinā inspecto iure naturali, quo iure nō est dignitas in personis, quæ omnes æquales erant, & omnis coitus æqualis. in authent. quibus modis natu. effi. legit. §. liceat. tamen inspecto iure civili, secundum quod est dignitas, & personarum distinctio, est differentia inter vxorem & concubinam, cū matrimonium habeat formam solennem de iure civili, vt clarè dicit Bartol. in dicta l. item legato. §. parui. † Ex quibus sequitur, quòd filij nati ex tali muliere sunt propriè naturales, sed nati ex ea, quæ retinetur extra domum, nō sunt propriè naturales: quia licet tales (secundum communem magistrorū opinionē præfertim canonistarū, quibus in hoc standum est) legitimentur per sequēs matrimonii. c. tanta est vis. qui filij sint legit. Et largè sumpto vocabulo, cōmuni vsu loquēdi naturales vocentur, ad cō-

si à principe simpliciter tanquam naturales nō facta
mōtione, quōd eorum mater fuerit cōcubina in do-
mo nō retenta legitimarentur, talis valeret legiti-
matio, ac si nati forent ex concubina domi retenta. se-
cundum Bald. post Ioan. And. in c. nisi cūm pridem.
109 de renuntiatio. ¶ Attamen propriè naturales di-
cuntur nati ex concubina domi loco vxoris retenta,
vt dicit Ioan. And. in addi. Spec. titul. qui filij sint le-
gitimi. in princip. in quibus solis locum habent dicē-
da, quia illi soli capiunt de bonis patris, & infra non
cateri, qui fortino accessu concepti extra domū fue-
runt, secundum Panor. post Ioā. And. in c. innotuit.
110 de electio. ¶ Ex quibus iam habetis duas filiorum
naturalium species: quia quidam sunt propriè & stri-
ctè naturales, alij verò impropiè & largè, quidam
alij sunt illegitimi, qui dicuntur spurij, quales sunt
omnes ex coitu lege ciuili damnato nati, de quibus
in §. si aduersus. & §. sequenti. insti. de nuptiis. & §.
h. in authen. quibus modis natu. efficiun. sui. & in au-
then. ex cōplexu. C. de incestis nupt. Et dicuntur Græ-
ca voce quali *σπορὰ δὴ* cōcepti vel quasi filij sine pa-
tre, vt d. §. aduersus. vel dicuntur spurci, quia spur-
cos vocamus ex incesto procreatos, vt ex adultera,
aut vestali, id est, moniali, quos legitimos, aut hære-
des fieri lex vetat. Nam spurcum dicitur incestum, &
immundum, & inde processit, q̄ Mahometus Sara-
cenorum deceptor, quia voluptates permittit, Por-
cus spurcificus vocatur ab omnibus. ¶ Coitus en-
im fornicarius est multipliciter lege ciuili damna-
tus, tanquam illicitus, vt dicto §. si aduersus. iuncta
glo. ibi. Vnde illis modis vel altero eorum cōceptus,
& natus dicitur spurcius, quales sunt nati ex adul-
terio, aut incestu, qui non filij merentur dici, vt dictis
iuribus. Et idem quando pro tali coitu non impone-
112 retur pœna lege taxata, sed extraordinaria, ¶ vt
& quando quis plures retineret concubinas: [De quo
plene dicitur infra super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.*
quia est coitus damnatus, cū sit res mali
exempli, in authen. quib. mod. natu. efficiun. sui. §. si
verò effusa. & §. in. iuncta glo. ibi super verbo, inte-
113 status. ¶ Imò quicquid leges ciuiles propter peius e-
uitandum dissimulent, & tolerant circa concubina-
tū, quo ad pœnam fori contentiois, quæ talem coitū
non afficit, punitur tamen quo ad Deū in foro con-
sciētiae pœna peccati mortalis, secūdu gl. in verbo le-
gis, in l. in concubinato. ff. de concubina. Quia quæ-
libet etiam simplex fornicatio est peccatum morta-
le, clem. ad nostrum de hæreti. Nec in illo foro cō-
sciētiae excusat consuetudo, per gl. in c. demiq. iij.
distinct. Plus dico, quōd etiam hodie de iure ciuili,
quicunq; concubinatus quantūcūq; simplex, &
occultus est prohibitus, & dānatus pro peccato mor-
tali, per tex. ad hoc singularem in c. j. in principi. de fi-
liis natis ex matrimonio ad morga. contracto. vbi
quidam post mortem coniugis cōtinere non valens
aliam duxit, qui nolens existere in peccato, eam de-
sponsauit. Ergo peccatum erat. & sic peccatum erat
ante despōsationem carnaliter cognoscere mulierē,
quod pbat Ioā. Fab. in §. j. insti. si quadru. paup. fe-
cis. dicitur. circa princip. tali ratiōe. Homo est ratio-
nabilis à natura, cū sit animal rationale mortale,
quicquid igitur ratio dissuadet. est sibi contra natu-
rā. Cū igitur naturalis ratio suadeat fœdus coniugij,
cæterosq; amplexus dissuadeat, non dubium, q̄
homo facit cōtra naturam cæteros sectādo, quos natu-
ra abhorret, quam conclusionē elicere voluit Vl-
pianus iurifconsultus in l. probrum. ff. de verborum

signifi. Hæc ille. [Hoc plene disputat & conclu-
dit, vt hic dicitur, Barba. in c. per tuas. in princip. de
probatio.] Præterea Imperator in l. j. C. de summa
Trini. statuit subditos in tali religione viuere, quam
beatus Petrus & apostoli docuerunt, qui possentus
concupinatum, & omne meretricium prohibuerūt.
¶ Etiam lege ciuili, vt videtur damnatū, & quōd
licet vxor forum viri sequatur. l. cūm quædam. ff. de
iurisdicōne omnium iudi. & lexigere. ff. de iudi. ta-
men concubina non sequitur forum sui viri seu ama-
lij ex persona illius. l. si. §. item rescriptum. vbi Bar-
tol. ff. ad municip. & plene habetur super verbo, *Ray-
num de Clera.* Etiam text. in authē. vt clericici apud
proprius episcopus. §. penul. col. vj. dicit facras leges
non dedignari sacros canones imitari, qui clarè con-
cupinatum prohibuerunt. Ergo multo magis & ra-
tionabilius damnatum est adulterium, vt etiam non
excusetur propter susceptionem liberorum. Nam
pietas inter patrem, & filios bastardos existens non
excusat peccatum, nec cauat omnino inter eos suc-
cessionem in bonis nec dignitate patris. non enim
communicat pater concubinae suæ, & liberis suam
dignitatem, nec transit in eos nobilitas, sicut transi-
ret in vxorem, & liberos ex ea. l. fœminæ. & l. libe-
ros. ff. de senato. Prout dicit beatus Ambrosius, in
quodam sermone de sancto Ioanne. Nō seducat te,
inquit, aliquis dicens vxorē nō habeo, & ideo ancil-
lam mihi sociavi. Audi quid dicat scriptura ad Abra-
ham Genes. xxj. & apostolus ad Galatas iij. Eūce ancil-
lam & filium eius, nō enim erit hæres filius ancil-
læ cū filio libera. Si igitur ancillæ filius hæres nō
est, ergo neque filius est. Cur ergo quæritur tale con-
iugium, de quo susceptus filius, nec successiois pos-
sit esse hæres, nec sanguinis: nec habere potest hære-
ditatis consortium, qui non habet originis priuile-
gium? Cur inquam quæritur tale contubernium, de
quo nati filij non sunt testes matrimonij, sed adul-
terij? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini,
qui patri sunt pudori, non honori, de quibus dicitur
Sapient. iij. Adulterini filij abominatio sunt Deo.
Hæc ille. Circa quæ videatis & necessariò, quæ dixi
in verbo, *Raynum de Clera.* in iij. fallentia. Et aliàs
de multiplici specie filiorum naturalium tantūm vi-
114 deatis glo. in d. c. nisi cūm pridem. de renun. ¶ His
igitur præsuppositis quo ad eorum successioem ex
testamento, dicatis, quōd quicquid olim fuerit, debet
hodie distinguī, aut pater cum istis reliquit ex suo
matrimonio filios naturales & legitimos, aut cūm
eis reliquit matrem, aut etiam reliquit vxorem, licet
ex ea liberos non haberet, aut solum filios reliquit
naturales. Primo, secundo & tertio casibus, quando
inter filios ex suo matrimonio vel matrē suam, aut
vxorem reliquit filios tantūm naturales, tunc illis
naturalibus tantūm relinquere non potest in testa-
mento vel alia vltima voluntate, vltra vnam vnciā
de tota sua hæreditate duodecim vncias faciente. Et
si eis vltra aliquid relinqueret, aut donaret, nihil va-
leret, etiam si in præmium emancipationis donatio
fieret: quia cūm non sint in potestate patris, emanci-
115 pari non possunt. ¶ Ideo causa donandi stante nulla
etiā donatio erit inualida, vt per multas rationes de-
cisum fuisse refert Guido Pape, quæ est vlti. num. 632.
Et si eius concubina mater illorum naturalium viue-
ret, non posset eis simul, & concubinae vltra vnciam
cum dimidia relinquere. Et si sola concubina super-
esset, non posset ei vltra semiunciam relinquere. l. iij.
cum authē. ibi posita. C. de nat. libe. Ita quōd si vltra
relinquere

relinqueretur eisdem, filij ex matrimonio nati, vel
aliàs legitimi, sibi illud plus appropriarent, vt in au-
then. licet. C. de natu. libe. Ipsis verò legitimis nō stā-
tibus, aut illud plus reuocare negligentibus, fiscus il-
lud auferret à cōcubina, & naturalibus tanquam ab
116 indignis, vt dicta l. i. ¶ Quia naturales non possunt
vltra succedere, nisi statutum, vel consuetudo patrie
eos habilitaret ad æqualiter cum legitimis vel vltra
vnciam succedendum. Quia tunc admitterentur, se-
cundum Bald. in c. j. §. hoc autem notandum. vbi gl.
in verbo, legibus. qui feud. da. pos. secus esset in spu-
riis, qui vltra alimenta ad succedendum statuto habi-
litari non possunt, secundum Bartol. in l. testamenti
factio. ff. eodem. & Bald. in l. j. C. de summa Trini. &
in l. i. C. de iure annulo. aureo. & in l. a. quam. C. de
fideicom. Quarto autem casu, quando pater non
haberet, nisi filios naturales tantūm, & careret legiti-
mis, ac matre & vxore, posset tunc filiis suis naturali-
bus totum suum patrimoniū inter viuos largiri, aut
testamento relinquere, vt dicta auth. licet. & in cor-
pore vnde sumitur ibi, totam suam substantiam.
117 ¶ Etiam in testamento minus solenni, quod valet
etiam inter liberos naturales tantūm, quo ad bona,
quæ eis relinqui possunt, perinde ac si legitimi foret:
vt plene dicam in verbo, *testamentum.* nisi in casu
authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. quæ so-
lūm priuilegiat religionem ingressum disponere in-
ter liberos naturales & legitimos, & non inter natu-
rales tantūm, aut spurios, nec etiam inter nepotes fi-
liorum, qui quasi extranei sunt. Quia dum hoc in fi-
liis ei aliàs successuris specialiter conceditur, in aliis
prohiberi videtur, secundum Specul. singulariter ti-
tul. de statu. mona. ver. si. l. ij. quæritur. i. fine. Sed extra
casum illius authen. potest pater non stantibus natu-
ralibus, & legitimis matre nec vxore inter bastar-
dos de suis bonis in totū disponere, & eodem modo
posset pater totum eis relinquere, si filias tantūm ha-
beret legitimas, quæ paternis renuntiant bonis,
cūm hoc casu habeantur pro mortuis, secūdu Bartol.
in l. j. §. qui habebat. ff. de bonorum posses. contra
tab. vt plene vidistis in verb. *duas habens filias.* Vnde
sicut renuntiatio filia iurata filio prodesset legiti-
mo, si staret, ita etiam proderit huic bastardo filio,
118 ¶ cūm paria sint filios non stare, vel stare, & succede-
re nō posse, vt dicit Bar. in dicto §. qui habebat. & in
propriis terminis consuluit Ludo. Roma. consi. xliij.
incip. ad primum quæstum. quod sanè verum intel-
ligatis, nisi constaret filias in fraudem renuntiasse,
quæ renūtiatio bastardis non patrocinaretur. Super
hoc tamen Angel. consuluit contrarium consilio
119 cccxij. incip. casus talis est. dicens, eo tūc hæredita-
tē potius deberi filia renūtianti. Ego autē puto Lu-
do. iustius consuluisse, per ea quæ nunc dicam in ta-
libus filiis substitutis. Nec obstat dum super verbo,
duas habens filias. in secunda principali fallentia, di-
xi, quōd filius naturalis tantūm filiam dotatam sta-
tuto exclusam non repellit: quia illud est verum ab
intestato, cūm talis filius præter voluntatem patris
nihil capiat, per glo. singularem in l. j. ff. de bon. pos.
contra tab. Secus si eum hæredem instituisset, aut in
eius fauorem aliter disposuisset, quo casu habet vo-
119 luntatem patris, vt ibi dixi. ¶ Et præmissa intelli-
gatis vera, videlicet patrem stantibus ex matrimo-
nio liberis legitimis, non posse naturales tantū libe-
ros hæredes facere directè, si autem eos legitimis li-
beris vel aliis suis hæredibus substituisset, si quidem
eos vulgariter substituit, quia tunc ex substitutione

vulgari succeditur testatori. l. post aditā. C. de impu.
& aliis substit. Certè ex tali substitutione legitimis,
vel aliis institutis hæredibus abstinentibus, aut repu-
diantibus, naturales filij admittuntur, ac si legitimi
hæredes instituti mortui fuissent & non starent, cū
(vt dixi) paria sint filios legitimos non stare, vel hæ-
redes esse nolle, secūdu Ang. Aret. & Rapha. in l. si
is qui. & l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. substit. licet
Bali. ibi contrarium voluerit, & malè, secundum eos.
Quia cūm filij legitimi tūc non super sint, & hæredī-
tatem paternā quam repudiarūt, non transmittant,
non erunt impedimēto filio naturali, quin succedat
in totum. Si verò pater naturalis tales filios pupilla-
riter substituisset filio suo legitimo impuberi, qui
postea impubes moritur, tunc possunt indubitanter
filij naturales substituti capere hæreditatem ex pu-
pillari substitutione: quia nō à testatore dicuntur ca-
pere, sed ab ipso pupillo eorum fratre, licet ex testa-
toris eorū patris ordinatione, vt dicta l. si is qui. Præ-
terea quia speciale est in pupillo, quōd hæredem ha-
beat, qui largo modo dicitur institutus, non à patre,
sed ab ipso pupillo. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupi-
& l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. te-
120 stamen. Ex quibus sequitur, ¶ q̄ filius naturalis patri
succedere non posset ex fideicommissaria substitu-
tione, si pater dixerit quādoq; filius legitimus
hæres sine liberis decesserit, hæreditatem restituat
filio meo naturali seu bastardo. Nam cūm tūc filius
legitimus hæres fuerit, & paternæ hæreditati se im-
miscuerit, ius ex hoc ei quæsitum est, vt dicta l. post
aditam. Ad eò, q̄ necessariò potest hæreditatē trans-
mittere ad suos propinquiores, aut hæredes testa-
mentarios, vt plene videbitis super verbo, *Mortuo
autem testatore.* secūdu in materia transfmissiois hæ-
reditatis, & sic filii naturalem excludere, secundum
Raph. in d. l. si is q̄ ex bonis. Quia cūm p̄ substitutio-
nem fideicommissariam patri succedatur defuncto. l.
cohæred. §. cūm filia. ff. de vulg. & pupil. Sequitur, q̄
filius naturalis substitutus vltra vñ vnciam de pa-
terna hæreditate capere nō poterit, residuo remanē-
te penes hæredem filij legitimi restituere grauati, &
hoc vbi pater filio suo naturali tantūm relinquit.
Quia si nihil ei reliquisset, nihil præter alimenta in
bonis patris petere posset. Cūm cōtra vel præter vo-
luntatē patris nihil capiat, per dictā glo. in omnibus
approbatam in d. l. j. ff. de bono. posses. contra tabul.
121 Quæ omnia procedunt in patre. ¶ Mater verò si ve-
lit, potest filiis suis naturalibus omnia testamēto re-
linquere, iuxta l. si qua illustis. C. ad Orfitia. & in-
stitu. illo eodem titulo. §. si. ¶ De spurio autē ex adul-
terino vel alio damnato coitu, putā stupro cum vir-
gine, aut vidua commisso nato, concludatis talē nul-
lo modo succedere ex testamento posse, nec aliquid
capere de bonis patris inter viuos, nec in vltima vo-
luntate, vt d. §. si. in authen. quibus modis natu. effie.
sui. & d. authē. ex cōplexu. C. de incestis nup. Quod
prima facie videretur iniustum, quōd filius ex deli-
cto patris afficiatur. l. j. & per totū. C. ne filius p̄ pa-
tre. & l. lege. C. de legiti. hære. quod fieri non potest
per viam punitionis, sed in casu nostro grauatur fi-
lius per viam indignitatis, quia paternæ successioem
indignus est, secūdu Bald. in dicta l. lege. xij. tabula-
rum. quod redundat magis in pœnam patris, quā
filij, cūm paterno voto ad filios hæreditates deuoluā-
tur. l. scripto. ff. vnde liberi. facit l. liberorū. ff. de ver-
borū signi. Vnde plus torquetur pater & iuste, pro-
pter suum delictum videns se voto naturali frustra-

tum, vt nihil tali filio relinquere possit. Quinimò nec possit executor paterni testamēti ad distribuendum bona deputatus eligere spurium: quia per se vel mediante alio capere non potest. arg. l. si is qui. ff. de vulg. & pupil. s. absti. Præterea non videtur datum arbitrium executori disponendi contra ius. l. quanquā. ff. de ritu. nuptia. & l. Lucius. ff. ad muni. secundum Bal. in l. id quod pauperibus. versic. xxij. quæritur. cū sequenti. C. de episco. & cler. ibi subiungens etiā episcopum, qui est naturalis executor testamentorum hoc facere nō posse, & si de facto distribuere spurio de bonis paternis, nō valeret. Imò aliis distributum applicaretur, & nō spurio nec fisco, nisi spurius tale distributum tenuisset pacificè spatio. xxx. annorum propter bonam fidem caniatam ab auctoritate superioris. arg. l. & generaliter. ff. de noxali. Aliās non valeret distributio, etiā si bona essent inter cōiunctos distribuenda: quorū appellatione spurius non venit, secundum Bal. vbi supra & plenè dixi super verbo, Raynuius de Clera. Etiam non possit ei relinqui pro alimentis de iure ciuili, vt est text. in dicta authent. ex complexu, secūs est iure isto canonico, per c. cum haberet de eo qui duxit in matrimo. quam prius polu. per adulterium, secundum Bart. in dicta authent. ex complexu. vbi pro alimentis & dote valet relictū, & etiā per executores distributū, secundum Bal. vbi supra. cui iuri canonico standum est, tanquam æquiori, etiā in terris imperij & foro seculari, secū dum omnes in dicto c. cum haberet. Et Angelum in dicto §. si aduersus. instituit. de nupt. Aliās summa esset inhumanitas propter peccatum parentum, alimētum negare innocenti, qui nunquam deliquit, nec in culpa genitura suæ fuit, contra æquitatem etiā iuris ciuili. C. ne filius pro patre. per totū debet enim pœna suos dūtata tenere auctores. l. sancim⁹. C. de 124 pœnis. ¶ Vnde potest hodie pater filio suo spurio relinquere alimēta, vel aliquid pro alimentis: quia etiā cogere ipsum alere, secundum Bar. in dicta authent. ex complexu. & plenius in l. fina. ff. de his quibus vt indig. concludentem valere relictum fundi suo spurio factum pro alimentis, quādiu viuet: & post mortem remaneat filiis suis. quod fieri potest, per text. in l. si. C. de natura. liber. Et consuluit idem Bart. consi. cxviii. incipiente. Oducius Corneti. Imò semper fuit & est illa principalis cautela relinquēdi spuris, scilicet pro alimentis, vt plenè per eum in dicta l. fina. & Ludo. allegato consi. xliij. Et latius Bartholo. Coppolla in suo tracta. de cautelis aduo. cautela xlv. vbi duodecim ponit cautelas, & inter cæteras ponit illā, quod pro alimentis relinquatur: quia hoc fieri potest, vt exemplo nobis tradidit diuinus ille Patriarcha noster Abraham Genes. xxv. qui postquam filio suo legitimo Isaac cuncta, quæ possidebat, dedisset tanquam hæredi, tamen filiis cōcubinarum largitus fuit munera ad viuendum. Ex quibus habetis, quod licet filio suo spurio relinqui nō possit post eius vitā, quo tēpore alimentis non indigebit, tamē illud vel aliud relinqui potest eius liberis legitimis nepotibus testatoris, vt d. l. si. C. de naturali. liber. Nisi tales liberi essent ex filio incestuoso. [Ad hoc facit quod infra dicam super verbo. à patre relinqui.] ex cōsanguinea carnali vel spiritali suscepti: quia tunc liberis incestuosis quātuncūq; legitimis relinqui nō possit, sicut nec eorum patri. l. si quis incesti. C. de incest. nup. secundum Bal. in capitu. in præsentia. in princip. de 125 probatio. Per quæ omnia saepe consului, quod pater pro anima filij sui spurij præmortui possit in vi-

ta sua donare vel in morte relinquere: quia licet post mortem cibo non indigeat corporali, tamen necessarius est ei cibus spiritalis pro anima. Et cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei spiritalis pro redemptione animæ, secundum Ioan. Fab. super verbo, contestata. in §. pœnales. insti. de perpetuis & temporal. actioni. Maximè, quia quo ad vitam & cœlestem hæreditatem inter eos, & legitimos nō est delectus, vt infra dicitur in fine huius articuli. ¶ Similiter dico, quod relinqui potest filia spuria pro dote, cum ei dos succedat loco alimentorum, ad quæ pariter tenetur, secundum Bartol. in dicta authent. ex complexu. & in l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscen. & l. Meuius. §. duobus. ff. de lega. ij. quod est verum, secundum Bartol. in dicta l. fina. ff. de his quibus vt indignis. nisi excessiua quantitas relicta foret pro alimentis, vel dote: quia tunc factum præsumeretur in fraudem legis. Quo casu possit ille excessus euocari per hæredes patris, secundum Barto. & Bal. in l. si pater. C. de hæredi. insti. quia cum spurij sine eorum culpa sint incapaces, illud applicatur hæredibus patris, vt ibi dicitur. & per Bartol. in dicta l. fina. & Laufertur. §. j. ff. de iure fisci. & in l. j. C. de naturali. liber. & plenè Bald. in l. j. C. vnde legi. Et deficientibus, aut negligentibus hæredibus applicatur fisco in subsidium, vt dicta l. j. de naturali. liber. ¶ Quando ea, quæ auferuntur ab indigno, debent hæredibus applicari vel fisco: habetur super verbo, condidit. ij. Ideo dicebat not. Bartol. in l. fina. §. j. ff. quæ in fraudem credi, quod cum dos respectu mulieris dicatur titulus lucratius, si dos data filia spuria marito defuncto redeat ad ipsam, cōsanguinei hæredes patris poterunt eam dotem ad se aduocare, per dictā l. j. Nisi quatenus permittitur spuris habere pro alimentis vel dote sua rationabili ad viuendū sufficienti, per dictam l. j. secundum Bald. in l. eam quam. versic. pone dicit decretalis. C. de fideicommiss. Ex quo aliās consului, quod licet dos data per patrem filia spuria sit, & dicatur excessiua, si maritus tantam dotem mereatur, cum iuxta eius conditionem dos assignada sit. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium, vel sine tanta dote non poterat spuria maritum inuenire, propter aliquam fortè difformitatē, vel aliās eo casu non possent hæredes nec fisco illū excessum aduocare ad se, quādiu viuet maritus, cuius contemplatione dos talis cōstitutata fuit, sine qua fortè non erat matrimonium contracturus, & cuius ipse est dominus. l. doce ancillam. C. de rei venditio. Quo durante matrimonio, nō considerantur alimēta spuria secundum se, sed secundum quod decet viri conditionem. Vnde notanter dicit Bald. vbi supra excessum dotis repeti posse cum mortuo marito dos ad spuriam viduam redierit. Idem Bartol. in dicta l. si. quæ in fraudem credito. [Nisi spuria iterum nu bere vellet ætate requirente: quia cum eadem ratio duraret & maior, cum viduæ viros difficilius reperiant, quā virgines: tunc non possit dotis excessus reuocari per fisco, aut parentes. Et ita credo dominum meum hic intellexisse per rationes suas.] ¶ Pariter relinqui potest filio spurio, aut filia per patrem si ingrediatur religionem, ac si matrimonium carnale contraxisset. Quia hæc omnia alimentorū loco sunt & dotis, secundum Bal. post Gul. de Cug. in l. prima versic. iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct. eccle. [De quo & in quibus conueniant dos matrimonij spiritalis & carnalis, vide infra sup verbo, dotem quam ei dederat. & etiā super verb. Cuidam Pe-

pro tradiderunt.] vbi plenius dicit Gul. quia talis illegitimus postquam erit monasterium ingressus, poterit à patre hæres institui, tanquam ingressu religionis legitimatus, quæ omnem maculam abstergit, & tollit, vt dicit text. in authen. de monachis. in principi. Et sic nōdum quo ad ordines, & beneficia religionis tenenda, sed etiā quo ad succedendum professio regularis spirituum habilitat, & vt in testamento patris hæres fieri possit aut ei relinqui, & eius medio acquiri monasterio, licet hodie in regno Fræcia monachi ab intestato nō succedant, vt plenè vidistis supra in primo membro præcedentis articuli per tres, aut quatuor decisiones. Sed aduertatis, quia credo Guliel. bene dixisse, quod spurius religionem ingressus dicatur quo ad sacros ordines legitimatus, & cætera omnia quæ ei tanquam simplici religioso incumbunt, & sine quib⁹ claustro & religioni seruire nō possit, nec officium religiosi exercere: sed quod habitatus dicatur ad suscipiendum hæreditates parentum, & alia religioni necessariò non requisita, dubito, propter glo. in c. si de filiis presby. quæ dicit spurium religionē ingressum, ex hoc non fore ad tenendum beneficia sine dispensatione habitatum, vt supra tetigi in primo primi articuli membro ferè in principio loquēdo de legitimatone. Ergo nec ad suscipiendum hæreditates ab intestato, vt ibi dixi. Nec ex testamēto hæres esse poterit. Fortè Gul. respectū habuit, quod hæreditas nō sibi, sed monasterio queritur, & in hoc monasterio seruit, quod satis est tolerandum in successione ex testamēto, vbi expressè religiosus, & cōsequenter conuentus ad successionem vocatur, penes conuentum nō remansurum, vt ibi dixi in quinta & vltima decisione. Fuit profecto Guliel. de Cug. claræ scientiæ doctor noster Tolosanus, loci de Rapistagno à Tolosa quinq; leucis distans oriundus, apud Italos maximæ reputationis, vt Cy. Barto. Bal. & ceteri in eorum lecturis, eum vt plurimum sequentes, euidenter demonstrarunt. Nobis tamen restat, quod nihil potest directè filius spuris à patre relinqui in quacūq; voluntate, nisi pro alimentis, dote, anima, & religionis ingressu. Tamē moderate, vt dictū est. Nec etiā relinqui eis possit indirectè per medium alterius personæ. Vnde si hæres institutus, & ad hæreditatem distribuendum post mortem pauperibus restituere grauatus, nō possit executor testamenti spurium testatoris filium, quamuis pauperem eligere, cum electus ab hærede vel testamenti executor, cõseatur electus à testatore. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legat. ij. secundum Bart. in l. si. ff. de reb. dub. & clarè Pau. in l. Lucius. per illum textum. not. ¶ In testamento. ff. de leg. j. [Et si à patre filio spurio nihil directè relinquatur, tamen hæres à patre institui sub conditione, si legitimabitur, & patre mortuo dabitur curator bonis, donec legitimatus erit, & ipsemet spurius fieri potest, per iudicē curatorem, & administrabit interim bona, secundum Bald. in §. institutus. l. Gallus. de liberis & posthum. & in l. si quis incesti. C. de incest. nup. vbi dicit hoc locum nō habere in filio incestuoso. Vide Alex. plenè in dicto §. institutus.] ¶ Similiter etiam si spurius filio patris testatoris legitimo pupillariter per patrem eundem substitueretur, adueniente cõditione substitutionis nihil poterit spurius de bonis à patre testatore prouentis capere, per text. gl. & Doct. in dicta l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. Sed bene capere poterit bona propria ipsi⁹ pupilli fratris sui, cui fuerat à patre substitutus, quorum bonorū est capax tanquam

nō paternorum, licet ex ordinatione patris, scilicet ex substitutione pupillari facta per patrem: quia (vt dixi) talis substitutio non est testamētum patris, sed ipsius filij pupilli, vt d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. nec per eam tūc succeditur patri, sed fratri pupillo. Et sic in hæreditate fraterna, cuius est spurius ipse capax, vt plenè dicitur super verbo, si absque libero moreretur. j. in materia pupillaris substitutionis Ex quibus sequitur spurium nō posse à patre substitui vulgariter filio legitimo, nec alteri hæredi patris, cum per talē substitutionem succedatur patri testatori, & in hoc differt spurius à filio naturali tantum, vt supra vidistis, propter diuersitatē rationis inter hos duos casus resultantem ex prædictis, & his quæ dicta ibi fuerunt. ¶ Et idem in substitutione fideicommissaria, per quam pariter testatori succeditur, in d. l. c. o. hæredij. §. cum filia. ff. de vulg. & pupil. Nec possit etiam aliquid à patre capere ex contractu lucratiuo aut oneroso, per se nec interpositam personam, vt dicta l. j. vbi glo. Cy. Bart. Bal. & Sali. C. de natura. liber. licet glo. in contractu oneroso dixerit contrarium, in l. testibus. ff. de proba. & malè, secundum Iaco. Butr. Bald. Sali. & Floria. ibi, nec per hunc modum faciliter fraus legi fieri possit de contractu ad contractum. Quod verum intelligatis in bonis iā patri semel purè & absolute acquisitis, & in eū tractatis, ac in eo radicatis. Si autem cum bona patri cõceduntur, & acquiruntur, fiet pactum, quod spurij succedant in eis, puta in emphyteusi, quæ patri conceditur, tale pactum valet & effectum fortitur, vt in eis succedat spurius, vt plehère decidit Bald. in l. ij. C. de iure emphyt. Nec obstat l. j. allegata, quia ibi pactū apponebatur in re ipsa paterna, secus autem in re aliena, quando patri concedebatur, quàm potius habet spurius beneficio concedentis, quā patris cui cõcedebatur. facit. l. in traditionibus. ff. de pact. Ideo si res patri concederetur, vt in ea spurius succedat, valet concessio & spurius in ea succedat, quod fieri nō possit per statutum: quia habitare non potest prolem illegitimam ad succedendum, ne aperiat via adulteris & copulæ illicitæ. Præterea tale statutum careret honestate contra c. erit autem lex. iij. distin. vt plenè Fely. in c. si. versic. fallit septimò. de constitū. ¶ Omnibus autem aliis parentibus, præterquam patri, spurius succedere potest rā inter viuos, quàm vltima voluntate, si ei expressè relinquatur, secundum Panor. in d. c. cum haberet. versic. illud vltimo. de eo qui duxit in matrimo. Ad eò quod acquirere potest quocūque modo, etiā ab auo suo, quamuis paterno, per dictam l. si. C. de natu. liber. secundum Bar. in dicto consil. cxviii. incip. Oducius. ¶ Potest etiam pater spurij relinquere filio legitimo eiusdē spurij nepoti suo, vt dicta l. si. Prouiso vt dixi, quod non descendat ex filio incestuoso, & etiā quod nō fuerit tali nepoti relictum contemplatione spurij, secundum Bar. plenè in l. Gallus. §. quid si is. versic. vltimò Din. ff. de lib. & posth. quem Paul. sequitur cōsilio clxxij. incipien. viso casu. videte Bal. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. Et prouiso etiam, quod non agatur de succedendo in beneficio, in quo sicut non potest filius sacerdotis immediatè succedere post patrem, ita etiam succedere nō possunt nepotes, nec inferioris gradus, quamuis legitimi existant, secundum gl. in cap. ad extirpandas. de filiis presbyte. quod plenius per glo. in cap. apostolica. viij. quæst. j. [Et prouiso, quod prolem nō habeat legitimam, vt plenè d. cum subter substitutus, quorum bonorū est capax tanquam

quod dicitur spurio relinqui non posse per patrem nec matrem, est verum, nisi virgo per vim stuprata fuisset à quodam tyranno rege vxorato: quia quo ad matrem natus non est ex coitu damnato, nec accusa bili, & danabili, sed impressio: prout in dubio præsumitur amplexus impressius, visâ potestate viri, & sic impunitus quo ad eam, quæ præsumitur vim passa, secundum Bal. in l. eam quam. ver. & scias, quò in istis. C. de fideicomis. & in l. si qua illustris. C. ad Orfitia. [De quo vide plenius super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de fidelitate coniugum.]

133 Et sicut pater filio spurio relinqueri non potest, nec ipsum heredem instituere, sic nec econverso spurio patrem, cum indignior sit filio, & Iason in §. pœnales. in l. de actio. & Bal. in dicta authen. licet verbi. in text. ibi. C. de natu. lib. & in l. j. C. de sacrosanct. eccle. licet Sali. in dicta authen. ex complexu super hoc dubitauerit. Quæ omnia vobis sufficiant quo ad successorem filiorum tantum naturalium, & spuriorum ex testamento vel contractu. Sed an tales filij naturales, aut spurij succedere parentibus ab intestato possint, vel eis succedi, sunt faciēda tria membra. Primum an tales suis succedant parentibus ascendentibus. Secundò an econtrà parentes ascendentes eis succedant. Tertiò an ipsi sibi inuicem succedant collateraliter. Quo ad primum dicatis, quòd aut tales nati sunt ex coitu aliqua lege temporali damnato, non dico spiritali: quia omnis coitus vltra matrimonialē, lege illa damnatus est, vt supra dixi. Aut nati sunt ex coitu non damnato lege seculari. Primo casu concluditur communiter per omnes, quòd tales nullo modo succedere possunt patri nec matri, & minus cæteris parentibus ascendentibus ab intestato. Cùm indigni sint omni legis beneficio, vt dicto §. fin. & can. cum multa. xv. quæstio vlti. Et ratio est clara, quia iure civili, quo successiones deferuntur, pater & mater tales filios alere non tenentur, vt dicta authen. ex complexu. licet (vt supra vidistis), de æquitate canonica sit contrarium, per dictum c. cum haberet. Tamen quo ad successorem nihil fuit iure isto canonico immutatum, secundum Bar. & Docto. in dicta authen. ex complexu. ita quòd tales spurij vel naturales tantum filij non possent per patrem adoptari naturalem l. legē. C. de naturali. libe. & in authen. quibus modis naturales efficiunt. legi. §. & nos non latuit. Ne vna via prohibita, alia via concedatur ad succedendum per viam adoptionis. Non sunt enim tales nominandi filij auth. ex complexu. C. de natu. libe. & ibi no. nec econtra sunt illi nominandi parentes, & cōsequenter ea omnia quæ iuris naturalis sunt, non habent, nec eis debentur. Igitur tanquam filij succedere non possunt patri, nec matri: quia pater & mater dici non possunt. Est tamen verum, quòd mortuo patre ab intestato alimenta eis debentur. Et si filia essent, dotarentur de bonis patris in subsidium, & pariter pro anima quando pauperes moriuntur, vt dixi.

135 Secundo casu, quando filij naturales tantum nati sunt ex coitu lege aliqua temporali non damnato, subdistinguitur. Aut queritur an succedere possint patri ab intestato defunctæ, vel alteri ascendenti de linea materna. Et dicitur eos succedere posse, perinde ac si nati forent cum legitimis matrimonialiter genitis, vt dicto §. fina. in l. de Orfitia. & l. hac parte. 136 & l. Modestinus. ff. vnde cognati. Fallit hæc regula, vbi mater esset illustris, quo casu distinguitur.

Aut habet filios naturales tantum ex suo amasio, cum quo vt concubina morabatur, tali scilicet concubinato, qui iure civili erat permissus, vt quia ambo scilicet vir & mulier soluti erant: & tunc tales filij naturales succedunt patri ab intestato, etiam cum filiis naturalibus & legitimis, quos ipsa habuisset. Aut illa mulier illustris filios habet naturales, vt meretrix: & tunc si ipsa filios habeat legitimos plures, aut vnū ex matrimonio, non poterunt succedere patri. Aliàs sic, vt d. l. si qua illustris. Ex quo sequitur, quod si tales filij nati ex coitu meretricali matris illustris succedere ab intestato vellent patri vel matri talis mulieris præmortuæ vel hereditatem repudiantis, & succedere vellent auo & auia maternis, ipsi venire non possent, si aliquis super se filius legitimus matris illustris. Quia si tali casu matri succedere non possunt, minus succedere possent auo vel auia. in l. ad Orfit. §. j. in fi. aliàs autem possent, per dictam l. Modestinus. Et aut filij naturales ex coitu non damnato nati succedere ab intestato petunt patri, & deinceps in linea paterna ascendentibus: distinguitur, aut pater est positus incertus, quod contingit vbi mater erat publica meretrix: & tales alicui tanquam patri succedere non possunt, licet is, qui rem habuit cum tali meretrice sit ita leuis & fatuus, quòd illum tractauerit tanquam filium in l. de legit. agnato. succel. §. vulgò. Cui enim pater est populus, illi dicitur pater nullus. l. vulgò. ff. de statu hominum. Et minus succedere poterit vltioribus ascendentibus, vel agnatis aut cognatis talis putatiui patris. Aut pater est bene certus, videlicet ea certitudine, quæ in filiatione cadere potest, per l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alicui. [De quo vide plenè super verbo, *Qua filium ex eo suscipiens.*] vt quia talis bastardus succedere volens natus est ex concubina affectu indubitato domi retenta, & tunc subdistinguitur. Aut tales filij sunt nati ex libero & libera, aut ex libero & ancilla, aut ex seruo & libera, aut ex seruo & serua. Primo casu quado nati sunt ex libero & libera, possunt patri ab intestato succedere solū in duabus vnciis, & sic in sextante, id est, sexta totius hereditatis parte, tribus tamen cōcurrentibus. Primò, quòd ista concubina eorum mater tractata fuerit affectu indubitato in eadē domo cum amasio suo continuè habitando & conuersando: quia si seorsum habitasset, tales filij priuilegiū succedendi non haberent, in authen. quibus modis natura efficit. l. si. §. si quis autē defunctus. secundum gl. in l. penul. ff. de concubi. quā ibi sequitur Dyn. Barto. in fi. & Panor. in d. c. innotuit de electio. verbi. in gl. in verbo. Secundo requiritur, quòd huic patri tempore mortis non superstit aliquis de liberis naturalibus & legitimis, licet agnati superessent vel cognati paterni: quia tales agnati, aut cognati filios naturales non excludunt quo ad illas duas vncias, sed in residuis decē succedunt. Tertiò, requiritur, quòd tali patri non superstit vxor, vt dicto §. si quis autē defunctus. & §. hoc ipso custodiēdo. facit dicta authentica, licet ibi nec superstit cōiūx. C. de natu. libe. Quia si vxor patris naturalis superesset, filium naturalem sui quondā mariti penitus, & in totū excluderet, adeò quod ei non succederet in aliquo: vnde potētor est existētia vxoris, quā agnatorū defuncti, ad tales bastardos excludēdū, ita quod locū nō habet hoc casu regula: Si vinco vincētē te, multò fortius vinco te, secundū gl. sup verbo, inter eos, solos, in dicto §. præferuntur. in l. it. ad Tertyllia. quia filius naturalis in illis duabus vnciis vincit agnatos, qui in succedēdo vincunt

vincunt vxorem. Cùm eis stantibus, vsque ad decimum gradum ipsa non succedat, vt infra videbitur in articulo. Et tamen talis filius vxorem defuncti patris nō vincit, imò vincitur ab illa, quæ licet sibi ipsi non proffit tanquā ab agnatis exclusa, tamen nocet filio naturali, vt in aliquo patri non succedat, & omnia deferantur agnatis, & vxor prodest illis, per quos ad mariti successione excluditur, quod est mirabile & valde notant Ioan. de Platea, & ceteri in d. 138 & §. præferuntur. Præterea agnati medio vxoris consequuntur, quod per se, & ex seipsis cōsequi nō poterant, quod plerumque contingit, vt supra dixi. Deficiente autem altero ex dictis tribus non possunt filij naturales tantum patri succedere ab intestato, si de suo consensu legitimati non essent: quia si legitimati forent in toto succederent, aut æqualiter cum legitimis natis, si starent, cum veniant eo casu appellatione suorum, secundum Bal. in dicta l. eam quam. C. de fideicom. & dixi in primo membro primi articuli, circa prin. loquendo de legitimatione. Et præmissa vera in filiis naturalibus primi gradus, sed in liberis naturalibus secundū, tertij vel vltioris gradus, vt sunt nepotes ex bastardo, & pronepotes, & deinceps, secus esset. Qui tales nunquā possent auo nec proauo paterno succedere ab intestato. l. fina. in fi. C. de natura. libe. imò filius naturalis, & legitimus ex filio tantum naturali genitus auo paterno succedere nō potest ab intestato, nisi institueretur expressè, aut ei relinqueretur per auū, vt d. l. si. quæ est etiā hodie in correctæ, vt dicto §. de nepotibus. & §. filij verò. ibi, nullum tamen habere participiū ad ascendentes. licet Dyn. contrarium voluisset, & malè in suo tracta. de succel. ab intest. Secundo casu principali, quando tales filij nati sunt ex libero homine, & ancilla eius concubina affectu indubitato, in domo eadem retenta: tunc aut isti filij non sunt manumissi, & tunc quia remanent serui cum sint ex ancilla & serua nati, cuius conditionem sequuntur, instit. de ingenuis. & in §. serui autem. de iure personarū. ab intestato succedere nō possunt. l. partum. C. de rei vendi. & instit. de succel. cog. in prin. Aut sunt manumissi, & tunc possunt patri si ipsa manumissa fuerit, succedere ab intestato, cum aliàs si ancilla remaneret, heredes habere non possent. Similiter possunt patri & suis ascendentibus in solidum succedere, si soli fuerint, vel etiam cum aliis ex matrimonio postea contracto natis, in l. de seruis cog. §. j. Ex quo multa sunt hoc casu priuilegia. Primò, quia isti filij naturales patri succedunt in solidum ab intestato. Secundò, quia simul succedunt vnà cum filiis natis ex postea contracto etiam cum alia femina matrimonio. Tertiò, quia tales filij naturales succedunt ab intestato vltioribus paternis ascendentibus: scilicet auo, proauo, & aliis, vt dicto §. primo. in l. de seruis cog. in l. c. §. final. instit. quibus modis tutela finitur.

Et idem dicendum est in tertio casu principali, scilicet, vbi filij naturales tantum nati essent ex seruo & libera, & pater esset postea manumissus, cum aliàs heredes habere non possent. Et idem in quarto casu, si ex seruo & ancilla eius concubina nascerentur filij naturales, qui postea simul & parentes manumitterentur. Cùm aliàs frustra quereretur de succedendo: quia serui nec succedere possunt, nec succedi eis dem tanquā pro nihilo reputatis. l. quod atinet. ff. de regulis iuris. Pertinent enim omnia eorū bona domino, & ratio differentie inter primum casum, & hos tres vltimos, in quibus sunt filij naturales magis pri-

uilegiati in succedendo, quàm in primo casu. vbi nascerentur ex libero & libera, est secundum aliquos: quia de iure civili non poterat matrimonium inter seruos contrahi, quoties vir & mulier vel alter ipsorum erant conditionis seruilis. l. cum ancillis. C. de nuptiis. Vnde præsumit lex hoc casu in benigniore partem, videlicet quòd tales, si potuissent, matrimonium contraxissent, ex quo filios legitimos habuissent. Sed quia nō poterunt obstante eorum seruilis conditione, & contrahendi inhabilitate: tales filij ex illo contubernio nati, tanquam ingenui post manumissionem, vt legitimi patri succedunt, & cæteris parentibus. Sed quia hodie iure nostro canonico etiam inter seruos est declaratum posse esse matrimonium, vt infra de coniugio seruorum, per totū. Quod ius in matrimonio præualet, & legem civilem vincit secundum glo. in §. hactenus. in l. de grad. Barto. & Bal. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. & Panor. in cap. j. de noui operis nunt. hæc ratio non procederet, imò potius videretur titulus ille de seruilis cognatione, præmissa statens, esse correctus, quod verum non est, cum supradicta ratio non sit ibi expressa, & sufficit quòd alia ratione iustificari possit. Ideo pro ratione diuersitatis inter primū, & hos tres casus dici potest, & ratio alia assignari, quæ hodie etiam stare potest: quia magis imputandum est homini, & feminae liberis, qui immediatè non contraxerunt matrimonium, quàm vbi vterque ipsorum erat in seruitute. Cùm licet iure canonico etiā inter eos esse matrimonium possit, tamē metu & timore dominorū, serui multoties abstinent à contrahendo matrimonium, præsumentes, quòd domini moleste gererent eos coniugatos esse, quia coniuges nō ita vacat operis eis incumbentibus, sicut extra matrimonium, nec aliud cogitant, quàm sibi inuicem complacere.

[Prout facere tenentur vt plenè dicitur super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de amore & dilectione inter coniuges requisita.] Ob quod ecclesia ministros suos esse vult cōiugatos. cap. diuersis falaciis. de clericis cōiug. Cùm igitur hæc ratio adhuc hodie militet, sequitur, quòd titulus ille de seruilis conditione non est correctus. Nunc videre restat casum econverso, an & qualiter ascendentes succedere debeant suis descendentes naturalibus tantum, aut spuris ab intestato, si ordo naturæ turbetur, quòd descendentes præmoriuntur. Super quo dicatis: Aut sunt parentes, qui liberos naturales habent ex coitu ordinariè, vel extraordinariè damnato aliqua temporali seu seculari lege, & nullo modo possunt eis succedere, vt dicto §. fina. in auth. quibus modis natural. efficiunt. l. si. Quia si filij, qui non peccarunt, nō succedat patri nec matri, minus possunt eis pater & mater succedere, qui damnatè coierunt, vt supra vidistis, secundum Bal. in d. auth. licet. Facit dicta l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen. vbi correlatiuè se habent ascendentes, & descendentes in succedendo. Aut filios habent ex coitu nō damnato, & tunc aut queritur de matre vel aliis per lineam maternā ascendentibus, aut de patre & eius linea ascendentibus. Primo casu tales parentes ab intestato succedere possunt talibus liberis, ac si in matrimonio nati essent. instit. ad Tertyllia. §. fina. & de successio. cogna. §. vulgo. & l. si spuris. ff. vnde cogna. Quod est verum siue mater filium habeat ex matrimonio, siue ex coitu meretricali, siue sit illustris, siue non, licet gl. in dicto §. final. contrariū dicat & malè: quia filij spurij bene possunt patri succedere. Spurios

quod aliter natos ex coitu meretricali non adulteri-
no, quam ex concubina domi retenta, qui matri suc-
cedunt etiam illustri, prouiso quod mater filios legi-
timos non habeat, ut dicta l. si qua illustris. C. ad Or-
fici. ut supra dixi. Ergo e contra poterit mater illustris
ab intestato talibus succedere filiis spuris, posito quod
filios habeat naturales & legitimos, cum hoc casu
absurdum esset matrem praecedi ab aliis legitimis,
qui quo ad illos spurios sunt tantum fratres vterini.
in auth. defuncto. C. ad Terryllia. & dicto §. vulgdo.
Secundo vero casu si de patre quaeratur vel aliis per
lineam paternam ascendentibus, subdistingendum
est, aut pater est penitus incertus, quia mater erat pu-
blica meretrix. & clarum est, quod aliquis de illis
succedere non potest, licet qui patrem se dicit, si ita
supinus & nimis credulus, quod dicat talem fuisse &
esse filium suum, ut dicto §. vulgdo. Aut certus est tali
certitudine, quae haberi de hoc potest, ut l. Lucius. ff.
de condit. & demon. & dicta l. filium. Et tunc eisdem
modo & forma, quibus filij naturales tantum succe-
dunt patri, ut supra dictum fuit. Sic e contra poterit
pater eis succedere ab intestato. in situ. de serui. cog.
§. primo ibi, sed etiam alterum in alterius. & in authent.
quibus modis naturales efficiuntur sui. §. de quibus.
verf. in quibus. enim casibus. ubi est de hoc text. opti-
mus. Ex quo inferitur, quod si aliquis solutus filium ex
concubina soluta habuerit, & postea vxore duxerit,
ex qua filium alterum suscepit naturalis & legitimum, &
tempore mortis filij naturalis reperitur viuere, vxor
aut filius ex ea naturaliter susceptus, non poterit pater
ab intestato tali succedere filio naturali praemor-
tuo. Quia eodem casu, si pater praecessisset, non potuisset
dictus eius naturalis filius in aliquo ei succedere,
licet aliqua res sit spes, quod in subditivissimo loco
talis filius legitimus. vel vxor possit tali filio natu-
rali succedere ab intestato, cum non sit ipse agnatus
nec cognatus. Similiter inferitur, quod si ab inte-
stato decefferit filius naturalis, patre & matre su-
perstitibus, & non superstitibus vxore, vel alio filio legi-
timo sui patris naturalis, mater sua, scilicet concubi-
na succedet ei in decem vnciis, in situ. ad Terryll. §. si. Pa-
ter autem ei succedet in duabus, ut d. verfi. In quibus
enim casibus, ut correlatiuorum, eadem sit disciplina, &
vicissitudinaria inter tales descendentes, & ascendentes
naturales aequalis, & vniformis successio, secundum
dominum Mattheum de Mattheis. Sed qualiter
tales sibi inuicem collateraliter succedant, est videndum,
vno solo praesupposito, quod plures filij vulgdo ex ea
dem matre quaeriti dicuntur fratres vterini. ita quod
iure cognationis sibi inuicem succedunt, secundo si ex diuer-
sis matribus concubinis, ex eodem tamen patre nati sint,
quia inuicem non succedunt. Nec etiam cognatis pa-
tris etiam si legitime fuerint per principem, secundum
glo. singularem in dicta l. hac parte. ff. unde cognati
& est de mente Dyni in dicto suo tractatu, de successio-
ne ab intestato. Or nunc ad punctum dicatis, aut vterque
praedictorum, scilicet defuncti & succedere volentis,
vel alter tantum natus est ex coitu lege aliqua secu-
lari damnato, & tunc nullo modo inuicem succedere
possunt: quia non sunt nominandi fratres consanguinei,
nec consobrini argu. dicti §. si. in authent. quibus
mod. natu. effi. sui. & d. §. vulgdo. Sicut (quod plerumque est)
non sunt quo ad patrem nominandi filij, nec etiam
quo ad matrem, nec e contra, ut dicto §. si. ibi. Nec na-
turales vocantur, nec participanda est eis vlla clemē-
tia. Sicut ergo natus ex coitu damnato Berthae succe-
dere non potest filio naturali, & legitimo eiusdem

Berthae, licet sint fratres vterini, ut dictis iuribus pro-
batur: sic e contra ille legitimus non poterit huic suc-
cedere naturali, cum non habeatur nec nominari de-
beat pro fratre. Aut vterque; transfuersalium natus est
ex coitu non damnato aliqua lege temporali: & tunc
aut quaeritur de coniunctis ex linea paterna tantum,
aut ex linea tantum materna, aut vtrinque coniun-
ctis, tam ex parte patris, quam matris. Primo casu
non potest regulariter aliquis eorum succedere alteri.
Vnde si pater naturalis & legitimus, prius quam
vxorem duxisset filium habuerit naturalis ex concu-
bina, ego illi succedere non potero ab intestato, nec
ille mihi: quia non sumus inuicem agnati: cum agna-
ti sint qui ex eodem patre matrimonialiter nati sunt
aut per adoptionem vel arrogationem seu inuicem le-
galiter contingunt, & coniunguntur, in situ. de legiti-
agna. succ. §. j. & §. per adoptionem. ubi glo. in ver-
bo, Naturales. Pariter succedere non possunt ut
cognati, cum sola cognatio agnationi non coniuncta,
sit tantum a matre, ut dicto §. vulgdo. Pro quo est ca-
sus in §. filium vero. in Authen. quibus mod. natu. effi.
sui. Vnde si quis filium habuerit naturalem ex concu-
bina, qua defuncta alium filium suscepit ab alia,
isti inuicem non succedunt, per glo. in dicta l. hac par-
te. ff. unde cog. Hoc tamen fallit in filiis naturalibus
ex libero & serua, vel seruo & libera, aut seruo & ser-
ua, qui inuicem ut amantius, & concubina tractaban-
tur susceptis. Hi enim si sunt liberi nati, ut in secun-
do casu, vel manumissione postea ad libertatem per-
uenerint, ut in primo & tertio casibus, possunt inuicem
succedere: imò quod plus est, poterunt etiam suc-
cedere fratribus suis naturalibus & legitimis, quos
pater postea ex matrimonio suscepit, ut d. §. j. in-
stitut. de seruii. cognatio ibi, sed etiam alterum in
alterius: quia intelligitur, quod frater suo succedat
fratri vel filio fratris. Nec mirum, quia (ut supra vi-
distis) omnes praedicti pariter succedunt patri ab inte-
stato. Non tamen dicendum esset talis transfuersa-
les praefereudos esse patrono a quo libertatem habue-
runt. Secundo autem casu ubi tales filij coniuncti
forent per lineam maternam tantum, tunc inuicem
sibi succedunt, siue omnes sint naturales, siue vnus sit
naturalis & alter legitimus, ut dicto §. vulgdo. & in §.
fina. instit. de legiti. agnato. succ. & dicta l. hac par-
te. & l. si spurius. ff. unde cogna. Et idem ac fortius
in tertio casu, ubi essent vtrinque; coniuncti, tam ex par-
te matris quam patris, quia inuicem succederent per
dicta iura. Vnde si Bertha fuerit concubina Titij, ex
quo Scium suscepit: deinde Titio mortuo fuit concu-
bina Meuij, ex quo Petrus genuit & Martinum: cer-
te mortuo Martino cui supersunt Meuius pater, Ber-
tha mater, & Petrus frater eius: dictus Meuius pater
eius naturalis ei succedet in duabus vnciis tantum, ut
dicto §. in quibus. Et in reliquis decem vnciis succe-
dent aequaliter Bertha mater & Petrus frater eius
vtrinque; coniunctus. in Authen. de haeredi. ab intestato.
§. si vero cum ascendentibus. qui textus intelligi de-
bet de vtrinque coniunctis naturalibus tantum, dum-
modo coitus aliqua non sit lege temporali damna-
tus. Seius autem frater Martini praemortui vterinus
ex parte solius inatris coniunctus excluditur a succe-
sione, ut in §. reliquum. in Authen. de consangu. &
vteri. fratribus. Si autem in casu praemisso frater tan-
tum vterinus & pater naturalis scilicet Meuius, soli
superuiuerent illi Martino tempore quo moritur ta-
lis pater, ut dictum est, in duabus vnciis, & Seius fra-
ter vterinus in reliquis decem succederent, ut dicto
§. in

§. in quibus. Et hoc modo limitari debet iura noui-
sima scilicet §. consequens. cum §. sequenti. in Auth.
de haeredi. ab intestato. Adeo quod si viueret dictus Pe-
trus frater Martini praemortui vtrinque coniunctus,
& dictus Seius frater tantum vterinus, ille vterinus
excluderetur per Petrum vtrinque coniunctum:
cum duae rationes vincant vnā, ut dicto §. reliquum.
Sicut seruatur in fratribus naturalibus & legitimis
matrimonialiter genitis, ita quod omnia quae dicuntur
de naturalibus & legitimis, id est de illorum suc-
cessionem descendentium, ascendentium, & collate-
ralium, in dicta Authen. de haeredi. ab intestato. etiam
locum habent in solum naturaliter coniunctis. argu.
l. tutelae. & quae ibi not. Barto. ff. de capi. diminitio.
Ideo filij fratrum simul succedunt cum fratribus,
148 auunculis defunctae personae exclusis: Sanè tamen
intelligatis omnia ea quae statuta sunt de naturali-
bus & legitimis quo ad succedendum ab intestato
locum etiam habere in naturalibus tantum, scilicet
duobus concurrentibus: primo quod coniuncti non
sint aliquo coitu damnato per leges. Secundo, quod
ipsi sint saltem iure cognationis per iura vetera dige-
storum succedere permisi in solidum ab intestato
defunctae personae, de cuius successione quaeritur.
Nam saepe materiae nouae distingui debent & limita-
ri per antiquas. in Authen. de filiis ante dotalia in-
stitu. natis. §. si. l. n. est nouum. & l. sed & posteriores.
ff. de legibus. & sic per dictam Authen. corrigi non
debent leges antiquae, quae filium naturalem non co-
cedunt patri succedere ultra duas vncias, & e contra
patrem filio, ut d. §. si quis autem defunctus. & d. verfi.
in quibus. in Auth. quibus modis natur. efficiuntur. sui.
Pariter correctae non censentur leges antiquae,
quae filios naturales tantum succedere non permit-
tunt agnatis, & cognatis patris, quia per mortem nul-
lo modo sunt filio naturali tantum coniuncti, ut di-
cto §. filium vero. in Authen. quibus modis natura. ef-
fici. sui. secundum Ange. in dicto §. vulgdo. in si. insti-
tuto. de success. cogna. Sed tunc cum hodie concubinatus
146 praesertim manifestus maxime ultra annum conti-
nuatus sit illicitus, ita quod manifesti concubinarij
publicantur singulis diebus dominicis per ecclesiam
excommunicati, ut notorie auditis & videtis: & om-
nis fornicatio sit per concilium generale damnata
in clemen. ad nostrum. de haereti. Adeo quod in ea
vel alio perseverans mortali peccato ultra annum,
etiam si esset papa praesumeretur de fide male senti-
re, ut concilio generali deferri posset, secundum glo.
singularem ab omnibus approbatam. ca. si papa. xl.
distinct. miratur Ioan. Fab. in dicta l. si qua illustris.
quod hodie bastardi succedant in aliquo illi praeser-
tim qui ex concubina longo continuo tempore do-
mini retenta nascuntur: quibus iura ciuilia plus fauēt.
Et quare glo. & docto. iuris canonici hanc successio-
nem approbant, iactantes fundamentum in dicta Au-
then. licet. & toto titu. C. de natura. libe. & ff. de con-
cubi. Sed credit hoc processisse ex inadvertentia. de
147 quo per eundem in dicto §. nouissimè. institutio. ad
Orfitia. Ideo tamen videmus in praesenti regno Fran-
ciae christianissimo ex illius catholico more, obser-
uantia & laudabili consuetudine iuri diuino conso-
nata, allegato Gene. xxv. cap. bastardos non succede-
re, nec aliud praeter alimenta petere posse, cum scri-
ptum ibi sit: Non erit haeres filius ancillae, id est mere-
tricis, sed filius liberus, id est vxoris legitimae. Obe-
dit enim Francia & vniuersum regnum caeterorum
speculum diuinae voci ad Abraam clamantem: Eice

ancillam & filium eius, scilicet a successione, solo ei
dato munere ad viuendum, quia non erit haeres filius
ancillae & c. Nomen enim haereditis dicitur nomen ho-
noris, [Ut clare ostenditur infra super verbo, in eo-
dem testamento relinquens. j. dū ponitur ratio quare
filius necessarius est haeres institutus.] qui bastardis
non debetur, ut plenè dixi in verbo, Raynatus de
Clera. de qua consuetudine etiam meminit Masue-
rus titu. de proba. §. item & si defunctus hoc confessus
est. & in titu. de success. testa. & vlti. volun. §. item na-
turales. ubi dicit bastardos non succedere patri nec
matri ex consuetudine. Nec tunc in regno lo-
cum habere l. si qua illustris. C. ad Orfitia. nec Auth.
licet. C. de natura. libe. & minus succedere possunt
148 collateralibus patris aut matris, nisi ut supra vi-
distis legitime fuisse: quo casu succederent, & ap-
pellatione suorum haereditum venirent, secundum
Bal. in dicta l. eam quam. C. de fideicommissis. Imò
excluderent substitutum sub conditione: si filius ha-
res institutus sine liberis decederet legitimis. Nisi
conditio substitutionis coepta fuisset: si sine liberis à
suo corpore legitime procreatis decederet. Quo casu
cum non essent legitime concepti & nati, non exclu-
derent substitutum: tamen isto etiam casu cum ex-
cluderent, si per sequens matrimonium legitime foret,
cum illa legitimatio trahatur retrò ad tempus coe-
ptionis. c. tanta est vis, qui filij sint legitimi. ut plenè
decidit Guido papa, quae st. cccc. lxxxij. incip. vtrū le-
gitimatus. ut latius dicitur alibi. [Vide infra super
verbo allegato: si absque liberis moreretur. j. in ij. li-
mit.] Vnde haec consuetudo regni pluribus etiam robo-
rata ordinationibus bona & aequa est propter cultum
pudicitiae, ad refrenandum luxuriosos ac libidinosos
amplexus, ex quibus odia, crimina oriuntur, & scanda-
la infinita, nec non matrimonia retrahuntur, quorum
onera vnusquisque fugeret volutariis concubitus
tantum vacando. Ex quo pudicitia quae in coniugio co-
sistit, postergaretur & contemneretur in maximum
humani generis vilipendium & diffamationem. de
qua pudicitia & consuetudine regni christianissimi
rex dicere potest, quod Iustinianus dicit in di-
cta l. si qua illustris. hunc morem honestè viuendi ipsi
pudicitiam quam semper colendam censemus, merito
dedicamus. Ideo tamen in regno inter bastardos
& eorum parentes esset legitima successio, ipsi ba-
stardi si bona habeant, possunt de illis etiam viuente
patre contrahendo vel testando disponere, quia ab
eis incipit caput & linea, ac si ab alio non descendis-
sent. Imò quando legitimantur, etiam ad requiritam
patris, ad plus competendum libidinem & ad matri-
monia regnicolas incitandum & inuitandum con-
suevit rex partem bonorum capere, vel certam finem
150 tiam per dominos camerarum coputorum Parisiis pra-
cedenti inquisitione valoris bonorum taxandam: si-
ne cuius authorizatione computorum camerarum legi-
timatio fortiri non posset effectum. Vnde tamen si ba-
stardi per regem non legitime ab intestato mori-
antur sine liberis, sicut tunc ex consuetudine regni ipsi
nominati succedunt, sic etiam nemo parentum eis suc-
cedere potest, nisi siueus, ac si parentes nullos haberent:
vel alius dominus temporalis cui subditi sunt: dum
tamen hoc ultimo casu tria concurrant, secundum
consuetudinem. Primum, quod nati fuerint in eius-
dem domini terra. Secundò, quod ibi moram & re-
sidentiam faciant. Tertio, quod ibi moriantur & de-
cedant. Si autem haec tria concurrerent, rex bona il-
lorum occuparet ab intestato tanquam vacantia.

Tamen officiarum regij aliquando etiam illis tribus concurreribus omnia capiunt & vendunt, ne dominis præiudicetur, vt infra dicam in quarto articulo

Or domini prædicta intelligatis vera, scilicet bastardos hæreditate non posse in hæreditate temporalis & terrena: tamē secus seruat in hæreditate cælesti & æterna: cuius sunt ipsi, ac si legitimi forent capaces, dummodò Christi vestigia imitentur, & ab eius corpore non separentur, cuius per fidem & sacramentum membra effecti sunt secundum Hieronymum. Vnde cumque enim homines nascantur, si parentum vestigia non sectentur, honesti & salui erunt. Cum semen hominis ex qualicumque homine, Dei creatura sit. Ideo licet malè videntibus malè sit, non tamen ipsum aliquando malum est, vt Aurelius dicit Augustinus, quia non in feminibus, sed in voluntate nascens causa vitorum est atque virtutum, vt præfatus ait Hieronymus in epistola contra Rufinum, & habetur lvi. distinct. cap. vnde cumque. cum sequentibus quinque. Vide Bald. in c. vnic. §. naturales. si de feu. sic. contro. Sola enim fide propria si adulti, aut parentum si infantes sint, ad eam per lauarum regenerationis in baptismo legitimantur quo ad æternam hæreditatem, sicut per principem quo ad terrenam & temporalem. Per lauarum ergo regenerationis in baptismo per ecclesiam adoptantur in filios Dei. Ita quod sicut bastardus per aliquem adoptatus efficitur eius filius & successor. l. cum in adoptiuis. C. de adopti. sic etiam bastardi hominum per baptismum & fidem Christo adoptati sunt successores sui: & consequenter participes gloriæ suæ, nisi per peccati ingratitude hæredentur: & sic licet patri naturali succedere non possint, tamē adoptiuo legitime succedunt. Inde procedit, quod hæretici atque infideles sunt de iure hæreditatum incapaces, vt in Authentica, gazaros. C. de hæreticis. Ego autem præsupposita consuetudine Franciæ crediderem, quod postquam bastardi suis non succedunt parentibus nec econtra, sed fiscus ab intestato. Quod si liberis habent legitimis, sibi uicem succedant, videlicet liberi ipsi bastardi, & bastardi suis liberis.

Ita tamen quod inter eos si consuetudo esset in patria, quod proximior de parentela venditoris infra annum rem venditam pretium offerendo retrahere ab emptore possit, locum haberet retractus: iuxta capitulum, constitutus. de in integrum restitutione, sed non inter bastardum & patrem aut matrem suos, nec econtra: vt scilicet bastardi retrahere possint rem immobilem à patre, matre vel altero ex parentibus paternis aut maternis ascendētibz vel collateralibus veditam, nec illi rem à bastardo alienatam, cum inter eos cesset ex regni consuetudine omnis legitima successio, & consequenter tractatus, qui ratione proximitatis sicut successio defertur, vt dixi primum continuando supra articulum. [De iure communi inter patrem & filium bastardum non habet locum retractus, & minus inter eos & ceteros pariter paternos: quia non sunt de agnatione, vt plenè habetur super verbo, Raynuius de Clera. Bartol. in l. tutelae. ff. de capi. diminutio. Nec comprehenduntur statuto vel consuetudine fauorabili. glos. in cle. j. de bap. Sed inter eos & matrem si res ab ea alienatam retrahere vellent, hoc facere possent: cum iure communi ei succedant l. si qua illustris. C. ad Orsitia. nisi consuetudine essent à successione matris exclusi, vt hic.] Nam tamen in tali retractu necesse est duo concurrere, videlicet naturalitas, & ciuilitas: quæ

ciuilitas cessat in bastardis, vt videtis. Pariter de co, quod cum inter bastardum & suos liberos illa duo concurrent, locum habet retractus. Et similiter, quod liberi liberorum ipsius bastardi inter quos & illorum deinceps ascendentes & collaterales locum habet legitima successio à bastardo infra, qui caput tenebat, & lineam inchoauit, & exorditus est, & à quo defluit, etiam locum habebit retractus bastardo aut eorum aliquo rem immobilem alienante. Non tamen habent illi retractum aliquo de ascendētibz vel collateralibus bastardi alienante: qui cum inter se succedere vt dixi non possint, sic nec retractum præterdere: quia consuetudo quæ eos à succedendo inter se repellit, etiam eos à rem veditam retrahendo excludit, secundum Masuerum tit. de retractu. §. penul. Et notanter dixi supra sicut bastardi succedere mortuis sine liberis. quod etiam sentit Masuerus allegato tit. de success. testa. & vlti. volunt. §. item bastardus. Plus tamen credo, quod si liberos legitimos non haberent, sed solam vxorem relinquerent, ipsa sicut filius legitimus sicut excluderet, & quocumque alium temporalem dominum. Quia peccatum & paterna incontinentia, quæ inter eos & parentes successione impedit, certè in coniugio deficit: vnde sicut non stantibus parentibus, vxor viro succedit, & vir vxori, excluso fisco & quocumque temporali domino, vt plenè dicam infra in iij. articulo. Sic etiam in casu nostro succedere debet stantibus parentibus lege, aut consuetudine successione incapacibus, qui pro mortuis habentur. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi Bar. multa bona dicit. Quod maxime est in Francia tenendum, vbi etiam stantibus parentibus ad succedendum habilibus, imò stantibus liberis, vxor in quibuscumque ex consuetudine succedit, vt dicam in dicto iij. articulo. Et quod vxor sicut excludat in casu nostro, sentit Bal. vnic. verbo in dicta l. si qua illustris, circa medium. Et idem puto eodè in marito, quod succedat suæ vxori bastarde, cum eorum coniunctio sit legitima: cuius fauore tenetur pater filiam dotare spuriam, in qua dote cum sit patrimonium & hæreditas sua. l. iij. §. sed verum. ff. de minori. si aliter non disposuerit, succedet ei ab intestato maritus liberis ex matrimonio illo non stantibus, quod est nota. Quæ omnia vobis sufficere debent quo ad horum filiorum & parcentium naturalium tantum ab intestato successione. An tamen possit amafius inter viuos aliquid donare aut testamento relinquere concubinae suæ? Dicitur quod sic, in affectionis. ff. de dona. Possunt enim & debent philocapti seu amafij suis donare amafis, nec econtra. In quo credendum est Cyn. tanquam experto in l. j. C. de mulic. quæ seruis propriis se iunxerit. vbi dicit in talibus plus valere & operari donum, quam suspitium: quia ad habendum eas requiritur donum aut ferreū membrum secundum eum ibi. Nec pascuntur verbis, cum sæpe fuerint verbo adulatorio deceptæ. [Vide pulchra quæ habentur super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. loquendo de vxoris pulchritudine, super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. loquendo de venari potest concubinae aut legari, non tamen possit hæres institui in præiudicium fratris ipsius testatoris. Et si institueretur, cum sit turpis persona, [Vide infra articulo. iij. in ix. conclusi.] l. p. l. am. ff. de ritu nup. & infamis, possit frater testatoris testamentum illud vt inofficium querelare: quo rescisso succederet

Successio ab intestato.

deret fratri ab intestato. l. fratris. & l. fratres. C. de inofficio. testa. & ita consuluit Ange. consi. clxxj. incipiente, Super puncto prædicto & c. & Bald. frat. tercius in l. j. ff. de his qui notan. infra. Idem sentit, dum dicit infamem infamia facti esse turpem personam, quæ fratrem ex hæredatum non repellit à quærela testamenti. Et minus cum repelleret leno in testamento fratris institutus, qui turpior est meretrice. Cum sit infamis de facto & de iure. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui notan. infra. vnde in testamento institutus repellitur ad querelam propinquorum. Imò plus fecit Quintus Metellus prætor Romanus, qui nullo de parentibus testatoris conuente, Verilium lenonem in testamento cuiusdam iuuenis hæredem institutum, bonorum possessionem secundum tabulas, & sic gaudentiam hæreditatis petentem, ex officio repulit: & hæreditas parentibus ab intestato remansit, vt refert Valerius libro vij. ritu. de testa. rescissis. in fine. Quintus, inquit, Metellus Verilium lenoni iuuenis bonorum possessionem secundum tabulas testamenti non dedit, quia vir nobilissimus & grauissimus, scilicet Metellus, fori ac lupanaris separandam conditionem exstimauit: nec aut factum illius, scilicet iuuenis testatoris comprobare voluit, qui fortunam suam in stabulum contaminatum proiecerat: aut huic scilicet lenoni instituto hæredi tanquam integro cui iura reddere: qui se ab omni honesto vitæ genere abruperat, scilicet in lupanari immundo & foetido viuens. hæc ille. Præsumitur enim tale testamentum non sana mente profectum esse. l. j. ff. de inofficio. testamen. Etiam tamen in dicto concubinario ab intestato sine parentela non succederet concubina, vt supra tetigi in principio huius articulo. Nec econtra: quia non reperitur in iure bonorum possessio vnde vir & concubina: sicut reperitur, vnde vir & vxor. vt plenè dicam infra articulo. iij. Præterea vidistis supra, quod filij naturales tantum non succedunt in Fracia. Vnde minus succedere potest concubina: quæ (vt dixi) est turpis persona, & succedere est honor, qui turpibus non datur. Sufficit ergo quod aliquid ei dari aut legari possit. Et idem in ea quæ tenetur tanquam vxor in matrimonio, vbi matrimonium non tenet: quia fortè confanguinea, vel affinis, vel alio modo prohibita, dum tamen ipsa cui relinquatur impedimentum ignoret, secus si impedimentum sciret, quod in dubio præsumitur ignorare, præsertim si contractum fuerat matrimonium palam non clandestinum, argu. l. fin. ff. de ritu nup. & cap. si. de clandest. despon. secundo Bart. in l. miles. §. mulier. ff. de testa. milita. Sanè tamen intelligendo, quod donari potest & relinquari amafis, tamen nisi donans miles esset, qui nihil dare potest concubinae suæ: quod fuit maxime prohibitum, vt fecimur nihil sperantes habere, non sequantur milites. l. ij. C. de dona. inter virum & vxorē. Ad instar cuius idem deciditur in clericis, qui milites sunt inermis & cælestis militiæ, secundum Bart. in dicta l. affectionis. & Panor. in cap. j. de clerico ægroto. idem Bart. in l. mulierem. ff. de his quibus vt indig. & in dicta l. miles. §. mulier. ff. de testa. milita. & fuit originale dictum Ioan. Andr. in nouel. in dicto cap. de his. de sepul. Sic etiam erit in doctore & aduocato, vt non valeat donatio per eos facta concubinae, [Vide infra super verbo, Testamentum. j. in nona fallentia.] Secundum Hostien. in summa tit. de donatio. §. & cui. quod sequitur Barto. in l. miles. ff. de re iudic. & ita consultum in ciuitate Perusij, &

iudicatum in ciuitate Spoleti, refert Ludou. in dicta l. affectionis: nisi in talibus donationibus iuramentum interuenisset, & per donatorem præstitum fuisset: quia eas validaret, vt consuluit Ludou. in dicto consil. xliij. incipien. Ad primum quæsitum. Et eodem modo valeret donatio per eos facta concubinae, quæ tempore mortis donatoris erat bonæ opinionis absque suspitione, vt quia iam conuersa fuerat & emendata, [Quia tunc non esse censetur meretrix, imò honesta reputatur: ad eodè quod raptus in sui persona commissus capitaliter puniretur, vt plenè habetur super dicto verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. in fin.] & idem si adhuc meretrix foret, tamen ei relinquere, vt ad frugem melioris vitæ reduceretur. Puta quia daretur ei dos, cum qua maritaretur, vel pro alimentis: ne causam habeat nec occasionem amplius meretricandi, quia fortè est pauper. Quod scilicet dotis & alimentorum relictum dicitur pium, & valet, vt in piam causam factum, secundum glos. in dicto §. mulier. per text. in l. neque. §. j. vers. sed si mortis tempore. ff. de testamen. milita. & Bald. in l. imperialis. C. de nupt. Et idem si propter merita seruicia donatum foret concubinae vel relictum, vel ob aliam causam honestam: dum tamen veritas causæ propter quam donatum fuit, probetur per eam. Cum ad illam causam præsumendam non sufficiant narratiua instrumenti donationis, secundum Barto. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. & in propriis terminis consuluit Pet. de Anch. c. c. lxviij. incipiente, dubium facit. & hoc est quod recitat Valerius libro viij. tit. de priuatis iudiciis. Tde Caio Vicelio Varrone, qui graui infirmitate oppressus, tercentum millia numerum ab Octacilia eius concubina sibi mutuata fuisse falsò confessus fuit: ex qua causa in testamento recognita, voluit ei iure legati solui. Et quia contra votum concubinae mortem Varronis amafij sui (vt summam haberet) affectantis, Varro ipse reconualuit, à quo Octacilia concubina velut districta foeneratrix dictam summam petere iudicialiter non erubuit, cum tamen de mutuo aliter quam per simplicem confessionem amafij non constaret, Caius Aquilius iudex à tali petitione mulierem repulit, vt ibi dicitur in hæc verba: Caius Vicelius Varro graui morbo correptus, trecenta millia numerum ab Octacilia Latarenti, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est, eo consilio, vt si deceisset, ab hæredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem, debiti nomine colorando. Eua sit deinde ex illa tempestate, scilicet infirmitatis aduersus vota Octaciliæ, quæ offensa, quod spem prædæ suæ morte non maturasset, id est non accelerasset ipse Varro ex amica obsequenti: subito districtam foeneratricem agere cepit, id est gerere se crudelem in petendo dictam summam verè non mutuata, scilicet numos petendo: quos vt fronte inuerecūda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re Caius Aquilius vir magnæ autoritatis, & scientia iuris excellens iudex adductus, & adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia & religione sua mulierem repulit, hæc ille. Vnde tamen donatio aut legatum concubinae factum à milite ex iusta causa, vel quocumque alio contractus, nisi cause veritas probetur, non valet. Et merita, sunt donandi iusta causa. Tamen si donatio ob merita vel alia causam expressam excederet, in illo pluri non valeret: sicut dicitur de donatione facta filio benemerito, &

cui plenius fauetur, vt tenent omnes in l. si dominatio-
 164 ne, vbi plenè Alexand. C. de collatio. Succedit
 165 tunc tertium discutere articulum, scilicet de suc-
 cessione filiorum, & parètum legitimorum. [Istud
 est quartum genus hominum scilicet qui legitimi
 tantum seu legales dicuntur, vt supra dixi in prin. j.
 articulo.] tantum, quales sunt adoptati, vel arroga-
 ti. Cum enim quis non habet liberos naturales, po-
 test sibi per adoptionem ciuiles filios acquirere, qui
 legitimi tantum dicuntur. Sicut fecit Ioan. Andre.
 qui cum masculum quempiam filium non haberet,
 Ioannem Calderini sibi adoptauit in filium, qui ma-
 gnus doctor euasit. de quo ipse mentionem fecit, &
 magis specificè Philip. in capitulo, cum secundum
 leges de heredi. libro sexto. Quæ filiatio dicitur ci-
 uilis, quia actu ciuili contracta, scilicet per adoptio-
 nem. Quæ quidem t adoptio duobus modis fit,
 aut principis rescripto, vel imperio & autoritate
 magistratus. Autoritate imperatoris potest quis si-
 bi adoptare eos, qui sui iuris sunt, id est qui in sui pa-
 tris naturalis potestate non sunt. Quæ species adop-
 tionis vocatur arrogatio, quæ nemo præter impe-
 ratorem aut ius imperij habentem, autorizare po-
 test: cum sit de referuatis imperatoris, vt eius autho-
 ritate fiat, aut illius cui ipse expressè commiserit.
 Nec venit talis potestas in generali commisione, si
 expressè commissa non fuerit, secundum Baldum
 in l. penultima. §. fina. C. de adopt. Quia in ea de ma-
 gno agitur præiudicio, eo quod filius arrogatus qui
 sui iuris erat, in potestatem transit patris arrogato-
 166 ris etiam extranei. Et inde dicitur quod arrogatio
 est actus legitimus, per quem homo sui iuris princi-
 pis autoritate in alterius ingreditur potestatem, pe-
 nè naturam imitans secundum doct. in l. j. ff. de adop.
 Et nedum transit ipse solus in potestatem patris ar-
 rogatoris, quinimò & bona sua omnia: adeo quod
 sibi aliquid referuare non possit, & si aliqua referua-
 tio fieret, non teneret. l. paterfam. in prin. ff. de adop.
 quin ipse filius in potestatem arrogatoris transeat,
 cum suis omnibus bonis: quæ quo ad dominium &
 possessionem transeunt ipso iure ad patrem arroga-
 torem. l. si adoptauero. vbi glos. Bart. & docto. ff. de
 preca. Prout dicitur de professo, & monasterium in-
 gressio, cuius bona monasterium ilico possidet absq;
 alia corporali apprehensione, in Authen. ingressi. &
 l. si. C. de sacrosanct. eccle. dum tamen in præsentia
 167 gno expressa fiat bonorum dedicatio. Cum aliàs bo-
 na non sequantur personam, vt in primo articulo dixi
 quod secus est in arrogatione, vbi bona personam se-
 168 quuntur, si de illis nihil dicatur. Cum t consue-
 tudo Franciæ extra suos terminos, quia de profiten-
 tibus loquitur, non extendatur. Et quicquid
 acquirit arrogatus, patri acquirit arrogatori pleno
 iure in profectitiis, & solum vsumfructum in aduen-
 titiis cum administratione, proprietate illorum sibi
 filio referuata, cuius est hodie filius capax. Et pariter
 bonorum castrensiū & quasi castrensiū, de qui-
 bus omnibus plenè habetur instit. per quas personas
 nobis acquirit. & in l. cum oportet. C. de bonis quæ
 liber. de quibus bonis etiam patri naturali & legiti-
 mo nihil vnquam acquirebatur, & minus acquirit de-
 bet patri arrogatori, cum in talibus bonis filius ha-
 beatur p. patre. l. j. ff. ad Macedonia. & dicta. l. cum
 oportet. & instit. de acquisitio. per arrogatio. §. j.
 169 Similiter transeunt in potestatem patris arroga-
 toris liberi ipsius filij, qui arrogatur, naturales & le-
 gitimi, siue legitimi tantum, putà adoptiui, si quos

habebat. vt instit. de adopt. §. illud. & l. patre arro-
 gator. ff. de adop. per quem tex. iuncta dicta l. si pater.
 dicunt docto. quod duces illi infideles qui se iure
 belli submiserant regi Vngariæ, non solum submis-
 si fuerunt, sed etiam terra eorum simul & vasalli-
 cum, seruiente capite, necesse sit omnia membra ser-
 uire. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bo. posses. se-
 cundum tabul. vt dicunt Bald. & Ange. in d. §. illud.
 [De hac submissione loquens Bald. dicit singulari-
 ter in cap. ij. circa fin. de fide instr. quod quando ali-
 quis & fortè ciuitas submitit se alicui princip. por-
 tat chartam albam, quæ est sicut tabula rasa in qua
 nihil est depictum cum sigillo communis: & nota-
 rius qui missus est cum illo, sigillo potest scribere
 quicquid est de natura negotij & voluntate domini.
 Et de virtute & potestate schedulæ vacuæ in albo si-
 gnate & sigillatæ postea repletæ, dicitur & plenè per
 Innoc. & tangit Pano. in fin. & ipsemet Bald. in d. c.
 ij.] Sicut dicitur de professo, qui de iure communi vi-
 detur omnia dedicasse, vt scilicet omnia monasterio
 competant & in eum transeat, etiam feuda & vasal-
 li. & in Francia si hoc expressè dicatur secundum Ioã.
 Fab. in Auth. ingressi. C. de sac. san. ecc. nō tamen vt
 ibi perpetuò maneat temporalia illa bona, de qui-
 bus tenetur monasterium infra annū & diem se dis-
 uestire, & manus suas euacuare, ne Cæsari præiudice-
 tur, aut cum eo componere iuxta regias ordinatio-
 nes, quæ generali consuetudine Franciæ seruantur,
 secundum Specul. titu. de loca. §. nunc aliqua. versic.
 cxvj. & cxvij. vt plenè vidistis in primo membro pri-
 mi articuli in quinta decisione. Et t permitit fa-
 ciliter princeps eo tuc arrogationem, vbi adultus li-
 cet minor xxv. annis, aut maior arrogatur. Si autem
 impubes esset, qui arrogari petitur, talis arrogatio
 fieri debet presentibus & consentientibus parètib;
 suis, maximè proximioribus ad eius fortè successio-
 nem venturis: cum de illorum præiudicio agatur, at-
 tento quod per talem arrogationem nedum bona
 pupilli, sed etiam persona illius alienatur, & transfe-
 ritur in alterius potestatem. Vnde causæ cognitio ad-
 hibenda est plenissima tredecim obseruatis iurimen-
 tibus, de quibus in §. cum autem impubes. instit. de
 adop. Bar. & doct. in dicta l. si pater. §. in arroga-
 tionibus. & l. nec ei permittitur. ff. illo cod. titu. Qui-
 bus discussis princeps aut ab eo expressè commissus
 172 permittit arrogationem, vel denegabit. Et t in
 hoc errauit Aulus Gellius libro v. noctium Attica-
 rum, capitu. xix. volens indistinctè impubrem ar-
 rogari non posse, contra text. in dicto §. cum autem
 impubes. Credo tamen quod intelligebat ipsum pu-
 pillum non posse arrogari quouis modo autoritate
 cuiuscunque ordinarij: nec intellexit de principis
 autoritate, quæ in communi non venit considera-
 173 tione, imò censetur semper excepta, licet non dica-
 tur. Et t nedum parentibus per arrogationem præ-
 iudicatur, sed interdum & extraneis: quia per eam
 substitutio pupillaris à patre quondam naturali fa-
 cta filio nunc arrogato extinguitur, quæ erat testa-
 mentum filij, vt dicta l. Papinianus. §. sed nec impu-
 beris. ff. de inofficio. testa. vt si filius impubes ante ar-
 rogationem decessisset, eos licet extraneos hæredos
 habuisset. quos pater naturalis ei pupillariter substi-
 174 tuerat. [De quo plenè infra super verbo, si absque
 liberis moreretur. secundò. in materia pupillaris sub-
 stitutionis.] nunc facta arrogatione illos non ha-
 bebunt extincta substitutione, hæredes. Quia cum
 trāsierit in potestatem patris arrogatoris, testamen-
 tum

tū habere non potest. l. qui in potestate. ff. eod. & di-
 xi in verbo, Matrem in super Cleram. Et inde est,
 quod circa hoc puidetur hodie substitutus & cæteris,
 quibus hereditas pupilli debetur ex eius testamē-
 to seu pupillari substitutione, quæ suum dicitur testa-
 mentum: aut iure legati, vel ab intestato sunt ei suc-
 cessuri: & prouidetur eis per cautionem, quam pater
 arrogator eisdem præstare tenetur tempore arroga-
 tionis. Quæ si præstita non fuerit, pro data & præsti-
 175 ta habetur, scilicet quod pupillo moriente intra pu-
 bertatē in arrogatione, eis bona restituet quibus de-
 berentur, si arrogatio facta nō fuisset. Ita quod casu
 ipso adueniente bona non ex substitutione, quæ fuit
 extincta per arrogationem, sed ex cautione præstita
 aut subintellecta restituentur, vt dicto §. cum autem
 impubes. Cæteræ verò aliæ substitutiones per patre
 naturale filio arrogato factæ, (prout sunt vulgaris,
 & fideicommissaria, cum ex testamento patris pen-
 deant, nec sint testamentum filij, sed ipsius patris
 qui eas fecit) nō pereunt, nec extinguuntur per arro-
 gationem. Imò filio arrogato in quacūq; ætate mor-
 tuo, lucra talium substitutionum tanquam debitum
 filij arrogati petuntur per substitutos à patre arroga-
 tore sicut peterentur à quo cūque alio filij hærede. l.
 in arrogatione. ff. de peculio. & l. j. C. de bo. author.
 iudi. possidē. vbi voluntas testatoris exequenda est,
 non obstant filij hæredis voluntate præstita in arro-
 gatione. Ex quibus magnis præiudicijs quæ pluribus
 inferuntur per arrogationem, non est mirum, si tanta
 requiratur in ea solennitas, vt videtis. Secundò
 174 t fit adoptio imperio & autoritate magistratus, id
 est iudicis ordinarij: vt quado adoptantur & affilii
 tur hi qui sunt in potestate sui patris naturalis, siue
 primum gradum liberorum obtineant, quales sunt
 filij, siue inferiores, vt nepotes, & deinceps infio-
 res descendentes. Quo casu si tales affiliētur seu ado-
 ptentur, sufficit in tali adoptione autoritas cuiuscū-
 que magistratus, etiā si parètes patris adoptiui non
 cōsentiant. l. cum adoptio fit. ff. de adoptio. quia in
 hac adoptione adest bonum & salubre patris natura-
 lis cōsiliū, in cuius est potestate: de quo erga filiū
 iura valde præsumunt propter diuinam cōiunctio-
 181 nem. Est enim inter eos diuinus quidam nexus. l. cū
 in adoptiuis. C. de adopt. Ex quo præsumitur pa-
 tris affectu propèsiore magis quàm dolo malo om-
 nia in filij fauorem fecisse. l. falsus. §. Julianus. ff. quod
 cum falso tutore. Cum non sit amor qui vincat pa-
 trum. l. isti quidem. ff. quod metus causa. imò con-
 tra naturales stimulos pater faceret, si ne sic tutor aut
 curator filij se excusare tentauerit. l. amicissimos. in
 fine. ff. de excusatio. tutorum. & l. Aurelius. §. Titius.
 ff. de libera. lega. Non enim (inquit Valerius lib. j. ti-
 tus. de somniis) est inter patrem & filium vllius rei
 comparisonem fieri, præsertim diuinitatis fastigio
 iunctos. Quibus cōsideratis prior esse debet præ-
 175 tor ad consentiendum patri rem filij sui tractare de-
 sideranti, vt dicta l. amicissimos. quàm alteri paren-
 176 ti vel extraneo tutori, vt dicto §. Julianus. Et t si
 quis filius ab extraneo adoptetur in eius potestatem
 nullo modo transit, sed remanet in potestate patris
 naturalis & legitimi, qui eum in adoptionem tra-
 didit, cuius vincula per adoptionem minimè dis-
 soluitur. Ob quod dicit glo. in §. sed ea omnia. insti-
 177 tū. de hæredibus ab intestato. quam ibi sequitur do-
 cto. Patrem t non teneri filium adoptiuum alere
 sicut teneretur filium naturalem nutrire licet spu-
 rium, vt vidistis. Et hoc propter dictionem tantum

modò ibi positam: nisi secundum Ioannē Fabr. ibi,
 talis filius operaretur patri adoptiuo: quia tūc debe-
 rentur ei alimēta, cum dignus sit operarius cibo suo.
 Nec claudī debet os bouis triturātis. Tales enim a-
 178 doptiui sunt tantū legales & ciuiles filij, nihil natu-
 ralitatē habentes: nec dicuntur veri filij solam filio-
 rum imaginem gerentes, quibus nature veritas defi-
 cit. l. filio quem pater. ff. de liberis & posthu. & inde
 dicitur t quod stante statuto vel cōsuetudine, quod
 masculis stantibus scēminæ non succedant, talis fi-
 lius legitimus tantum adoptiuus vel arrogatus filiam
 non excludet. Et pariter credo stāte statuto matrem
 nō excludi à successione filij intestato defuncti pro-
 pter agnatos ciuiles seu adoptiuos. Nam talia statu-
 ta naturalitatem considerant tales nō comprehendunt
 filios, nec parentes, qui tantum legales sunt &
 ciuiles: quia magis attendenda est natura, quàm ac-
 cidens. l. qui habet. ff. de tute. vt dixi in verbo, *Dum
 habens filia.* loquendo de dicto statuto filias exclu-
 dente propter masculos. Pariter tales filij non ex-
 cluderent substitutum patri datum, etiam adiecta
 clausula: si absque liberis moreretur. l. si ita quis. §. is
 cui. ff. de lega. ij. Nec (vt credo) veniūt etiam arroga-
 ti in aliqua dispositione, etiam inter viuos appella-
 tione filiorum, etiam si diceretur legitimorum sicut
 non comprehenduntur legitimi per rescriptum se-
 cundum Bald. in l. finali. C. de his qui veniam ætat.
 impetra. vt dixi supra in primo articulo in princip.
 Nec etiam in eis locum habet dispositio. l. cum ay. ff.
 ff. de conditio. & demōstra. nec l. cum acutissima. C.
 de fideicommiss. vt dicam in verbo, *Si absque liberis
 moreretur.* j. Similiter t patri nō succedunt in fe-
 179 do cap. vnico. §. adoptiuus. si de feudo fuerit contro-
 uer. j. Quinimò plus dicit glo. in §. sed ea omnia. t q;
 filius patre suum adoptiuum recta via in ius vocare
 posset, nō obtenta à pretore nec petita venia, nec in
 pœnam caderet. §. pœnales, instit. de actio. & l. fin.
 de in ius vocan. Tamen dicta glos. non tenetur com-
 muniter, cum negari non possit, quin talis filius pa-
 tris suo debeat reuerētiam, quæ sola dicitur causa di-
 ctæ prohibitionis vocadi patre, posito quod in eius
 non sit potestate, attento t quod etiam mater quæ si-
 lium in potestate nō habet, non potest per filium in
 ius vocari sine venia. l. quiq; litigadi. §. parentes. ff.
 de in ius vocan. Si verò quis daretur in adoptionem
 cōiunctæ personæ, puta auo paterno, vbi à filio emā-
 cipato genitus est, vel auo materno, aut alteri ascen-
 denti per rectam lineam: tūc solueretur potestas pa-
 tris naturalis, & talis filius transfret in potestatem pa-
 tris adoptiui, vt dicta l. cum in adoptiuis. C. de ado-
 182 & instit. illo cod. titu. §. sed cum hodie. Nam tado-
 ptio est quidam actus legitimus, per quem fit transi-
 tus de potestate vnus in alterius potestatem naturali
 vinculo concurrente, penè naturā imitans. Quo sci-
 licet vinculo non concurrente non fit potestatis pa-
 ternæ transitus in alium, vt dicto §. sed cum hodie
 Et sic mulier quæ filium in potestate habere non
 potest, filium adoptare non potest. instit. de adoptio.
 §. scēminæ. licet adoptari ipsa possit. Quamuis enim
 scēmina filios naturales per generationē, & spiritua-
 les per regenerationē in baptisate aut cōfirmatio-
 ne sibi acquirere possit, tamē filios ciuiles habere nō
 potest, vt d. §. scēminæ. Et rationē differentiæ po-
 nunt doct. ibi: & Panor. in capi. veniēs. de cognatio.
 spiritali, nisi ex indulgentia principis hoc mulieri
 permitteretur in solatium liberorum in acie amisso-
 rum, institutio, de adoptio. §. scēminæ. Et hoc mo-
 do bea

do beatus Ioannes fuit glorioſæ virginis filius ex indulgentia ſummi principis dicentis, Ioan. xix. Mulier, ecce filius tuus. quod factum fuit in ſolatiu Chriſti veri & naturalis filij in acie & bello cõtra hoſtẽ humanæ naturæ morientis. De quodam tamen mirabili modo filios adoptandi per mulieres videatis glo. in capitu. Iſmael. lvi. diſtin. quẽ practicare nunquam vidi: vos vt credo videbitis. [De quo habetur infra ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*. loquẽdo de patientia vxorum ad viros.] Quæ omnia faciunt pro intellectu rubricæ & totius titu. infra de cogna. legali. Cõtrahitur profectõ per adoptionem quædam ciuilibi ſeu legalis cognatio, matrimonium illa durante impediens, & iam contractum dirimẽs: vt ibi plenẽ habetur in ca. j. & inſtit. de nupt. §. ſed ſi qua. Et intantum, quod ſicut vitatur hæredis inſtitutio de illo facta, quẽ teſtator ſuum putabat filium naturale & legitimũ, qui non erat, ſic etiam nõ valebit, ſi eum inſtituerit, quẽ filium ſuum ciuilem ſeu adoptiuũ, & ſic legitimũ tantũ eſſe credidit, qui non erat. Quia ſicut error in coniunctione naturali vitiat inſtitutionẽ, ita etiam ſi accedat in cõiunctione legali & ciuili. l. neq. p̄ſo. C. de teſtam. & l. ſi pater. C. de hæredi. inſtitu. [Vt plenẽ dicitur infra 184 ſuper verbo, *cetera bona*. in fine.] His igitur fundamentõ præſuppoſitis, qualiter iſti parentes legitimi tantũ & ciuiles ex teſtamẽto vel ab inſtato ſuccedat, dicatis, q̄ interdum agitur inter eos de ſuccedendo ex teſtamento, vt quia teſtamentum fecerunt: & tũc ſi erant tali adoptione coniuncti, quẽ patriam operetur poteſtatẽ, prout ſunt filij autoritate Imperatoris arrogati, vel filij autoritate iudicis in adoptionem cõiunctæ perſonæ dati, qui per omnia comparatur arrogatis, inſtit. de hæredi. quæ ab inſta. §. ſed ea omnia authẽ. verſ. noſtra autẽ cõſtitutione. & duret adhuc patria poteſtas: tunc in omnibus & per omnia parẽtibz ſuccedere debet, & ab eis inſtitui vel nominatim exhæredari, ac ſi naturales eſſent & legitimi: quia vt dicit ſingulariter Bald. in dicta l. eam quam. C. de fideicom. Exiſtentia ſui hæredis etiam locũ habet in his adoptiuis: ita quod ſi in teſtamento patris præteritur, teſtamentum dicerent nullum: pariter ſi ſine legitima in teſtamẽto ex primenda cauſa exhæredarentur, teſtamentum querelare poſſent & rumpere per querelã inofficioſi teſtamẽti, vt plenẽ videbitis ſuper verbo, in eodem teſtamento relinquens. Et ſimiliter de conuerſo debet eis parentes ex teſtamento ſuccedere, & ſic inſtitui debent ac exhæredari, ſi cauſa exhæredandi ſubſit, vt ibi dicã. de quo habetur in §. adoptiuũ. & §. adoptiuos. inſtit. de exhæreda. libe. & in dicta l. cum in adoptiuis. Si autem tales filij adoptiuũ fuiſſent ex iuſta cauſa emancipati, non teneretur pater eos inſtituere in aliquo, nec exhæredare, imò haberentur pro extraneis: ſecũs ſi pro cauſa iniuſta eos emanciparet. Quo cauſa in bonis talis patris haberet quartam partem ex conſtitutione diui Pij, vt dicto §. cum autem impubes. & §. ſed ſi decedens. inſtitu. de adoptio. in qua quarta parte poteſt pater arrogator tali filio ſuo ſi pupillus ſit, pupillariter ſubſtituere, donec ad pubertatem venerit, vt dicta l. ſi arrogator. ff. de adopti. Sed poſt pubertatem in illa filius grauati non poterit, quam iudicio ſeu liberalitate patris non habuit, ſed principaliter prouidentia, ſcilicet ex dicta conſtitutione diui Pij, quæ quartam illam filio arrogato in bonis patris arrogatoris decreuit, & conſtituit. Si verò eſſet filius ſimpliciter adoptiuũ, qui in poteſta-

tem patris adoptantis non tranſiſſet, putã extraneũ, poſſet ex teſtamẽto ſecũdum voluntatem patris ſuccedere: ſed nõ cõtra vel præter eius voluntatẽ. Vnde ſi tali filio pater nihil reliquerit, nihil petere poterit, vt dicto §. aliquã autem. ibi. niſi in hoc cãtũmmodo caſu, vt poſſit ab inſtato ad patris adoptiuũ ſucceſſionem venire &c. inſtitu. de hæredi. ab inſtato. Sicut enim pater naturalis tantũ non tenetur filio ſuo baſtardo aliquid relinquere, vt ſupra vidiftis in ij. arti. Sic nec filio legitimo tantũ: imò quarta, quẽ filio arrogato debetur, non competit huic adoptiuo. Quia iura quæ dicunt eam filio adoptiuo deberi, capiunt adoptiuũ pro arrogato: cum nõ debeat ſimpliciter adoptiuo, per text. in dicto §. ſi dõ omnia ibi, neque quarta ei ſeruetur: nec vlla actio ad eius perfeccionem ei competit &c. Et in hoc differunt naturales tantũ, & iſti legitimi tantũ à filiis naturalibus & legitimis ex matrimonio genitis, quò ad hæc ſucceſſionem ex teſtamento, vt plenẽ dicam vbi ſ. Aliquando igitur inter hos legitimos tantũ de ſuccedendo ab inſtato, vt quia pater legitimus tantũ: ſcilicet adoptiuus deſceſſit inſtatus, nullo per eum condito teſtamẽto, aut ipſo rupto, quod idem eſt: & tunc dicatis, quòd deſcendẽtes, vt ſunt filij ſi fuerint arrogati, perinde ſuccedunt patribz ſuis arrogatoribus vt ſui, ac ſi eſſent ex matrimonio nati. l. j. §. ſuos ff. de ſuis & legi. hære. Adeò quòd ceteros excludit patris arrogatoris aſcendentes & collaterales parẽtes, qui nullum habent remedium, poſito quòd diceret arrogationem factam fuiſſe in eorum fraudem, cum fraus non facile præſumatur in tam ſolẽni acta per principem authorizato, cum tali & tantæ cauſæ cognitione. vt dicta l. ſi pater. §. ſi. ff. de adopt. Et idẽ in eo, qui datus foret in adoptionem coniunctæ perſonæ, in cuius poteſtatem tranſiuit: qui arrogato comparatur in omnibz, vt dicto §. ſed ea omnia. niſi fuiſſet, vt dixi, ex iuſta cauſa emancipatus. Quo caſu vterque loco extraneũ habetur. ¶ Si verò tales deſcendentes ſunt liberi ſimpliciter adoptiuũ, tales qui in poteſtatem patris adoptantis nõ tranſiuerunt, vt quia dati fuerunt extraneo in adoptionem, tunc adoptione durante patri ſuccedunt adoptiuo, vt ſui hæredes ab inſtato, per dictam l. cum in adoptiuis. §. & ſi quidem. Ita quòd ſuccedunt cum naturalibus & legitimis, vt ibi dicitur. & in l. ſi te. C. de ſuis & legiti. hæredibz. Nec eſt hoc hodie correctum per Authẽ. in ſucceſſione. illo eodem titu. Et adeò ſuccedunt tales eorum patri adoptiuo, quòd excludunt aſcendentes omnes, & facilius collaterales, & vxorẽ patris adoptiuũ, ac ſi ex matrimonio foret geniti: quia ſui ſunt vt dixi, & ſuorum hæredũ iura habet ad eos omnes excludendum, ſecũdum Bald. facit l. ij. §. liberi. ff. ad Tertyllia. ¶ Si tamẽ adoptio probaretur facta in fraudem aſcendentium, locum haberet remedium l. j. C. de inofficio. donatio. Et in hoc differt ab arrogatione, in qua non conſideratur fraus. Et fortiũs locũ haberent dicta remedia, ſi adoptio facta probaretur in fraudem liberorum ex matrimonio genitorum, quorum cuiuſcũq; intereſt, cum per adoptionem detrahatur iuri ipſorum, quia quantum plures erũt, tantò minus de legitima vel portione hæreditaria habebunt. ¶ Et ſic cum Carolus vj. rex quondam Frãcorum chriſtianiſſimus ex matrimonio ſuo Carolum haberet filium, cui regnũ debebatur, non potuit ſibi regẽ Angliæ adoptare in filium in præiudicium legitimi filij & naturalis, nec adoptio valuit, nec tenuit: quinimò regnũ dicto Carolo qui ſeptimũ vocatus eſt, do-

eſt, domini noſtri regis auo paterno delatum fuit, & merito, vt alibi dicam latius. [Vide plenẽ] ſuper verbo, in eodem teſtamento relinquens. j. in xvij. limitatione. Quia ſicut in legitimatione vocãdi ſunt habentes intereſſe, vt dictum fuit arti. j. in princ. ſic etiã in adoptione. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. ¶ Sanẽ tamẽ intelligatis, filios adoptiuos patri ſuccedere, ſi tempore quo pater ipſe moritur, duret ipſa adoptio. Quoniam ſi ſoluta antẽ fuiſſet per emancipationem, non ei in aliquo ſuccederet, vt dicta l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulum. tamen bene ſuccederet patri naturali, qui eos in adoptionẽ dederat, ſue duret ſue ſoluta adoptio fuerit. Quia vtrog; caſu patri naturali ſuccedunt, ac ſi in adoptionẽ dati nunquã fuiſſent, inſtit. de hære. ab inſta. §. at hi qui. & ſequenti- bus vſq; ad §. item vetuſtas. Ex t̄ quibus reſtat differẽtia inter liberos naturales & legitimos, & hos legitimos tantũ, quia primi ad ſucceſſionem vocantur aſcendentium, ſue ſint in poteſtate, ſue emancipati, vt in primo articulo vidiftis. Hi autem ſi emancipati fuerint ad ſucceſſionem nõ vocantur patris adoptiuũ: & ratio differẽtiẽ eſt: quia inter primos & ſuos aſcendentes eſt, vt dixi, nexus quidam diuinus. Et præterea eſt inter eos nexus naturalis, qui non ſoluitur actu ciuili emancipationis, cum ciuilia tollere naturalia non poſſint, quaſi diuina prouidentia conſtituta, inſtitu. de iure naturali. §. ex non ſcripto. facit l. ius agnationis. ff. de pactis. Sed in filiis adoptiuis nõ eſt cum eorum patre ſimpliciter adoptiuo, niſi nexũ ciuilibi & legalis filiationis, qui facilius tollitur per contrarium actum ciuilem, ſcilicet emancipationis, vt dicto §. at hi qui. ver. minus ergo iuris. Et hoc vbi deſcendentes ſuccedere petunt ſuis aſcendentibus. ¶ Si t̄ autem conuerſo deſcendentes adoptiuũ ordine turbato prædeceſſerunt, quibus aſcendentes ſuccedere volunt & petunt, dicatis quòd ſi pater arrogator filio ſuo arrogato ſuccedere velit ab inſtato, ſi quidem talis filius erat pubes bona habens caſtrẽſia vel quaſi, ei ſuccedit in illis: quia cũ in talibus bonis filius reputatur pro patre familia. l. ij. ff. ad Maced. habet in illis hæredem de iure, ſicut quilibet alter in ſuo patrimonio: nec potuit eũ pater naturalis grauare in illis quoquo modo in vita nec in morte, cum in eis ius nullũ haberet, inſtit. per quas perſo. nobis acquiruntur. §. j. Similiter ei ſuccedit pater arrogator in bonis aduentitiis quo ad proprietatẽ: cum per antea ſuus eſſet per arrogationẽ vſufructus eorũ: quia iura eadẽ habet pater arrogator, quæ habet pater naturalis & legitimus patria durante poteſtate. Et fortiũs ſuccedit in bonis profectitiis ipſius filii ſine liberis deſuncti, etiã à patre naturali & legitimo profectis, ſi per eundẽ patrem naturalem non ei fuerat ſubſtitutum filio. Si verò fuerat ab illo ſubſtitutum, ſi quidem vulgariter aut per fideicommiſſum, & conditio ſubſtitutionis euenerat, bona debentur ſubſtitutis, quia tales ſubſtitutiones (vt ſ. vidiftis) per arrogationẽ non euaneſcunt in quacunq; ætate filius moriatur. Si autem fuerat tali filio pupillariter ſubſtitutũ, & in ætate deceſſerit pupillari, ſucceſſio tã bonorũ paternorũ, ſcilicet patris naturalis, quàm ſuiipſius, ſubſtitutis pertinebunt. Non quidem vbi nec medio ſubſtitutionis, quæ per arrogationem vel adoptionẽ cõiunctæ perſonæ facta extinãta fuerat: ſed eis pertinebunt virtute cautionis per arrogationem tempore arrogationis præſtitæ, vel ſubintellectæ, & præſtitã habitæ, vt dicto §. cum autem impubes. inſtitu. de adoptio. Ideò ſi poſt pubertatem filius arrogatus

decederet, cum iam pupillaris ſubſtitutio arrogatione fuiſſet extinãta, & pariter cautio illa per eũtũm pubertatis, certẽ pater arrogator filio tunc ſuccederet, ſicut faceret pater naturalis & legitimus ſi viueret. Sanẽ t̄ tamẽ intelligatis per arrogationem omnino & perpetuò pupillarem ſubſtitutionem eſſe extinãtam, vbi pater arrogator ſuperuixerit filio. Quo caſu (vt videtis) ex ſola cautione ſucceſſio ſubſtitutis deſertur, & pertinet poſt mortem impuberis filij. Si autẽ pater præmoreretur, talis ſubſtitutio iure ciuili per arrogationem & ſtatu mutationẽ extinãta reconualeſceret de æquitate prætoria, cũ impedimentum ſit nunc ſublatum filio impubere ſui iuris moriente. inſtit. quibus modis teſta. inſtit. §. nõ tamen. ſe cundũm Barto. Bald. & communiter omnes in dicta l. ſi arrogator. Pro quibz facit optimẽ text. in l. poſthum. ff. de iniuſto rup. teſta. Et hæc de patre arrogatore, vel qui aliã ſibi coniunctim receperat in adoptionem, intelliguntur. Si autem eſſet extraneus & ſic ſimplex pater adoptiuus, qui ſuperẽſt ſolus, certẽ indubitanter filio ſuccederet adoptiuo inſolidũ. Sed ſi in ſucceſſione concurreret cum aſcendentibus naturalibus, puta patre & matre: tunc ſola mater ei ſuccederet in vna dimidia hæreditatis: & pater naturalis qui eum dederat in adoptionẽ, ſimul & pater adoptiuus qui eum ſuſceperat, in reliqua ſuccedunt dimidia parte, per text. in dicta Authentica. deſuncto. C. ad Tertyllia. vt vidiftis ſ. in ſecundo membro primi articuli, de auo & auia paternis, & auia materna naturalibus & legitimis. Quia ſicut tunc ſola auia materna tantum habet in hæreditate nepotis, quantum auus & auia paterni, vt in Authentica. de hæredibus ab inſtato. §. cõſequens. ſic eſſe debet in propoſito eadem ratione, vbi bona filij præmortui de cuius ſucceſſione agitur, fuerant ei aliunde quaſita, quàm à patre vel matre. Quia ſi quaſita ei fuiſſent à linea paterna, ſoli patres ſcilicet naturalis & adoptiuũ ei ſuccederet. Et pariter ſuccederet ei ſola mater in bonis tali filio prouentis ex linea materna, per textum in dicta l. quod ſcitis. §. final. C. de bonis quæ liberis. Et præmiſſa vera, vbi filius præmortuus fuerat loco filij adoptatus: quoniã ſi loco nepotis adoptatus fuiſſet, eo tunc talem auum adoptiuum in ſecundo gradu aſcendentium exiſtẽtem præcederent pater & mater naturales, & ſic eum tanquam remotiorem excluderent, vel alter eorum vbi ſolus eſſet, eum excluderet à ſucceſſione, vt dicto §. cõſequens. & dicta Authentica, deſuncto, ſecũdum Ange. in §. mortuo. inſtit. de acquiſitio. per arrogatio. Sed t̄ quaſi ſuccedant iſti ciuiles liberi ſeu legitimi tantũ, inter ſe collateraliter, vbi deſcendentes eis non ſuperſunt, nec aſcendentes, dicatis, quòd aut loquimur de adoptiuis, aut de coniunctis per arrogationem. Primo caſu aut ſunt adoptiuũ, qui in poteſtatem non tranſierunt patris adoptantis, vt quia dati extranei in adoptionem: & clarum eſt quòd ſuccedere non poſſunt aliquibus tranſuerſalibus, vt dicta l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulum. C. de adoptio. Si autem tranſierant in poteſtatem, vt quia traditi adoptione fuerant coniunctæ perſonæ, tunc ſuccedere poſſunt ex eo capite, quòd ſunt naturaliter coniuncti, in Authentico de hæredibus ab inſtato. §. nullam verò. Et ſi ex capite illo ſuccedere nollent, ſcilicet ex gradu naturali, ſed ſolum ex gradu ciuili, ſcilicet adoptionis, poſſent agnatis patris adoptiuũ ſuccedere, ſi adoptio antẽ ſoluta non fuerit emancipatione; non autem ſuccedere poſſent

lit, designatis (quantum ad annum alimentum satis esset) prouentibus. Hec ille. Et ex post Fredegondā rex in vxorem accepit: cuius consilio finaliter occisus fuit, post multa per eam perpetrata scelera, vt ibi plenē habetur. An autem Chilpericus iuste illam ob causam vxorem repudauerit, videatis cap. j. vbi glo. 208 xxx. q. 6. j. & c. ij. de cogna. spi. ¶ Quia de matrimonio post talem cognationem contracto nō est dubium, quōd illud dissoluit sicut naturalis consanguinitas, vt de Carolo pulchro, Philippi pulchri Francorum regis vltimo filio in regē promotō factū fuisse Guainus lib. viij. cap. j. refert, sic dicēs: ¶ Philippo scilicet longo sine liberis defuncto, Carolus eius frater Marchiæ comes successit. Hic cum Blancham Mahildis filiam desponsasset, eam a se dimittere cogitauit. Mahildis enim Blanchæ mater Carolum ex baptisimo lauacro suscepit. Quamobrem ecclesiastica lege filiam habere vxorem prohibebatur, Consul tus ad eam rem pontifex Romanus diffinit nuptias (nisi aliqua dispensatio præcessisset) esse incestas. Hec ille. ¶ Similiter in hereditate spiritali cessat inter parētes successio. Vnde videmus filium patri succedere nō posse in beneficiis ecclesiasticis, nec reliqui descendēs vel econtra. c. ad extirpandas. & ibi glo. & docto. de filiis presbytero. nō ordi. Et facilius permittitur in collateralibus. cap. ij. de arbit. & c. ex parte. la. j. vt Panor. in ij. nota. de offic. delega. facit capi. accēdēs. de accu. & glo. in cano. apostolica. viij. q. 6. j. Et vbi hoc permittitur, nō est ratiō successio nis: sed causa renuntiationis secuta superioris collatione nec successor causam habet in beneficio à prædecessore cui in illo succedere nō poterat: sed à superiore qui beneficium contulit. Ideo non est cum prædecessore vna & eadem persona, sicut est hæres cum defuncto. in Authē. de iureiurā. à mo. præsti. in principio. imō in his spiritalibus multum discrepat persona hæredis à defuncto. l. generaliter. §. j. c. de re. credi. Plus videtis in rebus prophanis parētes non succedere prælati, si de bonis ecclesiæ fuerint acq̄sita. c. inquirendum. de decimis clerici. Et in alienatione illarum extraneos proximioribus prælatorū esse præferendos, in Authen. quibuscumq; modis. C. de sacrosan. eccle. De cuius intellectu plenē Panor. in c. vt si 217 tur: ¶ nam licet donatio non valeat inter coniuges, & vxor. Tamē quia in vltima volūtate, puta testamento, codicillis & mortis causa donatione, præsumitur coniugem de bonis suis disponētem cogitasse, finem huius mutui amoris morte finituri: certē valet talis dispositio. Imō plus dicitur in l. fin. C. si quis aliquid testa. prohibe. nō fore iure prohibitum, sed permittitur, quōd maritus blando. ¶ Vt plenius habetur j. super verbo, condidit. ij. prope finem. ¶ sermone vxorem possit, & ecōtra vxor virum attrahere ad ipsum heredem instituendum, vel aliquid ei relinquendum. Prouiso quōd filius si quos habeat, legitimum relin-

quat, vel aliquid loco legitima, ne testamētū sit præteritione nullum, vt plenē dicam super verbo, in eodem testamento relinquitur, j. Et prouiso etiam quōd sit cōiunx ex primo matrimonio. Quia si vxor stantibus ex primo matrimonio liberis relinqueret vellet secundo marito, vel ecōtra maritus suæ secundæ vxori ad libitum, tale relictum non valeret, cum non ei potuerit relinquere, nisi quantum vni ex liberis primi matrimonij, cui minus reliquit, aut dedit. l. hac editali. C. de secū. nupt. Et præterea prouiso quōd nudæ & simplices blanditiæ intercesserint absq; mixtura cuiuscumq; coactionis, secūdū Bal. in l. si quis aliquid testa. prohi. Nec censetur liberis voluntas esse captatoria: quia captatorias institutiones, nō eas senatus improbat, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt, sed quarū conditio ad secretū cōfertur alienæ voluntatis. l. captatorias. ff. de hered. insti. ¶ Tamen quia tales blanditiæ, præsertim muliebres inter tam coniunctos sunt interdum periculosa, nō sine causa sunt in plerisque ciuitatibus statuto prouisum, quōd maritū in testamēto relinquere nō possit nec donare vxori. Quæ statuta valēt. & tenent secundū Bal. in l. j. c. de sum. tri. & ibi tenet, q̄ etiā vxor nō possit legare viro, si statutum hoc habet, nec ecōtra vir vxori, vt tenet in dicta l. si arrogator. vj. colū. v. si. ij. q̄. iij. q̄. iij. ff. de ad op. Et ibi plenē an talia statuta extendatur ad omnia bona etiam extra locum statuti (vbi ius commune seruatur) sita: & ibi post eū Ias. xxij. col. Quo stante statuto non valeret testamētum in cōmodum vxoris, etiam si hæres instituta nō esset, sed solum substituta, vel ei aliquid relictum: adeo quōd etiam si proprio & cōmuni eorū filio esset pupillariter substituta, licet pupillariter substitutio dicatur testamētū filij, & nō patris. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de in offi. testa. Tamen per eam succedere tunc filio nō poterit in bonis filij patris, ne indirectē admittatur ad ea, quæ directē sunt ei phibita. Aliās fieret facilliter fraus legi. Sed per eam solum succedet filio in bonis aliunde, q̄ à patre quæ sitis, secūdum Albe. in ij. parte statutorum. q. cxij. Subiungens ibi, quōd maritus eam tunc facere nō posset testamētū sui executricem, etiam ad distribuendum pro anima, nec alio modo fraus fiat statuto, nisi maritus ei alios daret collegas extraneos: quo casu cessaret fraudis suspicio secundum Alex. in ij. parte cōsi. l. vj. inci. prospectis testamēto & codicillis. ij. col. quē sequitur Ias. in l. nō dubiū. xj. col. c. de legi. facit quod à simili decidit Alex. in l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad 216 Trebel. ¶ Pariter valet cōsuetudo quōd mulier testari aut donare nō possit causa mortis, vt plenē per Bal. in c. j. de prohi. seu. alienatio per Fede. Præsertim sine cōsensu mariti. secundū Ang. cōsil. cxxvj. & plenē Ias. in l. ex facto. in vij. not. ff. de vulg. & pupil. Sed qualiter affines isti ab intestato sibi inuicē succedat, sequentes tenebitis conclusiones. ¶ Prima conclusio est: affinitatis iure nulla successio permittitur, vt scilicet parentes vxoris præmortuæ marito succedere possint postea sine parentibus mortuo ab intestato: imō in subsidium succederet fiscus. Et ecōtra parētes viri præmortui nō succedūt postea ab intestato mortuæ vxori sine parētib; sed illi succedit fiscus. l. affinitatis. C. commun. de success. & hac est veritas: quicquid voluerit glo. in verbo, postea in si. insti. de nup. §. affinitatis. ver. si. mariti. quā ibi expressē damnat Ioan. Fab. & Ang. ac doc. in l. j. & Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. licet eū glo. illa transtulit Ioan. de Pla. in d. §. affinitatis. Ex quo dicit Bald. in l. certum. C. vnde

C. vnde legit. q̄ in iure nō est dare bonorum possessio nē vnde focer & gener, nec vnde focrus & nurus. ¶ Secunda cōclusio est, q̄ parentibus deficientibus nūquam ab intestato sponfa suo succedit spōso eius futuro marito, nec ecōtra sponfa sponse. l. falsus. §. Iulianus. ver. sic. quod si intra. ff. quod falso tuto. quia sponfus non est verē nec propriē maritus, nec spōsa dicitur propriē vxor, donec matrimonio contracto vero aut ficto. l. nō sine ratiōe. C. de bonis quæ libe. iancto. c. is qui fidem. de sponfa. Ideo sponfus & spōsa non includuntur in dispositione dictæ l. j. & Authen. præterea. C. vnde vir & vxor. quæ iura loquuntur de successione coniugum omni deficientē parentela, propter quod dicit idem Bald. in dicta l. certū. q̄ apud iuristas nō est dare bo. poss. vnde spōsus & spōsa, nec etiam vnde cōcubiniarius & concubina: quorum alter alteri nō succedit ab intestato, licet omnis deficiat parentela. Quamuis enim concubina nō distet ab vxore in affectu animi, tamen multum distat in honore. litem legato. §. item interest. ver. sic. parui autem. ff. de lega. iij. iuncta glo. ibi. facit tex. in l. Malurius. ¶ Vt plenius infra declarat in ix. cōclusio. ¶ aliās incipit, per licem. ff. de verb. signi. secundū Bal. in l. etiā. in fi. C. de testi. Et succedere est honor: ideo deficit inter eos inter quos non etiam est diuina illa coniunctio, quæ inter coniuges cōsistit, qui socij dicuntur diuinæ & humanæ dom. l. aduersus. C. de crim. expila. hære. An autem ex testamento vel donatione possint inuicem succedere, dixi in secūdo articulo in fine. ¶ Tertia conclusio est, quōd deficientibus descendētib; in infinitum & collateralibus intra decimum gradum inclusiue, vxor in totum succedit marito intestato præmortuo. Et econtra succedit vir vxori intestato præmortuæ, vt dicta l. j. c. vnde vir & vxor. Et surgit hæc successio ex quarto capite succedēdi post descendentes, ascendētes, & collateralales. Et si maritus non staret, focer ipse succederet per vtilem bo. poss. vnde vir. arg. l. qui eorum. §. idem Pomponius. ff. de postulā. facit l. quia parentis. ff. solu. matri. & ita in solo focero Bal. in dicta l. j. saluat dictam glo. singularem in dicto §. affinitatis. ver. sic. mariti autem filius. vbi Ioan. de Pla. eam tenet, vt dixi, & deinde clariū eam sequitur in l. j. iij. colū. C. de bonis vacan. fisco. lib. x. Sed omnes doctes, & contrarium tenēt: & est communis opi. per tex. in l. si verō. §. de viro. ff. solu. matri. vbi iura loquentia de viro & vxore prout sunt dicta l. j. & Authen. præterea. C. vnde vir & vxor. locū nō habent in focero, nisi de ipso loqueretur expressē, put nō facit dicta l. j. imō ipse met Bal. in dicta l. certum. C. vnde legit. tenent & melius, focerum nō succedere. & in dicta l. affinitatis. C. cōmunia de success. hoc reliquerat cogitandum. Et hanc partem, quōd non succedat, tenent Nico. de Vbal. Iason, & ceteri moderni. Præterea cōiunctio illa diuina & humana (quæ inter ipsos coniuges existit, qui socij sunt diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crim. expila. hære. fuit & est causa succedēdi inter eos, quæ deficit, nec est inter focerū & nurū, aut focrum & generum, vnde focer nurui, aut focrus genero vel ecōtra succedere ab intestato nō possunt. ¶ Quarta conclusio est, quōd antequam coniuges in toto sibi inuicem ab intestato succedant, requirunt quōd omnis deficiat parētela: quæ si aliqui superest parentes, de descendētib; vel ascendētib; in infinitum, aut collateralibus vsq; ad decimū gradum, vt s. vidit in l. iij. præludio, certē loc⁹ nō esset successio inter cōiuges, vt d. l. j. c. vnde vir & vxor,

Tamen vno casu non stantibus descendētib; legitimis vxor aut vir succedit ascendētib; & collateralibus exclusis, vt dixi s. in ij. arti. prope fi. loquēdo de bastardis in Francia non succedēdis. Sed conclusio nostra loquitur de legitimis & eorū successione. ¶ Secundum statuta autem ciuitatis huius & Tolosanae, præmortua vxore in matrimonio sine liberis, maritus ei succedit in dote, quæ lucratur virtute statuti seu consuetudinis, etiam si matrimonium longo tempore nō durauerit, sed momento fuerit solutum, vt singulariter decidit Bald. per illū text. in l. nō tantum. C. de legat. Quod dictum magnificat ibi Ias. in princ. dicens hoc alibi nō vidisse tactum. Alleg. idē tenuisse ibi Ange. in lectu. florētina, quos ipse nō sequitur. tamen eorum opi. mihi videtur securior, per tex. in dicta l. non tantum, vbi lucrū delatum ab homine non perit propter breuitatē temporis, quo matrimonium durauit, ergo nec lucrū statuti. Et ecōtra vxor succedit marito in donatione propter nuptias, quæ nōs canonistæ dotalitiū vocamus, in c. ex parte. de foro cōpe. Tolosana vero cōsuetudines & statuta, eam agentiam, id est, dotis augmentum appellat, quod ex statuto, cōsuetudine, & modo computandi nostrorum Tolosanorum, ad dimidiam dotis partem ascendit. Et in his succedunt sibi inuicem coniuges, omni præmortuæ exclusa parētela, prouiso tamen quōd superiuius viduitatem seruet toto anno lucus completo. [De quo plenius dixi s. c. in j. præludio circa fi. & ibi in addi. aliqua dixi.] Et intelligatis, quōd marito præmortuo vxor lucratur illud dotis augmentum integraliter, si tota dos soluta fuerat marito, aliās non, nisi pro concurrenti quantitate dotis solutæ, per tex. in §. illud quoq; de nō est gen. secū. nuben. & in Auth. sed quæ nihil. C. de pac. tam super dote, quæ propter nuptias dona. Et si iurasset totū augmentum soluere, quia intelligitur si tota dos soluta esset, secus si in parte: quia tunc totū nō deberetur, vt l. si. C. de non nu. pecu. & clarē decidit Guid. Papæ, quæstio. cclxxij. Fallit in duobus casibus. Primō vbi maritus expressē renuntiauerit illi Authen. obligando se ad soluendum agentiam, dote soluta, vel nō soluta in toto vel in parte, vt ibi dicitur. Secundō fallit, vbi maritus dotem nō habuisset in totū, vel in parte, quia fidē habuit de dote dando terminum ad eam soluendum: quia si terminus pēdente marito præmoriatur, vxor totum augmentū lucratur, ac si tota dos fuisset soluta: quia per eam nō stetit, sed per maritum, qui non potuit præiudicare vxori absenti termino solutionis dotis nō cōsentienti: secus, si terminus ad solutionem dotis per maritū datus erat tempore suæ mortis elapsus, quia tunc est quod imputetur vxori. Ideo petere augmentum nō poterit, nisi pro modo solutæ dotis, vt in Authē. dos data. C. de donatio. ante nup. [Contrarium fuit Arresto Parlamenti Tolosæ decem die Aprilis, anno domini M. cccc. v. inter Annam de Noë relicta Bertrandi Pagefe domini loci Dazas, & Raymundum Pagefe heredem dicti Bertrandi, cui tota dos soluta non fuerat: quia non fuit condemnatus ad agentiam, nisi pro quantitate dotis solutæ: licet dictus Bertrandus, quondam maritus dictæ Annæ fidē habuisset de parte dotis nō solutæ.] Alij verō tenēt indistinctē maritum teneri ad totum agentiam, lapso, aut pēdente termino, postquam semel de dote fidē habet, vt clarē decidit idē Guido papæ hoc plenē disputado. q. cccclxxx. & plenius q. cccclxv. quod est not. pro consuetudine huius & Tolosanae ciuitatis.

tum, vnde in dictis ciuitatibus ex consuetudine derogatum est dispositioni iuris communis, de qua in dicta l. j. & l. iure succursum. ff. de iure dot. & l. dos a patre profecta. C. sol. matri. ita quod superuivens lucratur dotem, vel vxor donationem propter nuptias. Et si ambo simul moreretur ruina vel naufragio, locum etiam habebit statutum fauore lucris dotis vel donationis propter nuptias, secundum Bald. singulariter, in l. si possessor. §. si eodem. ff. de relig. & sumpt. func. per illum tex. cu glo. facit tex. in l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter virum & vxor. ¶ vbi presumitur donator premortuus, vt potius valeat donatio, quam percat. Et hoc vbi ageretur de lucro dotis solui, vel donationis. Quia si hinc inde lucrū deberetur superuiventi, videlicet marito lucrū dotis, & vxori lucrum agentiamenti, neutri deberetur, quia non constat quis illorum superuixit, vt l. si ij. qui inuicē. 223 ff. de dona. cau. mor. ¶ Circa illud statutū de lucrando dotem, menti tenebitis, quod si in loco mariti seruetur ius commune, & in loco vxoris sit statutum de lucranda dote, & premoriatur acquisitionum, in matrimonio, attenditur id quod seruetur in domicilio mariti, & non vxoris. l. exigere dotem. vbi Barto. Bald. & Ange. ff. de iudi. & Bald. in Authen. omnes peregrini. C. communia de success. quod intelligatis verum, vbi maritus vxorē duxerit in suam domum. l. cum quaedam puella. ff. de iur. iudi. omni. iudi. vbi omnes Innocen. & Ioan. And. in cap. j. de spō. cōcludunt, quod in matrimonio nondum consummato omnia regulantur secundum statuta loci contractus, sed in matrimonio consummato, secundum leges domicilij mariti, in quod fuit transducta vxor. Quia si vxor maritum duceret secum in domum suam (quod esset signum magnæ tristitiæ) tunc inspiceretur statutum vxoris, vt singulariter decidit Bal. in l. si. j. col. C. si à non compe. iudi. quod est no. pro statuto de lucranda dote vel agentiamento quam lucrantur, nisi contrarium pacti fuisset expressè. [Cautè dicit expressè, per ea quæ infra dicā loquendo de coniugibus, si successione eis delatā pacto tollere possint seu societatem ex consuetudine inductam] Et ad eod debetur marito lucrum dotis, quod nedum ipse illud petere potest vxore premortua, sed etiā post ipsius viri obitum hares eius tale lucrum petere poterit, licet maritus quandiu vixit, tacuerit, secundum Bald. singulariter in l. si arrogator. ff. de adopt. In ceteris autē bonis, quam dote & agentiamento, si quæ haberent coniuges, seruetur ius commune. ¶ Tamē in Francia & Parisiis etiam statibus liberis vxor succedit viro, & econtrā, in dimidia parte bonorum mobilium, & etiam conquestuum immobilium constante matrimonio acquisitionum, secundum Ioan. Fab. in §. j. in fi. in l. i. de acquisitione. per arroga. Sicut per legē Longobardam, aut Tuscanā ciuitatis consuetudinem, vxor viro succedit in tertia bonorum parte, vt hīc in tex. nostro, quam glo. ita declarat. Quæ quidem consuetudo interdum est causa spoliationis & depauperationis liberorum, & ditandi alium maritum, vt dicit idem Ioan. Fab. super rubri. in l. i. de nuptiis. in fi. Ad quod faciūt, quæ plenè dixi supra in j. p. l. i. Attamen valet talis consuetudo, vt plenè decidit Rota in nouis decisio. xvij. incipi. Fuit dubitatum & in relationibus positum &c. vbi etiam valet, quod in omnibus succedat mobilibus. eo enim ipso, quod ibi inter aliquos matrimonium contrahitur, quædā in iur. sit, & contrahitur tacita omnium bonorum mobilium, & conquestuum futurorum immobilium con-

stante matrimonio fiendorū societas, secundum Ioā. Fab. vbi §. & in Authen. in donatione. C. de secū. nup. Iaco. de Rauē. Cy. & Moder. in l. j. C. de sum. Trini pro quibus est tex. in cap. ij. secundum vnum intellectum, quem ibi tūc Panor. in ij. not. quem sequitur. Præpositus ibi. j. de dona. inter vir. & vxor. ¶ quod intelligatis verum data capacitate, & habilitate amborum, vt quia vterq; capax est bonorū acquisitionū, quia secus esset si alter esset incapax. Ideo dicit text. not. in c. j. an maritus succedat vxori in beneficio, quæ hæ consuetudines terrarum, quæ faciunt lucra & acquisitiona, non habent locū in feudis, & aliis rebus constante matrimonio acquisitionis, quæ cadere non possunt in femina, vt sunt cōmuniter feuda. c. j. §. hoc autē notandum, qui fū. dare pos. vt plenè dixi super verbo, *Duas habens filias*. Et vt sunt in præsentī regno ducatus & comitatus, qui sunt pares Franciæ, de quibus dixi §. artic. j. in ij. deci. Vel sunt officia, quæ & si emanant de communi pecunia, tamen mortua vxore erunt mariti, qui fuit capax illarum acquisitionum, quarū utilitas non cōmunicabitur hæredibus vxoris. ¶ Quia talia etiam inter fratres non veniunt in collatione honorū, nec in legitima computantur. l. j. §. nec castris. ff. de colla. bo. & plenè habetur super verbo, *Duas habens filias*. loquendo de ambitione officiorū. Et idē si maritus ex privilegio papæ esset capax emē di decimas: quia sibi soli & non vxori acquirerentur, de quo tamen dixi plenius super dicto verbo, *Duas habens filias*. In ceteris autem bonis & rebus cōquistis locum habet communio prædicta ex societate illa surgens inter eos. ita quod alter ipsorum non possit testamento vel aliā contrarium disponere, ad eod quod licet per privilegium liberè testandi marito vel vxori concessum, videatur data licētia testandi secundum ius commune, quo cōiunxit, nihil habet in bonis alterius. l. si quādo. §. j. C. de inoffi. testa. tamē propter hoc non videtur derogatum iuri municipali seu consuetudini loci, secundum Bal. ibi per text. in c. j. de consil. lib. vj. & l. decurionibus. C. de silētia. lib. xij. Præterea in concessione, & privilegio liberè testandi non censetur remissa solēnitās seu obseruantia, quæ omitti non potest sine damno & iniuria alterius. l. si quādo. in princ. C. de inoffi. testa. maximè in casu nostro propter illā diuinā & humanam societate existētē inter coniuges. Ex qua societate surrexerat olim inter Gallos talis consuetudo, Cæsare de bello Gallico lib. vj. referente, quod viri quātas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperāt, tātas ex suis bonis æstimatione facta cū dotibus cōmunicabant. Huius omnis pecuniæ cōiunctim ratio habebatur, fructusq; seruabatur, vter eorū vita superaret, ad eū pars vtriusq; cū fructibus superiorum temporū perueniebat. Hæc ibi. Quæ vestigiū fere huius mobilium & conquestuum cōmunicacionis, aut consuetudinis modernæ, quæ adhuc in Francia potissimum apud Borbonēses seruatur. Et surgit hæc consuetudo ex prædicta diuina & humana cōiunctio inter virū & vxorē cōtracta, inter quos est cōsortiū oīs vitæ, ac diuini & humani iuris cōiunctio. l. j. ff. de ritu. nup. Sūt pfecto (vt dixi) socij diuinæ & humanæ, domus indiuiduā vitæ cōsuetudine retinentes. in l. de pa. po. §. j. & c. illud de præsum. ¶ Quæ societas vnū inter alias habet privilegiū, quod nūquā separatur nec diuidi pot. Sicut societas reliquæ, vbi diuina cōiunctio eo modo non operatur, diuiduntur saltē de cōsensu sociorū; nec valet pactū in cōtrariū. l. si cōuenit. ff. p. socio. vnde non sine causa hæc so-

hæc societas vitæ, vxorem facit quasi dominam bonorum mariti & cōtrā. l. j. ff. rerum amo. ita quod fructus bonorum suorum vsu promiscuo consumunt. l. §. ff. C. de pact. conuentā super dote. [Et sic vnus de bonis alterius moderatam elemosinam sine peccato facere potest, vt plenius dicitur infra sup verbo, *Quidam Petro tradiderunt*.] Quinimodō societas omnium bonorū inter coniuges fieri, & consistere potest, quia licet sit si alter sit incapax. Ideo dicit text. de iure. l. alimēta. §. qui societate. ff. de alimē. & ciba. lēga. & l. ex diuerso. §. item & Proculus. ff. solu. mat. de quo tetigit Bal. in l. si vxorē. C. de condi. inser. Et talis societas omnium bonorū quous sit inter eos vocatur in hac patria affrayamentū, cuius virtute bona omnia etiā ante contractū matrimonij acquisita, essent inter eos communia, vt expressè societas seu affrayamentum aliquid ultra consuetudinē operetur, de quo plenè per Ioan. And. in addi. Spec. tit. de instru. ed. §. cōpendiosè. verū, quid de consuetudine super verbo, se opponūt. in fin. Et maximè seruetur Parisiis dicta consuetudo, secundum Old. cōsi. c. xlvij. 227 incip. Præsupposita consuetudine in princ. Et dicitur proprie quæstus, illa quæ ex opera, solertia vel industria alicuius quæritur. l. coiri societatem. 228 cū sex legibus sequent. ff. pro socio. ¶ Ideo appellacione conquestus non continetur hereditas alicui obuenta, neq; donatio, vel legatum alteri coniugum proueniens. Per quod decidit Ioā. Fab. in proemio instit. super verbo, Alemanicus. quod donatio alteri coniugum facta à parente, cui aliā successurus erat in re donata, non censetur conquestus, ex quo alter coniugum partem habere debeat ex dicta consuetudine, quæ tūc locum non habet secundum eum: quem sequitur glof. pragmatice in verbo, quæstus, titulo de concubina. Pro quibus facit bonus textus in l. prima. ibi, tamē si cum testamētum non esset scriptū, ius successor futurus est. C. de his qui sibi scrib. in testa. Et idem videtur dicendum, vbi alter coniugum hereditatem venderet sibi obuentam, cuius pretium in emendo patrimonium cōuerteret: quia tale patrimonium sit emptum, non communicaretur inter eos velut conquestus, cum non sit acquisitio procedens ex opera, solertia, aut industria: imò succedit loco hereditatis venditæ, & sic sapere debet illius naturā. l. si cū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. tanquā subrogatum, & est eiusdē potestatis, & effectus. l. filia. §. Titia. ff. de condit. & demonstrat. facit l. si donata res. §. si spōsus. vbi Bald. & doctores. ff. de dona. inter virum & vxor. Et ita etiam refert seruari Matuerus, tit. de societate. §. item & dicitur conquestus, cum §. sequē. Circa quod dubium facit text. in dicta l. coiri societatem. cū sequenti. ibi, si quod lucrum ex emptione, venditione, locatione &c. Vnde cauti viri (licet facilis videatur responsio ad illum tex.) in talibus acquisitis declarant velle pecuniam ex venditione sui patrimonij redactam tenere locū patrimonij, aliā non empturū, quia tūc non reputabitur inter conquestus, vt veniat in cōmunionē, sed illud quod coniugi prouenit per consolidationem, dicitur conquestus, vt inter eos commune dicatur, vt si dominium vitæ rerum infeudatarum vel emphyteoticarū, propter diueria non facta cum dominio directo consolidaretur, secundum Ioan. Fab. & Ang. in §. si cui. & l. quocunq;. §. si fundus. ff. de leg. j. facit l. Marcius. §. fundo. ff. de lega. ij. Nam talia consolidata fierent cōmunia inter eos in dicto §. si cui. secundum Christophorum Porcum & Iasonem ibi, in vltima additi. in §. si eadem. instit. de lega. Et tenebitur quilibet con-

iugum in his conquestibus (stante dicta consuetudine) pro virili parte ad debita constante matrimonio contracta. Tamē Parisiis fuit mihi aliā dictū, quod mulieres matrimonio soluto non tenentur partē debitorum soluere, sed habent partem conquestuum & mobilium integram ex consuetudine, quæ ibi seruatur, ita quod hæredes defuncti viri tenentur integraliter onera soluere: quia non sunt debita communia sed hereditaria. Præterea non sunt talia debita effectualiter constante matrimonio cōtracta, cum effectum non sortiatur, donec post mortē testatoris, & adita hæreditate. l. omnia. ff. de leg. ij. [De quo plenè dicitur infra super verbo, *Mortuo itaque testatore*.] Et hoc locum habet talis inter coniuges cōmunio ex dicta consuetudine, nisi contraria cōuentione sibi coniuges prouidissent, videlicet quod vnus nihil habeat de bonis nec conquestu alterius, quod fieri potest. Quia consuetudo cū interesse particulare & priuatum respiciat, pacto cōtrario tolli potest. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Non enim fit ex hoc renuntians pauperior, & sic cessat ratio l. j. ff. de donante virum & vxor. secundum Rotam in antiquis, deci fio. dccclij. incip. Consuetudo est in quodam loco, & Mafuerus alleg. tit. de socie. §. j. in fi. idē tenet. Pl' dicens, quod tacite potest illi consuetudini renūtiari, putā si mulier alio modo sibi de dotalitio cōuentionali prouiderit: quia expressè sibi prouidendo videtur in illum casum tacite prouisioni legis seu patriæ consuetudini renuntiasse, præsertim tali consuetudini à iure cōmuni exorbitanti. arg. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posthu. & l. si cum dote. §. ff. solu. matr. [Bal. per l. Neratius. ff. de relig. & sumpt. func. videtur sentire contrariū, dum singulariter decidit, quod stante statuto, quod mortua vxore maritus lucratur tertiam partē dotis, si maritus recipiendo dotē promissit in casu soluti matrimonij integrā restituere dotē, certe non obstante promissione poterit tertiam retinere, per vnam glof. ibi volentem maritum obligatum ad dotis integram restitutionē, deducere posse iustā retentionem, puta expensas funeris. Ergo & portionē statuti, quæ iusta est, secus si expressè & specificè coniuges renūtiassent, & ita saluari potest, quod hīc deciditur, per text. in §. si verò expressim. vbi pulchrè Ange. in authen. de hæredi. & sal. colla. j. & supra tetigi.] Tamē in quibusdam terris, vt dicit, seruatur, quod mulier cōtūc electionē habet petendi dotalitium cōuentionale, vel consuetudinariū, nisi foret expressè dictū partes nolle consuetudinem seruare, cūm tacita cōuentionio non sufficeret. Imò decidit singulariter Bal. in l. si quando in princ. C. de inoffi. testa. & in l. si nondum. C. de fur. quod concessio principis, quod mulier liberè testari possit, non tollit marito facultatē succedēdi vxori in portioe dotis, vel alia in statuto expressa. Vnde restat, quod cessante dicta consuetudine, de iure cōmuni coniugum non succedit alteri, si omnis non deficiat parentela. Sed illa deficiente, vxor marito succedit in totum & econtrā, vt dicitur in cōclusionē. Quam extendo locum habere, etiam si tempore mortis vxor in domum mariti adhuc transducta non fuisset: quia sufficit matrimonium tunc inter eos fuisse contractum verbis, aut aliā per consensum de præfenti. l. ij. ff. rerum amo. & nuptias non cōcubitus, sed cōsensus facit l. nuptias. ff. de reg. iur. secus autē esset in casu statuti huius & Tolosanæ vrbis: quia vir dotem non lucraretur per mortem vxoris. nec econtrā vxor agentiamentum, si in domū mariti non transducta fuisset, & secundum aliquos ma-

rimonium consummatum cum ea. Secundo ampliatur dicta conclusio, ut etiam vxor curiam, & quodcumque aliud collegium in successione mariti premortui excludat. Quae quidem collegia si vxor non superesset ad successione vocarentur, sicut exclusio. l. prima & per totum titulum. C. de haered. decur. Curia enim & alia quaecumque collegia approbata succedunt curiali, & collegio sine parentibus defuncto, & succederet curia parlamenti consiliario, aut praesidenti sine parentibus & vxore defuncto; quia si vxor esset, curiam excluderet, ut dicta l. prima. Et idem seruatur in pluribus eiusdem societatis seu corporis, ut est societas nauiculariorum, vexillatorum, decurionum, cohortalium, & fabricarum, & etiam capitulariorum Tolosae, & consulum huius urbis, aut doctorum aliter cuius approbata vniuersitatis, & qualis est vniuersitas, ista, per Ioannem vigesimum secundum papam eiusdem urbis oriundum, anno sui pontificatus fundata. Quorum vno sine parentibus mortuo ab intestato, ei succederent ceteri de illo collegio, adeo quod si decederet vnus de prioribus seu ancianis vel consiliariis villae, succederent ei ceteri de illo prioratu seu ancianatu, secundum Barto. & Salic. in dicta l. j. C. de haere. decur. Pariter vniuersitas succederet scholari sine parentibus defuncto, nisi in omni casu vxor defuncti superesset; quia omnes illos excluderet, & potentior esset sicut de defuncto erat officarius, licet de stipendiis sicut fuisse ditatus & diues factus. Similiter praefertur collegio: nam licet collegiati & incorporati alicuius curiae vel collegij sint inuicem co-inuicem, & etiam verbis legis eos vocantis, ut supra in quarto praedictum declarauimus, cum tales societates sint quaedam species fraternitatis. l. verum. ff. pro socio. Tamem illa coniunctio est solum temporalis, terrena, & secularis. Societas vero inter coniuges existens est nedum terrena, quinimodo spiritualis simul & diuina: quia ut vidistis socij sunt diuinae & humanae domus, & duo in carne vna, qui inuicem se habent, possident, ac habentur & possidentur, nec eorum aliquis dicitur membrorum suorum omnino dominus, sed alter & vicissim. [De quo plene dicitur super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.*] Vnde non sine causa coniuges omnibus praefertur collegijs, & sicut summum priuilegium. Plus dicit Bart. per illum text. in l. si quis presbyter. C. de episcopo. & cler. quod coniuges succedendo inuicem praefertur collegijs etiam spiritualibus, & ecclesiasticis, vel clerico ab intestato defuncto, quo ad bona patrimonialia a suis parentibus vel aliunde seculariter quaesita vxor in succedendo ecclesiae praefertur, in qua maritus premortuus erat beneficiarius, quod est magna declaratio ad text. in auth. de eccle. ti. §. si quis episcopus. & xij. quae st. ij. can. si multum facies pro clericis Orientalibus, qui simul possunt coniugati esse, & beneficiari. cap. cum olim. de cler. coniuga. Et possit etiam locum habere in clerico coniugato, in minoribus ordinibus constituto, qui ex dispensatione habere possit simplex beneficium in ecclesia. cap. Ioannes. de cler. coniuga. Praeterea locum habere possit in clerico coniugato, cui vxor religionem ingressa fuisset. Et ipse ad sacros promotus ordines, & rector alicuius ecclesiae factus. Nam tali ab intestato sine parentibus defuncto, quo ad bona secularia seculariter quaesita succederet vxor, cuius medio acquireretur monasterio de iure communi. l. si. C. de epi. & cler. & non succederet ecclesia mariti, quod sequitur Ang. in §. hoc loco. ij. col. in fi. de success. cognat. Tertio ampliatur dicta conclusio locum ha-

bere etiam in officialibus alicuius magistratus, qui de iure mortuo aliquo ex ipsis ei succedunt reliqui exclusio sicut. l. j. C. de apparit. praefect. prator. lib. xij. tamem vxor si superesset, tales officiales & magistratus excludet a successione sui mariti. Quarto ampliatur dicta conclusio, ut etiam ipsa vxor collegas sui quondam mariti nedi in officio publico & honorabili, sed in aliquo artificio, quia alias non stantibus parentibus succederet, excludit pariter & sicut, secundum Bart. in l. si quis filio exhaeredito. §. eius qui. ff. de iniusto rup. test. & §. si is qui. Nam mortuo sine parentela aliquo artifice cuiuscumque artis etiam mechanicae succederet collegium illius artis exclusio sicut. Etiam mortuo aliquo mercatore eodem modo succederet collegium illius mercantiae. Quod verum intelligit Bal. in l. j. §. fin. C. de costi. pecu. in bonis sitis in illo loco. Sed non in aliis, per text. in l. diuus. ff. iure sicut. Tamem vxor tale coniugium excludit, & sicut quo ad bona, subiungens idem Bal. quod etiam tutor defuncti ab intestato ei succederet exclusio sicut, p. gl. j. in prin. in l. quod tutela. ff. de reg. iur. quam Bar. non tenet, sed impugnat. Et etiam ceteri damnant eam in l. nutritoribus. C. communia de success. per illum text. Or etiam si dicta glo. esset vera, adhuc vxor tutori pupilli praefertur in successione, & e contra vir in successione vxoris, iuncto quod matrimonium contrahi potest cum pupillis per hunc text. ibi, *tutores impuberum eam, cuidam Petro tradiderunt* & c. ut ibi dicitur. Praeterea praefertur vxor hospitali, in quo maritus forte peregrinando est defunctus, cum sit ipsa de haeredibus, quibus bona talium peregrinorum tradi praecipuntur: & sic pauperibus praefertur. in authent. omnes peregrini. C. communia de success. nec immerito, quia (ut supra vidistis), ecclesiae praefertur & Deo, & etiam praefertur hospitali, si maritus tanquam aduenia in diuersorio decesserit, cui hospes non succedit etiam in subsidium, secundum Paulum, ibi. Quinto ampliatur dicta conclusio, ut vxor etiam filium naturalem sui quondam mariti sine liberis & parentibus defuncti excludat, qui bastardus, si vxor sui patris non esset, eidem patri succederet in duabus viciis, in authent. licet. C. de nat. libe. Tamem stante vxore in nihilo succedit, imo ipsa si sola superesset, totum habebit, ut supra vidistis in ij. art. maxime in praesenti regno vbi non succedunt bastardi in aliquo, ut ibi dixi. Sexto ampliatur dicta conclusio, ut etiam vxor mortuo sine parentibus marito, praefertur socio, & consorti dicti sui mariti etiam in liberalitate imperiali: qui socius in illa liberalitate ei succederet exclusio sicut collegijs, societatibus, & ceteris supra nominatis, pariter & sicut. l. j. C. si socius imperia. libe. sine haerede decess. l. x. quia non obstante iure accrescendi inter eos locum habente in dicta liberalitate, vxor talem socium omnes alios excludentem excludit, & ei in succedendo praefertur, secundum omnes. Vnde restat, quod deficiente omni parentela, vxor succedit, exclusio sicut, & e contra maritus vxori. Quae tamen quidem viri & vxoris reciproca successio non de iure civili, sed praetorio procedit, secundum Odo. fr. quae omnes sequuntur, cum ius civile ad succedendum neminem vocet praeter descendentes, ascendentes, & collaterales. Quos tres gradus non tenet in dicta l. j. C. vnde vir & vxor. Et inter coniuges nulla est consanguinitas nec affinitas, nisi duxerit affinitatis principium. l. non ideo minus. C. de haered. instituto. Ideo de iure civili inuicem non succedunt, tamen praetor equitate motus eos considerat esse diuinae & humanae domus socios, & ex hoc infortunia vnus alteri

233
234
237

akeri esse communia. l. si eum dot. §. si autem in fauissimo. ff. solu. matr. [Ut plene dicitur infra super verbo, *cuidam Petro tradiderunt.*] loquendo de amore & dilectione coniugum.] Et sic ut cum sint socij patris & aliis rationibus, quod maritus omni deficiente parentela vxori succederet ab intestato & e contra. Ex quo sequitur, quod coniux succedere volens coniugi premortuo, cum venire non possit nisi de iure praetorio, necesse habet & tenetur intra centum dies vtiles bono, possidet. vnde vir & vxor petere, & eodem modo successione ei delatam agnoscere. l. j. §. largius. ff. de success. edic. secundum Rayne. que ibi sequitur Alexan. in dicta l. j. C. vnde vir & vxor. quod necesse non est in casu authent. praeterea ibi posita, ut infra videtur. Haec tamen quarta conclusio, qua omni deficiente parentela coniuges sibi inuicem succedunt, fallit in sequentibus casibus. Primum fallit, si tempus mortis alterius coniugum fuisset, & esset inter eos facta totum separatio ex mala gratia: quia licet hodie non permittat iure isto canonico diuortium, quia quos deus semel coniunxit, homo separare non potest. Tamem quia totum separatio diuortij loco succedit, per tale totum separationem perditur successio inter eos. Et hoc est quod vult text. in l. j. §. vnde vir & vxor. Requirens inter eos matrimonium durare vsque ad tempus mortis alterius, secundum Cyn. & Salic. in dicta l. vnica. C. vnde vir & vxor. Secundum fallit, si maritus tempore mortis suae iam expulerat, vel eo tunc expulit vxorem de domo etiam sine causa, quo casu talis mulier expulsa, viro sine parentela defuncto non succedit ab intestato, nec e contra maritus vxori, secundum Bald. in l. j. §. sed & scimus. C. de lat. libert. tollen. & in l. quod in vxorem. C. de nego. gestis. & in authent. dos data. C. de dona. ante nupt. Paulus, Alexander, & Iason in dicta l. j. vnde vir & vxor. Quia haec successio defertur coniugi per legem ex quadam tacita voluntate coniugis premortui, quae tollitur per expulsiorem a domo: quia maritus hoc faciendo satis declarat ut non velle vxorem alicuius in bonis suis habere. Ideo ut haec mutua successio locum habeat inter eos, requiritur quod tempore mortis premortui coniugis matrimonium duret re ipsa, & de facto. Tertio fallit in marito occidete vxorem, etiam cum causa, vel e contra: quia faciendo sibi ius in propria causa, & auctoritate sua, perdit successione ei delatam a lege. l. si ab hostibus. §. fin. ff. solu. matrimo. vbi Bar. & in l. fina. vlti. col. ff. de lib. quibus vt indignis. & l. 241. l. i. in dicta l. vnica. C. vnde vir & vxor. Nam dicens sibi ius propria auctoritate, lucrum perdit legale. l. interdum. la. ij. §. qui furem. ff. de furtis. Et de illo qui iniuste vxorem occidit, non dubitatur quin lucrum perdat & successione, sed de illa occidente iuste est dubium, propter text. in l. qui vas. in fi. ff. illo eodem titulo. vbi ius sibi dicens non perdit legale lucrum. Credo hoc vltimum esse verum, ut non perdatur successio nec aliud lucrum, si iuste vxorem occiderit. Nec obstat text. in dicto §. qui furem. quia ibi furti pena, scilicet dupli vel quadrupli, est odiosa: quod patet, quia non debetur in foro conscientiae; secundum glo. si in fin. in ca. fraternitas. xij. quae st. ij. Vnde facilius perditur dicto sibi ius in causa propria. Sed lucrum dotis ex pacto vel statuto debetur, aut successio coniugis, quae a lege defertur, sunt fauorabilia & fauorabiliter debentur coniugi superuicenti, in quanda recompensam oneri praeterea matrimonij, quae ma-

ritus sustinuit, vxore viuente, aut in recompensam seruitorum per eam marito imperforum: ideo talia facilliter non perduntur, secundum Iasonem in dicta l. si ab hostibus. §. fin. in addit. ad finem. Et quod dictum est de marito iniuste vxorem occidete & e contra etiam intelligatis locum habere in coniuge, quae coniugi ex infirmitate premortuo medicum, & necessaria non adhibuit, aut medicum praebuit notorie imperitum, ut plene per Bal. & Alexan. in dicta l. quod in vxore. & in dicta l. si ab hostibus. in fin. [Vide de hoc latius super verbo, *Mortuo itaque testatore.*] loquendo de haerede testatorem occidente.] Quarto fallit conclusio nostra in feudo, in quo vxor non succedit viro, nec e contra, per text. in cap. j. quem ibi ad hoc not. Bald. tit. an maritus vxori succedat in beneficio. & in ca. j. §. quauis. de inuest. de re alie. facta. & idem Bal. in cap. imperialem. si de feud. fuerit cotio. inter dominum & agna. & in authent. res qua. C. communia de legat. Quinto fallit in concubina, quae licet iure civili parum distet ab vxore. l. ite legato. v. r. par. v. ff. de leg. iij. Attamen non succedit concubinario suo, nec e contra, secundum glo. qua ibi sequitur Angel. in authent. de trien. & semis. Ludo. Alex. & ceteri in d. l. j. C. vnde vir & vxor. p. tex. dicta l. j. illo eodem titulo dicit iustum matrimonium. quam glo. commendat Bal. in cap. per tuas. de maio. & obe. Praeterea ex delicto & mortali peccato praemium conquiretur contra omnem iuris rationem. l. siue haereditaria. ff. de nego. gestis. Nec est dare de iure honorum possessio vnde concubinario, & concubina. Quinta principalis conclusio est, quod si maritus premortuo superesset parentibus ei successibiles, aut e contra vxori premortuae superesset, & coniux superuicens sit locuples, vel vxor habet dotem, tunc talis coniux non succedit ab intestato, sed parentes, videlicet liberi & ceteri descendentes, nec non eis non stantibus ascendentes vsque in infinitum, & demum collaterales vsque ad decimum gradum. Et ratio quare tunc coniux non succedit, est, quia quando matrimonium est cum dote, si maritus premortuus, vxor dotem recipere debet, & non laborabit inopia, ut marito habeat succedere necesse: & e contra si premortuus vxor dos penes filios suos communes remanebit, secundum communem opinionem in l. dos a patre profecta. C. sol. matr. in qua patet quandiu viuet vsu fructum habebit & administrationem. l. prima. C. de bonis mater. & sic inopia laborare non poterit, ut in aliquo necesse habeat succedere vxori. Sexta conclusio est, quod vbi premortuo marito ab intestato non superesset liberi, nec ascendentes, sed solum collaterales parentes agnati vel cognati: tunc si matrimonium fuit sine dote, vxor inops marito succedit locupletata ab intestato de iure civili in quarta parte haereditatis. in authent. de exhib. reis. §. quonia vero. Et reliquae tres partes agnatis pertinebunt vel cognatis, & ita intelligi potest opin. Placentini. quam recitat glo. in authent. praeterea. C. vnde vir & vxor. & sequuntur Cyn. & Bart. ibi. Et e contra maritus inops, qui cum vxore contraxerat sine dote, eidem vxori diuiti succedit cum agnatis & cognatis vxoris in quarta parte, & reliquae tres dictis parentibus vxoris pertinebunt: quia tunc cum nulla fuerit dos in matrimonio, coniux superstes pauper nihil de proprio habens, dicitur inopia laborare, ut premortuo succedit in quarta parte, dum tamen duo concurrant. Primum, quod sine dote fuerit matrimonium, & non solum dicitur sine dote, vbi nulla dos data fuit, nec promissa, sed etiam si dos data aut promissa erat

238
241
242
Tom. i.

P ij para 2

parua: quia parum & nihil æquiparantur. l. quanuis. ff. de condit. & demonstrat. secundum Bald. Salice. & Paulum & Alexandrum in dicta authentica, præterea. Pauli & Ludouici, in dicta l. diuortio. in 243 princip. ff. soluto matrimonio. Præterea iura, & statuta de dote loquētia, intelliguntur de dote congrua, [De quo plenè dicitur super verbo, *dote quæ ei dederat.*] sicut videmus, quod licet dotans ecclesiam efficiatur patronus, secundum glo. in c. piæ mētis. xvj. quæst. vij. tamē hoc intelligitur, si congruè & sufficienter eam dotauerit, & non si dotem paruum ei contulerit, secundū glo. in can. quicūque. eadem 244 causa & quæst. Sicut t̄ à simili illa dicitur vidua, quæ virum non habuit nec habet. Sic etiam illa, quæ virum habet inutilem, vt dicit glo. in l. si. C. ad legē Flauia de plagia. facit glo. in l. omnes. C. de hæreti. vbi denarius falsus, aut inutilis non est denarius, sic etiā dos incōgrua non est dos. Et idem ferat, si vxor præmoriens donata fuisset, tamen dos per eius mortem veniret alteri restituēda, quo casu vir inops vxori succederet, ac si dotata non fuisset, per glo. singularē in l. licet. C. de iure dotium. iuncta cum textu ibi sumpto à contrario sensu, scilicet si dos penes maritum non remanserit. Secundū requiritur, quod coniunx superstes succedere vxori volēs, sit pauper & inops, & defunctus diues, & sufficit quod cōiunx superstes pauper sit tempore mortis coniugis diuitis præmortui, licet ex post nō indigeat: quia fortè cum alio diuite cōtraxit post annum, vt singulariter decidit Philippus Decius in quodā suo cōsilio. [Quod nunc est impressum, nume. vigesimo quarto contil.] anno domini Millesimo ccccxxxvij. eleganter redito. Nam sufficit, quod prædictæ duæ qualitates tempore mortis existant. [Vnde hoc casu inopia, & paupertas est priuilegiata, vt videtis, propter quam appellatio pauperi semper reseruat, vt quocūque tempore appellare possit, & appellationē proficui, si infra tempus statutum, propter inopiam non potuit, secundum Innocentium in cap. ex ratione. de appellatio. l. si procuratorem, §. si ignorantes. ff. mādati. dummodo viua voce appellatum fuerit: quia talis appellatio nō requirit expensam, vt in ca. P. & G. de offic. deleg. & dicit Innocent. quod paupertas excusat, & præseruat inopem à periurio, & excommunicatione, si infra terminum non soluerit. Idem Panor. ibi, & Bal. in cap. j. quæ fuit prima causa beneficii. & Guido papæ, q. cccxxxvj. ver sic. xliij. quæro, &c.] Quo casu cum inhonestum diceretur, vxorem mariti diuitis, aut virum locupletis vxoris post eius obitum in vilipendium præteriti matrimonij mendicare, statutum fuit, coniugem pauperē superstitem in aliquo succedere, vt dicta auth. præterea. Ex matrimonio enim præterito morte alterius coniugum soluto, venerandus est coniunx superstes, in qua gloria defuncti meritò relucet, quia vt alicubi dicit aquila ipse Bald. in l. pignoris. versic. in contrarium. C. de pig. actio. & plenè habetur infra super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] vidua alicuius relicta mortui viri est imago, & econtra. In cuius signum portat superuiuens lugubria, saltè per 245 annum. Et t̄tinet vidua defuncti mariti priuilegia omnia, quibus ipso viuētē fruebatur. Ideo nedū viuētis, sed etiā liberorum si fortè stant, & præsertim ipsius defuncti coniugis multum interest matrimonium paupertate ac mendicitate superstitis non detur pari, nec in publico cōspectu ludibrio fieri, ne ex hoc defunctus iniuria quadā afficiatur, insti. qui-

bux ex causis manumit. nō possunt. §. licet autē domino. Eiusq; fama, quæ alias insignis foret, in ætate ac infelicitate viuētis pereat vel obscuratur, quod iura humana ratione, & pietate subnixā cōtingere noluerūt, imò obuiauerūt. Quibus moti rationibus regni huius proceses Fredegūdam Chilperici regis relictam, quam supra in fine tertij articuli memorauimus, licet Clodoueuum ex alia vxore mariti Chilperici filium eius priuignum post infinita alia, & diuortiu regis, vt ibi dixi machinatū per eam cōmissa scelerata occidi fecisset, ac finaliter viricidium perpetrasset, publicè iustitiā facere, vel alio quouis modo perfonam eius tangere dissimularunt. [Viricidium perpetrare, plus est quàm patrem occidere, secundum Ioan. Fab. in §. alia deinde insti. de publi. iudi. & plenè habetur infra super verbo, *quidam Petro tradiderunt.*] De quo Gaguius alleg. lib. ij. ca. iij. Ad Gontranum regē sic dicit: Ergo cum intelligeret legatus frustra aduersus regē de pace cōtēdere, postquā, inquit, legatio nostra nō procedit: reliquum est, quod ad extremū pro tua iustitia impetremus, est apud te Fredegunda Chilperici relicta, quæ Sigibertū principis nostri parētē, & supra paucos dies Chilpericū interemit, mulier digna affici multis supplicis, propterea petit Childebertus hanc ad se remitti, cui ob scelerum immanitatē pœnas, vt par est, irrogat. Legato Gontranus respōdit, iniquum sibi videri ad pœnas rapi mulierem regio nupti insignem &c. Quia ex affinitate tātus restat honor, & verecundiæ obseruatio, quanta inter sanguine cōiunctos. Adeo, quod olim se nudare, & vicissim lauare nefas esse credebatur, vt maximus refert ille Valerius lib. ij. tit. de institutis antiquis, sic dicit, Huiusmodi inter coniuges verecundiā inter ceteras necessitudines nōnne apparet cōsentanea? Nam vt minimū iudicio maximam vim eius significem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec focer cum genero lauabatur. Manifestū igitur est, tantum religionis sanguini, & affinitati, quātum ipis Diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula, minū quàm in aliquo sacro loco nudare se nephas esse credebatur. Hæc ille. Vnde non sine causa indultum fuit Fredegūdæ, cum parendum sit honori, & verecundiæ domus regie, ita quod fuit causa, propter quā Ioannes & Paulus fratres Iuliani Imperatoris apostatae primicerij ad fidē conuersi, nō fuerunt publicè, sed in carcere decollati. Ad quos Tertianus ad eos decollandos missus, Non, inquit, decet vos intra anlam regiam nutritos, vt publicè occidamini, sicut habetur in eorum legenda, quam ecclesia recitat lectione quinta. Etiam nō est facilliter occidendus quis, licet morte dignus, qui pro domo, & parētibus regis laborauit, vt patet ij. Regum i. capitulo. ibi. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex, &c. Et t̄ quod coniunx sit diues vel pauper, statut opinioni vulgi, secundum Bart. in l. si constante. ff. solu. matrimo. Sed verius est illud relinquere arbitrio iudicis, non tamen dicitur vxor pauper vt diuiti marito succedere possit, quæ patrem habet diuitem: quia licet sine dote maritata, attamē dotem à patre petere poterit, vel ei succedere, saltem in legitima, secundū Rapha. Cuma. in l. in suis. ff. de liberis & posthumis. & consilio ccvj. incipiēte, duo fratres. Pariter t̄ dici non potest maritus inopia laborare, qui patre habet diuitem, & si dos aut legitima ei sufficiat satis est diues, vel saltè dicitur inopia non laborare, vt plenè per omnes in dicta auth. præterea. Et intelligatis vxorē pauperem diuiti marito succedere

re in

re in quarta parte, & econtra, vbi tota successio coniugis prædefuncti valorem non excedit librarum auri quadringentarum. Quia si dictum valorem excederet, posito quod ad cētum mille auri libras successio illa ascenderet, coniunx pauper superstes non succederet, nisi in centum libris auri, vt dicto §. quoniam 254 verò. in authentico, de exhibēdis reis. Septima regula seu cōclusio est, qd si marito locupletis prædefuncto superstites liberi ex alia vxore tres vel pauciores, vxor pauper ei succedit in quarta parte: si autem plures essent, ei pro numero personarū in virili portione succederet, ita quod si sint quinque succederet ipsa in sexta parte, vt in authentico, vt liceat matri & auia. §. quia verò. nisi portio illa valorem excederet centum librarum auri, quo casu agere solūm posset ad illas centum libras. nec in hoc dictus §. quoniam ad illas correctus, per dictum §. quia verò. qui hanc exorbitantem successione potius restringit, quàm ampliare velit, secundum Ange. in §. hoc loco. insti. 250 de successio. cogna. Octaua t̄ conclusio est, quod vbi superstites filij sunt communes, scilicet ex eadē vxore, quæ nunc succedere petit, talis vxor nō succedit, vt hæres viro suo in aliqua parte, sed solū agere potest, & petere vsumfructum quartæ partis bonorū mariti prædefuncti, si tres sunt filij vel pauciores, aut vsumfructū virilis partis, si sint plures, vt dicto §. quia verò. dum tamē vsumfructus valorem nō excedat centum librarum auri, vel eius estimationem, vt ibi. Et idem esset si vxor concurreret cum nepotibus ex filio communi præmortuo, vel cum ascendentibus parentibus mariti quondam sui, secundum glo. & docto. in dicta authent. præterea. T̄ nona conclusio est, quod illud quod dictum fuit, & decisum in vxore paupere & sine dote, vt scilicet succedat marito forma & modo p̄dictis, etiā habet locū econtra in marito inope, & donatione propter nuptias carente, qui vxori diuiti præmortuæ, quæ nullam ei dotem dederat, succedit eodem modo, secundum omnes. Quia vir, & vxor se habēt correlatiuè & correlatiuorum eadem est disciplina. l. final. C. de indicta viduitate. Cum ergo concubina nō sit vxor, imò multum distat ab vxore, quo saltem ad dignitatem & honorem, vt dixi supra in secundo successione articulo in principio, certè caret his omnibus priuilegiis, ita quod non habet in bonis amasij sui mobilibus vel acquæstis communionem, aut ab intestato, deficiente parentela, successione, vt tibi dixi in fine. Quia cum eorum societas seu potius factio sit turpis, nō potest dici amica, nec socia, secundum glo. ij. per illum text. in l. Masurius. ff. de verborum signifi. Licet enim sint socij humane domus, non tamē diuina, cum omnis coitus præter coniugalem sit peccatum mortale. clem. ad nostrum. de hæreti. Ideo cum non sit legitimus, nō potest inter eos legitimam parere successione, quia sunt inter se iniuriam vnus alteri, & apud alios turpes personæ, vt ibi dicitur in fine illius secundi articuli. Nec t̄ posset hæres in testamento per amasum institui, tanquam turpis persona, in præiudiciū fratris, vt tibi dicitur. Nam existentes in concubinato dicuntur luxuriosè viuere, secundum Baldum in cap. lator. de re iudicata. & sic concubina gaudere non debet priuilegio vxoris quæ dicitur castè viuere, de quo plenè Pet. de Anch. in cap. ea quæ sunt à iudice, de reg. iuris. libro vj. & consil. lxxxvij. & tetigi supra in secunda cōclusio. Et cum his expedita remanet gloss. nostra hęc. in verbo, 253 tam tertia. Decima t̄ conclusio est, qd deficientibus

parentela, & cōiuge collegiū artis in qua defunctus versabatur ei ab intestato succedit, vt d. l. j. & seq. C. de hære. decu. aded qd si mercator sine hære decesserit ceteri succedūt ei, scilicet in bonis, quæ habet ibi, nō tamē in aliis, arg. l. diuus commodus. ff. de iurē fisci. secundū Bal. in l. ij. in fin. C. de constit. pec. Et t̄ magistratus suis succedit officialibus. l. fin. C. de appar. præfectori præto. lib. xij. Præterquam in liberalitate imperiali, in qua ante collegiū artis, vel quodcūque aliud corpus præfertur, & succedit collega seu socius qui in eadē liberalitate post parentes defuncti socij, & coniugē vocatur immediatè, vt d. l. j. C. si imperialis liberali. socius sine hære de decesserit. lib. x. fisco in p̄dictis casibus excluso, p̄ quæ tex. dicit Bal. in ca. j. de duob. fratri. à capita. inuesti. qd in feudo ab imperatore vel rege concessio locum habet ius accrescendi, etiā post ius quæsitum in re, vbi aliàs cessaret, præsertim in contractibus, tamen hoc casu locū habet, aded quod si feudo duobus cōcessio vnus cōmitteret feloniam, sua portio accresceret cōuallo, per illam legē: secus in alio consorte, seu socio alterius liberalitatis, quàm imperialis. Vnde si duobus res eadē ab alio in feudū data sit, aut emphyteusim, portio vnius mortui sine liberis nō accrescit socio, sed domino, qui cōcessit, cap. j. de fratrib. de nouo beneficii. inuesti. videatis Masuerū titulo de feud. §. itē si duo. Et in defectu omnium prædictorum succedit collegium, vt vidistis in quibuscūq; bonis excluso fisco. Quod t̄ fortè nō seruaretur in presenti regno Francie, vbi rex omnia, & quæcūq; bona vacantia occupat per Ambanam, secundum glo. pragmaticæ. super verbo, liberius. titulo de collatio. §. sequuntur. de qua lege Ambana, seu Albana dicam infra circa finem. Et sic videtur cessare, & locum in eodē regno non habere titu. de hæredi. decurio. & similes. Pariter t̄ fiscus excluditur in bonis filiorum apud hospitale expositorū, in quibus bonis, licet vacantibus succedit hospitale, & non fiscus, secundum Baldum in l. si qua illustris. C. ad Orfi. cum quodlibet collegium excludat ipsum, non iure hospitalitatis, per tex. & gloss. in dicta l. nutritoribus. C. communia de succes. sed iure collegialis societatis. Ideo nutritores, & tutores suis nō succedūt alumnis ab intestato, nec pupillis, vt dicta l. nutritoribus. & l. fin. C. de infantibus expositis. vbi dicitur, quod etiam in testamento, etiam in fauore extraneorum factio, præteriti ipsum impugnare nō possunt, & minū ab intestato succedere. Quicquid voluerit glo. in l. quod tutela. ff. de reg. iuris. Nec cōuertitur regula volens, quod vbi est emolumentum successione, onus tutelæ collocari debeat, institut. de legitima patro. tute. vt scilicet vbi est tutela, etiā successio deferatur: quia non sequitur propter disparitatem rationis. Nisi esset tutor legitimus velut proximior agnatus: quia ei tunc deferretur successio nō ratione tutelæ, sed ratione proximitatis & sanguinis, vt plenè per Bar. in dicta l. quo tutela. Pari t̄ modo fiscus à successione excluditur peregrinorum ab intestato sine parētibus defunctorum. in auth. omnes peregrini. C. communia de succes. vbi per episcopū loci bona debēt piis locis erogari, quod intelligitur de bonis mobilibus, quæ sectū portant, secundum Bald. ibi. Quoniam si parentes haberent, illis bona reseruarēt, & darēt, vt ibi. quod Indi optimè seruāt, de quo Diodorus Sicul. lib. iij. cap. x. leges eorū referēs. Sunt, inquit, & apud Indos statuti principes, qui iniurias ab aduenis prohibeāt, si qui eorum infirmantur, conductis medicis curant,

defuncto que sepeliunt, eorum pecunia proximioribus tradita. Hæc ille. ¶ Undecima & vltima conclusio in hoc quarto articulo ad totam materiam, & omnia quatuor capita succedendi cõmunis est, & in successione furiosi aut demõtis mortui, fiscus nẽdum excluditur, imò etiã proprius filius, & facilius quicumque alius parens, etiã vxor, maritus, & quicumque alius cuiuscunq; capitis legitimus successor, per illum licet extraneum ac penitus incognitũ, qui talem furiosum, aut dementem in vita sua rexit, curauit, & aluit, in negligentia prædictõrũ ei iure sanguinis, vel aliã succedere debentium, vt in authent. liberi. C. de episc. audien. Quã iuri conueniunt diuino; Lucã x. vbi Christus iudex verissimus ac sapientia diuina, Samaritanũ alienigenam illum, qui eum à terra subleuauit in via à latronibus despectum, & impiẽ derelictum, super asino posuit, deinde iacentẽ in stabulo hospiti commendauit, & pro rebus ei necessariis charitatiuẽ respõdit, verum iudicauit illius esse proximum, & iura proximitatis lucratum. Licet enim consanguinei parentes existant, tamen sanguis ille mortuus in eis est, spiritu carens, & effectus sanguinis & parentelã, qui est amor, dilectio, & totalis ordo charitatis, sine quibus parentela dicitur mortua, velut pulsu carens & anima: nec talis verus esse homo iudicatur, cum nemo carnem suam odio habuerit vnquam. xij. quãst. secunda. can. non æstimemus. facit l. ij. ff. de recepta. Ideo non vera est, sed Sophistica in talibus belluis parentela, qui cõmodum succedẽdi desiderant, onus verò recusant, cum scire debeant, qd vbi est successione emolumentum, ibi debet onus curã & tutelã collocari, vt dicto §. primo. instit. de legit. patro. tutela. & l. diuus. vbi casus noster. ff. de officio præsi. Vnde desitutus charitate, & sic sanguine viuõ erga parentes, desitutus manebit eorum successione, cum parens non dicatur nec proximus: quia censetur mortuus, qui opera proximitatis nõ exercet. Sicut fides sine operibus mortua dicitur. Ideo talis tanquã præmortuus, aut pœna capitali damnatus succedere nõ potest. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Sed extraneus, qui curam illius gessit velut proximior cũ excludit, vt dicta authent. liberi. Quia secundum Augustinum in libro de doctrina Christiana: propinquitas generis non facit proximum, sed opus misericordiã impensum. Similiter dicit Ambrosius: Cognatio nõ facit proximum, sed misericordia. prout in dicto euangelio Christus patenter edixit, omnem esse illi proximum qui misericordiam facit. Et eadem ratione priuaretur successione etiã filius, qui parentem captiuum redimere neglexisset: quia tunc bona illius in captiuitate defuncti applicantur ecclesiã in captiuorum redemptionẽ cõuertenda, omnibus suis & fisco exclusis. C. de episc. & cleri. authent. si captiuus, nisi ipsimet captiuus aliter disposuissent testamento, vel alia voluntate. Cũ hodie disponere possint: quia licet capti ab hostibus efficiantur serui & mancipia capientium, & consequenter sint intelligibiles, instit. de iure persona. §. serui. tamẽ hodie inter Christianos ex generali consuetudine talia iura captiuitatis non seruantur, nec sunt in vsu quo ad personas captiuorum in bello, sed tantũ quo ad res, quã iure gentium efficiuntur captiui, si mobiles sint: quia immobiles sunt principis, qui victor in bello fuit, & hostes armis victoricibus fudit. l. si captiuus. §. fina. ff. de capti. & postlimi. reuersis. Neque capti ab ho-

stibus fiunt serui. secundum Bart. in l. hostes. in fine. ff. de capti. quem sequitur Panormit. in cap. j. de conuersio. infidelium. & in cap. sicut. de iure iuran. Ioan. Fab. & Ange. in §. ius gentium. instit. de iure naturali. & in §. item ea. instit. de rerum diuisione. Et talis consuetudo seruanda est. l. postliminium. ff. de capti. secundum Barto. & Panor. vbi supra. Bald. & Ange. in §. si ab hostibus. instit. quibus modis ius patriã potestatis sol. & idem Bald. in repet. l. j. in xij. quãstio. C. de summa trinita. & ita seruatur in Frãcia, vbi captiuos à captis ransonẽ tantũ recipiunt, tamen dicit Ioan. Fab. in d. §. si ab hostibus. quod melius foret captos ab hostibus esse seruos, ne fortẽ hostes faciant eos contrahere, & aliã disponere, & testari in sui fauorem, quã ratio satis videtur fragilis, per text. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. quo talib; incarceratis facilius succurritur contra detentores. In his profectõ captiuus redimendis multa fauore religionis seu redimendis singularia reperiuntur. Primõ bona restitutioni subiecta potest qd dare, aut videri pro sua vel filiorum redemptione. Sicut vendi possunt pro filiabus maritandis. l. fina. cum authent. res quã. C. cõmunia de legatis. & (quod plus est,) res sacrã & cetera ornamenta ecclesiã, instit. de rerum diuisi. §. sacrã quoque res. & l. sancimus. C. de sacrosanctis. eccle. vbi ponitur ratio. Et pariter vendi hæc possunt p necessitate famis, cui aliter remediari non possit: quia qui pauperes & famelicos pascit, satis eos à captiuitate & mortis periculo redimit, qd fieri potest de rebus etiã Deo dedicatis, & cõsecratis. Prout fecit Clodoueus Frãcorum rex Dagoberti regis. [De quo infra habetur, dum loquitur de venatione, in qua reperit corpora sanctorũ Dionysij & confortum.] filius, & qui tectum cœnobij martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, quod dictus eius genitor (vt infra dicitur) argẽtum fecerat vendi fecit, & laudatus fuit. de quo Gaguinus libro tertio. capit. quarto. Clodoueus, inquit, cum rempublicã solus moderari cœpisset, quarto regni sui anno, tanta annonã caritas fuit, vt fame, atque inedia populus absq; modo deperiret, cui malo rex occurrẽs, tectum quod argenteum erat à templo martyrum auferri, & per loci abbatem Agalphum indigẽtibus & peregrinis, sine vlla pretij diminutione distribuere iubet. Hæc ille. De quo dicere possumus, quod de Senatu Romano ornamenta templorum constante dicit Valerius, [Vide sequenti articulo dum dicit, an clerici & nobiles teneantur ad excubias.] libro septimo. titulo de necessitate. Non, inquit, patrum conscriptorum voluntas, sed teterrimã necessitatis casus, illi consulto slylum suum impressit, sicut huic regi contigit. Secundum & singulare [Vide plenẽ infra super verbo, in eodem testamento relinquens. primo. vigesima secunda limitatione.] in captiuorum redemptione est, quod ille qui dominus nõ est donare potest, & distribuere rem domini pro ipsum redimẽdo à captiuitate, ita quod cogitur dominus habere ratum & gratum, per textum nota. quem ibi glossa summẽ extollit, in authent. vt cum de appellatio. cogn. facit text. vbi Bartolus & Bald. in dicta authentica, si captiuus. & in l. si pater. in ff. de donationibus. quod sequitur Antonius de Belenzinis in additionibus ad Panormitanum in capitulo primo, de appellationibus. & consuluit Paulus consilio ccccxxiij. incipiente, viso puncto. A deo quod not. dicit Barto. in l. Stichus. ff. de pecu. leg. quod potest quis inuitã pecunia redimere à pœna captis vel men-

vel membri, vbi fuerat cõdemnatus, nisi certã summam solueret infra tempus, etiã si condemnatus membrum perdere mallet, quã soluere pecuniam condemnationis, vt faciunt illi de monte Ferrando in Aruernia, qui mallent perdere oculũ, quã florenum, secundũ Ioã. Fab. in §. item lex Cornelia. instit. de iniuriis. Nam redimens pecuniam solutam recuperabit de bonis redempti, licet nolentis, qui factum redemptoris cogitur habere ratũ velit aut nolit, tanquam vtiliter gestum, vt dicit Barto. in dicta l. Stichus. ¶ Tertiu singulare est, quod statutũ, vel consuetudo prohibens minorẽ cõtrahere sine certa solennitate, locum non habet, vbi minor contraheret se liberando à captiuitate, secundũ Ludo. Roma. consilio cccxvj. Præterea iura loquentia de redemptione captiuorum, intelliguntur & locum habent etiã in captiuus pro maleficio, secundum glo. in cano. & sacrorum. duo decima quãst. secunda. quã sequuntur Bald. Imo. Alexand. & Iason in l. quanuis. cum l. sequen. ff. solu. matrimo. Quos si liberi sui nõ redimant, quatenus in eis est, eorum successione priuantur, seu ab ea excluduntur, quod est notandum, vt plenẽ Alexan. & Ias. in dicta authent. res. quã. C. communia de lega. Quod est verum etiã si in vita parẽs captus non fuerit, nec impetitus pro crimine, sed constat de illo post mortem: quoniam hoc casu etiã si hæres satisfaciẽdo pro crimine defuncti animam ipsius non redimat, posito etiã quod parens moriendo non conquestus fuerit, nec aliquid dixerit, nec consciẽtiã de maleficio fecerit, priuabitur hæres successione, nisi damnum emendet, secundũ Ioan. Fab. in §. pœnales. instit. de perpetuis & temporalibus actio. quod est not. pro extõsione cap. fin. de sepulch. & capit. in literis. de rapto. Et ita dicit vidisse seruari in parlamento Parisiensi, & seruari debere in aliis curiis secularibus de aequitate canonica, quã etiã in illis curiis præfertur rigori iuris ciuilibus, qui in talibus contestationẽ requirebat cõtra defunctũ, vt dicto §. pœnales. Vel salte requirebat, quod defunctus expressẽ consciẽtiã fecisset, & hæredem onerasset, vt in authent. hoc amplius. C. de fideicommissis. & capi. si hæredes. [Vide quã plenẽ habentur super verbo, Si absque liberis morere. secũdo. in materia fideicommissorum particularium. & super verbo, Si absque liberis morere. primo. in duodecima limitatione. & melius super verbo, Mortuo itaq; testat. primo. loquendo de Sodomitis.] supra eodem. ¶ Quoties enim de periculo animã quæritur, canon præfertur iuri ciuili, etiã in foro seculari, secundum Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. & Panor. in cap. j. de noui operis nuntia. Tamẽ hoc casu non tenebitur hæres consciẽtiã sui prædecessoris purgare, nec p suo satisfacere delicto, vltra vires hereditarias, etiã si inuentarium non fecerit, nec isto casu locum habet l. fin. C. de iure deliberandi. secundum Ioan. Fab. vbi supra. [Vide super verbo, Mortuo itaque testatore. primo. loquendo de materia inuentarij consiciendi.] Et ratio decidendi Ioã. Fab. sumi potest ex text. not. in l. tertia. §. si. cum seq. ff. de adimen. lega. vbi nedum pro ingratitudine facta contra viuẽtem reuocari potest legatum, sed, etiã si fiat eo defuncto talis, quam si ipse viuẽs cogitasset, verisimiliter legatum reuocasset, vel hereditatem ademisset, prout fecisset si sciisset ex defectu hæredis in carcere spiritali, & igne ac tormẽto se mansurum. Facit gloss. in l. sororem. C. de his qui bus vt indignis. & in l. fideicommissum. C. de fidei-

commis. & ibi Doctores. Præterea si hæres nõ vindicando necem corporalem testatoris, aut alterius prædecessoris, priuatur hæreditate, multo iustius si non redimat eius anima, quã corpore est pretiosior. Non ergo mirum si in manibus plurium hæredum bona, & successiones eis delata pereant breui tempore, prout dicitur videmus: quia sciẽter animas defunctorum nõ liberant, nec pro eis satisfacere curant. ¶ Superest nunc quintus & vltimus articulus decidẽdus, videlicet de fisco, vltimo loco, & in subsidium, in aliorum omnium defectum succedente, qui post omnes parentes, descendentes, & ascendentes in infinitum, ac collaterales in decimum gradum nec non coniugem, & alios ceteros supra dictos, ad successione vocatur intestati, qui nullo modo de bonis, & hæreditate suis disposuit: cuius bona omni deficiente parentela [Aliquando ex consuetudine præfertur aliquibus parentibus, vt habetur supra in primo præludio, vbi recitatur cõsuetudo Auerniã] ac successore reperiuntur vacantia, ob defectũ legitimorũ hæredum, in quibus bonis fiscus succedit velut hæres subsidiarius. Debetur enim talis vacans successio vniuersali patriã & reipublice, cuius caput est rex, & princeps cui pertinet bonorum communium dispositio & administratio. Vnde omnia hæc fisco suo, & thesauro applicatur pro necessitatibus patriã supportandis. Et hoc quodam voto ipsiusmet defuncti, qui patriam & rem illius publicã velut illi coniunctus fingitur, & præsumitur dilexisse quadam naturali charitate insita inter eos: quam multi propriis liberis præulerunt & parentibus, cum perditã patria singulorum bona ruant in abyssum, & sic nõ immeritõ antiqua prudẽtia patriam post Deum, & parentes in particularium affectione, & cõsideratione situauit. l. secũda. ff. de iustitia & iure. de qua Valerius libro quinto. titulo de pietate erga patriam in eius laudem sic dicit: Arctissimi sanguinis vinculis pietatis satisfecit, restat nunc vt patriã & reipublice exhibeatur: cuius maiestati etiã illa, quã Deorum numinibus æquatur autoritas parẽtum vires suas subiecit. Fraternalis quoque charitas æquo animo ac libenter cedit, summa quidem cum ratione, quia euerfa domo interdum reipublice status manere potest. Vrbis ruina penates omnes secũ trahat necesse est. Verum quid attinet verbis ista complecti? quorum tanta vis est, vt aliqui salutis suã impendio testati sunt. Hæc ille. Deficiente ergo parentela, & aliis de quibus supra, succedit fiscus, qui personã succedit & bonis, ac si in testamento hæres institutus, aut vt parens ab intestato vocatus fuisset, ita quod in eum omnia transeunt actiue, & passiuẽ, defuncti iura & actiones: & pariter remedium coactionis ad eundẽ hereditatis, quod in eum intentari & exerceri potest, in quem sunt bona delata tanquam vacantia, quã fideicommissio subiacent. l. quia poterat. §. si de fisco. ff. ad Trebellianum. Nam ante aditam, seu agnitã hereditatem vacantem, non est fisco ius quãsitum, per textum in l. quarta. §. eadem cõstitutio. & §. quod si ita. ff. de fideicommissis. libert. & tenet Bartol. in l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, post Dynum in l. prima. §. an bona. ff. de iure fisci. Licet aliqui per illum textum voluissent, ipso iure hereditatem transferri in eum quod non est verum. Et pariter trãsit in eum instantia iudicij, si qua fuerat cõtra, vel per defunctum inchoata, sicut trãsiret in alium quemcunq; hæredem. l. secunda. C. ad legem Iuliam de vi publica.

quia quæcumque iura, quæ intra limites terræ alicuius principis, aut domini temporalis sunt sita, censeantur esse de sua iurisdictione, ut superius vidistis. Et etiã omnia vacantia siue erema ei pertinent, saltem si ita permanferant sine possessore spatio triginta annorum. secundum Specu. titu. de iurisd. omniū iudi. §. primo. circa princip. Et ita dicit seruari Masuerus titu. de iudic. §. item omnia. Similiter domino & principi pertinent omnia olim possessa, & nunc vacantia propter defectum heredum, dum tamen a-

torum. C. de bon. damn. secundum Masuerum, titu. de oblig. & renuntia. §. j. circa fin. ibi, idem in bannito. & §. item aliqui consiliarij. & clarius in titulo de pœnis. §. ite in casibus. Hic videtur quod licet dominia sint de iure gentiū, tamē in fisco transferuntur propter delictum, ita quod naturalia vincula potestato cōfiscationis in fisco transeūt, qui habetur pro hære. licet hæres proprie non sit. l. quoties. & l. nouatio. ff. de nouatio. secundum Bal. in l. tam mandatori. C. de nō nume. pecu. Licet tamē eo ipso, quo quis pro crimine damnatur, bona censeantur cōfiscata: tamen apprehendi nō possunt realiter, nisi prius facta declaratione per iudicem cōpetentem, nec alteri cōcedi possunt de iure cōmuni, nec secūdu regias ordinationes, ut habetur infra postquam loquimur de cupiditate Galorum. Imō facta declaratione nō possunt alteri cōcedi, nisi proprio motu regis. l. ij. C. de peti. bon. subla. lib. x. Plus dicit Bald. in l. eius. §. si cui. ff. eodem tit. de testa. T quod auth. bona damnatorū. C. de bo. profcript. locū nō habet in deponatis, aut bannitis eis equiparatis, ut bona eorū referuntur liberis & parentibus, sed pertinet fisco etiam de iure cōmuni, nisi essent ad mortē damnati, ut in dicta auth. Quoties ergo bona ex delicto confiscantur, vbi fit ipso iure confiscatio, fisco eo ipso fit bonorum etiam ante declarationem dominus, ad quod delinquens bonis suis ipso iure priuatus, talia bona ante declarationem confiscationis retinēs, & fructus sibi appropriās non est tutus in foro cōsciētiae, quin teneatur ad restitutionē. Quod secūs esset, vbi bona confiscarentur per sententiā, & esset opus ministerio iudicis: quia tunc confiscatio non fortiter effectum, donec fisco eam acceptaret, ut plenē per Felinum in cap. Rodolphus. vers. limita tertio respectu fructuū cum seq. de referip. T Sed quomodocunq; fisco succedat ipso iure vel per sententiā, tunc fisco dicere potius succedere bonis, quàm personæ, ideo ex sententiā confiscationis bonorum non oritur aliqua obligatio, secundum Bald. in l. ex hoc iure. vlti. col. vers. quindō quæritur. ff. de iusti. & iure p. l. tutelae. §. si libertate. ff. de cap. di. Nec fisco representaret hoc casu personam defuncti, & cōsequenter in l. iudicij incepta cum defuncto non transiret in eū. l. si cōstare. §. si ff. sol. mat. vbi Bart & Panor. ac ceteri in c. quia G. de iudi. licet actiones p portione confiscata transeant in eū, ut dicta l. ij. C. ad legem Iul. de vi publi. Tamen querela inoff. testa. vel nullitatis propter filij præteritionē, cuius bona fuere confiscata, nō transit in fisco, secundū Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Nec venient in confiscationē dos vxoris, nec donata propter nuptias. c. puenit. de emp. & ven. Nec bona ppria ipsius vxoris, nec iocalia ei donata: quā imo manu iniecta possit illa rapere, & sibi occultare ne à fisco occupetur. l. si posthac. vbi An. pulchre loquitur. C. de sen. pass. & restit. facit tex. in l. quisq; C. ad legem Iuliam maiest. Nec etiam bona futura. Ideo in illis cōtrahere potest: sed non testari. l. ij. C. de bo. profcript. iuncta gl. ibi, ut plenē habetur super verbo, Mortuo itaq; test. j. veniunt in confiscatione, sed tantū bona præsentia, quæ habebat delinquens tempore confiscationis. l. si tibi mandauro. §. is cuius. ff. manda. vbi Bal. hoc tenet, per tex. in d. l. eius. §. j. ibi, bona quoq; quæ tunc habuit cū dānaretur, publicabuntur. ff. de testa. T Et sic per illū tex. dicitur, qd in materia delicti locum non habet. ff. de cōfisi. prin. quia hic beneficium principis latissimē

tissimē non interpretatur, ut bona futura cōprehendat, secundum Barba. in cap. cum dilecti. de dona. Vnde banniti & deportati inuicem equiparati, post bannum contrahere possunt, & bona acquirere & in iudicio agere ex contractibus iurisdictionem, & acquisita erunt eis propria, à quibus auferri non possunt per fisco, ut dicto §. is cuius. Sed illis mortuis, fisco talia bona post bannū acquisita occupabit tanquàm vacatia, vt singulariter decidit Bal. in d. l. eius, qui. §. si cui. in prin. ff. hoc tit. Et in tali confiscatione veniunt bona immobilia, quæ illius domini fisco applicantur, in cuius territorio sunt sita, & à quo dependet, si ibi dominus totalem habeat iurisdictionem, secundum omnes in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. Et nedum tali domino pertinebūt bona immobilia in eius territorio sita, sed etiam mobilia, quæ ibi reperitur. Et si in diuersis territoriis haberet, illi applicarentur vbi delinquentē illa habere reperiretur, etiam mobilia, per tex. sing. quem ibi super verbo, populo publicentur. ponderat Bal. in c. j. de pace tenēda. Si autem dominus ibi iurisdictionē non haberet, sed rex & imperator, tunc fisco regis tā immobilia, quàm mobilia pertinerent, quæ vendere tenetur, ne domino directo præiudicaretur, vt j. dicitur. Præterea in confiscatione bonorum præsentium venit etiam, & comprehenditur ac fisco pertinebit ius patronatus, quod ei pertinebat cuius bona fuerunt confiscata, secundum Pano. in c. cum laici. & c. nobis. de iurepat. Et sic confiscatio nō extēditur ad bona quæ sita post sententiā confiscationis. l. furti. §. j. ff. de his qui not. infra. vbi hoc tenent Dyn. & Fran. Are. facit tex. in l. si in metallū. ff. de his quæ pro nō scriptis habentur. tamen in eis parētes non succedunt, vt dixi. Pariter iura conditionalia non veniunt in confiscationē bonorum, si tempore cōdemnationis conditio nō extiterat, secundum Gul. de Cug. in l. si qua pœna. per illum tex. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vbi si filius, viuente patre, fuerit condemnatus, & bona cōfiscata, deinde pater moriatur intestatus, non poterit aliquid petere fisco de bonis condēnati paternis, ad quæ peruenisset ipse, si dānatus nō fuisset, nec habetur hoc casu fisco loco filij, cum eis personæ non successerit, sed bonis tantū. Præterea tempore confiscationis bona paterna filio purē non pertinebāt, sed sub conditione, si pater præmoreretur, prout non fecit. Et bona conditionalia ad fisco nō transeunt, cum de præsentī nō cōpetent dānato tēpore sententiæ. Imō per confiscationē absorbentur, & extinguuntur. l. quoties. in fin. vbi glo. & Imo. ff. de nouat. glo. & Bart. in l. nō ad ea. ff. de condi. & idē Bal. in l. ij. C. ad legem Falc. Ideo in cōfiscatione nō venit substitutio in futurum cōpetitura dānato. l. ex facto. §. si. vbi Bal. & doct. ff. de vulg. & pupil. De materia substi. pupil. prope fin. Vnde tunc ius ad eū di hereditatē nō sit in bonis hæredis instituti, secundum Bal. in §. iniuria de pace iura. firmā. nō venit in confiscationē, nec pariter actio iniuriarū. Ex quo dicit singulariter Bal. in d. l. si qua pœna. T quod si filio præterito in testamēto patris succedat fisco ratione delicti, non poterit ex persona filij, quam non repræsentat, dicere testamentum patris nullum. Facit glo. in l. fin. C. fami. ex c. per quam dicit ibi Bal. quod si filius ad mortē dānatus, non potest suis patri & matri succedere, sed ipso tanquā de medio ante sententiā sublato, locus sit sequenti in gradu, per tex. vbi Bar. in

d. l. si quæ pœna. facit tex. in l. Gallus. §. & quid si tātū. ff. de libe. & posth. & in l. si necē. §. si deportatus. ff. de bo. dam. Et intelligatis sequentē in gradu tunc vocari ab intestato, nisi aliquis superesset, qui voluntatē expressam ab ipis parētibus haberet, ut quia superesset donatarius, vel hæres testamētarius: quæ præferretur cuiquæ ab intestato venisset. l. Titia. Sei. circa fi. ff. de leg. ij. & l. si filius. vers. præsertim. ff. de vul. & pupil. Et fortius esset fisco præferendus, per regulam, si vinco vincētem te, multo fortius vinco te. T transeunt tamē in fisco bona, quæ delinques tempore cōfiscationis habebat, vel tenebat, etiam in quibus alter ius habebat ad rē. Et sic transeūt in eum bona prius per confiscatū vendita nondum emptori tradita, per tex. singularē in l. si fundus quē mihi locaueras. vers. nā & si vendideris. ff. loca. Et sic fortius nō venit in confiscationē legitima filiorū ipsi condēnati: quia viuo patre eis non debetur, nec ius habēt in ea, quādiu pater viuat. c. cum firmus. de regu. l. i. ff. de iur. iur. c. si impuberi. ff. de coll. bono. l. af. in l. generaliter. C. de sacr. san. eccl. Et si eis deberet, hoc esset sub cōditione, si pater præmortuus ante cōfiscationē fuisset. Sed tū tēpore cōfiscationis vniuersa bona patri pertinebāt, certē omnia in confiscatione bonorū paternorū veniūt filiis etiam legitima exclusis. Ideo cū id præsentī regno ex ipsius generalī cōsuetudine confiscatā personam sequatur cōfiscatio bonorum, quicquid dicitur in d. auth. bona. soliti sunt iudices in sententiis capitalibus reseruare liberis tertiam, aut quartam bonorū patris condemnati partem, & si nihil reseruatur, nihil filiis deberetur. Nam licet cōfiscatione bonorū paternorū iure veteri deduceretur legitima filiorū. l. fin. ff. de bon. dam. Tamen in præsentī regno non detrahitur, nisi in sententiā confiscationis reseruetur filiis: quia quo ad hoc crimina omnia ex cōsuetudine regni sūt crimini læsæ maiestatis adæquata, ut refert Masuerus tit. de pœnis in fi. Possent tamē liberi sine læsione consciētiae si pauperes existant, legitimā de bonis paternis condēnati eandē & occultē rapere, nec tenerentur ad restitutionē in foro cōsciētiae secundū Gul. de motel. laud. in clem. pastoralis. de re iud. De quo j. habetur super verbo, mortuo itaq; testatore. j. loquendo de Sodomitis. Præterea filius in legitima dicitur in ea patris creditor, & pater est in ea filij debitor iure naturæ, secundum Bal. in l. quoties. C. de hære. infl. ideo nō peccat debitū capiēdo. Facit quod decidit Bald. De quo plenē habetur j. super verbo, si absq; liberis moreretur. j. in xij. limi. in c. j. §. iniuria. in tit. de pace iura. firmā. T quod vbi episcopus malē ablatum est distributor legitimus, sicut vbi restituito est incerta, pot de illis malē ablati distribuere etiā liberis & parentibus raptorum, si pauperes & indigentes existant. Restat ergo, quod quoties fisco succedit alicui titulo cōfiscationis, non dicitur succedere personæ. Ex quo videbatur fisco nō teneri nec cōueniri posse p debitis cōdemnati, nec creditores audiri debita petētes, p tex. in l. si debitor. C. de sen. pos. & resti. vbi facta semel cōfiscatione, & per indulgentiam principis remissa, non reuiuiscit debita. Vnde fisco ex sentē. cōfiscationis succedēs, cū personæ nō succedat tanquā hæres, nō tenetur inuentariū facere vt nō teneat vitra valorē bonorū. l. j. §. an bona. vbi Bar. hoc tenet. ff. de iure filii. De quo plenius habetur super verbo, mortuo itaq; j. loquendo de materia inuictarij faciēdi. Attamē hoc nō obstatē fisco tenetur creditorib; nō qd sit hæres & loco personæ

ideo non tenetur adire hereditatem, ut dicto §. an bona, ubi glo. & Barto. Sed tenetur, quia habet bona que sola confiscatione facta sunt eo ipso sua, & illa tenetur, ut dicta l. quoties. in fin. & l. nouatio. ff. de nouatio. & est text. in l. res quæ. §. res aut. vbi Bart. ff. de iure fisci, dicit hoc esse summarie decidendum, per text. in l. si quis posthac. C. de bono. profcrip. Tamen non tenetur ultra valorem bonorum, ut dicto §. an bona. Et ita seruatur secundum Masueru, titu. de successio. §. j. in fine. ex quibus omnibus decidit Bal. post Petrum, in l. ex facto. la. græde. ff. de hæred. insti. prope fin. quod si bona, quæ habet delinques in diuersis territoriis, fuerint per eius delicto confiscata & vnusquisque fiscus bona sui territorij occupauerit, non tenetur quilibet fiscus equaliter ad æs alienum, sicut teneretur si hæredes essent, ut d. l. ex facto. Sed quilibet tenetur debita soluere in suo territorio, habita tantum consideratione sui territorij, & pariter crediti confiscata exiget, quæ delinquenti debebantur, ut ibi singulariter deciditur. Et quod illi fisci non dicantur hæredes, patet: quia inter se non habent ius accrescere, ut dixi supra in quarto preliudio. Sed ad debita tenentur tanquam bona tenentes ipsius condemnati, & confiscati. Prius quam tamen fiscus, tunc aliquo conueniatur creditore condemnati, debet ille creditor veniam petere, ac si filius patrem, aut libertus patronum conueniret, per gl. singularem super verbo, In fisione. in l. bene à Zenone. C. de quadrienn. præscrip. & in hoc peccauit Seruius Galba, de quo infra dicitur. Ad eod quod consuetum est in presenti regno creditores via supplicationis regem adire, vel eius Cancellarium, per quem, seu literas regias mandatur iudici, qui bona confiscauit, quod iustitiam creditoribus faciat, & sit, quia rex iustissimus nemini etiam contra se iustitiam denegat. Ex quo sequitur, quod ille cui hæreditas auferitur tanquam ab indigno: quia non desinit ille ipso iure hæres esse, imò ei remanet nomen hæredis, quod sufficit ad conseruationem omnium aliorum, que in testamento relicta sunt. Certè hoc non obstat tenentur fiscus ad omnia onera in testamento relicta, postquam ad ipsum transeunt bona. l. Marcellus. §. in. ff. ad Trebel. & l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulgari & pupilla. Quibus iuribus conuenit ordinatio regia regis Philippi Pulchri facta Bituris die veneris ante cineres anno domini M. ccc. iij. cuius tenor sequitur. Itè si cõtingat bona alicuius venire in commissum ratione alicuius maleficij, satisfiat vxori de dote, & alijs que sibi debentur, & suis alijs creditoribus, si quos habet, prout fuerint priores tempore, & videbitur senecallo ciuitatis, & celerius sine offensione iustitiæ. [Hæc ordinatio est hodie per dominum Auferr. situata ij. & iij. in tit. de libel. oblat.] Quæ quidem ordinatio antiquam imitatur ciuilem sapientiam, quæ officarios in his mādatur prospicere debere securitati publicæ: dummodo non acerbos se exactores, nec cõuuliosos se præbeāt: sed moderatos, & cū efficacia benignos, & cum instantia humanos: cum inter in solertiam incuriosam & diligentiam non ambiciosam multum interfuit. l. si bene collata sunt. ff. de vfuris. (Additio) Quam ordinationem reperietis in lib. ordinationum regiarum camera in quæstarum parlamēti Tolosæ fo. xl. verso. Et idè statuerat rex antedictus in mēse Ianuarij, anno domini M. ccc. iij. de quo habetur fol. eiusdem libri xxxvj. verso. incipiente. Item si bona. Vbi mandatur ius fieri tam vxori, quam ceteris creditoribus sine libello & alio strepitu iudicia-

rio cõstitutio de debito per testes, aut alia legitima dõmõta. Videatis Ioan. Fab. in §. & ne huius. insti. de eo cui libert. causa bona adiciuntur. Et hoc modo olim diuinus ille totius mansuetudinis & æquitatis genitor Caius Iulius Cæsar, primus Romanorū imperator iustissimè ordinauerat in foro pro tribunali sedens: Seruio Galba ei temerariè confiscationem honorū Cnei Pompeij magni Cæsaris generi eorumque venditionem impropere, & summā eadem Pompeio ante creditam repetentē. Qui licet Galbam impudentè stolidè & temerariè loquentē à curia submouere potuisset, tamen summam debitam ex fisco solui iussit. In quo mansuetudinē sibi innatam, creditorem tolerando, & æs alienū ex fisco solui iubendo, iustitiam ostendit. De quo Valerius lib. vj. tit. de liberetis dicitis & tribus sic dicit. Iā Seruij Galbæ plena temeritatis postulatio, quæ Diuum Iulium (consummatis victorijs) in foro ius dicentem in hūc modum interpellare sustinuit, Cai Iuli Cæsar pro Cneo Pompeio magno quondam genero tuo in tertio eius cõsulatu pecuniam sponendi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependam? Palam atque aperte ei scilicet Cæsari honorū Põpeij venditionē exprobrat, ut à tribunali summoueretur, scilicet Galba meruerat: sed ipsa illud mansuetudine mitius peccatus æs alienū Põpeij ex fisco solui iussit. Hæc ille. vbi supra. Et ita est seruari consuetū. Quid quid diceret aliqui cõsiliarij patriæ Borbonij, ut dicit Masuerus tit. de oblig. & renun. §. item aliqui cõsiliarij. Vnde ordinatio regia iuri communi consona seruatur, non obstante dicta l. si debitor. Ad quā viso text. est facilis responsio. [Vide que habet super verbo, Condidit. ij. Vbi etiā dicitur cum fisco bona applicatur, an loci ubi sunt sita, aut fisco domicilij, vel originis &c.] facit quod no. gl. in l. his cõsequēter. in prin. ff. fam. ercif. & in authen. liberi. C. de episc. audien. Nā iura, actiones, & obligationes continentur in bonis, ut dicam super verbo, Cetera bona. De quo per gl. & Bart. in l. non intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. & Ioan. de Pla. in l. j. C. de bono vac. lib. x. vbi etiam dicitur, quod in bonis vacatibus ciuitates non succedunt, cum quo ad hoc habeantur loco priuati, & iure priuato vtantur. Quia licet omnes ciuitates & vici habere possint proprium in cõmuni, & burfam cõmunem de iure. l. omnib. ff. ad Trebel. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. Imò secundum Inno. possunt sibi maiore constitucere, qui eos iudicet, ut ipse dicit in cap. cum ab ecclesiarij. de offi. ord. tamē debet de necessitate cõfirmari, ut in §. j. in auth. de defen. ciu. per text. in l. priuatorum consensus. C. de iurisd. omn. iudic. maxime in presenti regno Franciæ, vbi curia premissa singula de facto non permittit, nisi villæ habeat vnuerstatē approbatā specialiter per curiam: aliàs congregare se non possunt pro faciendo procuratore sine licentia domini sui, sed cum licentia permittit eos agere & cõueniri, & facere burfam cõmunem quo ad illud, & non plus, secundū Ioan. Fab. in §. vnuerstatatis. insti. de rerum diu. Vnde minus possent talia bona vacatia sibi appropriare propria auctoritate, nisi ex consuetudine ac priuilegio motu proprio imperatoris concessio, fiscum haberent vel regalia eis concessa: aut hoc contra imperium præscripsissent, prout fecerunt multæ ciuitates Italiæ, que sibi vsurparunt merum imperium & omnimodam iurisdictionem, secundum Specu. tit. de iudice ordi. §. constituit. & clarius in tit. de iurisd. omn. iudi. §. j. Quod tamen principes possent quancumque reuocare

care, ut ibi dicit Bald. quem sequitur Ioan. de Platea. in §. cum autē. insti. quib. mo. ius patriæ potest. fol. 292. Tamē quando iurisdictione alta remanebit penes eas, certè in bonis vacantibus succederet ratione regalium, inter quæ ius fisci continetur, ut plenè per omnes in rubrica C. de iure fisci. lib. x. & in ca. j. quæ sunt regalia. & singulariter per Bald. in l. j. C. de hæred. act. vbi ponit omnia officia priuilegia. Imò nec barones nostri temporis hodie habeant ex consuetudine, aut immemoriali præscriptione merum imperium, certè soliti sunt bona delinquentium sibi confiscare, illa præsertim, quæ ab eis tenentur in feudum vel emphyteusim, ut plenè per Bartolum & Alexan. in dicta l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dano. in dicto. licet proprie fisci non habeant. Imò nec ecclesia habet, excepta sola Romana, quæ ratione imperij fiscum habet, ut plenè per doctores, & Ioan. de Plat. in dicta rubrica, de iure fisci. dicit tamen Andreas de Barulo, quæ sequitur idem Ioan. de platea in l. murileguli. C. de murilegulis. libro vndecimo. 293 quod si res consecrata infudari, & quæ in feudum tenetur ab imperatore aut rege propter feloniam, vel aliud delictum commune aut priuilegiatum committatur, vel confiscetur, non debet imperator nec rex illam sibi appropriare, nec retinere: sed debet eam alteri concedere, qui ei seruiat à quo tenetur, prout cõdemnatus tenebatur, & seruire solitus erat, per textum in dicta l. murileguli. facit l. si ad magistratum. & l. quidam ignauia. & l. quauis. C. de decurio. libro decimo. & per Bald. in capitulo vnico. §. si verò. qualiter olim feu. aliena. poterat. & Specu. titulo de feud. quæst. quadragesima. & clarè Guido papa questione cccxlj. Cui decisioni conuenit ordinatio regia præfati regis Philippi pulchri in ordine quinta, incipiente. Item eorum feudis &c. [Quam situat dominus Auferr. in tit. de feudis. in fine.] (Additio) Quam ordinationem reperietis in registro ordinationum regiarum camera in quæstarum parlamēti Tolosæ fol. xxv. verso. & sequentibus. Quæ fuit cõfirmata per Ioannem, & Carolos quintū, sextū, & septimum Francorum reges, ut ibi continetur. Et idem statuit postea die veneris ante cineres, anno domini M. cccc. iij. vt habetur fol. eiusdem libri xxxix. & xl. incipiente. Item & pro feudis &c. Et sic faciēdo, Romani gloriam excellentioris imperij sibi veditarunt. Et quia omne præclari facti decorebra memoria in seipso reuirefcit, de illis Valerius lib. iij. tit. de liberalitate. sic dicit, Asiam bello captam Attalo regi. Hic postea in testamento liberis carens Asiam pupulo Romano legauit. vt habetur infra super verbo, testamentum. j. in prin.] muneris loco possidendā tribuit, scilicet populus Ro. eo excelcius & speciosius vrbis futurū imperij credens. si ditissimā atque amoenissimā partē terrarū orbis in beneficio quam in fructu suo reponere maluisset: quia multū occupasse habere inuidiam potuit. Tātum tribuisse gloria carere non potuit. Sola victoria donum felicius. Hæc ille. Quasi dicat, quod domino sufficere debet & principi subditū vicisse, vel aliàs feudum recuperasse, non quod ipsum retineat. Imò dicit Masuerus tit. de loca, & iure emphy. §. itē & prædicta cõsilio. Consuetudine seruari principem ut non posse retentione iure prælationis de re feudali aut emphyteuticaria vendi: sed tenetur emptorem inuestire, vel alteri rem infudare, si primus vasallus vel emphyteuta re culpisset seu reliquisset in manibus domini, qui eā retinere non debet. Et in presenti ciuitate Caturci est cõ-

fuetudo, quod domini feudales uti non possunt iure prælationis, nec de necessitate requirendi sunt vasallum aut emphyteutam nouū inuestire: quia nil aliud prætere possunt, quam laudimia: & idem seruatur Tolosæ per totam vicariam. Or domini notatè dicunt doct. in d. l. murileguli. Regem non debere tales res sibi applicatas retinere, sed bene possit (si vellet) illas retinere, quoties videret ita expedire pro bono regni & reipublicæ: sicut videmus factum fuisse de ducatu Aquitanix, quæ sibi rex propter felonias ac rebelliones plurimas declarauit commissum, & pariter ducatu Normaniæ, & plures comitatus retinuit, & detinet pro sui regni quietiori statu & securitate, præsertim in limitibus regni constitutis: sed alia inferiora & pusilla feuda retinere non debet. Cū tād decus regni pertineat plures habere vasallos nobiles, qui ei personaliter seruiant, potius quam reditus feudorū manu sua percipere, & militibus cõductis erogare: quorū non par est fidelitas nobiliū vasallorum fidelitati, quæ ut plurimum, qui pecunia redimuntur, in necessitate deficiunt. Vnde cū Alexander magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia & donis sibi acquireret subditos, fuit à Philippo eius patre de hoc increpat⁹ & literatoriè reprehensus in hæc verba, ut Valerius refert lib. vij. tit. de sapiētèr dictis & factis: quàm, inquit, pbabilis epistola qua Alexandrum quorundā beneuolentiam & seruitiū largitione ad se attrahere conatum sic increpuit, Quæ te fili ratio in hæc tam vanam spem induxit, ut eos fideles tibi futuros existimares, quos pecunia ad amorē tuū cõpulsisset? A charitate istud præstatur, scilicet amor & beneuolentia, quæ inter principē & vasallos suos consistit ratione feudi & fidelitatis vicissim debita: Quæ tenetur vasallus seruire domino in bello per eum, aut contra eum indico: etiā ecõtra tenetur dominus vasallū suum defendere, si quis vellet eum asfalire, vel res suas, ut habetur infra super verbo, condidit. j. dum loquitur de seruitia dominorū in subditos. Ideo cū semper præsumatur de fidelitate vasalli erga dominum, conuinci non potest de feloniam minori numero quinq; testiu. c. j. in tit. quot testes sunt necess. ad probandū feu. ingrati. de quo habetur j. supra per verbo, in eodem testamento relinquēs. [Et non quæ pecunia redimat⁹, qua cessante, amor esse desisteret; Hi profectò mercenarij cū lupū vidēt, id est, hostē, ei cordialiter non resistūt pro custodia ouiu seu subditorū, sed fugiūt iuxta illud Io. x. Vbi mercenarius, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, id est, qui non habet subditos in regno nec terra, videt lupum venientē, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues, scilicet regnicolas: quia ad mercenarium non pertinet de ouibus &c. Sed in magnis feudis prout sunt ducatus & comitat⁹, vel castra fortissima, quæ esse possent amulatiua reipublic. possent rex illa retinere, & suæ mensæ applicare. l. j. & l. j. C. de fund. limitro. li. xj. Quæ applicatio fit duobus modis. Primò vbi rex hoc velle declarauit expressè, scilicet quæ rem habere vult & retinere. secundū Bart. in l. si vacatia. C. de bo. vacan. lib. x. vel tacitè hoc declarat, ut quia postquam ad ipsum reuerfa & applicata fuit, officiales ad hoc deputati eam descripserunt in libro aliarum rerum mensalium. ut ibi dicit Bart. Vel dominus aut rex ad quem reuerfa est tenuit eam ultra annum, sicut alias res de mensa sua existentes: nam hoc faciēdo satis dicitur eam incorporasse, & mensæ suæ applicasse. Et idè in ecclesia secundū Archi. singulariter per illū text. ibi infra anni coronant. in c. j.

in can. j. xxxv. q. viij. quem sequitur Zabarel. in cap. ij. de feud. & Barba. ibi ac Panor. in cap. vt super. de rebus ecclesi. non alie. & Guido papæ. q. cliij. ¶ Vbi autem feudum depederet ab alio domino quam rege, vt putat ab ecclesia vel alio barone, tunc non posset rex eum retinere, vt perpetuo ipsum habeat: sed teneatur de illo facere, vt dicit Specul. in d. xl. q. vbi latè & pulchrè loquitur. Quia si pro utilitate publica eam retinere vellet, hoc facere posset data domino feudi recõpensã sufficienti, vt latius in dictis ordinationibus continetur. ¶ Attamè in præfenti ducatu Aquitania, nobiles priuilegium habent à Ioanne quondã Frãcorum rege Parisiis eis concessum, anno domini M. cccxxxvij. in mense Maij. Quod solo maiestatis crimine excepto feuda eorum non confiscantur regi: cuius priuilegij duplum cum originali per senescallum Caturcensem vidimatum anno domini M. cccxxxij. vidi grossatum & signatũ in registris seu protocolis magistri Raymundi Combeti huius Caturci ciuitatis quondam notarij: de quo duplum habeo authenticè signatũ. ¶ Nam olim peculia castrensia non veniebãt in confiscatione. l. si filius. C. de bo. profcrip. de quo plenè per Alexandrum in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. Nec consequenter feuda, quia origine fuerunt peculia castrensia, vt supra vidistis in j. art. iij. decisio. Sed cum in præfenti regno Franciæ feuda sint patrimonialia ad quoscunq; transeant, etiã extraneos, veniunt in confiscatione, præterquam in ducatu Aquitaniæ ex priuilegio, vt dixi. Ex quibus restat nobis in fisco succedete, qui si propter delictũ alicui succedat, dicitur in solis succedere bonis: sed quãdo in bonis vacãtib; succedit propter parietelã defectum, tunc personæ succedit, & bonis tanquã subsidiarius heres: in quem tam actiue quã passiuè transeunt omnia defuncti iura etiã futura, quæ in quemlibet heredẽ vniuersalẽ trãssissent. 302 Est tamen duplex differẽtia tũc inter ipsam fiscũ & alium legitimum heredẽ. Primò quia fiscus adit hereditatem per procuratorẽ. l. j. ff. de officio procu. C. de acq. hære. [De cuius intellectu vide super verbo, Mortuo autem testatore. ij. loquẽdo de hereditatis additione.] Secundò, quia fiscus hereditatem semel aditam repudiare potest. l. ij. ff. de offi. procu. C. de repn. vel absti. hære. Tertiò fiscus hereditatẽ transmittit non aditam, sed nõ priuatus hæres extraneus. ¶ Quod princip. cum ibi not. ff. de legat. ij. [De qua trãsmisione plenè dicit super verbo, Mortuo itaq; testatore. ij.] Conueniunt tamen in duobus. Nam eodem modo priuatus hæres extraneus ad eundẽ hereditatẽ fit hereditatis dominus, sicut fiscus. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. Præterea potest priuatus hæres autoritate propria, vbi non apparet cõtradictor, bona hereditaria capere sicut fiscus, in auth. de hære. & fal. §. in omnibus. Et tenetur fiscus habẽs hereditatẽ in patria cõsuetudinaria obseruare consuetudines patrie sicut priuatus heres: præsertim cõsuetudines quæ concernunt res, secundum Ioan. Fab. in §. fin. instit. 304 quib. mo. testa. infirman. Similiter differunt fiscus & priuatus in contractibus inter viuos, quia fisco acquiritur sine traditione dominium, scilicet allodialium. l. fina. C. de sacrosan. eccles. vel feudaliũ ex sola domini inuestitura, prout supra vidistis. Et etiam feudaliũ & emphyteuticorũ, vbi ex consuetudine, aut priuilegio potest nouus vasallus vel emphyteuta possessionẽ intrare sine consensu domini, vt hic Ca-

turci, & Tolosã. Sed non sic in priuato, qui ex sola etiam domini inuestitura dominium nõ acquirit sine corporali apprehensione. l. traditionib;. C. de pac. iuncto cap. autoritate. vbi glo. & Panor. de insti. De quibus omnibus fisci priuilegijs tam in contractibus, iudicijs, quã vltimis voluntatibus, videatis Ludo. in authen. similiter. C. ad legem Fal. vbi loquẽdo de ecclesiã, satis loquitur de fisco. arg. l. fin. C. de sacrosanct. ecclesi. Sed de priuilegijs fisci in speciali plenè tradit Bal. in dicta l. j. C. de hære. actio. Or, domini, licet fiscus post omnes hæredes & legitimos successores bona capiat tanquã vacantia, non tamen omnium vacantium est dominus. Vnde scire debetis bona in mundo vacantia esse in multiplici differẽtia: quia quædam sunt bona vacantia de iure & de factõ, qualia sunt illa, quæ sui natura in nullius bonis sunt, nec vnquã fuerunt, quanuis esse poterũt, vt sunt lapilli, & gemmæ in litore maris existentes, 306 pisces maris, & omnes feræ bestię. Hæc enim omnia licet sint vacantia, non plus fisco pertinent, quã cuiilibet alteri inuentori & capienti. Cũ talis sint natura, quod primo occupanti cõceduntur. in situ. de rerum diuisio. §. feræ igitur bestię. cum §. frequentibus. Vnusquisq; profecto potest talia bona iuuenta occupare, & capere propria autoritate, ita quod inuentoris sunt, aut capiẽtis, tam in suo, quã in alieno fundo, nisi à domino fundi venator prohiberetur priusquã fundũ intraret, vt ibi. & l. diuus Pius. ff. de seruitu. rustico. præd. vel à iudice & superiore inhiheretur: quo casu prohibitio superioris etiã impedit dominij translationẽ, & fortius acquisitionem. cap. veritatis. in fine. vbi plenè Panor. mit. de dolo, & contuma. Sed t hodie per consuetudinem, quæ garenã tolerantur & defenduntur, non videtur quod faciat suum capientem in fundo alieno: imò teneretur captum restituere, licet prohibitio alia capiẽti facta nõ fuerit. Quia si prohibitio partis aut superioris, hoc facere potest, vt videtis, forti hoc potest lex vel consuetudo, quæ magis interdiceret potest dominij translationẽ. l. si libertus. ff. de iure patronatus. & l. quemadmodum. C. de agricolis & censu. libro duo decimo. Cũ enim talis occupatio seu facultas talia bona occupandi ius tribuat de iure gentium, instituta de rerum diuisio. §. singulorum, potest cõsuetudine limitari, vt eodem tit. §. fina. secundum Ioan. Fab. in dicto §. feræ. ¶ Vt scilicet locum non habeat talis facultas venandi in garenis & defensionis, aut columbarijs: sed iuxta & prope illa, sine expresso consensu & volũtate domini: imò contra facientes committerent furtum, secundum Dyn. & docto. in §. paponum. insti. de rerum diuisio. & tenet Guido papæ, quæst. cccxvii. maximè venãdo ad columbas alienas quæ capi vel occidi nõ possunt, etiã si campos deuastent alienos: quia columbæ viuũt de fructibus terrę & innocens est victus earum, secũdum Alber. adeo q; capiẽtes vel retinentes columbos alienos, etiã in agro proprio capiẽtis repositos, furtũ committunt. l. Pomponius scribit. §. idẽ Pomponius. quem ibi ad hoc pöderat Floria. in j. no. ff. fami. circi. Nam t̄ columba habet plura inter cæteras aues singularia, quæ ponit glo. super illud Canticorum quarto, Oculi tui columbarum & c. vbi columba (inquit) felle caret, rostro non lædit nisi parem aliquando in cauernis petrarũ nidificat, alienos pullos nutrit, columbas alias errantes associat & colligit, meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit, gregatim volat, societatem diligit, cadauera & immũda non comedit, geminos pullos

pullos nutrit, & super fluentia residens, vmbra accipitis de longè venientis inspicit: quem statim videns ad interiora foraminis fugiens se abscondit, vt dicit glossa. ibi, Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum. Canticorũ quinto. de qua dicit Chrysostomus, quod est pacis nuntia, simplicitatis forma, natura mundi, prole fecũda, pietatis æmula, societatis amica, iniuriæ immemor, quæ tantò est pẽnsior, tantò fecundior inuenitur. Ita quod columbæ habentes pedes pennatos, ferè pullificant omni mense. Est autẽ columba naturaliter timida, rarò secura, estque obliuiosa: ob quod sic illi sublati, dani sui immemor, nidificare & pullificare iterum in eodem loco nõ omittit, vt dicit Hieron. Et habet hoc proprium sicut turtures, quia caput suum non erigit quãdo potat, quousque ei sufficiat hauustus potus. Viuunt autem columbæ generaliter & cubãt vsque ad quindecim annos secundum Aristotelem. Sanguinem habent medicinale, ¶ quia sanguis de sub ala dextra sumptus & calidus oculis impositus & instillatõ dolorem mitigat, & sanat ophthalmiam oculorũ. Et in Aegypto & Syria, vt refert Ambro. instruitur columba, vt literarum sit gerula, & prouinciæ ad prouincias inter nuntia, & quocunq; reuertitur in locum vbi fuit nutrita. Vnde Genesis viij. Noẽ dimisit columbam ex arca post diluuium: at illa rediit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Pariter vñ fuit in baptisimo Christi spiritus sanctus descendere in specie columbæ, vt quatuor testantur euangelistæ. Matth. iij. Marc. j. Lucae iij. & Ioan. j. Et non fuit illa columba fantastica, id est, de aere formata, nec vna de alijs columbis iã generatis: tamen fuit vera Dei potentia de nouo creata, quæ factõ suo officio resoluta fuit in materiã præiactentem, secundum Thom. in iij. parte. q. xxix. Similiter fuit illa columba habitaculum spiritus sancti, non tamen ex merito sicut sunt homines sancti & in gratia constituti. Etiam in baptisimo Clodouei regis visa fuit columba sacri olei de cælo portare phialã, quo omnes adhuc Francorũ reges linuntur, vt vidistis in verbo, *duas habens filias*. in prima fallentia. Meritò igitur capi nõ potest ita faciliter, nec reperita in agris nostris retineri, sicut cæteræ aues, vt videtis, imò in plerisque locis indictæ sunt pœnæ etiam corporales contrafacientibus, nisi consensum haberent domini agrorum & fundorum quod venentur in fundo suo. ¶ Et præterea columbæ proprietates ad aptat, vbi supra beat. Tho. ad septẽ dona sancti spiritus. Columba primò habet gemitũ pro cantu. Sic catholicus per donum timoris luget peccata sua timẽs perdere gratiam Dei, & cõsequẽter hereditatẽ. Columba est animal mansuetũ & pium: ob quod olim Deo offerebatur in sacrificiũ, Leuit. v. Vnde signat donũ pietatis quo quis deuotus ad diuina esse debet & orationes ad Deũ, nec nõ pius debet esse ad proximũ suis necessitatibus subueniẽdo & defectus sup portãdo, in signũ cuius oleo sacro vngitur in pectore & scapulis baptizãdus. Columba inter grana sibi præposita eligit meliora, & corrupta dimittit, & cadauera fugit, vt patuit de columba emissa à Noẽ: quæ non requieuit super cadauera, vt coruus, sed ad arcã reuersa, cũ non inuenisset mĩdum aliquod in quo requiesceret pes eius. Sic debet quis per donũ scientiæ discernere quæ sibi proponuntur verba, & exempla aliorum, ac cogitationes in mente, & bona recipere, mala respicere, nõ omnibus credere, nec omnes imitari, sed bonos. Columba habitat in foraminibus

petræ, Cant. ij. c. id est edificiorum. Esa. lx. quasi columbæ ad fenestras suas & c. denotat in hoc donum fortitudinis, in quo quis firmatur medicando vulnera Christi. petra enim erat Christus. j. Corint. x. & foramina sunt vulnera eius. Colũba fouet pullos alienos. Sic per donum cõsilij debet quis fouere eos qui alieni erant à Deo: & filij dæmonis per peccatum, quos nutrire debet Deo per bona cõsilia & exhortationes, & ipse de agẽdis quoties dubiũ occurrit, cõsiliũ quærere debet, iuxta illud Thob. iij. Consiliũ semper à sapiẽte perquire. Columba rostro nõ lacerat quæ comedit, sed integra grana sumit. Sic nõ debet quis sententias bonas veritatis integrè scripturarum dilacerare falsè exponẽdo, vt heretici faciũt: sed dono intellectus integram veritatem intelligere & proferre. Postremò columba residet iuxta aquas, vt vmbra contempletur accipitris eam insequeũtis. Sic per donum sapientiæ debet quis gustare & contemplari diuinas perfectiones: & cũ diabolus insequitur eum, in Christi bonitatem se immergat ad ea recurrendo, & sic euadet. hæc ille, vbi supra art. vj. Vnde non sine causa Christus Mathæi x. Estote, inquit, simplices sicut columbæ, non dolosi, neque duplices. Propter ergo tam singulares ad bonũ columbæ proprietates, & quia etiam in baptisimo Clodouei demissa fuit de cælo, venat impunè in hoc regno, nec quæcunq; alia auis in fundo alieno. Quinimò plus videmus in eodẽ regno per ordinationes regias, præsertim domini nostri regis Caroli octau. [Quam ordinationem inseruit dominus Aufreri. in titu. de venatoribus.] nunc feliciter regnantis, quod venatores regis nõ possunt in forestis & dominationibus baronũ ac nobilium altam iustitiã habentium sine eorum consensu venari, nec homines dictorum dominorum ad cõsuetudinem cogere possunt in præmissis, nisi rex in propria persona venando interesset. sicut supra vidistis neminem tam priuilegiatum excusari à bello, vbi rex in propria ad bellũ pergeret per neminẽ. C. de sac. sanc. eccle. [Hanc ordinationẽ reperietis in libro ordina. regiarum cameræ in quæstarum parlamenti Tolosã. fo. clxiiij. verso.] Et idẽ in foresta circumspecta, seu parco clauso, quæ in iure viuaria vocatur. l. iij. §. item feræ bestias. ff. de acqui. possess. in quibus sunt feræ bestię inclufæ: & idem in viuaria, in quibus prohibiũt est piscari, quæ aliõ nomine dicũtur ostrearina, à quibus Catus Sergius fuit Orata nuncupatus: quia primus ostreorum, id est, pisciũ viuaria, id est stagna in Baiano mari locauerit. de quo Valerius loquitur libro nono in princ. dicens etiam, quod fuit primus qui balnea pẽsilia facere instituit. Idem Plinius naturalis historiæ lib. ix. Et dicuntur ostrearina, quia in primo pisces inclufit, qui auratæ dicuntur, & sunt optimi pisces. ¶ Clausura enim locorum tacitam, imò euidentem denotat prohibitionem domini, vbi cunq; enim est locus venationi destinatus, ex quo percipitur annuatim fructus & redditus ex venatione soli domino pleno, si plenũ dominiũ habeat, vel vtili aut vsufructua. dictorum locorum venari & aucupari permittitur, & non alteri extraneo. l. item si fundi. §. aucupiorum. & l. vsufructuariũ venat. ff. de vsufructu. & l. venationem. ff. de vsur. Quas venationes possunt habere prælati ecclesiarum pro suis redditibus, dummodò clamorosas nõ exerceant per se ipsos. clem. prima. §. porro. de statu monachor. de quibus dicit glo. in l. venatoribus. C. de excu. munerum lib. x. quod nullum san-

Etum legitur venatorem. de quo ibi Ioan. de platea. & in l. prima. C. de vena. ferarum. lib. v. de decimo. Extra autem garenas & loca clausa licitum est venari, aues, & feras capere, antequam phibeatur a domino ingressus: sed non post. vt dicta l. diuus Pius. dum tamen fiat venatio sine armis: quoniam dulcis venatio & naturalis qualis est illa, quae fit cum auibus & canibus, est omnibus permessa, praeterquam clericis, si sit clamorosa, vt infra de cleri. vena. per totum. [Et cum per magistrum aquarum & forestarum huius patriae linguae Occitanae prohiberetur venatio, dominus noster rex Ludouicus duodecimus, edicto perpetuo declarauit venari omnibus fore permissum. Praeterquam in garenis & ceteris locis vetitis de iure: vnde permittitur omnibus de dicta patria liberè venari secundum formam iuris communis: quo patria haec regitur, & fuerunt literae dicti priuilegij in parlamento Tolosa publicatae mense Ianuarij, anno praesenti Millesimo ccccxxj.] Nec censetur laicis prohibita, & excepta illa quae artificiosè fit per varia instrumenta, quae omnibus est prohibita: non quidem propter se, sed quia artificia in tali venatione necessaria fieri & aptari non possunt, nec exerceri sine armis seu magnis gladiis, quae possunt esse causa violandi publicam pacem, praesertim in limitibus imperij, vt in ca. primo. §. nemo retia. de pace tenenda & eius viola. Ob quod est talis venatio absque delectu omnibus prohibita & interdicta, praeterquam ad lupos, apros, & vrsos, quae sunt animalia patriam & gentem deuastantia & damnificantia. Omnia enim animalia capi possunt irrationabilia bruta, & occidi, non obstante errore aliquorū. [De duobus alijs erroribus circa illud praecipitū, Nō occides. habetur super verbo, *Mortuo itaque testatore.* primo. loquendo de se occidentibus, & qui occiduntur per iudicem.] qui putauerunt non esse licitū occidere bruta animalia per illud praecipitū. Non occides. indistinctè prolatum in decalogo. Exod. vx. sed hoc est falsum secundum Tho. in tractatu de decē praecipitīs, & plenius in ij. ij. q. lxiiij. arti. j. quia non est peccatū vti illis, quae subdita sunt potestati hominis. Est autē ordo naturalis, quod plura sunt in nutrimentum animalium, & animalia quadam in nutrimentum aliorum, & omnia in nutrimentum hominis, Gene. ix. ibi, Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Ob quod in politicis dicitur, quod venatio est iustum bellum. Et prima ad Corinth. x. Omne quod vānit in macello, māducat. cum ergo dicitur, non occides: intelligitur hominem, nō bruta animalia, quae capi possunt & occidi cū praedicta modificatione, scilicet venando sine armis, praeterquam ad lupos, apros, & vrsos, quae sunt animalia ferocissima, patriam & gentes deuastantia. Nam de lupo dicit Isidorus, quod lupo quasi leop. est dictus. Eo quod ipsi tāquam leoni virtus sit in pedibus: quia quod pedes presserit, non viuit. Rapax autem bestia est & cruoris appetens, qui rabie rapacitatis quemcunque inuenit, trucidat. de quo aiunt rustici, hominē vocem perdere, si eū lupo prior viderit: & inde subito tacenti, dicitur, Lupus est in fabula. Famem diu portat. ex quo dicit glo. in l. fina. C. de alimen. pupill. praestant. lupum viuere de vento nouē diebus. Lupus est valde audax, & ludere multum diligens: qui si puerū reperiat, ludit cum eo: quem postea occidit, & comedit. Et vulnera quae morsu eius accidunt, valde sunt mala: ex quibus exit virus, & curantur sicut morsus canis rabidi, secundum Aristotelem. Et quando inter animalia praenālet, si non resistatur totum gre-

gem strangulat & occidit, licet totum comedere nō possit. Et finaliter tota specie natura luporum naturae ouium aduersatur. Adeo quod chordula facta de intestinis lupi, iūcta chordis citharæ factis de intestinis ouis, eas corrumpit. Similis demoni, qui summe est audax, ludens cum pueris, id est, fragilibus, quos postea occidit & comedit. Et inde dicitur diabolus nomen Graecum: A dia, [Contrarium est: est enim nomen simplex, Graecè diabolus, Hebraicè satan, Latine calumniator.] quod est duo, & bolus, quod est morsellus: quia duos bolos, vnum scilicet de corpore, & aliu de anima nostra quaerit facere, postquam per multa ludibria nobis illuserit, secundum glossam in cap. primo, de summa trinitate. Ex cuius vulnere exit virus damnationis aeternae. Cui si non resistatur, gregem totius humani generis strangulat, & occidit. Cū sit leo rugiens quaerens quem deuoret: cui resistunt fortes in fide. primae Petri ultimo capitulo. [De apro dicit Isidorus lib. duodecimo capitulo primo, quod est porcus syluestris, vel agrestis sauisissimus, & immitis: qui ideo aper dicitur, quasi asperus & ferus, ac crudelis. Vnde apud Graecos, Aper, ἀγρῖος, id est, ferus vulgariter nuncupatur, & à Latinis verres, eo quod grandes habet vires. De quo etiam dicit Plinius & Auicenna, quod est animal valde sauum, aded quod etiam castratus vix se exhibet mansuetum, licet animalia cetera, ablati testiculis, amplius mansuecant: quia minus audent videntes se diminutos à substantia naturali: imò omne animal castratum, secundum Aristotelem, plus mansuecit, excepto homine, qui non magis mansuetus, sed magis ferox efficitur. Sicut dicimus de hominibus desperatis, qui non curant pericula. l. de ferre. §. item constitutionibus. ff. de iure fisci. secundum Baldū in l. j. C. de eunuchis. Et in hoc homo apro comparatur. Est itaque aper tantae feritatis, quod etiam mortem paripēdens contra viatoris ferrum occurrens intrepidè se infigit: & iam transfusus cōtra sibi resistentem vires recolligit. vt culmis vindictae se de aduersario, etiam in mortis periculum contra hostis venabulum mira se audacia opponit. Culmos duos habet in ore aduncos, fortes & acutos quibus omne sibi resistens fecat crudeliter & dilaniat. Culmis autem vitur pro gladio ad pugnantū, in latere dextero os habet durissimum latum & spissum, quod semper opponit venabulo persequentis. Osse enim illo vitur pro clypeo ad se protegendum sentiens sibi imminere bellum, acuendo culmos circa arbores eos fricat, & si hebetatum acumen habeant, confirmando ad arbore ipsos probat. Quos si senserit hebetatos, organum quaerit & masticat, cuius virtute culmorum radices mundificat & confortat. Et contra lupos praeliatur, quos naturaliter odit: quia insidiatur filiis suis, & eos sepe rapiūt. Et cū aper dimicasse vult attritu arborū indurat costas suas, & se luto inuoluit & desiccatur ad solē, ac inter pillos lutū conglutinatur & inuiscat, vt sic securius aduersariorū ictus sustineat in conflictu. haec Aristo. De vrsis autem dicit Isidorus vbi supra, quod ideo sic vocatus est, quia suos format foetus quasi Ursus. Cū enim vrsi informes generant partus, & die xxx. quandā carnē pariāt parū maiorē quam sint mures, sine oculis & pilo, mater labēdo mēbra cōponit: sed hoc immaturitas partus facit. Ex quo prouenit, quod praecipitata foetū ditas informis procreetur. Vel dicitur vrsus ab vrgēdo, quia fortiter vrget, & stringit quem apprehendit, cū vim maximam in brachijs & lumbis habeat: vnde interdū vrsi

erecū existit. Est profecto animal impatiens, iracundum, se vindicare volens de omnibus, qui tangunt eum. Ideo si aliquem percutientē se inuaserit, si alius eum tetigerit, dimittit primum, & illum inuadit secundum, & deinceps. Modum capiendi eos tradit proprietarius libro decimo octauo, de ipsis loquens. Ex quibus videtur lupos, apros, & vrsos animalia esse damnifica patriae, & hominibus, eorumque domesticis animalibus nocētia: imò contra tauros, asinos, & ceteras viles bestias vsui hominum necessarias pugnancia, & sic reipublicae prauidicantia: cuius interest securè per itinera commeari. l. prima. ff. de his qui deiecerūt vel effuderūt. Ideo interest reipublicae illa fera à quocunque & per quoscunque capi in agris etiam alienis: nec possit talis venatio prohiberi, vt plenè dicitur, & ibi Ioānes de platea, & doctores in l. vnica. C. de venatio. ferarum. libro xj. Imò postea secundum doctores salarium constituit de publico capientibus lupos, vulpes, & cetera damno-fa atque inutilia animalia, vt ibi dicitur. & per Bartolum in l. qui in vtero. ff. de statu. homi. Sicut dari possit capientibus malefactorem, vt supra vidistis in primo articulo. Prout tempore Caroli septimi Francorum regis Parisiis factū fuisse legitur. De quo Gaguinus lib. x. cap. j. accedebant, inquit, tot malis luporum crebre in vrbe incurfus, qui supra octoginta homines cū p. agros deuorassent, in vrbanos quoque saueiebant. Aduersus hanc beluam definitū praemium est, vt pro singulis captis lupis solidi viginti ex fisco captori soluerentur, praeter publicam erogationem, quam plebs sua sponte venatoribus impendisset. Haec ille. An autem tunc capienti lupam cum lupatinis, aut lupam praegnantem dari debeat integrum pro quolibet, vel pro omnibus vnicum praemium, decidit ibi Bart. facit l. Arctusa. eodem titulo.

322 Praeterea dulcis & naturalis venatio potius sit causa spatij & exercitij, quam cōmodi, aut lucri: quia non tam gaudent nobiles de magna praeda, quam de volatu & cursu, quae animos laetificat praesertim Galorum. Est enim Gallicae nobilitatis vana consuetudo, ad feras venatu deprehendendas se conuertere can. quorūdam. xxxiiij. distin. vbi dicitur, quod Germani, id est, Teutonici seu Alemani & Galli sunt venationi naturaliter subditi & dediti, quibus multum confert, quod canes qui leporarij vocantur, leues & agiles habent, de quibus magnus ille ac illustris meminit lib. j. metamorph. Ouidius:

Ipsae amor sequitur vestigia passu.
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicis aruo
Vidit: & hic praedam pedibus petiit, ille salutem. &c.

324 Quod à Paride (vt ita loquar) Priami regis Troiani filio rex cuius persona (secundum aliquos) Parisius ciuitas regia nomen suscepit: & de cuius stirpe Francorum reges procellere, habuerunt. Qui (vt Guido de columna Troiani excidij historiographus tradit) in nemore, Ida vocato, multis laboribus feris hinc inde venatoriè perquisitis ceruū insequens tres decas vidit, scilicet Iunonem, Palladem, & Venerem.

328 [De hoc plenè dixi super verbo, *Duas habens filias.* tractando primum casum: in quo filiae cum masculis non succedunt. Alij dicunt ab isto Paride dictam ciuitatem non sumptisse nomen, sed ideo quia cū ciuitas illa vocaretur Lutetia vsque ad tempora Caroli magni, tunc temporis erat super flumine Sequanae quoddam castrum dictum Ilcos, sic dictum à nomine cuiusdam deae dictae Isis: quae vbi colebatur, quod castrum nunc Meldunum vocatur: & inde Pa-

risius nomen accepit, vt dicitur Parisius, quasi par Ileos: quia in hoc par erat, quod supra Sequana sicut Meldunum cita est ciuitas illa. Sic & Francorum regibus vt plurimum bene successit, Gaguino referente libro tertio capitulo secundo, & capitulo tertio. de Dagoberto primo, secundi Clotarij Francorum regis filio, Dagobertus, inquit, postquam sibi per atatem licuit feras indagare & venari (vt Gallis mos est) pergit, excitato ceruo, cū longo iā cursu lassus quiescit locum quaerit, vicum quem Catulianum vocant, profugit: in eo vico sacellum erat, vbi condita humo & lapide instrata corpora beatorum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, à suscepto pro fide Christi martyrio per annos triginta supra quingentos religiosè cōdebatur. Eo cū patens sacellū esset se ceruus proripuit, soloque decumbens quieti se mandauit: insequentibus crebris latratibus ceruum canes cū ad sacellum venissent, ceruo conspecto frequentiori latratu strepentes, nulla eis, sed nec ipsis venatoribus in sacellum irrumpendi facultas fuit, suam aedem tuentibus viris sanctitate spectatissimis. Ea re per vicina loca perlata locum veneratiorem fecit, & Dagoberto admirationem simul & pietatem cummulauit. Itaque pacatis vndique rebus, voti non immeritor, quo diuis martyribus Dionysio eiusque collegis obnoxium se fecerat: Catulicum vicum petit, & sacrosancta corpora inde exhumari iubet: ea in conditorio quod fabrefieri rex mandauerat, reponi ad tempus imperat. Tandem magno sumptu cū templum exaedificasset, quod & solido argento tectum erat, eò transferri corpora instituit, cōdito ad eum vsu aureo feretro, additisque ad decorem multis variisque gemmis, annuis insuper prouentibus ad sacerdotum & ministrorum templi alimoniam designatis. Et ad duos martyres conuersus inter multas quas illis donationes & largitiones attribuit: Emporium tū annuum mense Iunio in campo nō procul à basilica sanctorum instituit: translata ministris ecclesiae ditione, id Leditum vulgus appellat corrupto (vt ipse iudico) vocabulo: nam editū dicitur ad dederim: propterea quod ad eas nundinas mercatores suas vndique merces edicto regio tanquam ad communem regni mercatum conferre deberēt. Deinde tū episcopis apud diuum Dionysium dedicandae ecclesiae gratia à Dagoberto cōuocatis, dū sexto Calen. Martij mysterium absoluerat statuisset, pridie ipsarum Calendarum homo lepra admodum deformis, ab aedituis impetrat in aede pernoctare: vbi dum vigil in oratione perseverat, videt perspicue Christum comitantibus eū Petro & Paulo vnā cum diuis martyribus Dionysio, Rustico, & Eleuthero, per fenestram in basilicam aduentare. Qui candida veste amictus dedicationis sacrum munus absoluit, deinde quae tad lepra contaminatū progressus Christi, Tu, inquit, homo dicitur pontificis, cū crastina luce ad hanc aedem se conferent, eā à me cōsecratam esse: cuius rei fidem fecit infirmi hominis cura. Nam cōtacta hominis facie lepram omnē Christum auferens, eā proximo lapidi glutinauit: quae ad hunc vsque diē p. summā admirationē vilitur. Quo miraculo attoniti praesules, à dedicatione abstinerunt. Haec causa est, quam obrē frequens admodum populo ad ecclesiam ipsam vj. Cal. Martij cōueniat, firmissimi me credēs id à Christo Deo fuisse perpetratū. Post cuius Dagoberti obitum Ioannes erat insulatus anachorita, vitē sanctitate famatissimus: quae ab Ansoaldo Pictauiensi antistite cōfabulationibus vltro citroque habitis

habitis, quisnam fuerat Dagobertus rex, & quibus aliquando moribus vixisset referam, inquit, anachorita sanctitati tuae, quoniam mihi per quietem de ipso
 329 Dagoberto visa accipi: Procumbenti mihi quietis causa, quidam multa canicie reuerendus me excitauit, atque admonuit orare pro anima Dagoberti salute, qui eadem ferme hora vita erat defunctus. Dum expergisfor iussa senis impleturus, ecce in medio mari turbam demonum conspicio, qui animam regis cymba deuehentes [Cymba est nauicula fragilis, vel est instrumentum quo per duos aut plures portantur lapides, & quaecunque alia de loco ad locum mutanda & transferenda: quod vulgari cloquio ciuiera vocatur in his partibus.] ad penas rapiebant. Sed Dagobertus aduersus fauientes in se demones frequenter trium beatorum hominum opem inelamabat: Martini dico, Mauricij, & Dionysij martyris, ad cuius preces mox procella cum fulgore atque crebris imbris exorta viri quos a Dagoberto imploratos dixi, candidis ornati vestimentis ad me se conferentes, se eos esse profitentur, qui opitulari Dagoberto aduenirent: nec mora supplicis animam regis tormentis eximentes, secum in caelum retulerunt, sine intermissione hoc Dauidicum repetentes, Beatus quem eligisti & assumpsisti in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuae: sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate. Sed unde tanta damnationis causa, si martyres non fuissent, processerit? ubi tanta fuerat virtutum praestantia. Idem Gaguinus eodem libro tertio, subiunxit sic dicens, Iam de hominum instabili conditione queri possemus, si lex historiae permitteret: Dagobertus quem initio principatus praclarissimae virtutes commendabant, transuerso animo esse cepit. Quippe qui ministrandi iuris specie Franciae regni vrbes prouinciaque cum videret, quosque, vi adhibita, spoliabat: & tanquam diui Dionysij obsequiis omnia deberetur, aeneas ingenti pondere valuas, lanacrum insuper, ubi baptismatis mysterium sacerdotes explebant, vna cum diui Hilarij corpore nulla compensatione sacrilegij facta, ad diuum Dionysium mari ex Pictaui transiit: [Non est permittum reliquias sanctorum nec aliorum, aut lapides, vel alia de vna ecclesia in aliam transferre, de quo plenius infra super verbo, Mortuo autem re-
 frator primo, loquendo de his qui sibi mortem conscuerunt, qui sepultura carent.] nec tamen tota praedia potius est. Altera enim portarum dum nauis per Oceanum exportanda committitur, in fluctus delapsa perpetuo latuit. Verum quia male agentibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur: causam sacrilegij esse dicunt Pictauiorum rebellionem: quos vt compesceret Dagobertus, omnia ad se belli iure pertinere ratus, postquam agros peruasisset, vrbes quoque depopulatus esset, moribus omnibus dirutus, solum arare, & in eo salem disseminare, ad inducendam sterilitatem iubet, nec sacrilegio comes
 331 libido defuit. Hae ille. Hae profecto Dagoberti venatio Paradisi venatione felicior fuit: quia in illa Iuno Paridi magnificentiam, Pallas humanam sapientiam, Venus autem in Helenae pulchritudine libidinem pollicite sunt: quae causa fuit perditionis ipsius. In ista vero regi Dagoberto martyres caelestem procurarunt aeternam beatitudinem, quae secundum Boetium est status bonorum omnium aggregatione perfectus. Et in super illa Troianum destruxit imperium: sed hae monarchiam auxit & conseruat Gallorum, meritis beatorum martyrum.

Præterea idem Gaguinus lib. nono, cap. tertio, de Carolo sexto Francorum rege venante: Accidit per hos dies (inquit) res cognita digna: Syluaneum Carolus venandi causa se contulerat: canum latratus excitatus in fugam ceruus aeneum torquem collo gerere visus est, quem venabulis aut ferro appeti rex prohibens in casses & retia compellit: erat in torque literis Latinis inscriptum, Hoc me Caesar donauit. Ex eo tempore Carolus ceruum alatum auream coronam collo gestantem pro insigni habuit, & regis insignibus quae liliis aureis tribus constant, hinc atque hinc cerui duo apponi consueverunt. Hae ille.
 333 Ceruus profecto venatus Gallis regibus praesertim semper bona fortuna fuit. Qui etiam Clodoueo primo Francorum regi sacris Christianis incitatio, contra Alaricum Gotthum pugnare volenti vadum inundati fluminis monstrauit: quem rex ipse cum toto exercitu secutus flumine transiit Gotthum fudit, & infidelem superauit, vt dixi super verbo, *Dua habens filia*. In primo casu, in quo foemina cum masculis non succedunt: quod bene facit ad propositum quod vela regia ceruis circumdantur. Ad quod multum pariter confert virtus & natura eorum.
 334 Ceruus enim serpentibus contrariatur, adeo quod odore cornu exusti eum fugiunt, cuius coagulum omnium anguim sanat morsus, & diuus Hieronymus parte secunda, & tractatu secundo, epistola quadragesima secunda, incipiente, omne psalterium &c. Ceruorum, inquit, natura est, vt serpentes venena contemnant: quin potius naribus suis eos extrahant de caueris, vt interficiat atque dilaceret cum venenum coeperit intrinsecus aestuare. Et quanuis eos non possint occidere, tamen sitis ardorem & incendium tolerant: tunc illi fontes desiderant, & purissimis aquis seruentia venena restingunt, vt intellexit Propheta Psalmo xli. dicens, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c. De quo dicit Aristot. libro octauo animalium, quod inter omnia quadrupedia syluestria est discretissimus. Accepi etiam a peritis venatoribus, quod in venatione quando fugit, retrocedendo ambulat, vt canes vestigia pedum ipsius cognoscetes, vnde aufugit, & non quod tedit, eum sequuntur: & sic aliquando euadit. Diuissimè viuunt plusquam centum annis. quod compertum fuit per ceruos plures captos per centum annos post mortem Alexandri, ab eorum torquibus aureis operos & signatos, secundum Plinium libro octauo capitulo trigesimo secundo. Sicut contingit de ceruo aeneum torquem nomine Caesaris inscriptum in collo portante, de quo supra dixi. Actates animalium Virgilius scribens sic ait,
*Ter binos deciesque nonem superexit in annos
 Iusta senescerunt, quos implet vita virorum.
 Hos nonies superat viuendo garrula cornix:
 Et quater egreditur Cornicis secula Cornus.
 Alipedem ceruum ter vincit Cornus, ac illum
 Multiplicat nonies Phoenix reparabilis ales,
 Quam vos perpetuo decies praenertitia aeo.
 Caetera secreti nouit Deus arbiter aui.*
 Subiunges Pli. eo. lib. c. xxviiij, quod ceruus cum senserint grauitatem, lapidem deuorat: cuius beneficio iuuatur. Qui quidem lapis ipsa cerua mortua quadoque in eius excrementis reperitur: qui miro modo dicitur iuuare mulieres praegnates: sic iuuat oscula quae in eius corde inueniuntur. Et est illud os quod inuenitur in corde ceruorum supra modum vtile contra multas corporeas passionem, ita quod in omnibus nobilibus confect

cofectionibus admiscetur, vt plenius videre poteritis libro xviiij. de proprietatibus rerum. capi. ceruus. De feuto regio ceruis circumdata, videre potestis in ciuitate nostra Tolosa, ubi in prima porta castri Narbonensis ab extra sunt lilia regia duobus ceruis lateraliter illa tenentibus circumdata. Vnde restat ad nostrum propositum artificiosam venationem esse vulgari prohibitam, quae cum retibus sit, laqueis & aliis diuersis instrumentis. Quia fit potius ad praedam, quam causa laetificandi animos. Vulgares autem praesertim rustici nil plus appetunt, quam praedam, & inuentum, seu iam captum: quod a Cain agricola primo habuerunt, qui rapinis vivebat, & inuentis, vt Iosephus ait in primo antiquitatum libro, & habetur Gene. iij. cap. ubi Cain agricola lucra querebat. secum dum Lyrani ibi: quem caeteri agricolae in cunctis vitis potius sequuntur, quam Noe iustissimus, qui in secunda aetate primus post diluuium cepit vir agricola exercere terram, plantauitque vineam, Genes. 34. Sed non legitur quicquam mali fecisse, nec venationem exercuisse: quae causa laxandi animos in Graecia de peregrinatione aduexit Vlysses Cretenensis rex: ex quo dicitur, Vertunt in sordidum lucrum & sanguinolentam cadem &c. Quae cum sint quasi illiberalis generis, daretur de facili materia scdali, rumpendaque pacis. Vnde tales prohibentur venationes ex illiberali animo procedentes, nisi ad bestias inutiles & damnosas, de quibus supra, vt dicto §. nemo retia.
 336 An autem possint barones & domini terrarum, generaliter omnibus prohibere quancunque venationem, ita quod valeat talis prohibitio. Et certe talis non valet prohibitio, nisi esset consuetudo, nec alias prohiberi possunt subditi praesertim nobiles: sunt enim naturaliter venatores quod habuerunt a Nerotho primo rege, de quo dicitur Gene. x. quod cepit esse potens in terra, eratque robustus venator coram domino: & fuit principium regni eius Babylon &c. Et in hoc deficit Ludouicus vndecimus domini nostri regis quondam genitor, qui quam primum coronatus rex extitit, venationem nobilitati prohibuit. Quae poenalis inhibitio vna de causis fuit coniurandi contra eum, de quo Gaguinus libro x. de ipso scribens: Ludouicus inquit, exulceratum animum habens, qui & patrias leges iam dedidisset, exteris moribus per diuturnum usum imbutus, multa partim suo ingenio, partim eorum qui absentiam a patre exiliu fauile reputabat, agere cepit. Et principes in primis parui admodum habere: venationis omnem propere consuetudinem prohibens, ita vt piaculum esset aues aut canes alere, castibus vt, insidiari feris animalibus, nisi quoad ipse permitteret. Et quod illi maximum in eas quae superuenerunt discordias momentu fuit, magnopere nixus est, in fine fortis homines praepreceribus opulentos sublimemque facere &c. Non ergo valet venationis prohibitio, nisi foret prohibendi consuetudo, vel fieret ex causa. Tputa rusticis agricolis, ne ab agricultura reuocentur, aut diuertantur: non enim turbari debet nec interrumpi agricultura. l. j. in princ. ff. de tigno iniuncto. Quod si fieret, destrueretur vel saltem diminueretur anno: ne praesertim in detrimentu boni publici: pro quo publico bono conseruando singulari gaudent agricolatores priuilegio, & immunitate: quia licet videamus ante felicem embolam seu exercitum regis nauem ecclesiae & minus cuiuslibet alterius pro transuehendo exercitum non excusari. l. i. ubi emus nullam, C. de sacrosan. eccle. & l. i. ubi emus. C. de nau. no. excu. libro

xj. Attamen instrumenta agriculturae pro bello occupari non possunt, & minus personarum ab agricultura diueri: ne publica impediatur utilitas, quae in praebitione annonae consistit & sine qua mundus viuere non posset, sed irremediabiliter periret: Quod facit contra tyrannos principes, qui ne dum tempore necessarii belli agricultores eorumque animalia occupant, & agros, segetesque late vastant, sed etiam belli occasionem querunt, vt omnia etiam subditorum suorum quos protegere tenentur, consumant penitus, & destruant, qui si iuri positio hoc prohibenti obedire nolint, quo talia prohibentur, imò menti humanae ab initio naturaliter insitum ipsos agricolas etiam ob publicam belli gerendi utilitatem, non esse occupandos, nec molestandos, saltem veterum gentium annales reuoluant, qui agricolas possidentes in libertate agrorum colendorum tutabantur, ne dum in suo, sed etiam in suorum hostium regno: contra quos bellabant. Vnde Diodorus Siculus libro iij. cap. x. Indorum ante bellum Troianu gesta narrans vetera: confert etiam inquit, ad Indorum fertilitate consuetudo, quae in bellis seruatur: nam apud caeteras gentes (scilicet tyrannico more viuentes) hostes bellorum tempore regiones spoliunt, vastantque, neque agros colunt. Apud Indos vero belli tempore in campis opus rusticum exercent, absque cura agricolae, procul ab omni discrimine belli. Hostes in praesertim mutua caede grassantur, agricolis nulla in re nocet, sed intactos relinquunt, tanquam communis utilitatis ministros: neque vero hostium agros vrunt, nec caedunt arbores &c. Subiungens ibidem septem tribus Indorum describens: Secunda, inquit, tribus est agricolarum, qui multitudine separantes alios, a bello reliquoque opere liberi, solis agris colendis tempus impartiunt: nullus hostis eos lacessit, neque spoliat: sed exilimant illos in communi utilitate versari, ab omni iniuria abstinet. Ita soluti metu agricolae terramque liberè colentes rerum asserunt vbertatem. Haec ille. Pariter Nabuzardan princeps militiae Nabuchodonosor capto rege Zedechia, eiusque filiis in patris conspectu cruciatis, ac eo excacato, vincto & compediato, quibus unque occisis, ciuitate & templo domini spoliatis & in terram prostratis, crudelis super omnem sauitatem: de pauperibus terrae vinitores reliquit & agricolae in pace pro futura communi utilitate, vt habetur Hierem. vi. capit. Iusta igitur ratione opportunoque fauore sunt agricolae dulciter tractandi, & ab his publicis tumultuationibus eximendi, propter bonum reipublicae. Vnde Plutarchus ad Traianum Imperatorem, Pedibus (inquit) solo iugiter inhaerentibus agricolae captantur, quibus captis prouidentia tanto magis necessaria est quod plura inueniunt offendicula, dum in obsequio corporis in terra gradiuntur, eiusque iustius tegmentorum debetur suffragium, qui totius corporis erigunt, sustinent, promouentque molem, id est onus sustinent ac portant reipublicae, & sine laboribus & sudoribus suis prouident: & sic eis merito fauendum est. Et sicut ipsi bello saeuiente armato in libertate personae agris colere permitti debent: sic etiam bello instante ciuili & foraneo, nec animalia, nec caetera instrumenta eorum aratoria, pro aliquo debito capi possunt, etiam pro executione sententiae contra eos prolatae: poena infamiae & supplicij a iudice aestimandi, & ablata in quadruplum restituendi, ac imperialis animaduersionis contra facientibus imminente. l. executores, cum l. & Authentica, sequentibus. C. quae res pigno.

pigno. obliga. non possunt. Cui statuto regia conuenit ordinatio Caroli octauo regis nostri moderni, anno domini M. cccclxxxiiij. quo coronatus extitit Tu ronis facta, mense Martio, & per eundem renouata anno lxxxv. tunc sequenti. Cuius ordinationis tenore etiam pro censu annuo domino fundi debito, & (quod plus est) pro tributis quæ magis favorabilia existunt, aut aliis quibuscunque denariis regis licet currentibus & verè debitis, vel alio quocunque priuato debito talia instrumenta capi nō possunt, etiam 344 de consensu agricultoris. Et hoc vltimum addit iuri communi præfata ordinatio, quæ sanctio pragmatica dicitur, velut in concilio generali trium statuum regni & procerum Franciæ: tunc ibi pro bono publico regni cōgregato facta. Cū enim tales executiones in perditione agriculturæ & annonæ, & sic reipublicæ fiant, nō potest pacto seu cōsensu priuatorum tolli dicta ordinatio, nec remitti. l. ius publicum. ff. de pactis. [Hanc ordinationem posuit dominus Aufreri. in titu. de exceff. officia. capi. xiiij.] Quamobrem legales & æquissimi iudices ac sigilli regij custodes, qui in præceptis & inhibitionibus ac pignorum recedentia soliti sunt clausulam adicere: Scilicet denariis regis curribus, & verè debitis minimè retardatis, talem clausulam, quia contra ius commune & regni esset, nō apponunt in casu subiecto: cum non obstante quacunque causa vel colore aut occasione & priuilegio, talia instrumenta capi nō debeant, vel eorum recedentia impediri, per text. dictæ ordinationis. (Additio) Hanc ordinationem reperietis in libro ordinationum regiarum camera inuestarum parlamenti Tolosæ folio clxiiij. verso. Et per eandem ordinationem, imò ratione dignitatis maiorem, scilicet ne pereat, aut impediatur, vel differatur agricultura in damnum reipublicæ: puto de mēte iuris esse & præfata ordinationis, quod persona agricolæ etiam pro debito fiscali capi non possit, nec incarcerationi: quamuis nonnulli legum latores Græci olim instrumenta aratri exempta tenerent, & personam capi permitterent: quod sapientissimi detestati fuerunt Aegyptij. de quo Diodorus lib. j. Leges eorum narrans, haud, inquit, iniuria queruntur quidam de nonnullis græcis legum latoribus, qui arma, aratrum, vel aliud quiduis operi necessarium prohibent ob scopus addici creditori: corpora verò quæ his vtuntur tradi permittunt. Hæc ille. Quasi dicat, quod si instrumenta priuilegiata existant, multo magis corpora seu personæ, sine quibus instrumenta manent inutilia. Nec potest ex pluribus alter pro altero qui soluendo nō esset exigi vel executari, etiam prætextu cōsuetudinis, quia hoc cōsuetudine introduci nō posset secundum Bar. in l. legatorum. per illū text. ff. de lega. ij. Pro quo facit text. in l. ob as alienum. c. i. 345 Authentici. sequenti. C. de actio. & obli. Nec possunt rustici ad aliqua cogi obsequia, vt rusticanis operibus intendat. l. j. & l. ij. C. ne rustica. ad nullum obsequium deuocent. libro xj. Etiam pro venatione regis, nisi rex in propria persona venaretur. de quo supra vidistis ordinationē regiam super hoc editam. Et plura alia habet priuilegia, de quibus per docto. in l. j. C. de agricolis & censu. libro xj. Cū igitur in agricultura status reipublicæ consistat & conseruetur (vt videtis) possunt iustissimè barones & domini terrarum venationē agricolis prohibere, ne occasionem vagandi habeant, derelicta agricultura tam salubri & necessaria. Præterea venatione publica in vrbes fortè proficiscerentur, quas frequentare natu-

raliter rustici cupiūt. Quod habuerunt à dicto Cain primo agricultore, qui primus in orbe ciuitatē condidit, quam à filio suo Enoch seniore Enochiam appellauit: eamque muris cinxit, illisque suos omnes venire coegit, & prædas recaptauit, vt habetur allegato Gen. iij. c. Iustissimum autem Noe primum laboratorem in vno sæpe imitantur, q̄ bibens vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo, Gene. ix. Vnde ad obuiandum naturali rusticorum inclinationi, à venando prohiberi possunt, & vrbium frequentatione: quod nō oblitus fuit iuriconsultus in l. ij. ff. de nudi. vbi si quid rustici portant ad vendendum in ciuitate, nullatenus ibi morētur, sed subfinito ad hoc opus deputato relinquere portata debent, qui vendat pro illis: quod Indi optimè seruant eodem teste Diodoro. lib. iij. præallega. cap. x. sic dicente: Viuit autem scilicet agricolæ in campis cum vxore & liberis, nec in vrbes commeant & c. Ex quibus verificari potest decisio Lucae de Penna in dicta l. j. C. ne rustica. ad nullum obsequiū deuocent. vbi dicit non valere statutum, nec cōsuetudinem, saltem quo ad rusticos, quod nō possint nisi certo loco suas vendere res, si locus ille foret eis remotus, vel aliàs laboriosus: vt quia haberent locum fortè propinquiorē: & alia ratio nō est, nisi vt citò ad glebam reuertantur, & agriculturam continent. Nec pecuniaria tangant, quam aliquo modo optare nō debent. l. domini. C. de agrico. & censu. Nō quod pecuniam omnino habere non possint: quia imò modicam habere possunt: ad eod quod antiqui solēt dicere rustici patrimonium nihil valere sine peculio aliquarū pecuniarum. l. si chorus. ff. de lega. iij. & in l. lxx que tutores. §. penu. C. de admini. tuto. dicitur. quod veteres in pecunia omne patrimoniorū robur posuerūt, aliàs nō valeret pactum de soluendo censum domino, aut colonis, & pastoribus, ac bubulcis mercedē, aut Imperatori tributum vel reipublicæ collectam in pecunia, quam non haberent nec habere possent: quod non est verum sed pecuniam multam habere non debent, nec optare, ne domini eis auferat eam: prout subtili ingenio & interdū de facto eam à subditis extorquere solent: vel in timore eam perdidit eum in rure tutum nō habeat Gazophylacium: quia sancta rusticitas omnia palam habet. Cōtinuè ad eā custodiendā inuigilarēt, & domi morarentur, iuxta illud Matthæi vj. vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: ita quod per hunc modum à cultura reuocaretur. Præterea, quia pecunia facilliter eos ad multas incōtinētī traheret libidines, vel ad negotiandū, aut mercandū: ad quæ omnia sunt agricolæ naturaliter inclinati: quod à primo agricola Cain habuerunt, qui vt Iosephus in præallegato primo antiquitatum libro ait, opes congregauit, & cum quibus hominum simplicitatem ex inuentione ponderum & mensurarū permutauit, & peruertit, eos ad calliditatem & corruptionē cōpellens: aut fortè cū pecunia traherentur ad dignitates aspirandum, contra text. in l. colonos nulla. C. de agrico. & censu. lib. xj. Aut ædes sumptuosas fabricandū, ad eod quod eis dici posset quod habetur Actuum vij. capi. Pecunia tua sit tecū in perditionem. Vnde non fuit sine causa Caius Iulius Cæsar nouo Imperatori oratione secūda ad eundem Caium Cæsarem senem. de reipublica inuitata persuasum, pecuniam talibus non permitti: ex quo & res militaris opulentiō erit, & plebs bonis negotiis, scilicet agriculturæ impedita malum publicum facere desinet, hæc ibi. Omnis certè perditio ex pecunia

eunia procedit. Quapropter in Germania licet sit agricultura reipublicæ pernecessaria, tamen quia 353 per pecuniam quæ ex ea sequitur multa alia impediuntur, imò ipsamet agricultura vt videtis, Germani agriculturæ (vt de bello Gallico idem Cæsar li. comentariarum sexto memorat) parum student: maiorque pars victus eorum in lacte, caseo, & carne cōsistit. Neque quisquam agri modum certum aut finem habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus, & magnationibusque hominum, qui vnà coierunt, quantum eis & quo loco visum est, agri attribuūt, atque anno post aliò transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas, ne alsidua cōsuetudine latos fines parer student, potētiorēque humiliores possessionibus expellant: ne accuratius ad frigora atque æstus vitados adificēt, ne qua oriatur pecunia cupiditas: qua ex re factiōes diuisiōesque nascuntur. Hæc ibi. Cui conuenit illud Ouidij. j. Metamor. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Vnde quia ex venationibus & pecunia inde lucrata 354 fieret ab agricultura diuersio, certè potest eis rationabiliter prohiberi: & q̄ in eorum villagiis & mēsis canes nō teneant, neq; aues ad vendendū, vel alia venatica instrumenta, præter ligones & aratra, secundū Ioa. de Pla. in dicta l. domini versu. vltimo not. Ne à cultura reuocetur, & instrumentorū aratri & cultura diuertantur ordinatione. Præterea nescirent rustici canes nec aues ad vendendū docere, neq; nutrire, imò 355 potius eos occiderēt, quam nutrent. Vt de quodā rustico refert Bart. in suo tracta. de falcone, in principio falconem cuiusdam nobilis venatoris perditum reperit cum gectis & sonaliis, quæ posuit sub banco: & dedit ei beccare panē, caseum, rapas, & carnes salfas, de quibus ipse rusticus nutriebatur. Occasione quorū cibariorum falco interiit. Et cū quæstio esset, an rusticus ad interesse teneretur illi nobili, decidit Barto. ibi quod sic. Nam tenetur pro illo damno ad interesse, non ad ius legis Aquilia, quia falconē nō occidit, sed tenetur ad ius in factū. quia ipsum malè nutriendo & imperitè tractando causam mortis præbuit. l. qua actio. §. Celsus. ff. ad legē Aquil. Nec posset quis rusticum excusare, licet fecerit quod potuit, & sciuit, & falconem vt suā propriam personam tractauit, & aluit: propter quod videbatur excusandus. cap. bona fides. de deposito. attamen tenetur ex eo, quia fuit in culpa non leui se immiscendo rei ad ipsum non pertinenti nec statū suo conuenienti: cui solūm colere terrā, de qua viuat, conuenit, & non de venatione, vt dixi. Potuit insuper cognoscere in gectis & sonaliis falconem ab alio fuisse occupatum & detentum, & sic alteri domino pertinere, & in sua naturali libertate non esse, vt sibi rustico occupanti concederetur, vt dicto §. fera: igitur bestia. in l. i. de rerum diuisio. Vnde debuit eum in publicum prode re, ipsumque consignatiū libello publicare, vt illius inuentio ad domini notitiam perueniret, vt dicimus de seruo fugitiuo in l. j. in principio. ff. de seru. fugiti. & l. falsus. §. qui alienam. ff. de fur. Ex quibus omnibus resultat rusticos instrumenta venatoria, aues aut canes tenere nō posse, nec optare, vt dicta l. domini. C. de agrico. & censu. Cui in effectu cōcordat diuus Bernardus in epistola de cura & regimine domus. Catulos (inquit) valde paruos dimitte clericis, & reginis, canes custodes vtilis sunt, sed canes ad vendendū plus constant, quàm conferant, hæc ille. Ideo à talibus & qualibet venatione debet agricolæ & rustici diligenter abstinere: imò (vt dixi) prohiberi possunt propter

bonum publicum quod in agricultura consistit: & præterea ne depauperentur. Quia prohibitione facta nullo modo venari possunt impunè, etiam si ad hos solum fines venarentur, vt venationem captam principi darent, vel domino, à quo manauit inhibitiō. l. j. C. nemi. lice. in fre. equestri. li. xj. quia omni casu caderēt in pœnam prohibitionis, ac si pro eorum lucro proprio venati fuissent, secundū Ioan. de Pla. ibi: maximè, vbi venatio artificiosa prohiberetur per superiorem: quia intelligeretur etiam prohibita in apris & aliis iure permissis, vt phibitio aliquid operetur. In signum cuius Domitius prætor Romanus olim Siciliam regens, quia pastor quidam contra fecerat, & aprum captum ei obtulerat, ipsum crucifigi fecit. de quo Valerius lib. vj. titu. de seueritate. sic refert: æque tenax propofiti Lucius Domitius. Nā cū Siciliæ prætor Romanus regeret, & ad eum eximia magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastore cuius manu occisus erat iussit, interrogatumque: quare vi bestiam confecisset: postquam comprit vsum venabulo, crucifiguit, quia ipse ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat. hoc aliquis in sine seueritatis & seueritæ pondum dixerit: disputatione enim vtrūque flecti potest. Cæterum ratio publici imperij prætorum nimis asperū existimari nō patitur. hæc ille. pro quo facit l. prospexit. ff. qui & à quibus manumissi liberta. non accipiunt. Dominus comes de Candala senescallia Burdegaleñ. si rusticum quempiam venatum repererit, pro qualibet penna perdicis capta: solidum Turonē. cessante gratia à venatore exigit. sape de hoc interrogatus respondit, multa delictum excedit, tamen seueritas publicam gignit vtilitatem, ne ab agri cultura reuocentur. Et præterea contemptus ponderatur, vt dicta l. prospexit. Quibus omnibus conuenit ordinatio regia Caroli sexti Francorum regis anno domini M. cccxcvj. Parisiis facta die decima Ianuarii. Per quam elicto perpetuo statuit ex deliberatione sui magni consilij in quo præsentēs erant sui auunculus & frater, duces Burgundia, Aurelianē. & Borbonij. Plurēque alij domini quod ad cætero nō nobiles venari nō possent, nec aues, canes, retia, tendicula, funes, nec alia venatoria instrumenta tenere sub certis pœnis ibi specificatis. Et si cōtrarium fieret, possent de facto capi, & eis auferri per dominos iustitiariorum: ne ratione venationis à suis laboribus & mechanicis vel aliis artibus diuerterentur, venando ad bestias grossas, cuniculos, lepores, perdices, faisanos, & cetera volatilia. Ex qua venatione multa oriebatur, cōmittebantur, & perpetrabantur in garenis alienis inter eos & nobiles iurgia, latrocinia, cedes, & scādala, aggressiōes itinerū, & cetera cuncta mala per iustitiam vili eorum morte puniēda & c. Quæ quidem ordinatio dirigitur magistris aquarum & forestarum, & eorū cuiuslibet in suo ressorto & territorio viriliter exequenda, & publicata fuit in parlamento Parisiis die v. Februarij tunc sequentis, & die tunc sequenti in castelleto per præpositum Parisiē. A qua prohibitione excipiuntur nobiles, & burgenfes de suis possessionibus & redditibus sine labore viuentes, & etiam non nobiles priuilegiati à rege: vel qui à prædictis venari permissis commissi fuerunt, aut venantur tempore quo apri & alia syluestria campos deuant: quo casu capi possunt à quibuscunque: sed capta debent domino iuridico reddi. quod est magna interpretatio ad dictum §. nemo retia in præsentī regno. Aliter & aliàs venas

tores sunt emendabiles cum perditione prædæ & instrumentorum. Et præsertim agricultores, qui vti-
 nam hæc cogitent: & meditando suæ conditionis
 non immemores intelligerent, & in quanta, & quali
 pace, ocio & animi & intellectus tranquillitate positi
 sunt, si statu suo possent esse cõtentis. Cùm omnium
 rerum quibus aliquid acquiritur nihil sit agricultura
 melius, nihil suavius, nil verius, nil denique dulcius.
 vt Cic. j. o. lib. & in li. de senectute sic dicit: Venia-
 mus ad voluptates agrorum, quibus ego incredibi-
 liter delector, quæ nec vlla impediuntur senectute,
 & mihi ad sapientis vitam proximè videntur acce-
 dere. Habent enim rationem cum terra, quæ nun-
 quã recusat imperium, nec vnquã sine vñura reddit
 quod accepit. Agrorũ ornato & bene culto nihil
 esse potest vberius, & specie ornatus. Quin etiã satis
 est accommodata ad fugiendum odia ciuitatum. Vnde
 Terentius in euncho. act. v. sc. vj. Ex meo propin-
 quo ture hoc capio cõmodi, Neque agri, neq; vrbis
 odiũ me vnquã percepit. Sic Numa Pompilius secũ-
 dus Romanorum rex, vrbis deserens cõsilia in agris
 frequẽtis morabatur, solũsque ibidem libèter per-
 agrabat: licet (vt Plutarchus ait) esset ingenio ad om-
 nem virtutem accommodus. Optimus etiã popu-
 lus dicitur qui terræ cultius est, vt habetur vij. Po-
 liticorum, vt in Bucolica dicit cum Poëta: Deus no-
 bis hæc otia fecit. Ad eodẽ ingenio dicit Poë-
 357 ta, quod Saturnus qui vbi agriculturam docuit, &
 tanquam optimus agricola vñm stercorendorum
 agrorum primus inuenit (ex quo stercoreus dicitur,
 & Romani post stercoreiani dicti fuerunt Saturnia-
 ni) origo deorum totius prosperitatis Deus meritò
 358 appellatus est. Similiter Noë primus laborator in-
 terpretatur requies, quia cùm ante tempus suum à
 Cain primo agricultore hoĩes in agricultura mul-
 tum laborarent, quam propriis manibus, vngulis, &
 digitis exercebant: Noë primus artem inuenit aran-
 di, in qua satis plus laborant animalia quàm homi-
 nes. Ex quo dicitur de illo Gene. v. Iste scilicet Noë
 cõsolabitur nos ab operibus & laboribus manuum
 nostrarum in terra: quia per artẽ arandi labores ma-
 iores super animalia impositi sunt, & sic requies ho-
 minibus secundum Lyram, ibi. Vnde agricultura fe-
 licior exinde fuit, quam apud Delphos in insulam A-
 pollo Deus cunctis felicitatibus humanis rationabi-
 liter prætulit, cùm tempore Aglai Psophidij agricul-
 toris, Gyges rex Lydię ad templum Apollinis scisci-
 taturus venisset, si aliquis mortaliũ eo felicior esset.
 De quo Valerius libro vij. titu. de felicitate, narrata
 Quinti Metelli cõsulis Romani nobilissimi prospe-
 ritate sic dicit: Clara hæc scilicet Quinti Metelli fe-
 licitas. Obscura illa scilicet Aglai cultoris, sed diui-
 no splendore præposita. Cùm enim Gyges regno Ly-
 dię armis & diuitiis abundantisimo inflatus animo
 Apollinem sciscitatum venisset: an aliquis mortaliũ
 se esset felicior. Deus ex abdito sacrarij specu voce
 missa Aglaum Psophidium ei prætulit: is scilicet A-
 glaus erat Archadum pauperimus: sed ætate iam se-
 nior, terminos agelli sui nõquam excesserat, paru-
 li ruris fructibus ac voluptatibus contentus. Verũ
 profecto beatæ vitæ finem Apollo nõ adumbratum
 oraculi sagacitate complexus est: quocirca insolẽter
 fulgore fortunæ suæ gloriã scilicet Gygi respõdit,
 magis se probare securitate ridens tugurium, quàm
 tristem curis & sollicitudinibus aulam. Paucãque
 glebas pauoris expertes, quàm pinguisima Lydię
 arua metu referta. Et vñum aut alterũ iugum boum

facilis tutelæ, quàm exercitus & arma & equitatum
 voracibus impẽtis onerosum. Et vñus necessarij hor-
 reolum nimis nulli appetendũ, quàm thesauros om-
 nium insidiis & cupiditatibus expositos. Ita Gyges
 dum ad stipulatore, id est suffragatorũ vanæ opi-
 nionis Deum habere concupiscit, vbinam solida &
 359 sincera esset felicitas, didicit. Hæc ille. Or, domi-
 ni mei, materiam nostram reassumendo, sicut aues
 & cætera feræ bestię, sic & pisces in mari & flumini-
 bus existentes sunt in nullius bonis, tanquam res va-
 cantes: ideo nõ in plus sunt ipsius fisci, quàm cætero-
 rum hominum: quinimò primo occupanti cõcedun-
 tur: in quibus quilibet diligentior naturaliter succe-
 dit: & in tantum, quod de iure non possent domini
 & principes piscari prohibere in mari, aut publicis
 fluminibus: licet communi errore, quo dicunt se do-
 minos in terra sua, & cõsequẽter in fluminibus ter-
 ræ coherentibus, id de facto prohibeant, quod de iu-
 re facere non possunt. Nisi consuetudo pinguius hoc
 faciendi eis tribuat: & ita seruat curia Franciæ.
 secundum Ioan. Fab. in §. flumina, institui. de rerum
 diu. quem sequitur Guido papæ quaestio. ccccxliij.
 Vel nisi ex iusta causa hoc fieret, vt supra vidistis.
 Quæ omnia vobis sufficere debent de bonis quæ in
 nullius bonis sunt, nec antè fuerunt: & si aliquando
 fuerint, custodiam euaserunt, & pristinam liberta-
 tem recuperarunt: in quibus primus occupans indu-
 bitanter succedit. TSecundò principaliter sunt ali-
 qua bona de præsentis vacantia, quæ tamen fuerant
 prius in bonis & posse alicuius: quod tripliciter cõ-
 tingere potest, id est dicta bona sunt in triplici diffe-
 rentia: nam quædam sunt talia bona quæ vacant vo-
 luntate domini, cuius fuerunt, & de cõsensu suo, ita
 quod nõ speratur dominus rediturus, aut illa repeti-
 360 turus, vt sunt res pro derelicto habita. Potest enim
 vnusquisque rem suam relinquere, & pro derelicta
 habere: & sic vacabit & in nullius bonis erit, siue sit
 res mobilis, siue immobilis. Quia eo ipso quod eam
 habet pro derelicta, desinit animum habere eam ha-
 bendi, taliter quod non est amplius fidei, nec etiã pos-
 sessio illius ei pertinet, postquam eam possidere nõ
 vult. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquirenda possessio.
 & dicta l. falsus. §. qui alienum. ff. de furtis. Et tunc si
 talis res est mobilis, statim desinit esse domini sui, &
 primò occupanti conceditur. l. prima. ff. pro dereli-
 cto. Ad eodẽ is qui eam rẽ pro derelicto habuit,
 eam repetere non possit, si sciens eam suam dereli-
 querit: nec suam dicere poterit, quam pereuntem cõ-
 temptit. l. ij. C. de infanti. expo. Quod est verum, si
 talis res erat in dominio eam derelinquentis: nec
 plus in ea succedit fiscus, quàm quilibet alius. Si ve-
 rò derelinquens non erat eo tempore verus domi-
 nus, sed nudus possessor, tunc talem rem occupans,
 non ilico efficeretur dominus in præiudicium veri
 domini, sed transiret in eum vsucapiendi conditio
 titulo pro derelicto: ita quod eam possidendo ex
 tunc pacificè continuo triennio cum bona fide effice-
 retur dominus titulo vsucapionis pro derelicto: duo
 bus tamen concurrentibus. Primò, quod iste occu-
 pans credat priorem possessorem qui rem pro dereli-
 cto habuit, antè verum fuisse dominum illius rei.
 Quoniam si sciret aut crederet ipsum non fuisse do-
 minum, cum eo tunc esset in mala fide, nõquam vsu-
 capere possit. capitu. possessor. de regul. iur. libro. vj.
 Secundò requiritur, quod vsucapiens ipse qui rem
 derelictam occupauit, sciat vel credat illã vsucapien-
 tis: & in omni vsucapione verus requiritur titulus,
 aut pu

aut putatiuus iusto errore procedens. l. Celsus. vbi ple-
 ne Bart. ff. de vsucapio. & Panor. in capitu. si diligẽ-
 ti. de præscript. & etiã requiritur bona fides: quæ
 duo refutãt ex præmissis. Et ratio quare res à domi-
 no habita pro derelicta primo occupanti cõceditur
 & acquiritur, est, quia eo ipso quod quis rem suã pro
 derelicta habet, simul voluisse intelligitur eã alicu-
 ius fieri, cui eam donasse videtur. l. si id quod. in fi. ff.
 pro derelicto. Nec eã amplius repetere poterit, cuius
 dominium perdidit, quia suum dicere non pote-
 rit, quod contempsit. l. ij. C. de infantibus expositi. Et
 potest quilibet dominus rem suam habere res pro dereli-
 cto, prouiso quod rem totam pro derelicta habeat
 & relinquat. Quoniam non possit partem retinendo
 residuum relinquere, nisi in ea non haberet nisi
 partem, quam relinquere velit, quod hoc facere pos-
 set. Cùm respectu sui totum quod habet, derelinquat
 & perdit. l. an pars. ff. pro derelicto. Et sufficit ad rei
 suæ perdendum dominium, quod desinat dominus
 esse velle. Veruntamen antequam res illa pro dereli-
 cta habita acquiratur alteri, necesse est, quod per eã
 realiter occupetur, cùm alterius fieri non possit, nisi
 per eum possessa fuerit. l. ij. ff. illo eodem titu. Et per
 reale adeptionem efficitur occupans dominus, vbi
 ipse derelinquens verus fuerat dominus, vt dixi. Sin
 autem cõcurrentibus supra dictis duobus vsucapere
 poterit, etiã si author eius esset incertus, vt quia rẽ
 sic vacantem occupans ignoret quis illam pro dereli-
 cto habuit, quia sufficit quod verè pro derelicto ha-
 bita fuerit: imò sufficeret possessor credere eam pro
 362 derelicto habitam, vt dicta l. si id quod. Et præ-
 missa vera, vbi res mobilis quæ pro derelicto habita fuit,
 si autem res immobilis esset pro derelicto habita, &
 sic vacans. Si quidẽ talis res sit allodialis, in qua pos-
 363 sessor plenum, & totale habebat dominium, à nemi-
 ne alio, quàm Deo recognitum, vt supra plene vidi-
 stis in primo articulo. de cõsensu. & tunc idẽ quod in re-
 bus mobilibus. Quia primo occupanti tale allodium
 conceditur, ita quod nõ plus fisco, quàm alteri com-
 petit, prouiso quod subiectum non sit restitutioni,
 quo casu alteri, quàm fideicommissario acquiri non
 possit: aliã fideicommissa in talibus cõsistentia boni-
 nis facilliter fraudaretur. Et si de facto talis res occu-
 paret, repeti possit. l. fin. C. cõmuni de lega. vel cõ-
 peteret ei cui ordine successio ex pacto, vel vltima
 366 voluntate, aut rei natura vel cõsuetudine compete-
 re deberet: vt quia fortè res acquisita fuerat pro ipso
 acquirente, & suis in ordine successoribus. Et idem
 quod in plenis allodialibus esset, vbi possessor plenu
 dominium non haberet, vt puta in allodialibus præ-
 scriptis, in quibus ille, qui præscripsit vtile tantum
 367 habet dominium, & cum ex præscriptione immobi-
 lium non acquiratur præscribenti nisi vtile domi-
 nium, directo remanente apud priorem dominum,
 cõtra quem fuit præscriptum, vt in Authen. nisi tri-
 cennale. C. de bon. maternis. vbi glo. & omnes. Quia
 cùm tale dominium vtile apud præscribentem exi-
 stens non dependeat à dominio directo in persona
 præscripti remanente, imò illi contrarietur, vt plene
 docet Barto. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui-
 possessio. tale dominium vtile habetur pro totali do-
 minio aliud nõ recognoscere, & dominio directo
 apud præscriptum remanenti præferretur, & ipsum cõ-
 fundit. l. si quis emptionis. C. de præscript. xxx. vel xl.
 anno. Vnde talis res allodialis præscripta nõ minus
 erit allodialis apud præscribentem, quàm esset ante
 præscriptionem penes priore dominum, quem nũc

præscriptione cõpleta, nullo modo recognoscit, sed
 repellit, & excludit. Et talis res pro derelicto haberi
 potest, etiã si in ea ius putã seruitutis alteri compe-
 teret, eo quod prior dominus cogi poterat: quia talẽ
 rem pro derelicto habes liberatur ab illo iure, quod
 ei incumbere ratione vel ad causam rei. l. & si fortè
 §. etiam de seruitute. versicu. l. abeo. ff. si seruitus ven-
 di. & l. cum fructuarius. ff. de vsufructu. Si autem
 res pro derelicto habita erat feudalis, tunc remanet
 filiis vasalli rem pro derelicto habentis, & post eos
 agnatis: & si filios nõ haberet, nec agnatos, tunc habẽ
 do feudum pro derelicto nihil ageret in utilitatẽ al-
 terius, quàm domini. Quia si est feudum simplex, ad
 incertum & indeterminatum seruitium concessum,
 scilicet intuitu solius fidelitatis, potest ipse vasallus,
 etiã inuito domino, habere eum pro derelicto. Ita
 quod ilico eius, quod derelictũ est, dominium vtile,
 quod penes vasallum erat, censetur cõsolidatum cũ
 directo, à quo dependebat. Quæ consolidatio etiã
 inuito domino fit, cùm tale feudum possit per vasal-
 lum derelinqui, secundum glo. & Docto. in cap. quæ
 in ecclesiariarum. de constituto. & Barto. in l. is cum quo.
 ff. de aqua plu. arcen. Vnde tali feudo derelicto ter-
 tius illud occupans eum habere nõ potest iure prohi-
 bente, cùm feudi alienatio, & translatio fieri prohi-
 beantur de iure in extraneum sine cõsensu domini.
 capitu. j. de prohib. feu. alie. per Lotha. Nec obstant
 iura. ff. & C. pro derelicto. & insti. de rerum diuisione.
 §. fina. vbi res à domino derelicta statim fuit oc-
 cupatium: quia hoc est verum, vbi occupans rem de-
 relictam reperit dominium rei vacans sicut plene vacat
 in allodiis derelictis: sed in re feudali habita p
 derelicta tertius eam occupans nõ reperit dominium
 365 vtile à vasallo derelictum vacans, & cum ilico quod
 feudum fuit à vasallo derelictum, dominium vtile
 quod antè penes eũ erat, fuit cum directo à quo de-
 pendebat, & cui seruiebat, consolidatum, secundũ
 Bart. in dicto §. differentia. Sicut videmus à simili, q
 vsufructuarius relinquere potest vsufructum, etiã
 inuito proprietario. l. si absente. & l. cum fructuarius
 ff. de vsufu. Et tamẽ non conceditur occupanti, sed
 consolidatur cum proprietate sua, institui. de vsufructu.
 §. finitur. Et ad dominum proprietarium reuertitur,
 qui concesserat illum, si talem velit acceptare
 consolidationem: quia si eam refutaret, vtile do-
 minium derelictum illi remaneret occupanti, cùm
 non fiat consolidatio nisi volenti. l. si. C. de iure em-
 phy. secundum aliquos. Vnde cùm tale feudũ occu-
 pati remaneret, quasi ex quadam donatione facta à
 vasallo feudum derelinquente, & laudata per domi-
 num vti consolidatione nolentem. Est enim dere-
 lictũ: quasi genus donationis. l. quod seruus. ff. de si-
 pulatione seruorum. facta tamẽ in personam incre-
 tam, gl. in d. l. quod seruus & l. si id quod. ff. pro dere-
 licto secundum eos, & secundum alios talis cõsolida-
 tio fit etiã inuito domino directo. ad eodẽ quod si eã
 refutaret, nihilominus fieret: nec possit dominus di-
 rectus vtile dominium semel ipso iure cum proprie-
 tate cõsolidatũ separare à directo, nec illud habere
 simpliciter pro derelicto, vt nõ solummodo remane-
 ret occupanti, argumen. l. ij. in fine. ff. pro derelicto.
 Vnde si tale dominium vtile consolidatum cum di-
 recto separare vellet, hoc sola voluntate facere non
 possit: imò necesse haberet hoc facere per contractũ
 conuenientem, putã feudalem, aut emphyteuticum,
 & similes ad dominium vtile transfereudũ aptos,
 scilicet rem illam de nouo infeudandã, & concedẽ-
 Q. iij do illi

& tetigi supra in prin. huius quinti articuli. Nam si-
 fcus in bonis sic vacantibus in defectu heredu succ-
 cedens verè succedit, aded quod si talia bona tanquã
 vacatia per fiscum apprehesa, postea fuerint per of-
 ficiarios ad publicam subhastatione debitis præce-
 dentibus interuallis secundum consuetudinem ven-
 dita, veditio tenebit irrevocabiliter. Ita quod si fi-
 lius vel alius defuncti proximus parens, qui forsã
 tẽpore mortis absens erat, tũc appareret bona vedita
 recuperare volens, nõ audiretur, nisi ad petendum à
 fisco pretium infra quadriennium continuũ à tem-
 pore facta fisco denuntiationis, & bonorũ occupa-
 tionis computandum, nõ post. l. j. & l. omnes. C.
 de quadrienn. præscri. Et ita consuetudine seruatur, se-
 cundum Masuerũ, tit. de emptio. & vediti. s. itẽ si bo-
 na mobilia. & tit. de success. s. itẽ & illius, qui mor-
 tuus est sine hærede. nisi hæres ille minor esset xiiij.
 annis. Quo casu hoc non obstante admitteretur be-
 neficio minoris ætatis post quadriennium ad pretium
 consequendũ à fisco, secundum cum ibi, subiungentem
 idẽ esse, si fiscus bona erema videret, quã lãgo
 tempore in eremo remanserant inculta negligentia
 dominorum, de quibus intelligi etiam potest di-
 cta l. omnes. Et idem vt quadriennio præscribatur
 contra verum hæredem & dominum, vbi bona nõ
 essent per fiscum aut officarios fiscales alienata, sed
 per ipsum principem, vel Augustam, aut eorum offi-
 cios, non vt res confiscatas, aut vacantes: sed tan-
 quam de patrimonio principis existentia, per tex. in
 l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Nam regula
 communis habet. ¶ quod quoties princeps vel Au-
 gusta, aut eorũ fiscus seu officiales ad hoc deputati
 bona aliena veditũ tanquã sua propria, & nõ vt a-
 lienata, emptor aut donatarius vel alius quicunq; titu-
 larius est ilico securus, tamen dominus rei habet re-
 gressum contra principem, aut fiscum infra quadriẽ-
 nium ad consequendum pretium, vt dixi per dictam
 l. omnes. & l. bene à Zenone. Quas discretẽ & sapiẽ-
 382 ter, ne iniquũ concipiatis, debetis intelligere. ¶ quia
 antẽ quã dispositio earum habeat locum, multa re-
 quiruntur. Primò requiritur, quod fiscus rẽ alienam,
 vt suam alienans eam credat suam, & non alienam:
 quia si putaret eam esse alienam, posset dominus rei
 eam vendicare ab eo, cui princeps concessit, secundũ
 glo. in l. multum interest. C. de comunium rerum
 alien. Præterea requiritur, quod fiscus rem quam cõ-
 cedit, possideat bona fide, credens esse suam, vt in ca-
 su nostro, vbi fiscus videns bona vacatia ob defectũ
 legitimorum hæredum, iustam habet credendi cau-
 sam, quod sint sua, vt dicta l. j. C. de bo. vaca. lib. x.
 & tũc contra dominũ est emptor, aut donatarius ilico
 securus, & etiam fiscus post quadriennium. Sed eo
 pendente tenetur reddere domino pretiũ, si eam vẽ-
 didit, aut æstimacionẽ rei, si eam donauit, & cum il-
 la erit quitus: secus, si mala fide rem alienatam fiscus
 possidebat, secundum glo. super verbo, distrahatur
 in l. j. C. de vendi. rerũ fiska. cum priuatis comunium
 lib. x. & tenet Jac. de Arc. quẽ ibi formaliter sequun-
 tur Bal. & Ang. in dicta l. ij. C. de comunium rerum
 alie. & in l. j. C. de hære. vel actio. vediti. & Panor. in c.
 penul. vers. ego incipiam, & c. de re iudi. Quod dicit
 esse nõ adũm: quia multi errant in intellectu dicta-
 rã legum, omnes, & bene à Zenone, intelligetes eas
 indistincte etiam cum mala fide, quod nõ est verũ:
 imò tunc dominus audiretur, etiã post quadriennium
 contra eum, in quem facta est alienatio per fiscum,
 aut principem nõ dominum, sicut audiretur si alius

quicunq; eam alienasset. ¶ Secundò requiritur, quod
 res quam fiscus vel princeps bona fide credẽs suam
 alienauit, non sit nec pertineat ecclesiã, quia tunc is,
 in quem facta esset alienatio, non esset securus ilico,
 donec lapso tempore xl. annorum, quo solo contra
 ecclesiã præscribitur. c. ad aures. de præscrip. & Au-
 then. quas actioes. C. de sacros. eccle. Nec haberet
 tũc locum dispositio dictarum legum, per tex. in c.
 quicunq; militum. xij. q. ij. Et pariter locum non ha-
 beret, vbi princeps rem alienã donaret vt suam, etiã
 credens eam esse suam alicui ecclesiã, secundum gl.
 ibi in fi. per tex. in c. placuit. leg. xvj. q. vbi gl. pen.
 hoc tenet, quod ecclesiã ilico nõ esset tuta, imò tene-
 retur rẽ vero domino restituere, quicquid dicat text.
 in dict. l. bene à Zenone. ante fi. Et ratio est secundũ
 glo. in dicto c. placuit. Quia sicut ecclesiã non luit di-
 cta l. bene à Zenone, recipere cõtra se, vt dicto c. q.
 quicunq; militum, vt dixi. Sic etiam gaudere non debet
 priuilegio illius, quia iniquum foret putare aliquid
 iustum esse in sua persona, quod iniquum putauit
 personis aliorum ar. in l. generaliter. C. de rebus cre-
 di. & iureiuran. s. sed iuramento. & ff. quod quisq; iu-
 ris. per totũ, & per hæc dicit plus glo. super verbo,
 irrita. in ca. qui res. de rebus ecclesiã non alienadis.
 Quod dispositio dicta l. omnes. & l. bene à Zenone,
 locum non habet de iure isto canonico: ideo vt dixi
 locum non habet in ecclesiã, si imperator rem alienã
 ci donauerit, secundum glo. in dicto c. quicunq; xij.
 q. ij. per c. placuit. xvj. q. ij. Et minus si rem ecclesiã
 tanquam suam alteri donaret, vt ibi: sed solum habet
 locum de iure ciuili, & inter laicos, & in rebus eorũ,
 vt per Panormita. in dicto c. qui res. & plenẽ Fely. in
 capi. quã in ecclesiã. xiiij. col. v. vers. secundum
 verò membrum dicta conclusionis, & c. de constitu.
 vltra quem consuluit Panormi. in secunda parte cõ-
 si. ij. xvj. col. in fi. dictam l. bene à Zenone. locũ
 non habere in rege Franciã, nec in aliis regibus, aut
 principibus præterquam in Imperatore, & Augusta
 eius consorti, rem alienam vt suam alienant. Cũ
 lex illa specialissimum continet priuilegium Im-
 peratoris, & Auguste, qui suis consiliis suisque la-
 boribus pro toto orbe terrarum die noctũque labo-
 rant. Vnde non immeritò dignam habent sua præ-
 rogatiua fortunam, vt ibi dicit textus, prope finem.
 Hoc autem priuilegium non attribuit regi nostro
 Franciã, ergo non est ad ipsum extendendum. capi-
 tu. sanẽ. de priuileg. Maxime quia in eo non est eadem
 ratio in hoc, quã militat in Imperatore, cum nõ la-
 bore pro vniuerso orbe, sicut facit Imperator. Ta-
 men de consuetudine seruatur in regno, secundum
 Masuerum in dicto s. item ex illius. Et præmissa ve-
 ra, vbi bona fuerunt tanquam vacantia per fiscum
 alienata cum effectu, id est, taliter, quod ille in quẽ
 fuit alienatio facta, tenet & possidet illa bona: quia
 pro illis inquiri nõ poterit quoquomodo, nec fi-
 scus pro pretio post quadriennium, vt dicta l. bene à
 Zenone. & l. omnes. Si autem bona non adeptus fuisset,
 nec possideret, sed fiscus vel quilibet alius, pos-
 set hæres & quicunq; alter dominus illa recuperare
 infra triginta annos. l. licet. C. de iure deliberandi.
 Et idem si res per fiscum alienata, & ab emptore aut
 donatario possessa, reperiretur nõ ad ipsum fiscum
 reuerfa, & eam teneret. Cũ locupletari non debeat
 de aliorum, præsertim subditorum suorum iactura,
 capi. locupletari. de regu. iur. lib. vj. & l. nam hoc na-
 tura. ff. de cõdit. indebi. Præterea l. illa omnes, & be-
 ne à Zenone, est odiosa & restringenda, secundum
 Panor.

385 Panor. vbi supra. ¶ Sanẽ tamen intelligatis fiscum
 succedere in bonis vacantibus propter defectum hæ-
 redum, vbi bona vacantia essent allodialia, Franca,
 & libera in quibus nemo alter interesse præterdit de
 quibus plenẽ vidistis in primo articulo, & in secun-
 386 da decisio. ¶ Si autem talia bona vacantia essent
 alteri domino consolidabilia, certẽ in illis præferrẽ-
 tur domini directi: & sic in feudilibus & emphyteu-
 ticariis semper fisco præferruntur domini, à quib; de-
 pendent, & in quorum terra, & iurisdictione bona
 sunt situata mobilia & immobilia, quorum interest
 dominum vitale consolidari suo directo in defectu
 hominis, ne transcant in potentiore. Præterea cuius
 domini ipsi hæredes sunt, eius omnia bona esse
 cognoscant. l. fin. C. ex quibus cau. colo. cõsuetudo do-
 minos accu. possunt. lib. xj. Vnde nobiles, q. suos ha-
 bent homines, illis sine hærede decedentibus succe-
 dunt, secundum Bald. in l. j. C. de hæredi. de qn. Testa-
 ri tamen possunt si vellent, quia ingenui sunt, & li-
 beri homines secundum glo. in fi. de iure perso. circa
 medium. Præsertim in isto regno, in quo sunt feuda
 & emphyteuses ad instar patrimoniorũ redacta, vt
 sæpe dictum fuit, nisi cõsuetudo esset in cõtrarium,
 scilicet quod testari non possent: quia valerẽt & di-
 sponere possent, quod rusticis morticibus absq; libe-
 ris possit dominus castri vel loci totum vel certam
 bonorum partem occupare. Quo casu non excluderentur
 liberi morticis, sed duntaxat reliqui paren-
 387 tes. ¶ Cũ enim successiones sint de iure positio, vt
 dicit Bal. in l. meminimus. C. de legit. hæred. [De
 quo infra super verbo, condidit. j. circa princ.] Con-
 suetudo in eis multũ potest, vbi non reperitur ex-
 pressẽ prohibita derogare iuri communi, ita quod
 tantũ potest sicut lex scripta ad tollendam veterẽ
 legem. in fi. de iure naturali. s. ex non scripto. Ideo
 erunt hoc casu exclusi, præter liberos omnes paren-
 tes licet ascendentes, etiam à legitima, quam eo tunc
 de bonis liberorum exigere non poterunt. Cũ nõ
 sit de iure naturali, secundum Bald. in l. j. s. ius natu-
 rale. ff. de iustitia & iur. & dixi plenẽ supra in primo
 præiudicio. Quæ quidem consuetudo multum inole-
 uit in pluribus locis, in quibus barones & nobiles
 mortuo Pagefio seu rustico suo sine liberis, & in q-
 390 busdam aliis locis, eo mortuo sine liberis, & aliis pa-
 rentibus eiusdem conditionis hominibus, qui soli
 sunt ad succedendum ex testamento, vel ab intestato
 capaces, secundum Ioan. Fab. in fi. de iure perso.
 s. feruitus. in princ. omnia capiunt, & occupant iure
 388 peculiarij, quod vocant manum mortuam. ¶ Si autem
 extarent liberi, vel alij parentes eiusdem cõditionis
 homines, illi defuncto succederent ex testamento, si
 testamentum fecisset, vel ab intestato, si intestatus
 decesserit, in quos transit hæreditas, & etiam posses-
 sio ipso iure in presenti regno sine alia apprehensio-
 ne, sicut transiret alia quælibet hæreditas frãca & li-
 bera in hæredes omnino liberos iure sanguinis parẽ-
 telæ succedentes per generalẽ regni cõsuetudinem,
 qua mortuus viuus say sit eius proximum linea-
 391 rium. [De qua consuetudine plenẽ habetur infra
 super verbo, Mortuo itaq; testatore. ij.] Nec talis cõ-
 suetudo say firet alios, licet cõsanguineos proximos,
 si eiusdem non essent conditionis cum defuncto. Sed
 dominus iure manus mortuæ, si defunctus hæredes
 suæ conditionis parentes nõ haberet, de bonis & hæ-
 reditate illius remaneret say situs: quia vbi est talis
 consuetudo manus mortuæ, liberi & franci homi-
 nes homini cõditionato succedere nõ possunt, cũ

plenẽ liber non sit, secundum Ioann. Fab. Angel. &
 Christophorum Porcum. In fi. de serui. cognatio.
 389 Sanẽ tamen intelligatis tales eiusdem conditio-
 nis homines per generalem regni consuetudinem
 fore ipso iure say sitos cõtra omnes, præterquam do-
 minum feudalem & directum, à quo tales hæredes
 non obstante consuetudine say sitiente necesse habent
 petere inuestituram, & mitti in possessionem, vt pos-
 sessores fiãt, sicut quilibet alius hæres rem ab alio in
 feudum tenens, vel emphyteusim, secundum Bal. in
 cap. j. An mutus vel imperfectus. Nulla enim cõsue-
 tudo aliquem say sit contra suum superiorem domi-
 num, & minũs contra regem. Ob quod facta fuit re-
 gia ordinatio, quæ incipit, & si quæstio. Ideo non
 posset subditus ratione iurisdictionis altæ & bassæ
 in casu nouitatis contra dominum suum impetrare,
 cũ sit sine possessione respectu domini, antequã
 fuerit ab eo inuestitus, & ita seruatur secundum Ma-
 suerum, titu. de possess. s. item ille q. est subditus. Et
 clariũ in titu. de feudis. s. item successor singularis.
 ¶ cum s. seq. [Hoc plenũs declaratur infra super di-
 cto verbo, Mortuo itaq; j. loquẽdo de continuatio-
 ne possessionis de patre in filium.] Vnde stylus curi-
 riæ Parlamenti Franciã habet, quod vbi subditus
 conuerit de domino non super nouo impedimẽ-
 to, sit tunc causa remissio domino: quia aliã esset in
 potestate subiecti auferre iurisdictionem domino
 suo, nouum proponendo impedimentum, ideo com-
 munit in Gallico dicitur: *Entre Seigneur & subiect,*
n'ha point de nouuelletẽ. Si tamen dominus vel iudex
 iniuste, & iuris ordine non seruato, procedit contra
 subditum, potest intentari contra ipsum remedium
 recuperandæ possessionis. cap. conuerite. de restit.
 spol. vt refert magister Guliel. de Brolio. titu. de cau-
 sa nouitatis. cap. item si subiectus. Præterea verum
 est, quod inter subiectum, & dominum nõ cadit no-
 uitas, sed si esset inter subditum ex vna parte, & do-
 minum alium ex altera, tunc quo ad illum alium, &
 etiam dominum rex haberet cognitionem, neq; ille
 alius petere posset remissionem fieri, ne continentia
 cause diuidatur: & ita fuit Arresto declaratum Pari-
 392 siis. [De quo per dominum Antierri. in suo tracta-
 tu Arrestorum cap. xlvij.] ¶ Et pariter non posset
 Pagefius cõtra dominum impetrare saluã gardiam,
 quæ propriẽ respicit res, & patrimoniu. Nam si hæc
 impetrari possent, faciliter impediretur dominus in
 sua iurisdictione per subditos, quibus prouisum est
 remedio appellandi vel prouocandi, si grauẽtur per
 dominum iure superioritatis & autoritatis. Tamen
 secundum stylum curiæ Parlamenti regiæ dominus
 dare cogereur asscuramentum, & securitatem va-
 fallo, & homini suo, & quicunq; eius subdito de cor-
 pore suo, id est, de ipsum non offendẽdo in corpore
 seu psona, cũ talis offensio reparari nõ posset re-
 medio appellationis, de qua materia saluã gardiã, &
 asscuramenti habetur in l. denuntiamus. C. de his
 qui ad eccle. confu. & l. licitas. s. ne potiores. vbi
 Barto. ff. de offic. præsid. & in l. sanctum. ff. de rerum
 diuis. & Fely. super rubrica, de treug. & pa. ¶ Et quod
 cõsuetudo, quod dominus succedat Pagefio, & ho-
 mini suo valeat, tenet Holtien. in summa. titu. de na-
 tis ex libe. ventre. s. fin. versu. Et nun. Et dicitur in
 summa confessorum, titu. de success. ab intesta. quæ-
 stione cxxj. vbi dicitur, quod si fuerit consuetudo
 terræ, quod mortuo homine sine filio dominus to-
 tum accipiat, talis consuetudo est seruanda, & con-
 sequenter dicitur in foro cõscientiæ tuta prout olim
 Q v serua

392 seruabatur in patria Delphinatus, ubi manu mortuam accipiebant Barones, & ceteri nobiles illius patriae ab hominibus suis, ut refert Guido Papae, quaestione eccl. xj. dicens, quod capere eam solebat etiam dominus Delphinus usque ad tempora domini 393 Huberti, qui inter cetera libertatem concessit patriae suae a praemis, & dictam patriam suam trātulit in primogenitum Franciae, prohibens manum mortuam accipere, nisi ab his, qui eam caperent ab hominibus, & subditis suis, de quo modicum retigit Cyn. in authenti. sed episcopalis dignitas. C. de episcop. & cleri. & in l. voluntarie. C. de excusat. tutor. & Ioanes Fab. in §. j. instit. quibus modis ius patriae potest. fol. ubi dicit, quod mortuo aliquo sine liberis in potestate existentibus, potest dominus ex consuetudine si ibi vigeat omnia occupare iure manus mortuae: idem tenet Bart. in l. item in potestate. in fine. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Quia stante consuetudine manus mortuae, prout est in pluribus locis huius regni Franciae (ut refert Masuerus, titu. de successio. & vltimis volun. §. item illius, qui mortuus est sine liberis, & tangit in titu. de loca. & iure emphyteu. §. item si res quae data fuit, in fin.) non possent tales homines testado, aut inter viuos de bonis suis disponere, secundum Hostien. ubi super, nisi inter liberos, & in aliquibus locis inter suos, qui dicuntur omnes illi, qui inuiti ferre testimonium contra talem hominem non fuissent coacti, vel nisi in magna necessitate, vel pro acquiendendo alia bona sibi, & domino magis utilia, ad instar bonorum ecclesiae, ut notat Panormita. in capit. nulli. de rebus eccles. non alie. Et si alia disponerent inter extraneos vel testarentur, postea dominus omnia reuocare, maxime si donarent. l. j. ubi plenē Ioann. de Pla. & Docto. C. non lice. habita. metroco. loca sua ad extran. transferre, libro xj. Talibus profecto hominibus dicere potest baro id quod Deus Israelitis dixit Leuiti. xxv. Terram quoque non vendetis, quia mea est: vos aduenae, coloni mei estis, &c. Quorum colonorum differentia est multiplex. Inter quos a scripturam conditio deterior est: quia parum differunt a seruis. l. ne diutius. C. de agricol. & censu. libro. xj. Tales enim sicut ceteri dicitur coloni ab agris colendis vocati & nominati: & praeterea dicuntur ascripti, quia glebae seu terrae, quam colunt, sunt perpetuo ascripti, a qua discedere nunquam possunt, ut alibi moritur. l. cum satis. illo eodem titulo. imò sunt pars glebae & terrae, quam colere sunt ascripti, adeo quod pro rebus immobilibus habentur & earum appellatione veniunt: ita quod legata vendita, aut donata terra, censentur & ipsi cum sobole sua translati, & alienati terram sequentes quocumque vadat, etiam si in manus Iudaeorum vel aliorum infidelium terra illa perueniret. Qui licet Christianum mancipium habere non possint. l. prima. C. ne Christiana. mancipium. Attamen tales Christianos ascriptitios velut fundi partem habebunt, dummodo eis non vntentur ad aliud, quam agriculturam cui ascripti sunt. capit. multorum. de Iudaeis. Quo casu non dicitur Christianus proprie Iudaeo subditus sed solum terrae Iudaeae ascriptus, cui terrae potius seruit, quam personae. Et sic non obstat dicta l. prima. C. ne Christiana. mancipium habere. Vnde tanquam partem fundi tenetur dominus tales ascriptios tradere, sicut terram in publico censu, cum propter eos terra plus aestimetur, secundum glo. in l. prima. C. de seruis fugitiuis. quia inter immobilia velut pars

terra computatur, in authenti. de non alien. §. velut enim. collatio. ij. de quo habetur in l. forma. §. si quis inquilinos. ff. de censu. Nec videri possent vel alio modo alienari, sine fundo: quia ab eo separari non possunt, etiam ex privilegio motu proprio principis cōcesso. l. originarios. ubi Ioan. de Plat. & ceteri. C. de agricol. & censu. Sic etiam a solo non possunt sequentes coloni separari, in signum cuius primus agricultor vocatus fuit Cain, id est possessio. Cain enim lingua Hebraica possessionem significat, quia cupidissimus fuisse perhibetur, ac invidia plenus, & alienae felicitatis impatientissimus, ut sunt communiter Agricola Rusticani, de quibus ait Diodorus Siculus, lib. iij. quod omnis invidia subdita est regibus in India, quae si dicat, quod omnes agricolae, qui ut plurimum sunt inuidi dant regi tributum. Ex quo antiqua arbitrabatur, & pingebat deitatem largitrix gentilitas, Saturnum agriculturae doctorem esse hominem senem, capite obuolutum, fordium, atque falce ornatum. Quae sicut Saturno homini, sic etiam planetae conueniunt: quem astrologi dicunt plantam frigidum, siccum, melancholicum, auarum, maliosum, inuidum, & simulatorem, ac foetidi oris, quasi de omnibus male dicentem. Quamobrem, quia secundum Ciceronem in Rhetoricis, virtutis comes [De quo plenius super verbo, Mortuo itaque testatore. j. dum loquitur de Iudaeorum inuidia contra Christum.] inuidia est. Cain agricola primus fratrem suum Abel totum nobilē Deum corde syncero colentem, cuius sacrificia Deo erant accepta, crudeliter interfecit. Nunquid agricolae (ut Matth. xxj. veritas diuina testatur) sola inuidia moti videtes filium domini sui dixerunt intra se: hic est haeres, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius, & apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Nec sine causa in agricolis figurat ibi inuidia Pharisaeorum & Sacerdotum contra Christum verum nobilitatis principem. Quae quidem inuidia naturaliter contra nobilitatem est rusticis & villanis insita, quibus tatus semper, & tam vultus est animus extinguendi nobilitatem: quia raro est inter tam dissimiles animos beneuolentiae charitatisque consensio. Nec est nouum in praesenti regno ignobile vulgus ea de causa insurrexisse, & plura perpetrasse. Quod maxime contingit capite languente, prout factum fuisse legitur beato Ludouico Francorum rege apud infideles capto, de quo Gaguin. lib. vij. cap. ij. Ludouico, inquit, capto exercitati plerique adolescententes tanquam regem custodia eximere sperarent conuenientes, duce Hungaro, qui illis non aliter, quam episcopus praesidebat, magnam sibi sociorum multitudinem coegerant, atque ita per Parisios, Aurelianensesque & Bituriges profecti, cum non furto, non aduertiis abstinerent, a Biturigibus non longe a vico, qui mortuum mare dicitur, quae ad nouam villam iter est, perempti sunt. Hi enim pastores se nominari volebant. & eodem lib. cap. fin. sic dicit, dnm hac difficulti aguntur, scilicet bella inter Philippum Longum Franciae regem, & Flandriae comitem, ouium quidam pastores admoniti caelesti (ut ipsi asseuerabant) oraculo in Syria religionis Christianae causa profecturos se iactabant, qui postquam magno numero aucti sunt, latrunculis non dissimiles, cum praedas agerent, Carcallonae usque progressi ab incolis grege facto dissipati auferunt compluribus interfecit, & patibulo strangulatis. Pariter certo certius est rusticos fuisse inuidia arrogantissimos, ac dominandi facultate

facultate contra nobiles tempore Ioannis Franciae regis vsurpare voluisse, tamē male eis successisse, de quo idem Gaguinus, lib. ix. c. j. de tempore quo rex Ioannes in Anglia captus tenebatur Carolo quinto eius filio regnum moderante sic refert. Insurrexit per id tempus in Bellouacensium territorio agriculturalum in solis turba, quae ex vicis in nobilitatem duce Gulielmo Calletto irrumpens eadem multam facit. Compendiumque vsque, atque Siluaneum & Successionem grassata, arces complures spoliavit, deicitque. Erat huic hominum pesti in nobilitatem praecipua conspiratio, & execrabilis fauitia: cuius ne per eius singula flagitia circumferar, duo tantum praecipue immanitatis crimina memorabo. Inter plurimas caedes haec debacchantium furia castellum quoddam irrumpens loci dominum cum palo alligasset, eius uxorem silamque, in conspectu mariti suprauerunt, stupratas necauerunt, viro mox crudeliter interempto. Alterum praeterea auratum equitem a se trucidatum, & veru transfixum igni assauerunt spectante equitis uxore, quam a duodecim supratore violatam impulerunt de mariti carne vesci, miseram paulo post mulierem morte afflictes. Sunt qui memoriam prodiderunt, hos grassatores regem sibi instituisse laetum quendam Bellouacum, a quo ipsi se Iaquis voluerunt appellari. Egressi quoque Parisiis trecenti ex numero perditorum homines, duce Petro Gillo, Tillium profecti, cum ibi Ioannē Vailant cum quingentis eiusdem factionis armatis comperissent, inita societate Meldem ducunt, rati prima incurione mercatum expugnare. Quos Meldenses positus per vias mensis, vino, atque dapibus magna omnium laetitia reficiunt, erant tunc in mercato cum uxore Caroli quinti Fuxsis comes, atque alij bono numero nobiles quidam, qui postquam oppugnatio nem aduersum se parari videt, irruptione facta totam illam plebem viam furoremque dissipant: ingressique ciuitatem, eam partim incendunt, atque diripiunt, capto Solano ciuitatis praetore, quem abductum necauerunt. Deprehensus praeterea a Nauarro rege Gulielmus Calletus Iaquarum Beluacensium primarius carnifex (Iaquis enim haec se factio nominabat) vltimum supplicium apud Claromontem tulit. Inter bonos (inquit Sallustius in Ingurino) amicitia, inter malos factio est.] Eademque tempestate paulo ante mercatorum praepositus cubiculum Caroli praedicti ingressus, nihil inquit serene princeps, inter ea, quae gesturi sumus cōtristeris. simul haec dices Conflauium Campanum Marschallum Carolo conspiciens necauerunt, Robertumque Claromontensem inde fugientem in penitrali interemerunt. Quorum cadauera trahi a satellitibus, & ad mensam marmoream, quae in atrio ad gradus palatii est, proici inspiciente Carolo praepositus iusserat, ubi ad populi spectaculum ad vesperam usque relicta iacere. Pariter de tempore Caroli sexti Fracorum regis, eodem lib. c. iij. Idem Gaguinus sic dicit: Eadem quoque tempestate Aruerni adiunctis sibi Lemouicensibus, atque Pictauiensibus grauisimam seditionem excitauerunt, ducem sibi quendam Petrum Bruerium instituentes, atque ita per nequissimam licentiam grassantes, nobilem quemque clerum, item, & alicuius pensu hominem sibi obuium sine miseratione obruncabant. Nam deprehensi forte per viam Serti equitis capiti ignitum calsidem imponunt: sacerdoti amputatis digitis capitis verticem deglubunt, deinde cremat. Religiosum hospitalis ordinis proceram arbori appen-

sum, sagittis telisque cōfossium necat. Nec modus illis erat vllus lauiendi, pluris inter illos habebatur, qui diriora flagitia committeret. Huius tam detestandae inhumanitatis nuntio accepto Biturigum dux, qui Auenionem salutandi pontificis causa petebat, delecto nobilium exercitu in seditiones mouet, quos non difficili praelio multis occisis, multisque laqueo strangulatis superauit. Haec ille. Talis enim furiosa plebs aduentu viri alicuius in signis confestim tacet, ut contigisse refert Valerius, li. iij. tit. de fiducia sui. Cum in vrbe fames contigisset, & ob id plebs Romana in varias sententias, non sine tumultu declinaret, Scipio Nafica ad eam faceret, Quirites, inquit, plus enim ego, quam vos quid reipublicae expediat intelligo. Qua voce audita omnes pleno venerationis silentio maiorem auctoritatem eius, quam suorum almentorū respectum egerunt. Hic ille. Pro quo facit poeticum illud Aeneidum libro primo: *Sauitque animis ignobile vulgus, Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat. Tum pietate grauem, ac meritis forte virum quem Conspexere, silenti, arrectisque auribus, astant. &c.* Ob quod nulla olim dabatur plebeiae conditioni auctoritas, nec in consilio vocabatur, sed solum honorati viri, cum prudentia non sit in eis. De quo Caesar de bello Gallico libro suorum Commentariorum vj. In omni, inquit, Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero, atque honore genera sunt duo. Nam plebs plenē seruorum habetur loco, quae nihil habet per se, nulloque adhibet consilio &c. [De periculoso plebis consilio & iudicio plenē habetur super verbo, mortuo itaque testatore. j. loquendo de sententia contra Christum lata ad clamorem plebis.] Et ita etiam inter alia eidem Caesari facto Imperatori oratione secunda ad Caium Caesarem de Republica intulata, persuasum fuit in haec verba: Haec multitudo scilicet plebis, primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitasque varias dispalata nullo modo inter se congruens, parū quidem idonea videtur ad capeffendū rempublicā. Ideo cum Tyberius Gracchus Tribunus plebis interempto senatu omnia per plebem agi debere dicitaret, per Scipionē Naficam Romanum nobilissimum cum eius scelerata factione, quas merchatur, pœnas sustinuit. Valerio referente alleg. 4 lib. iij. tit. de fortitudine. Sed vnde tanta ignobilū temeritas contra nobilitatem processerit? Certē ex inuidia, ut videtis, vel secundum Bal. in l. per adoptionē. ff. de adoptio. Ex eo quia nobiles pro maiori parte superbi existunt, & inimici popularium, ac subditorū oppressores, gulosi, & luxuriosi, plus quam populares. Ita quod verē non sunt nobiles: quia nobilitas sola illa est, quae animum moribus ornat. Vnde tales qui virtutibus abutuntur, nobilitatem habere non dicuntur, quae in eis vitio extinguitur. Sicut legitur de Nabal, qui cum Carmelus vir esset rusticus malē respōdit nūtiis Dauid regis: ob quod proposuerat Dauid eum occidere, & omnes de domo eius si sapientia Abigailis vxoris Dauid iussu motum non placasset j. Reg. xxv. Sed vnde tāta hodie vitia, etiam in nobilitate procedunt? Certē, quia rustici omnes ob diuitias, quas diligentia vel alta parsimonia in eis regnante, scuda etiā nobilia acquirunt, & nobilitantur, aut per matrimonia aere redempta cum nobilibus absque alia dote, ut dicit Bar. in l. si diuortio. ff. de verb. obl. cōtracta, ut nobiles regnāt in vitiis eis naturaliter insitis, iuxta illud Gualteri, in j. Alexand. *Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.* Nobil.

Nobiles verò peruenientes & deducti ad paupertatem, & viles exercendo artes ignobiles reputantur. [Prout exemplo legimus de Ioseph viro gloriosæ semper virginis Mariæ, qui Faber lignarius erat, ob quod de Christo dicebant Iudæi, qd filius Fabri erat, nec literas didicrat, licet Ioseph ipse de linea & domo Dauid, & ceterorum regum Israel verè descenderet, vt habetur Matth. j.] & non nobiles dicuntur rusticis loca nobilium tenentibus. Hi sunt quos post Græcorum particulare diluuii regnante Athenis Amphitryone rege, Deucalion Theſſalix rex Prothæi filius, & Pyrrha Epimethæi filia coniuges, genus humanum in patria reducere volentes, ex lapidibus post terga iactis homines formasse, libr. primo Metamor. finguntur. vt (Ouidio referente.)

*Inq. breui spatio superorum numine saxa,
Missa viri manibus faciem traxere virorum.
Et de femineo reparata est femina iactu.
Inde genus durum sumus experientique laborum:
Et documenta damus, qua sumus origine nati. &c.*

Tales profectò homines ex lapidibus orti, ad sensum tropologicum pauperes, & ignobiles significantur, qui de rustica agrestique gente, & plebeia ad honores, & dignitates euocantur: & de ignobilibus nobiles, non virtute, sed pecunia à principibus redduntur. Quos Deucalion rex, cui sapientia & tota virtus ab antiquis ascribitur, & Deus post tergum proicit. Cùm de eorum salute sit timendum: quia vt plurimum ad quæque facinora, & præsertim ad superbiam & auaritiam quosque despicientes proni sunt. Et inde pronenit in nobilitate tanta dissolutio, & virtutum defectus. Et interdum hoc contingit, quia vt in cæteris animantibus, atque plantis, ita in hominum genere reperitur, à forti imbecillis equus, à fructifera arbore sterilis plerunq; nascitur. Nihil enim natura fert, quod temporis accessu à stirpe non degeneret. Et sic aliquando hoc contingit, quia sicut propter penuriam personarum nobiles interdum ad ignobilium obsequia coarctantur, vt l. j. ff. de excusatio. tutorum, ibi, nisi omnimodo libertinorum penuria.

405 Sic e contra ignobiles, & infames ad dignitatum obsequia propter penuriam personarum admittuntur, secundum Iacob. de Arc. in l. generaliter. §. spurio. ff. de decur. quæ sequitur Nico. de Neapol. in dicta l. j. cuius lectura est hodie impressa post lecturam Barto. quia paucum scripserat super illo lib. vnde nō mirum, si hi qui nobiles nunc dicuntur, sunt insolentes & vitiosi: de quibus dicit Aencas Syluius Poeta summus, q. postea fuit papa Pius in libro de duobus Amantibus, circa fin. quod nobilitas (id est, quæ vulgò nobilitas vocatur) præmium dicitur iniquitatis, iuxta illud Apocalyp. vj. Luna tota facta est, quasi sanguis: quia tales per Lunam significantur. Qui si verè præſentent, puto quod humaniores essent: quia nobilium ferarum est parcere subiectis, & debellare superbos. Vnde Elephates, Apri, & Leones præmordent & transeunt illa, quæ ad terram impulerunt. Ignobiles verò bestix: vt lues & huiusmodi reuolucido conculcant, & perfodiendo pertinaciter conuoluunt, sic isti tyrannides suas exercent sine misericordia, & pietate. De horum nobiliū virtutibus, & vitiis dixi super verbo, *Raynutius de Clera.* vbi videatis.

406 Et infra super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquitur de castitate antiquorum principum.

407 Quiddam sunt coloni cæſiti, qui similiter ad agrum perpetuò colendum sunt obligati, à quo discedere non possunt sicut præcedentes: tamen differunt

ab eis, quoniam isti ad certum annuum cæsum perpetuò soluendum domino obligati existunt, sed ascriptitius censum soluit incertum, putà medietatem, tertiam, vel quartam partem, aut plus vel minus prout annuatim eligit dominus. Heu me, quia multi sunt in pluribus locis barones & domini, homines talis conditionis habentes, qui ex mala & iniusta electione ad eò fructus sudorum, & laboris rapiendo pauperes grauant ascriptitios, & (quod deterius est) eos vltra hoc ad voluntatem, imò ad libidinem talliant, & opprimunt, quod vix precarium eis spiritum relinquunt. Vnde dicit Bal. in l. ex hoc iure. ff. de instit. & iure. in fi. quod rustici olim nō soluebant imperatori nisi modicum æs, videlicet xxvj. denarios pro capite vel pro quolibet fumante, sed hodie (pròh dolor) pellem populorum excoriant, & vix precarium eis dimittunt spiritum. Nequaquam cōsiderantes quod iuste dicit Apostolus ij. Timoth. ij. cap. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere.

408 T minusq; aduertunt, quod durissimum iudicium fiet his, qui præſunt malè & iniuste iudicantibus, de quorum dominorum abusus, & tyrannide de temporalis, & seculari punitione potestis videre amplissimè per dominum Paridem de Puteo in eius solèni tractatu de syndicato, in princip. titu. de excessu Baronum. Quorum auaritia etiam in foro contentioso compesci posset officio iudicis implorato, ne subditi nimium grauentur. [Quid autem importet pactum, quod rusticus talliari possit ad nutu, & voluntatem domini, vide super verbo, *condidit.* j. vbi multa dicuntur de vitiis, & tyrannide nobilium.] l. cum satis. §. caucant. ver. sic. & per iudic. vbi Ioanes de Plat. in ij. not. C. de agri. & cens. & l. j. C. in quib. cau. colo. lib. xj. & vtrouique per Doct. facit insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fi. & l. ij. §. dominorū, ff. illo eod. titu. quia ex his indicationibus, & collectis non publicam vilitatem, aut necessitatem concurrentibus, sed solius principis vel dominorum effrenatam voluntatem, nulla oritur obligatio etiam naturalis, secundum Bal. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. circa fi. ver. si. x. quaritur. imò decidit idem Bald. in c. j. §. publici latrones. tit. de pace tenen. t. quod si dominus castrum malè tractans Burgenses suos fuerit à superiore, à quo fortè castrum tenet in feudum, prohibitus, non cesset eos malè tractare vltra modum cōsuetum, & eis possibilem, poterit sibi castrum auferri, quod dicit menti tenendum. [Nam inter signa nobilitatis est libertas, & inde Deus, qui nobilissimus est etiam liberalissimus demonstratur: quia ad dandum fecit quæcūque fecit, ideo qui auferit nō nobilis, sed rusticus est. legitur enim de quibusdam militibus, qui Alanum interrogarunt, quæ esset maxima curialitas, seu nobilitas: Respondit, dare, & ipse tunc interrogauit eos, quæ esset maxima rusticitas: & cum conferendo non concordarent, dixit Alanus, ego posui vos in via soluendæ quæſtionis, & nescitis considerare: nam si curialissimum est dare, sequitur quod rusticissimum est eius cōtrarium, scilicet auferre, & ideo estis rusticissimi, & vos qui in cessanter auferitis à pauperibus.] Et tales ascriptitij cùm sint domino, vt ferri glebæ subditi in præmissis, necnon iusticiabiles, & talliabiles ad nutum in authent. de quæſtore. §. si verò forsitan. collat. vj. Etiam in Parlamento, secundum Hylum, ferre non possunt pro domino testimonium, quamuis vassallus, aut simplex emphyteuta vel censuarius admittentur, secundum Specul. tit. de testa. de quo per Panor.

in cap.

in cap. in super. de testib. Pro aliis autem testes esse possunt, secundum glo. in l. de iure perso. quia liberi homines sunt, licet non plene liberi, vt not. declarat Barto. in l. si. §. item rescripserunt. ij. colum. in fin. ff. ad muni. & in l. cū scimus. & l. si. C. de agricol. & cens. Et sicut sunt coloni tales, vt dictum est aſtrigarij. Eo quia ex prædictis sunt orti. Et consequenter sunt pari conditione ligati. l. diffinimus. & l. ne

411 diutius. illo eod. titu. t. Quidam sunt alij, qui vocantur inquilini, qui pariter sunt colere agrum perpetuò obligati, sicut supra dicti, tamen differunt ab eis: quia illi seorsum à terra habitare nō possunt, nec alibi morari. Sed isti inquilini habitare possunt alibi, vt in suburbis, & terram per se colere vel per alium: veruntamen hi domino subiaciuntur quo ad personam, quæ tanquam principalis, & nobilior ad se retrahit, & bona. Sicut dicimus de ingrediente monasterium. in authent. ingreſſi. de sacrosanct. ecclesi.

412 Ex quibus resultat ascriptitios parum, aut nihil habere in bonis, quibus sunt aſtricti, à quibus ipsi potius habentur, & terra eos habet, cùm de fructibus nihil eis remaneat, nisi quod vult ipse dominus.

413 Et sic parum differunt à seruis, quia serui retentis à domino omnib⁹ bonis eiici possunt, & pro derelictis haberi, sicut quælibet alia res. Sed non ascriptitij, qui à solo separari non possunt. Vnde necesse habet dominus eos relinquendo, etiam relinquere solū. Præterea serui possunt à domino leui castigatio ne seu iniuria affici, sed non ascriptitij, vt d. l. cū

414 latis. §. caucant. [De quo plene habetur super verbo, *Condidit.* j. circa fi. §. sed licet persona & bona coloni censiti, & inquilini subiiciantur domino quo ad obligationem & colonariam conditionem, tamen quo ad verum dominium, prout dominus plenus habet dominium in seruo suo, & in omnibus, & quibus

415 tuncque bonis per eum acquisitis, quem alienare potest sine bonis, & etiam bona sine seruo vel omnia si multatamen ascriptitios & censitos alienare non possunt sine terra, nec terram sine ipsis. Præterea duo sunt in his domini bonorū, vnus improprie scilicet dominus, cuius respectu bona dicuntur peculiaris, quæ si alienarentur, posset dominus illa reuocare, sicut reuocaret peculiū serui, & illa bona mortuo sine liberis colono, capit dominus, & occupat iure peculiij, & apud nos iure manus mortuæ, secundum vulgare

416 re huius regni. t. Alius verò scilicet ipse cæſitus vel inquilinus dicitur proprie dominus: tamen dominium illud non est liberum in eo, cùm nihil alienare possit sine consensu domini, imò vt dixi, alienata reuocaret dominus. Et (quod plus est) si talis colonus sit domino talliabilis ad nutum, id est, à

417 *mercy & volente,* vt Galli dicunt, etiam dominus admittentur & recipietur ad agendum possessorio rei, quæ tenetur in emphyteusi ab ipso, aliàs non possit, vbi ipse rei tencentiarius omnino esset liberæ conditionis, t. prout sunt emphyteutæ, & rustici huius patriæ: quibus & non domino feudali directo remedio competunt possessoria, quoties in naturali possessione turbantur, aut spoliantur. Nec audiretur dominus cōcurrere cum emphyteuta. Quia cùm eius interest principaliter, & immediate ratioe vtilis dominij, & naturalis possessionis, quæ habet emphyteuta, semper præferretur domino, arg. notatorū in c. cū deputati. de iudi. verum est tamè, quod si tencentiarius & emphyteuta quantuncq; liberæ conditionis in domini præiudicium constitueret, aut dif-

simulando pateretur seruitutem, aut onus aliquod imponi in re emphyteutica, putà seruitutem realem & perpetuam: quia tūc solus dominus contradicere posset, & hoc impedire etiam via possessoria vel aliter via actionis, & ita seruat. licet gl. in l. seruitutes prædiorum. ff. de serui. videatur aliter sentire, secundum Masuerum, tit. de possessorio. §. item dominus admittitur. Subiungens singulariū, illo eod. tit. §. ite & nudus proprietarius, t. quod dominus, qui nudus dicitur proprietarius, etiā audiretur in materia nouitatis, si solum peteret manentem in possessione, vel quasi ipsi proprietatis, ad fines vt finita emphyteusi vel usufructu ipse pleno gaudeat dominio iure consolidationis ei competituro: quia in casu isto ciuilibus possessio penes dominū, & proprietarium existens annexa directo dominio corporales parit effectus, p. not. in l. j. ff. de acquir. possess. & in l. j. §. detici tur. & l. si de fundo. ff. de vi & vi arma. & in l. j. ff. vt possit. Et hoc verum, vbi dominus proprietarius ageret possessorio contra emphyteutam, vel fructuariū: quia contra tertium, emphyteusum aut usufructum realiter occupantem, non recipietur concurrente emphyteuta, aut fructuario, qui agere vellet. Si autem non concurreret in agendo, sed fortè dissimularet possessionem naturalem, quam habebat perdere, vel libertatem, tunc dominus cuius etiam interest agere posset, sicut potest prælatus superior in negligentia immediati prælati, vt plene dicitur in dicto c. cū deputati. & per Ange. insti. de rerū diuis. §. singulorum. quod est notandum. Præterea sicut seruis acquirit domino omnia pleno iure, ita & censitus quo ad colonariam tantum conditionem seu obligationem. Ideo non mirum, si tale testari non possunt, nisi inter liberos, secundum glo. quæ sic intelligitur in §. j. in l. de iure perso. & plene per Ioā. de Plat. in d. l. j. C. in quib. cau. colo. lib. xj.

418 Propter quæ iura & prærogatiuas, quæ habet dominus in tales homines & eorum bona, dicit Specu. titu. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. l. ij. ver. sic. quid de concessione in emphyteusi. q. in cōtractu emphyteutico seu concessione in emphyteusi non datur domino remedium l. ij. C. de rescin. vend. si in rei cōcessione diceret, se vltra dimidiā iusti valoris deceptum, quod locum etiam haberet in cōtractu feudali, præsertim vbi esset dominus iustitarius ipse cōcedens, cui propter delictum deberetur cōfiscatio. Ex quibus iuribus (vltra cæsum) dno debitis valor subiectionis vassalli vel emphyteutæ augetur, & ita seruat, secundum Masuerum, titu. de locat. & iure emphy. §. item dominus tradendo rem. de quo latissimè dixi in c. cū causa. de emp. & ven. quod repetij die xvj. Decembris, anno domini M. ccc. clxxxij. & eius materiam expediui per centum & xj. conclusiones. & respondit sub me magister Ioā. Rubey tunc baccalarius doctissimus, quem de præſenti videtis officialem Caturcensem. Sed aduertatis, quia idem Specul. tit. de loca. §. nūc aliqua. ver. si. x. quaritur & c. tence contrarium, dicens, q. domino succurratur saltè officio iudicis. Tamen Iason in l. j. xvij. col. ver. vlt. vt nihil omittatur. C. de iure emphy. tenet primā opinionem, quod concessio sciēter facta fuerit à domino, qui rei valorem sciebat vel scire præsumebatur.

419 Et dicit verum, præsertim vbi res creta cōcessa fuit, & demū per emphyteutam extirpata, & ad culturam redacta, quod fieri nō potuit sine labore, & expensis nō modicis: nam tunc prætere de minus posset ipse dominus deceptionē. Ad quod facit decisio

Bart.

Bart. in l. quicunq. la ij. C. de omni agro defert. lib. xj. vbi per illum text. si quis fundum accepit sterile aut desertum, quem reddidit fertile, certe de temporali effectus est perpetuus, vnde si acceperit ab ecclesia fundum sterilem in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, nihilominus finita illa generatione ad aliostransibit successores, etiā extraneos. Secundo dicit text. not. in c. ad aures. de reb. ecclie. non alie. vbi licet res ecclesie sui natura alienari prohibeatur, cōcedi non possint in emphyteusim, cap. nulli. de reb. ecclie. non alie. tamen concedi possunt ei, qui eas sterile & eremas extirpauit, & ad culturam reduxit, vt dicto c. ad aures. Ita quod erunt ei perpetui, & ad heredes transitorii. Tertio dicit text. in l. si. C. de aliuitioni. vbi pagio vel aliter, qui terram in cultura deducit aut reduxit, nedum non poterit ei res auferri, imò nec census augeri, per illum text. & est etiam casus ita decisus in l. j. C. in qui. cau. colo. cēsi. domi. accusa. possunt. lib. xj. vbi in princ. dicit Ioan. de Pla. qd hæc omnia locum habent etiam in colonis nostri temporis, multò magis, cum ita non sunt astricti sicut olim erant agricolæ & censiti. Et si cōtrarium dominus faceret, pro taliteritate, quæ facinus appellatur in dicta l. j. possit coram quocunq. etiam per ascriptitios deferri. Et (quod plus est) in quinquaginta pondo auri veniret erga fiscum condēnandus, vt dicit l. si. C. de alluio. vbi ponitur ratio, & clarius in l. si quis autoritate nostri nominis, allegat tit. de omni agro deferto. vbi est casus, quod etiam imperator augere non potest cēsum pagensis seu emphyteutis suis, nec eorum successores. Ad quod etiam de text. in l. cum satis. §. caueant autem. C. de agricol. & censu. lib. xj. & l. ij. C. de præd. nauiculariorum. co. li. & in l. cognouimus. C. de mancip. & colo. patri. co. 423 lib. per quem text. dicit ibi Bar. quod si ecclesia cōcessit fundum in emphyteusim. in quo fundo quidam colonus tempore longo stererit ad illum laborandū pro ecclesia, non poterit emphyteutam illum cum bonus esset, expellere pro subrogato alio. Et si eum expellat, priuatur emphyteusi. Non enim debent coloni suas deplorare operas, vt dicta l. si. vbi vult text. quod quia talis cultura ad perpetuam fundi vtilitatem facta fuit, afficit ipsam fundum, vt sit cultori perpetuo affectus. [Facit optime text. in l. creditor. ff. si cert. peta. & in l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab. vbi mutans pecuniam pro reparatione domus vel alterius rei, habet eam tacite eo ipso sibi hypothecam, & ceteris anterioribus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus præfertur, secundum gloss. & Bart. in dicta l. interdum.] Or. Deus scit, si tales abusus hodie tolerantur: quia videmus omnes colonos vsque ad excoriationem vigeri ad augendum census etiam pro terris, quas extirparunt, & non satiati censum annuum in blado vel aliis speciebus cōsistentem studiosè tempore fertilitatis exigere differunt, imò petere: & quod damnabilis est à Pagensis soluere volentibus recipere expectantes tempus caritatis & sterilitatis, vt habeant tunc blada cariorea, aut pretium eorundem secundum maiorem valorem, quod fieri non potest nec tolerari debet, secundum gloss. per illum text. ad hoc singularem in l. nulli. C. de eroga. mili. annonæ, quā ad hoc commendat ibi Ioan. de Plat. lib. xij. Sed certe dormitat egregius Homerus, scilicet procurator regius in curia Francia vocatus magnus magister, vt dicit Ioan. Fab. in §. si. in l. de excep. qui à quolibet sic abute querelā habet pro rege ad quinquaginta pondo au-

ri. vt d. l. fin. vnde restat in contractu emphyteutico non dari domino remedium dicit l. ij. de rescin. v. d. vt tanquam deceptus ultra dimidiam possit contractum rescindere, vel censum annuum augere cōtra emphyteutam, secundum cōmunem opi. pro qua videtur text. ultra omnes in d. l. si quis autoritate. prope fin. ibi, vt pote deceptos. & ibi, illud qd; velut quadam circumuentione deposci, qd si se duros præcisisset fundos minimè suscipere, & c. C. de omni agro defert. iūcto qd; vt dixi, multa sunt iura & prærogatiua, quas habent domini in tales suos homines & bona, quæ iura sunt multum æstimanda præter pecunias, quas capiunt pro intratis tēpore concessione, & censum annuum perpetuo eis soluendum. Sed vnde pro- 424 cessit hæc hominū conditio, sic colonariæ cōditio ni astrictorum? Certè aliquādo processit ex origine quia qui ex illis nascuntur, sunt illius conditionis, secundum legem nature, qua filius patris conditionē sequitur. l. lex nature. ff. de statu ho. Ob quod coloni dicuntur originarij, vt supra dixi iuxta distinctionē Bar. & aliorum in d. l. ne diuitius. de agricol. & censu. Aliquādo processit factio ipsorum ab initio, qui voluntariè ad talem se astrinxerunt conditionem: puta 425 contrahendo vel quasi contrahendo. Primum extraiudicialiter contrahendo, quod fieri potest dupliciter. Primum si quis cum aliquo cōtrahens super aliquo negotio principaliter & dispositiue, & cōtrahendo asseruerit enūtiatiue seu narratiue se ascriptitium, aut censitū, seu passus fuit se sic enuntiare. Veluti si capiens ab aliquo domino terras, & possessiones in perpetuā locationē in instrumēto enuntiatuē narretur ascriptitius vel censitus: vt quia forte instrumētum super hoc confectum dicit, qd anno domini M. cccc. xij. Talis baro talem boriā in perpetuum locauit tali Titio ascriptitio, & qd ille Titius ascriptitius eam receperit, certè quia in illo contractu principaliter, & dispositiue non agebatur de Titij cōditione, sed solum de illius boriæ, aut terrarū perpetua locatione vel alia cōcessione, licet enuntiatuē, nō propter se, vt scilicet constituatur ascriptitius, sed propter aliud videlicet perpetuā locationē, de qua principaliter agebatur. Titius ille recipiendo narratus fuit, & enūtiatus ascriptitius vel censitus, non propter hoc dicitur de libero effectus ascriptitius, nisi cū illa narratione enūtiatiua cōcurrerent alia adminicula, quibus iuuaretur. Puta qd tanquā talis pensio duo præstiterit cōsecutiue & cōtinuè xxx. annis. quo durante tēpore seruierit domino, vt talis. l. nec si volēs. C. de lib. cau. vel qd secūda cōfessio emanauerit, quo casu bina & reiterata cōfessio vna post aliā ex intervallo emanata præiudicaret cōsenti, vt d. l. cum scimus. de agric. & censu. facit l. j. C. de plus peti. Et idē esset in cōfessione iudiciali enūtiatiue facta, vt quia vbi de alio principaliter, & dispositiue agebatur, forte de pensione soluenda domino cōtra aliquem tanquā ascriptitium ipse confessus fuit pensionem debere: quoniā propter hoc cōfessus nō videtur se esse ascriptitium, cum de illo principaliter non ageretur. Sed de sola pensione, vt ibi est text. not. & ita intelligitur l. interrogatam. C. de lib. causa. Si autē principaliter & dispositiue de liberali causa ageretur in iudicio, seu de statu & cōditione hominis: vt quia quis peteret tanquā ascriptitius vel ipse de cōditione ascriptitius, se liberum asserēs prouocaret in libertatē, & demū confiteretur illius esse conditionis: tunc talis cōfessio de statu principaliter dispositiue & propter se, cum de alio nō ageretur negotio facta ei præiudicaret.

care. l. iubemus. C. de lib. causa. maxime si talis cōfessio fuisset iudicialiter reiterata, & que quidē reiteratio valere facit interdū cōfessionem, aliās inualidā, vt d. l. j. C. de plus peti. secundum Bar. in d. l. cum scimus. Prouisio tamen, qd cōfessio facta fuerit corā iudice cōpetenti, & in figura iudicij. secus si corā iudice incompetētē, vel notario causā aliā iurisdictionem non habente, nec cōmissionem recipiēdi pbatationes, vt dicit glo. in d. l. iubemus. & in l. hac consulatione. C. cod. de testa. Pariter si extra iudicium per viam cōtractus dispositiue, & principaliter de statu suo cōtrahens, & disponēs per solennem stipulationem quis nō dico recognosceret simpliciter, sed faceret & cōstitueret se ascriptitium alicuius domini, nō requireretur, tunc alia adminicula, imò si sciēt hoc faceret nō errans in conditione sua, sibi præiudicaret, secundum Bar. in d. l. cum scimus. Sicut videmus in casu magis præiudicabili, cum aliquis liber homo maior xx. annis pateretur se vēdi ad pretium participandū, in quo postea participaret: quia efficeretur seruus de iure ciuili, insti. de iure perso. §. 432 ij. ff. de priuatis delictis. Vnde restat, qd simplex dispositio seu cōfensus sine scriptura nullatenus sufficeret ad aliquem constituendum ascriptitium, & minus sufficeret simplex recognitio ad ius seruitutis cōstituendum in persona libera, vt d. l. nec si volēs. & l. interrogatam. C. de libe. causa. & l. liberos. cod. de ti. cū talis cōfessio sit cōtra naturam. l. si is cuius. §. si. ff. de interrog. actio. Imò plus dicunt aliqui, qd etiā quantuncunq; principaliter, & dispositiue ac solēni stipulatione intercedente, quis se talem scripserit & cōstituerit, nō sibi præiudicat sine aliis adminiculis in d. l. cum scimus, specificatis. Quia tales cōfessiones, vt dixi, sunt contra naturam & naturalē statum hominis, vt d. l. si is cuius nomine. in fi. nam secundū ius & naturā est, qd quilibet sit liber, & qd res cedant personæ, cuius gratia fuerunt à Deo creatæ. l. in pecudum. ff. de vris. Et nō qd cōuerso persona cedat rebus, sicut videmus in his cōditionis hominib; qui prædico cedunt. Ideo non valent tales cōfessiones, cum peior esse homini nō possit nec deterior fortuna, & toto generi & profapia, vt d. l. cū scim. & l. ne diuitius. cod. de ti. quod clarè demonstrat text. l. euiti. xxv. ibi si inualuerit apud vos man' aduenæ & c. & in l. j. ij. & l. iij. ff. de libe. cau. Vbi ad rescindendum, & cassandum tales cōfessiones recipiuntur, & admittuntur parentis consentis, & etiā illegitimi & affines, quorū omnium interest, & ad quorum ignominiam infamia cōditionis redūdat, vt ibi dicitur. Potest enim vnusquisq; de genere se opponere & impedire, ne ab illo se sic cōsente forte leui & fatuo, vel aliās malè cōditionato tota natio deturpetur per talem cōfessionem, vel alium actum toti generi præiudicabilem, vt ibi est text. not. Nam status liberorū nō læditur ex cōtractu parentū. l. trāfactio. ne. C. de transac. per quem text. dicit ibi Bal. quod licet aliquis recognoscat se in vasallum vel hominē alterius, non nocet filiis, si nō faciant similem recognitionem. Imò (vt dixi) impedire possent talē recognitionem. Sicut etiam impedire possent, & prohibere nobilis, ne aliquis villanus vel rusticus nomen, & arma suæ domus vsurpet, vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomen immaculatum assumat: quia cuiusque de genere interest claritatem generis conseruari, vt plenè vidistis super verbo, Raynuitus de Clera. Ad præmissa facit quod dicit Bal. in dicta l. nec si volens. quod si rex faciat aliquam ciuitatem confiteri esse suam, & fidelitatem sibi iurare, cum sua

426 fessio fuisset iudicialiter reiterata, & que quidē reiteratio valere facit interdū cōfessionem, aliās inualidā, vt d. l. j. C. de plus peti. secundum Bar. in d. l. cum scimus. Prouisio tamen, qd cōfessio facta fuerit corā iudice cōpetenti, & in figura iudicij. secus si corā iudice incompetētē, vel notario causā aliā iurisdictionem non habente, nec cōmissionem recipiēdi pbatationes, vt dicit glo. in d. l. iubemus. & in l. hac consulatione. C. cod. de testa. Pariter si extra iudicium per viam cōtractus dispositiue, & principaliter de statu suo cōtrahens, & disponēs per solennem stipulationem quis nō dico recognosceret simpliciter, sed faceret & cōstitueret se ascriptitium alicuius domini, nō requireretur, tunc alia adminicula, imò si sciēt hoc faceret nō errans in conditione sua, sibi præiudicaret, secundum Bar. in d. l. cum scimus. Sicut videmus in casu magis præiudicabili, cum aliquis liber homo maior xx. annis pateretur se vēdi ad pretium participandū, in quo postea participaret: quia efficeretur seruus de iure ciuili, insti. de iure perso. §. 432 ij. ff. de priuatis delictis. Vnde restat, qd simplex dispositio seu cōfensus sine scriptura nullatenus sufficeret ad aliquem constituendum ascriptitium, & minus sufficeret simplex recognitio ad ius seruitutis cōstituendum in persona libera, vt d. l. nec si volēs. & l. interrogatam. C. de libe. causa. & l. liberos. cod. de ti. cū talis cōfessio sit cōtra naturam. l. si is cuius. §. si. ff. de interrog. actio. Imò plus dicunt aliqui, qd etiā quantuncunq; principaliter, & dispositiue ac solēni stipulatione intercedente, quis se talem scripserit & cōstituerit, nō sibi præiudicat sine aliis adminiculis in d. l. cum scimus, specificatis. Quia tales cōfessiones, vt dixi, sunt contra naturam & naturalē statum hominis, vt d. l. si is cuius nomine. in fi. nam secundū ius & naturā est, qd quilibet sit liber, & qd res cedant personæ, cuius gratia fuerunt à Deo creatæ. l. in pecudum. ff. de vris. Et nō qd cōuerso persona cedat rebus, sicut videmus in his cōditionis hominib; qui prædico cedunt. Ideo non valent tales cōfessiones, cum peior esse homini nō possit nec deterior fortuna, & toto generi & profapia, vt d. l. cū scim. & l. ne diuitius. cod. de ti. quod clarè demonstrat text. l. euiti. xxv. ibi si inualuerit apud vos man' aduenæ & c. & in l. j. ij. & l. iij. ff. de libe. cau. Vbi ad rescindendum, & cassandum tales cōfessiones recipiuntur, & admittuntur parentis consentis, & etiā illegitimi & affines, quorū omnium interest, & ad quorum ignominiam infamia cōditionis redūdat, vt ibi dicitur. Potest enim vnusquisq; de genere se opponere & impedire, ne ab illo se sic cōsente forte leui & fatuo, vel aliās malè cōditionato tota natio deturpetur per talem cōfessionem, vel alium actum toti generi præiudicabilem, vt ibi est text. not. Nam status liberorū nō læditur ex cōtractu parentū. l. trāfactio. ne. C. de transac. per quem text. dicit ibi Bal. quod licet aliquis recognoscat se in vasallum vel hominē alterius, non nocet filiis, si nō faciant similem recognitionem. Imò (vt dixi) impedire possent talē recognitionem. Sicut etiam impedire possent, & prohibere nobilis, ne aliquis villanus vel rusticus nomen, & arma suæ domus vsurpet, vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomen immaculatum assumat: quia cuiusque de genere interest claritatem generis conseruari, vt plenè vidistis super verbo, Raynuitus de Clera. Ad præmissa facit quod dicit Bal. in dicta l. nec si volens. quod si rex faciat aliquam ciuitatem confiteri esse suam, & fidelitatem sibi iurare, cum sua

sua, non sit, talis confessio, quantumcunque iurata
 436 non valet. Ego autem credo vtranque opinio-
 nem esse veram, & videtur quoddam simplex confessio
 quomodoocunque sit facta, non nocet confitenti, nec
 etiam sola constitutio, etiam per solennem stipula-
 tionem dispositiue, & principaliter facta praeiudicat
 & ita intelligitur se cūda opinio, & dicta l. nec si vo-
 lens. Si autem ad illam confessionem vel cōstitutionem
 nō dispositiue principaliter, & propter se factā se-
 queretur aliquis actus executiuus, & correspondens
 tali stipulationi, vel constitutioni, scriptura, aut cō-
 fessione: vt quia postea tanquam talis passus fuit se
 in scribi in publico, aut tallia vel deuerium tali con-
 ditioni incumbens soluit. Certè tunc praeiudicaret
 etiam liberis nascituris. Et ita credo Bar. intellexisse
 in dicta l. cum scimus, de quo per Guid. Papaz, quaer-
 stion. cccxv. & Ioan. Fab. in §. seruitus, institutio, de
 iure persona. Ideo dicit Masuerus, titulo de confes-
 437 sion. §. item sola cōfessio. Quod etiam ex consuetu-
 dine confessio vel scriptura per quam quis colonū
 alterius esse confitetur, non praeiudicat, nec statum
 mutat contententis, nisi fuerit aliis adminiculis fulci-
 ta, scilicet quod interuenerit cōtractus & obligatio,
 nec non causa probabiliter iusta cum diuturna praes-
 tatione secuta, per dictā l. cum scimus. & l. cum sa-
 tis. quod sequitur Panorm. in c. indicatum, de immu-
 eccle. Nam talibus iuribus in persona perpetuo con-
 stituendis, requiritur constitutio & illius executio
 per actum & vsum realem secutum: adeo quod nō
 sufficeret se vasallum constituere, vel hominem ali-
 cuius nisi realis praestatio homagij sequatur, vel vbi
 non apparet de cōstitutione iuris, quod per xxx. an-
 nos ipsum praestiterit, & tanquam hominem & vasal-
 lum illius domini se gesserit, & vt talis à domino tra-
 ctatus fuerit. Facit c. j. §. si quis per xxx. si de feud. fue-
 rit contro. glo. & doct. in d. c. peruenit de cōf. super
 quo tamen videtur residere Ioā. Fab. in d. §. seruit.
 vers. sed an quis possit. q. q. potest solo pacto se ho-
 minem ligum alterius constituere, per tex. in c. gra-
 di. ibi: cum ad nos accesserit fidelitate, homagio, iura-
 mento, seu pacto & c. de supplen. negli. praes. lib. vj.
 facit l. si quos spontaneos. C. de decur. lib. x. cum per
 talem constitutionē non tantum infringatur liber-
 tas sicut per seruitutem: ideo solo pacto potest obli-
 gari, etiā nulla alia causa adiecta, secundum Spec. ti.
 de feudis. §. quonia super homagijs, vers. primò autē
 circa hoc. Sed dicatis ad hoc non sufficere solum pa-
 ctū, vt ibi cōfetur cōcludere ipsemet Spe. Pro quo fa-
 cit tex. in d. c. grandi. qui vltra pactū requirit fidelita-
 tem & homagiū realiter praestitum cum iuramento,
 vt fieri solet, & pariter tex. in d. l. si quos. iuncta gl. ij.
 C. de decurio. vltra consensum partium requirit scri-
 pturā solennitatē, sicut ad aliam colonariā vel ascri-
 pticiam seruitutem nō obligaretur quis absq; solen-
 nitatibus supradictis, & executione per vsum, imò
 plus dicit idē Io. Fab. in §. aequē si agat. iij. col. vers.
 tertio quæritur. insti. de actio. q. etiā in tali iure iam
 alicui quæsito & in esse formato & deducto, si per
 aliu alienetur, vt quia alteri donatur, aut venditur, ad
 transferendū tale ius, non sufficeret titulus veditio-
 nis, vel donationis, nec etiam subditorū seu colonarū
 secuta recognitio, nisi realis vsum illi iuris inter-
 cedat, qui loco traditionis habetur: quæ in reb⁹ cor-
 poralibus dominij translationē operatur. l. traditio-
 nibus. C. de pactis. Sic etiam in istis corporalibus so-
 lotitulo ius nō transfertur, nisi vsum secuto. Ita quod
 si Titius seruitutē tibi debebat, vel aliud deuerium

in cuius possessione etiam longo tempore fueras, &
 tu illud videris Sempronio: certè in Sempronium
 illud ius nō transfertur, quantumcunque Titius Se-
 pronio se ad illud praestandum obligauerit, & ipsum
 etiam de tuo consensu recognouerit, qui Titius quie-
 tati, & voluit, quod Sempronium recognosceret,
 prout fecit. Nam ex his translata nō fuit in Sempro-
 nium damnatio, nec illius iuris possessio, donec Se-
 pronius iure illo vsum fuerit, & deuerium illud ad mi-
 nus semel exegerit, & consecutus fuerit. Quia semel
 vtendo sibi dominium acquirit, & possessionē, vbi
 titulus praesens: de quo apparet, quia si de titulo nō
 constaret, dominium non probaretur, nisi ex vfu xxv.
 vel xl. annorum, vt dixi. Sed verum est, quod quasi
 possessio bene probaretur ex viua praestatione, secū-
 dum Pet. Iaco. in libello seu petitione redditur vers.
 item credo. vbi dicit, quod in acquirendo quasi pos-
 sessionem annuæ praestationis, duo sufficiunt anni,
 aliter non consto de titulo, quod est notandum in
 materia dictæ l. certis annis. C. de pac. & l. cum de
 rem verso. ff. de vfuris. & cap. querelam de electio. &
 elec. po. vbi pro talibus praestationibus remedia cō-
 petūt possessoria, licet non appareat de titulo. quod
 est notandum quia non semper haberi potest titulus
 ad docendum in promptu. & idem decidit Guid. pa-
 438 pa. quaest. cccvij. in fin. Qualiter hoc intelligatur:
 q. ad fundamentum possessionem seruitutis requira-
 tur bina praestatio, vide §. in j. artic. decisio. ij. in fi.
 vbi possessio praesentandi fundatur ex vnico actu, ex
 quo etiā praesumitur de patronatu, qui est seruitus.
 439 vide ibi rationem. Sanè tamen intelligatis ad
 fundandum ius domini. xxx. annos requiri, scilicet
 contra rusticum: cōtra quem minor praestatio ad ti-
 tulum probandum non sufficeret, cum praesumatur
 violentia per dominum facta rustico subdito suo. se-
 cundum Spec. tit. de resti. spo. §. nūc dicamus. vers. sed
 si quis. ibi: pone rusticus. Idē tenet Inno. in c. bonaz.
 l. ij. de postula. praes. Ioā. And. in c. j. de praescrip. li.
 440 vj. & Ioā. Fab. in d. §. aequē si agat. vbi dicit, quod
 si potens vsum fuerit aliquo iure supra non potestem,
 semper praesumitur violentia. Praesertim vbi piguo-
 rabat vel arrebatat cōtradictes subditos, vt cōmu-
 niter faciunt barones, qui etiam interdum mittunt
 aut dirigūt super eos transeuntem exercitum: à quo
 deberēt eos vt boni pastores praeseruare, vt supra vi
 distis. Quia viuere super rusticis & populo armigeri
 nō debēt, & aliter facientes sunt puniendi: imò pro-
 pria auctoritate repelli possent. l. deuotum. vbi do-
 cto. C. de metatis & epide. li. xij. de quo videatis Bar.
 pulchre loquentem post glof. ibi, in l. de vfu quoque
 441 in fi. ff. de variis & extraor. cog. T Semper enim de
 domino ad subditos praesumitur metus, secundum
 Innoc. in c. si diligenti. de praescrip. Praeterea istud
 tempus xxx. annorum consonat rationi: quia econ-
 trario lapsu eiusdē quicunque census & quauis praes-
 tatio tollitur, etiam contra principem. l. plures apo-
 chis. C. de fide instru. & iure hastra fiscalis. lib. x. secū-
 dum Barto. in l. malè agitur. & l. competit. C. de pre-
 scrip. xxx. vel xl. annorum. Et ita consuetudine dicit
 obseruari Masuerus tit. de praescri. §. itē per lapsum.
 In alijs verò quàm rusticis sentit Specu. quod suffice-
 rent decem anni, per dictam l. cum de in rem verso.
 ff. de vfuris, de quo allegata quaest. cccvij. Et idē ecō-
 trā per inuestiturā ab aliquo tanquam domino ob-
 tentam probatur dominium vile recognoscenti &
 inuestito pertinere, nec non per solutionem census
 tempore continuatam, vbi de alia inuestitura non
 appare

apparet. cap. j. §. si quis per xxx. annos. si de feud. fue. 445
 442 controuer. T Et est cautela, quod solum allegetur
 titulus, ad cuius probationē deducatur & probetur
 decennalis aut tricennalis praestatio, & sufficeret ad
 obtinendum etiam in petitorio, vt ibi. Quonia ali-
 quando periculosum est producere titulum: quia si
 ex tenore illius aliquis resultaret defectus, vt quia ap-
 pareret falsus, vel aliās insufficiēs ad tale ius fundā-
 dum, & acquirēdum defectu solennitatis, vel quia à
 non habente potestatem dandi illud ius habitus fuit
 & obtentus, tunc illa temporis longa vel longissima
 praestatio non faceret praesumi de titulo valido: vel
 talis praestatio solucentem obligaret in futurū. Quia
 vbi nullitas vel iniusta causa probatur, & apparet ex
 productis, illa probatio tanquam praesumptio praesum-
 ptionem causae seu tituli allegati tollit, & confun-
 dit. l. siue possideris. C. de proba. & d. l. si certis an-
 nis, vbi Bald. in iij. oppo. facit tex. & glo. not. in cap.
 vnico. vt ecclesiast. benefi. vbi praesumptioni statur,
 donec contrarium probetur. Et in proprijs terminis
 nostris est tex. in c. dudum. de decimis. vbi ex tenore
 concessiois regiae constitit de nullitate ipsius con-
 446 cessionis, & quicquid solutum fuerat censetur erro-
 nee praestitum. Quæ erronea praestatio cum volūta-
 te careat & cōsensu. l. si per errorem. ff. de iurisdic.
 om. iud. praesumptionem tituli non inducit. Prae-
 447 terea vitium ex tenore tituli producti apparet om-
 nem illius executionem impedit etiam in mero pos-
 sessorio. l. si. C. de edicto diui. Adria. tol. videatis Bar.
 in l. hi qui ad ciuilia. in fi. C. de appel. & Pau. cōf. 50.
 incipien. in causa que veritur. iij. col. vers. tertio in-
 ducit praefatus dominus. & plenissime per Fely. in c. 447
 sicut. xvij. colum. vers. sexto aduertit: quia solennitas
 mādati. de re iud. Et clarè decidit Inno. in cap. ij. de
 confirm. vtili vel inutili. & Panor. in cap. j. illo eod.
 titu. Caueatis tamen, quod non consulatis occultare
 titulum in quem conscientia sciretis inualidum, ne
 ex illius simplici allegatione probata praestatione
 pars sola praesumptione contra iustitiā & veritatem
 obtineat, quod ei non pertinet. Hoc profecto faciūt
 impij aduocati, de quibus dicitur, quod facultatem
 loquendi perdididerunt in §. item surdus. iuncta glof.
 insti. quibus non est permissum facere testa. Dicunt
 enim parti, si hoc confitearis, causam perdes: nec di-
 cunt, si negaueris animam perdes, vt dicit gl. in cap.
 j. de confessis. lib. vj. De his seruitutum & seruitio-
 rum constitutionibus multa bona dicit Bald. in titu.
 quot testes sunt necesse. ad probandum nouam inue-
 sti. in fi. & in titu. de capita. qui curiam vendit. vers. sic.
 444 item Oldra. quaerit & c. Sed quid si vendens pos-
 sessionem declarat emptori illam esse censualem ali-
 cui domino vel ecclesiæ in certis denarijs annuis,
 vel alteri seruituti subditā: an ex eo solo pbetur cen-
 sualis, & seruitualis? Et Guido papaz. q. xxxij. refert
 decisum quod non, per tex. not. in l. si. in fi. ff. de con-
 trahen. emp. & tenet Spe. tit. de locato. §. nūc aliqua.
 vers. lxxij. quaeritur. quod verum intelligatis, nisi
 de illo consensu in venditione allegato, alijs admini-
 culis probaretur iunctis cum illa veditoris declara-
 tione, vt quia probatur venditorem censum soluere
 confueuisse, vel ipse venditor per antea dispositiue
 illam rem tanquam censualem tenere ab illo domino
 vel ecclesiā recognouerat, per quam solam recogni-
 tionem probatur dominium rei directum illi perti-
 nere, in cuius fauorē facta fuit formalis recognitio
 domino acceptate, aut tabellione pro ipso, secundū
 Bald. per illum textū. in l. censualis. C. de donation.

Nam per talem recognitionem recognosces vi-
 detur dominium rei directum transfuisse in illum,
 quem recognouit in dominū. Et posito quod domi-
 nium eo modo non fuisset transfatum, tamen ex tali
 recognitione induceretur probatio dominij rei &
 census debiti, non obstante rex. in d. l. nec si volens. l.
 interrogatam. & l. liberos. C. de liberali causa. & d. l.
 cum scimus. C. de agricol. & censu. quia loquuntur in
 recognoscente non solum re, sed personā, & sic statu-
 tum suae personae afficiēte, quod grauius est, vt supra
 dixi. Et ita post magistrālē ad partes disputationē
 decidit Guido papaz. q. cclxxij. dicēs, cēties fuisse sic
 iudicatum. Aliās maximū sequeretur inconueniens:
 quia cum totale patrimonium nobiliū & baronum
 consistat in censibus rerum, quos si probare nō pos-
 sent per simplices recognitiones, vbi alius dominus
 non contradicit, aut nihil probat, sequeretur totalis
 448 eorum exhereditatio. secundū cum. [Vide tamē F. à
 Ripa. in l. si re. nu. 40. ff. de acq. pol. declarantē deci-
 sionē G. papaz. quaerit (vt ait) sine distinctione admittē-
 da nō est.] T Et praemissa vera, q. p simplici reco-
 gnitionē dispositiue factam probatur res esse censua-
 lis & dominium directū pertinere ei cui facta est re-
 cognitio, nedum in praesudicium recognoscentis, sed
 etiā heredis sui vniuersalis, & deinceps quos omnes
 ligat talis recognitio ad imposterū recognoscendū,
 & censum soluendum. & (quod plus est) ligat quen-
 cunq; particularē successorē, veluti legatariū, dona-
 tarium, aut emptorem in re illa recognita particula-
 riter succedētes, & ius & causam à recognoscente ha-
 bētes, vt plenè dicitur in d. q. xxxij. & cclxxij. §. alle.
 447 & q. xlij. Praeterea talis recognitio non solum ligat
 recognoscentē & suos successores vniuersales, & parti-
 culares ad quos res peruenit & delata est, vbi pura
 simplex fuit: sed etiā si relatiue ad aliud facta fuerit,
 vt quia tenentarius recognouit rem ab aliquo tene-
 re, & censum soluere, prout sui praedecessores fecerāt.
 Quonia verba illa: secundum quod sui antecessores
 fecerant. & c. nullam conditionem faciūt. imò tanquam
 recognoscentis illico pure tenetur, & quicunq; habēs
 causam ab eo, ita q. non audiretur dicēs & allegans
 suos antecessores nūquam aliquid soluisse, nec tene-
 tur ille dominus cui talis facta fuit recognitio doce-
 re nec pbare de aliqua solutione, vel recognitione
 suorum praedecessorum per textū singularē quē ibi
 ad hoc commēdat Bart. in l. eū qui Ephesi. §. Iulianus.
 le. ij. ff. de cōsti. pecu. facit gl. in c. li Romanorū.
 prope fi. xix. dist. facit etiam quod dixi §. in j. artic. &
 in ij. decisio. circa prin. de baronibus, quod nō tenē-
 tur regi ostēdere titulū de his, quę tenēt infra regnū.
 Nam praedicta verba non cōsentur conditionaliter,
 sed causaliter prolata, quasi dicēdo: Recognosco se-
 cundum quod, vel prout mei praedecessores soluere
 confueuerunt, id est quia sic soluere confueuerūt. vt
 clarè dicit idem Bart. super verbo, prout, in extraua-
 gātis, ad reprimēdū. & clariū Io. And. in addi. Spec.
 tit. de feu. §. j. in fi. per tex. in §. huic pxima est. insti.
 de leg. & Iafon in §. iudiciales. in li. insti. de actio.
 facit glo. not. in c. quonia abbas. in fi. de offic. dele-
 ga. vbi Fely. dicit hoc verum, dummodò loquens sit
 talis persona, quæ aliās rem concedere possit de no-
 uo: quia tūc actus suus valet, tanquam de nouo. Et sic
 tanquam actus purus, prouiso q. illud ad quod fit re-
 latio nō inueniatur, id est recognitio vel solutio pre-
 decessorum non appareat. Quia si apparet, limi-
 taretur secundum illud quod inuenitur, sicut ibi di-
 citur de sententia confirmata, prout iusta est, quia si
 R appa

appareret & reperiretur iniusta, non valeret alleg. not. per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Vos autem plenè videatis per eundem Felyn. in c. sicut. dñ loquitur de solèntate extrinseca in actu non presu- menda, in tertio casu fallentia, & sexta aduertentia
448 supra de re iudicia. ¶ Vnde restat, quòd quo ad obligationem cefus valet talis recognitio tanquam pura, non obstante quòd contrarium videretur, per ea quæ dicit glo. super verbo, incertus. in cap. venerabilis. de confir. vi. vel inutil. Spec. in tit. de instru. editio. §. nunc autem videndum. j. col. Panor. in capi. inter dilectos. vij. col. de fi. instr. L. Rom. c. cccxxxvj. Bar. & ceteri in Authen. si quis in aliquo. C. de eden. vbi dicunt per illum tex. quòd de primo actu narrato in secundo faciendâ est probatio, nisi totus tenor insertus fuerit in secundo. Per quæ videtur destrui præcedens decisio, nisi dicamus eam loqui & locum habere ac intelligi, prout semper eam intellexi: vbi recognitio modo præmissa facta certam continet quantitatem, & certum recognoscendi modum, & alia deueria faciendi. Quia tunc valet tanquam pura absque alia prædecessorum visione aut probatione, in sit. de lega. §. sed si vxori. quia tunc satis est insertus tenor recognitionis prædecessorum in ista secunda, vbi personæ recognoscentis & domini, cui fit recognitio ac res, nec non modus & quantitas census expressa sunt: quia si quantitas certa non exprimeretur, necesse foret videre prædecessorū recognitiones, vt dicto §. sed si vxori. Vnum tamen menti tenebitis, quòd licet declaratio venditoris vendendo declarantis rem esse censualem vel aliàs seruitutem, non probet sola seruitutem, nec censum, nec emptori præ-
449 iudicet, vt dixi. ¶ Tamen econtra si venditor vendendo rem verè censualem, diceret eam liberam, talis declaratio prodesset emptori, & in eo causaret bonam fidem, vt non petendo inuestituram, nec recognoscendo vel censum non soluendo per emptorem res non caderet in commissum, secundum Guido. vbi supra q. xliij. Cum pro libertate præsumatur, & non pro seruitute. ¶ Tamè talis declaratio emptorem non liberaret in futurum à seruitute, seu censu verè debito, si per dominum probetur, contra quem non fuit prescriptum: quod est notandum quia quotidianum.
450 [Vide bonum tex. in l. eradio. §. si. ff. de acquir. rerum dominio.] ¶ Et præmissa vera, domini, intelligatis, videlicet quòd concessio rei, vel iuris aut simplex recognitio, maximè si solutio census secuta fuerit, probat dominium directum pro concedente vel eo cui recognitio facta fuit, cōtra emphyteutam, qui rem accepit aut recognouit. Et econtra talis concessio vel inuestitura vasallo, seu laudimium emphyteutæ factum, probat pro ipso dominium vtile contra concedentem, in eorum proprio contractu, & cōtra alios quoscunque ab eis causam & ius habentes, vt est tex. vbi hoc clarè decidit Pano. in c. cum olim. vij. not. de censu. Sed per istos actus non probaretur dominium directum, nec vtile pro tali domino, vel emphyteuta contra alium tertium possessorem, contra quem ageretur actione rei vindicationis directa vel vtili. Quinimò esset eo tunc dominium probandum actori directo competere de inregētium, vel ciuili. l. in rem actio. ff. de rei vedit. quia cum tunc actor qui agit fortè actione in rem, non habeat causam ab aduersario, nec ille ab actore tales actus, velut res inter alios acta, eis prodesse aut præiudicare non possunt, per regulam generale, res inter acta. Sed probare actor necesse habet dominium plenè, & directè sibi

competere, vt clarè consuluit Pau. consi. iij. incipiē. in facto isto. & Alexand. in iij. parte consi. x. & idē Paul. consi. xvij. incipiente, in causa quæ vertitur. ¶ Vbi cōcluditur dominium ab actore in iudicio directè & principaliter deductum esse probandum per tales actus, qui de iure necessariò concludant dominium sibi competere, & quòd tales actus & media aliud significare non possunt, nisi dominium actori competere, ita quòd sint vniuoca aliud quàm dominium importantia, & non æquiuoca dominium & aliud significancia. Ob quod dicit Paulus consilio cccxxxvij. incipien. viso testamento Ambrosij, quòd dominium volare non debet per aera, & alibi consil. cccxxx. incipien. in causa mota per dominam Dotheam dicit, quòd dominium non debet nec stare potest in pendenti. Et non sine causa: quia non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. l. nō hoc. C. vnde legitur. Vnde dicit Bald. in l. ad probationē. la. ij. C. ad. probat. ¶ Quòd probatio nunquam concludit per possibilis: imò concludere debet per necesse adeò quòd probatio necessariò nō concludēs nendum non releuat, vt dicta l. non hoc. sed nec facit aliqualiter rem dubiam de iure vel de facto secundum Bald. in l. ij. C. de bono. possess. secundū tabul. Et hoc est quod clarè dicunt doct. per illum tex. maximè Panormi. in ca. in præsentia. de proba. [Circa hoc vide quæ pulchrè habentur infra super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. in vij. fallen. data ad regulam quòd damnatus ad mortē est intestabilis. loquēdo de probatione per torturam. j. quòd vbi genus est simpliciter prolatum, licet de iure intelligatur in potiori specie, tamè hoc loci non habet in probatione: ¶ Quæ quoties est dubia, non releuat in aliquo probantem: nam genus prolatum à testibus non capitur in illa specie quæ probanti prodesse potest, sed in illa quæ nullo modo inuat probantem, secundum Panor. ibi in vlti. not. & Bar. in l. inter stipulantē. §. si Stichum. ff. de verbo. obli. ¶ Ex quibus sequitur non prodesse actori de dominio contēdenti probare, quòd rem emit, pretium soluit, & res sibi tradita fuit, nisi probet talcm rem venditori, à quo causam habuit, pertinuisse iure dominij, per talia media, quæ dominium & non aliud de necessitate concludant, secundum glo. in verb. in vacuā. & Bar. in l. cum res. C. de proba, licet prædicta tria sufficerēt ad probandum quasi dominij in actione publiciana, vt plenè in §. sed ista quidem. in sit. de acti. Et ita intelligitur opi. Nicol. de Matarel. & Bald. in dicta l. cum res. secundum Pau. cō. si. xcvj. inci. viso quodam processu agitato Forliuij & c. Attamen illa probare non sufficeret agēti rei vindicatione ad dominium seu rem ratione dominij obtinēdam, secundum glo. Pet. Cyn. Iaco. Butrig. Io. Fab. Bar. & Saly. in dicta l. cum res. ¶ Ita quòd etiam ecclesia in acquisitione rerum summe priuilegiata agens rei vindicatione necesse habet clarè dominium probare, quia ei non sufficeret titulus acquisitionis, nisi probaret authorem suum à quo causam habet verum dominium fuisse, secundum Bar. in l. si sic. §. si mihi. ff. de l. j. in fi. & Alex. ibi p. d. l. cum res. & clarè hoc decidit Bal. in l. siue autē. §. si duobus. ff. de public. in rem actio. vbi dicit ecclesiam tunc solū esse priuilegiatam, vbi cōstat de iure & dominio authoris: secus si non cōstat, quia tunc nō nititur æquitate. Nec etiam ad cōcludendum dominium probare sufficeret rem, quam petit, aliquāto tempore tenuisse & possedisse cum sua, etiam si cum illa possessione de præterito fama viciniæ concurreret

curreret, quòd res erat sua secundum Bart. in l. quidam in suo. de condi. instit. & Paul. dicit. consi. iij. & Alexan. dicto cō. si. x. Inno. Io. And. ij. col. Henri. Bohic. in fi. & Panor. in c. illud de præsumptio. Bart. & Alexan. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. etiā si probaret quòd rem locauit, arrēdauit, vel in emphyteusin tradidit, & tanquam de re sua disposuit, per tex. iuncta glo. super verbo, Locauisse. in c. cū venere rabilis. de relig. domi. vbi hoc tenet Panor. v. col. & in c. cum ventilet. iij. col. de resti. spo. Bar. & Bal. in l. ad probationem. C. locati. & glo. super verbo, Locatio. in c. inter dilectos. de fi. instr. & Bal. in l. iudicia. C. de rei vedit. etiā si probaretur cefus solutus: quia solutio census aut pensionis dominium nō probat, nec possessionem, secundum gl. super verbo, Vnam procuracionē. in c. bonæ memoriæ. de appel. vbi clarè hoc tenet Panor. in v. col. & Bald. in l. solennibus. per illum tex. C. de rei vedit. & in c. licet causam. idē dicit Bald. ver. Notandū, quòd si duo. de proba. Pro quibus est tex. in l. censuales. C. de donatio. idem tenet Ang. in vltimo not. in l. litibus. C. de agricol. & c. si. li. xj. Etiam ¶ si probaretur, quòd author meus, seu prædecessor, putā pater meus, aut venditor, vel donator à quo causam & ius habeo, rē illā tenuit pacificè & possedit tanquā suam: fuitque tenentis cōmuniter, publicè, & notoriè reputatus dominus, quādiu vixit, etiam concurrente fama viciniæ, quòd erat dominus, secundum Panor. singulariter in c. cum ad sedem de resti. spol. Bal. & Ang. in §. sic itaque discretis. vers. Quæro secundū. in sit. de actio. Etiam ecclesia rei vindicatione agens probando omnia præmissa dominium sibi competere nō probaret, secundum
457 Bar. in l. legata ff. de adimen. lega. ¶ Ideo dicitur Do-
459 sto. probationem dominij esse difficilem, in dicta l. quidam in suo. Ad eò quòd vendicās rem à possessore necesse habet probare eā titulo & bona fide possedisse, vel authorem suū tanto tempore quòd sufficit ad eius præscriptionem, vel quòd ambo tēpore tanto eam tenuerunt, cum possessio eorū cōiungatur ad effectum præscriptionis, in sit. de vsu. §. diutina. aliās non sequeretur, quòd si author meus aut ego vel ambo tempore præterito tribus aut quatuor annis vel pluribus, præscriptionē tamen non concludentibus, tenuerimus pro dominis reputati, fructus & redditus percipiendo, locando, vel aliter disponendo, fuerimus, quòd propter hoc domini simus. Cū sæpe hoc faciant prædones, & alienarū rerum occupatores, secundum doct. in dicta l. non hoc. vbi Iasō in primo not. C. vnde legitur & Panor. in iij. not. in c. si. de causa pos. & propri. ¶ Sed in possessore de præ-
458 senti cōtra quem intentaretur rei vindicatio, omnia præmissa & singula probata sufficerēt ad præsumendum eum esse dominum, secundum Panor. in d. c. cū ad sedē. imò si nihil probaret, absolueretur. l. fin. C. de rei vendicā. & l. ij. C. de proba. Bene tamen crede rem, quæ vbi spoliatus ageret rei vindicatione contra illum possessorem, qui violenter ab ipso actore aut eius prædecessore rem accepisset, non requireretur tam stricta probatio dominij per spoliatū & violentiam passum. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. Idem si possessor cōuentus à prædecessore actoris etiam ius prætenderet, & non ab alio. Nam quoties partes ius habere prætendunt à diuersis dominis, semper præsumitur pro possessore de præfeti: quod reddit in actione probationem dominij difficilem, vt vidistis. Sed quando actor & reus, vel duo aut plures actores cō-

tra tertium possessorem dominium prætenderent ab eodē authore, à quo quilibet eorū dicit ius sibi cōpetere, tunc facilius esset dominij probatio. quia ex intentione omnium constat de iure authoris: quo casu ille erit potior, qui probabit rem de qua agitur, si- bi fuisse prius traditā, vel se prius missum in possessionem, vt d. l. siue autem. §. li. duobus. de publ. in re actio. & l. quoties. C. de rei vedit. Et intelligatis cui fuit prius res tradita verè, vt ibi, vel fictè, puta constitudo se nomine emptoris possidere. l. quod meo. ff. de acquir. posses. vbi Bar. & Panor. in c. ex literis. de con- fuet. & si non appareret, cui fuit res prius tradita præsumendum est, quòd illi fuerit prius tradita, cui per illum communem authorem fuit prius alienata, vt ex ordine tituli præsumatur possessio & traditio, secundum Iac. de Rauē. in d. l. quoties. quæ sequitur Bal. in d. §. si duobus. vers. vt si quidē. & in c. j. §. si facta in titu. si de feudo fuerit contr. [Ad hoc facit quod not. deciditur infra super verbo, *Testamentum.* ij. dñ loquitur de pluribus testamentis eadem die factis.] & in c. licet. de proba. Et si nō cōstaret de prioritate alienationis, vt quia omnes ab eodem authore titulum habuerunt eadem die, nec constat de hora vel momento, & tunc si alter contententiū esset persona priuilegiata, vt fiscus, pro eo præsumeretur de prioritate temporis, l. j. C. de iur. fisc. lib. x. Et idē in ecclesia & alia pia causa, secundum Ludo. in repeti. Auth. similiter. in j. parte. C. ad l. Falci. vt alibi plenius fortè dicā. [De hoc plenè dicitur super verbo, *quam ipsa Petro vendiderat supra dicto.*] & his casibus satis dicitur facilis probatio dominij. Et idem si non principaliter, sed incidenter ageretur de dominio. Quo ¶ etiam casu sufficeret leuis probatio veluti si quis peteret rem sibi exhiberi solum ad fines eam postea vendicandi: quo casu principaliter agitur solum vt res vendicanda exhibeatur: quidem exhibitio non fit nisi domino, & dominij incidenter deducitur: quod solo iuramento tunc probatur, sicut in hæ rede diuisione hereditatis petente à suo cohæredē. Nam vt res quas aduersarius negat hæreditarias, in iudicium familie eriscundæ veniant, sufficit probare testatorem eas tenuisse, & dominij reputatum fuisse, vt cohæredes reponere eas in cumulo teneatur, nisi ipse eas probaret suas. l. j. ff. fam. etc. Quæ omnia sunt notanda, quia quotidiana & de pane lucrando. Hæc modicum deuando propter canonitas libenter interferui, vt aliqualem haberetis noticiam, qui sunt parentes illi, qui ultra liberos non habet alios successores, vt vidistis in ascriptitiis & censitis secundum diuersas consuetudines. ¶ Quidam sunt alij simplices coloni qui obligati non sunt nūquam posse à solo discedere, sed sunt liberi homines ad tēpus colere agrum & prædia conducti: & isti propriè veniunt appellatione colonorum simpliciter nominatorū, nisi cum adiuncto nominaretur. Putā coloni ascriptitij, aut censiti, vel aliās. secundū Io. de Pla. in l. si. C. de agri. & censu. vbi super rub. post glo. plenè per cum. Et horū simplicium colonorū quidā sunt coloni partiarij, qui agros alienos colunt pro certa parte fructuū, cum domino feudi partitū & diuidūt. Alij verò sunt conductitij, qui pro certa mercede pecuniaria agros colūt: de quibus per glo. in l. si apes. vbi Bart. ff. de fur. & in l. j. in fi. C. de ano. & trib. lib. x. & in clemen. j. de decimis. Possent etiā fieri coloni perpetui ad agros colendos perpetuò obligati: & sunt illi quos diligens & studiosus proditor suo colonatui perpetuò acquisiuit. ¶ Erat enim olim statum

tum, quod miseris & vilibus personis certi ex publico reditus assignarentur tempore famis; ad quos miserios fraudandum, nonnulli medicantes validi miseriam corporis simulantes partem reddituum percipiebant, sic partem & prabendam debilibus dimittendo. Hos autem ribaldos & simulators si quis diligens prodebat & deferebat in publicum, si liberi erant in suo perpetuo habebat colonatum, si autem serui erant primus dominus eis carcebat, & proditori seu delatori assignabantur, per tex. not. in l. j. C. de mendican. validis. lib. xj. secundum Hostien. in summa titu. de natis ex libero ventre. quem sequitur Panor. in dicto c. indicatum de immu. ecclie. quod dicit esse notandum contra ribaldos iniuste mendicantes. Qui si a publica persona prodantur, operi publico in perpetuum deputantur: & a priuato, colonatum suo dedicantur ipso facto: secundum eum ibi. vbi plenè de his agricolis loquitur, & illorum diuersa conditione. Ego non crederem hanc poenam perpetui colonatus locum habere in mendicantibus, qui ostentim mendicant domos singulorum discurrendo: & sic non publicas, sed priuatas fraudantes elemosynas. vt in pœnis lex illa non extendatur. l. interpretacione. ff. de pœnis. Sed satis est, quod expellatur: quia publica elemosyna singularia quædam habet priuilegia, plusquam priuata. l. priuilegia. vbi Barto. C. de sacrosanc. ecclie. Et in presenti regno non curamus has infligere pœnas: imò quotidie videmus validos & potentes mendicantes victum querere, nescio si hoc toleretur ex verbis Gregorij dicentis, quod omnes admittendi sunt, ne boni repellantur. Cum plures interdum appareant sani, qui sunt intrinsecus debiles, nec laborem sustinere possunt. Et modum fricandi tibias cum quadam herba, vt appareant vlcera & morbofa, docet gl. in verb. plenitudinè. l. j. de medi. 463 val. ¶ Ultra omnes prædictos habemus homines rusticos, qui simpliciter vocantur rustici a rure, & sunt illi qui in rure habitant, siue agros colant, siue non. Et inde dicitur rustici a rure, quia rus est eis curia: in Francia rus vocatur villagium, in quo rustici habitant. Et ciuitates vocantur villæ, sicut villæ proprie dicantur aedificia ruralia in rure sita sine muro, & vallo, secundum glossam pragmaticam super verbo, Villis. in §. in super. versic. in ecclie. titu. de collatio. Et habitantes ibi dicuntur rustici, qui pariter sunt homines liberi, nisi probarerentur dictis conditionibus astricti & ligati. Sunt enim isti solum & duntaxat domino loci ratione habitationis subditi in suo territorio & iurisdictione, non quod sint homines sui, vt ei teneantur ad homagium sicut tenentur vasalli, sed solum ei tenentur ad certum quid, puta ad libram cere, aut par gallinarum, vel quid simile, ratione habitationis, secundum usum & consuetudinem locorum. ¶ Qui etiam si petatur, tenentur domino prestare iuramentum, quod ei non erunt nocui, secundum Hostien. in cap. ex diligenti de simo. Ad quod iuramentum etiam non tenentur clerici ibi habitantes, si dominus eos habeat suspectos, licet eos cogere non possit, vt plenè per Aluarotum. titu. qualiter iura. debe. vasal. fidei. pen. col. Non autem tenentur aliter iurare dominum, nec se armare pro ipso ad bellum, sicut faciunt vasalli. de quo per Guido. papæ. alleg. quæst. cccvij. & Lucam de Penna. in l. deuotum. C. de metatis & epidimetis. lib. xij. Nec etiam tenentur pro ipso excubias facere, seu excubiare in castro de nocte, nisi ad hoc esset expressè astricti conuentione, aut consuetudine immemoriali.

466 ¶ Quibus casibus tenerentur solum dictas facere excubias tempore necessitatis, scilicet vbi immineret periculum guerræ, aut latronum patriam vastantium & discurrantium, alias non. Heu me, quia sub isto colore omnes ferè nobiles subditos suos diurno labore fessos, ac pro victu quotidiano semitortuos de nocte dum quiescendum est, crudeliter torquent, & pernoctare faciunt, aut pro excubiis si defecerint, eos in pecunia, & bonis vsque ad ossa excoriant, & incarcerant: cessante, sicut instante necessitate, vt per iores Pharaone videtur. ¶ Contra quos pie motus rex quondam Ludouicus xj. domini nostri regis genitor constitutionem fecit, anno dñi M. cccc. lxxix. xxvij. die April. apud Turonos. Cuius tenore vertit sibi subditos immediatè, & pariter aliis principibus & dominis regni sui, qui de iure aut antiqua consuetudine ad excubias tenentur in castris aut villis: posse vexari pro excubiis non factis, ultra emendam quinque denariorum turoñ. pro quolibet mense quo defecerint, quæ emenda summam quinque solidorum dicti valoris p. toto anno non excedit. Ad quæ summam soluendam cogi non possunt, nec excubias faciendam ratione & ad causam castrorum vel ciuitatum aut villarum in ruina existentium, in quibus excubiis propter ruinam essent vanæ, & malitiosè peteretur. Sine tamè præiudicio iuris tales excubias exigendi castris & villis reparatis, & in habitationem & fortalitium reductis. Et quod pro dictis quinque solidis sibi regi vel alteri domino debitis subditi executari non possint in instrumentis agriculturæ & aratri, nec in aliis ultra modum & quantitatem debiti. Et quicunque excubias facere maluerit in villa vel castro, cui debentur, cogi non possint dictos soluere quinque solidos. Quo casu non teneantur excubiare debentes, castrum intrare, donec in solis occasu. & pariter de mane exire possint in solis ortu, ne operæ subditorum diurnæ, de quibus viuunt, interrumpantur aut impediantur. Exceptis villis & castris in limitibus regni sitis, in quibus cum semper & continuè instet periculum incursionis hostiū, propter quod portas citius claudere & tardius aperire oportet, totū relinquunt arbitrio capitanei seu rectoris a principe custodia habentis. Extinxit præterea idē Ludouicus omnes lites & processus ad causam excubiarum non factarū motos & pendentes in quibuscunque curiis sui regni inter castellos etiam suos & quoscunque subditos sine exceptione. [Hæc ordinatio est hodie per dominum Aufseri. siuata xvij. in tit. de talliis & ordinationibus.] Quam ordinationem etiam reperietis in lib. regiarū ordinationum cameræ in quæstionibus parlamētis Tolosæ. fol. clx. Et ex post anno dñi M. cccc. j. & die xxv. mensis Martij, fuit per dominum nostrum regē modernum, dominum & benefactorem meum Ludouicum xij. facta alia ordinatio circa ius excubiarum præcedētis ordinationis modificatiua, publicata in parlamēto Tolosæ & registrata die xxij. April. anno domini M. cccc. vij. fuit & constitutio illa publicata Parisiis die ij. Ianuarij. M. d. liij. Cū literis de pinde valere, ac si j. annū publicata fuisset: qua ordinatum fuit, quod in castris patriæ limitrophæ & plateis fortibus in esse existentibus non demolitis nec inhabitabilibus, in quibus consuetū sit p. subditos excubias fieri, excubiæ fieri omni tempore, etiā tempore pacis, ad plus semel in mense per quemlibet caput domus facientem. Et pro quolibet vice qua quis defecerit, soluere quinque denarios turoñ. si dictam summam aut plus soluere consueuerint pro defectu. Quod si minus quam

Succesio ab intestato.

quam semel in mense excubiare consueuerint, aut minus quinque denariis turoñ. soluere pro defectu non facient, nec soluent nisi prout facere & soluere consueuerunt præcedentem ordinationem Ludouici xj. sequendo. Et quo ad loca non limitrophæ in quibus excubiæ fieri consueuerunt, pariter sicut excubiæ, vel soluentur defectus modo quo supra solum & duntaxat tempore guerræ, & eminentis periculi. Tempore autem pacis, & securo non soluetur pro quolibet defectu, nisi summa trium denariorū turoñ. Et casu quo subditi facere excubias consueuerint, aut dictam soluere summam pro quolibet defectu recusarent, tenebuntur in duplum erga dominos vel capitaneos quibus debentur. Et e contra, si domini vel capitanei ultra quam dictum est exigerent, aut exigere conarentur, præfati domini & capitanei, ex tunc prout, extunc, sint iure dictas excubias exigendi eo ipso priuati, scilicet domini castris pro eorum vita, & capitanei pro tempore quo officium tenebunt. Et hæc omnia in vtraque ordinatione contenta per modū prouisionis donec aliud fuerit per regem ordinatum. (Additio.) Secundum quam ordinationem latum fuit Tolosæ arrestum in mense April. anno domini M. cccc. ante pascha, inter dominum de Castro nouo de Bretenos, & habitatores castris de Caumont senescallia Ruthenens. super quo Mafuerus tit. de talliis, collec. & excubi. & §. penult. 468 dicit consuetudine obseruari, ¶ quod omnes habitantes cuiuscunque status aut conditionis existant, tempore eminentis periculi facere tenentur excubias, & soluere collectas, pro refectione & fortificatione murorum, & pro custodia villarum aut fortalitij impositas. l. ad in structionem. C. de sacrosan. ecclie. Etiam nobiles & gentes ecclesiasticæ ibi habitantes, secundū Guido. papæ. quæst. vij. vbi clarè hoc dicitur & quæst. lxxvij. Idem tenet Bal. in dicta l. ad in structionem. Dummodò concurrant duo. Primò quod reparatio fiat propter necessitatem, & non ad solum decus & honorem. Secundò quod ecclesia res 469 ibi possideat temporales: tideo cordigeri rerum incapaces ad talem non tenerentur contributionem, sed solæ ecclesiæ bonorū capaces & possessores, quæ ratione subnixum est. Quia multò melius & ecclesiæ utilius est, quod fortalicia reparentur, & custodiuntur, vbi quisque cum bonis suis in eminenti periculo refugium habet & receptatur, quam si defectu custodiæ ipsi clerici qui hodie citiores & in temporalibus abundantiores sunt, & ceteri habitatores castris aut villarum, ab hostibus caperentur. Pro quibus postea redimendis res sacras alienare foret necesse. l. sancimus. C. de sacrosan. ecclie. & institui. de rerum diuisio. §. sacra quoque res. cum melius sit in tempore occurrere, quam post rem vulneratam remediū querere. l. fina. C. in quibus causis in integ. resti. non est necesse. & l. j. C. quando liceat vnicuique sine iudice vindicare. Imò honestius est ecclesiam contribuere ad custodiam loci, quam eo capto & etiā ministris ecclesiæ captis res sacras pro eorum redemptione distrahere: quod permittitur de iure, vt dicta l. sancimus. Maximè vbi repentina ingruit necessitas, illi vel de proximo ventura: de qua loquitur l. placet. C. de sacrosan. ecclie. Ad quam cuitandam etiam ratione prædiorum de mensa ecclesiæ existentium est in communi contribuendum, vt ibi. non obstat. aliquorum considerationibus, potius cortici verborum, quam intentioni iurium, cui plusquam verbis deferri tenemur, inhærentibus: ac in distinctè vo-

luntibus, quod clerici a laicis talliis & collectis non vexentur. Quia illud intelligitur, nisi quando tanta & talis est necessitas, quod laicorum facultates commodè non sufficiunt ad onera supportanda. Quam necessitatem subsistere in presenti regno euidenter cernimus propter onera dictim emergentia in communi. Ad quod facit dicta l. placet. canonizata xvj. quæst. j. ¶ Præterea clerici tenentur vigilare pro custodia ciuitatis & tuitione. cap. peruenit. de immuni. ecclie. Ob quod licitum est ecclesias in castellare, pro tuitione fidelium, secundum Inno. & Ioan. And. in cap. cum ecclesia. cod. tit. Nec vlla maior iustitia, quam defendere patriam, infirmos, & debiles ab hostibus & prædone. xxij. quæst. ij. fortitudo. Quæ ratione p. pace & quiete in qua ecclesiæ defendari debent, tributum imperatori & regibus persoluere debent. can. tributum. xxij. quæst. vij. Præterea ad hoc sunt facultates ecclesiæ deputatæ, & clerici obligati, vt oppressos & captiuos redimant. c. sacro. & can. sicut. can. aurum, & can. gloria episcopi. xj. quæst. ij. Et multò melius est fideles christianos per munitionem ciuitatum præseruare a captiuitate, quam si caperentur, & postea redimerentur. l. fina. C. de tempo. in integ. resti. peten. Per quas & alias plures rationes ita consuluit Pet. de Ancha. consil. xcv. incipien. super dicto dubio. quia in his reparationibus & munitionibus tam necessariis ecclesiis, & clericis, sicut laicis utilibus, commune cogit pro rata soluere sicut pro refectione viarum, & itinerum, vt tenet Bartho. Capolla. in tracta. de seruitu. rusticorum prædiorum. titu. de seruitu. viar. in xvj. quæst. & consuluit Aegidius de Bellamercia consil. xlv. incipien. consules ciuitatis Albiæ & c. in fin. ¶ Amen hoc casu iudicium ecclesiasticum reseruat coactionem, sed vbi tam repentina foret necessitas, quod non possit adiri prælati ecclesiæ, vel viros ecclesiasticos requisit' cogere recusare, aut plus debito differret, non esset ponere os in cœlum, si per secularem potestatem cogerentur: attento quod notoriè videmus ecclesiasticos in talibus esse rebelles, & plus debito remissos. Nā excusat in talibus vrgens necessitas, & facilè summi numinis speratur venia, vbi multorum salus & incolumitas procuratur. l. prouinciarum præfides. C. de feriis. ¶ Nec est tempore repentina necessitatis vtendum legibus, ex sententia Scipionis, qui Mutio Scauolæ consuli Romano volenti contra Tyberitū Gracchū rempublicam facto repentino turbare præsumentem, ordine iuris procedere, restitit dicens: Quoniam consilium dum iuris ordinem sequitur, id agit vt cum omnibus legibus Romanum imperium corrumpat. vt refert Valerius lib. iij. titu. de fortitudine, de Scipione Nafica loquens. Et lib. v. titu. de gratis. de Caio Mario etiam consule Romano refert, quod cum Cimbros quos nunc Flammingos appellamus, auxiliio Camertinorum ab inuasionem repentina subito repulisset, eique obiteretur, quod cum exulibus, scilicet Camertinis hostibus commercium habuisset, ac in vibem contra leges vocasset: dixit inter armorum strepitum verba se iuris ciuili exaudire non potuisse. Et sanè id tempus tunc erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat: quia necessitas leuè gen' non habet permissiuam, prohibitiuam, nec consultoriam. Cum non sit tempus deliberandi, cum in necessitate nemo liberalis existat. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. & glof. in l. j. C. de oper. liber. Vnde quacunque manu fiat, non refert, dummodò necessitati occurratur: quia non censetur esse factum

per laicos voluntariè, sed necessitatis lege, quæ habet q̄ ilico occurratur, vel res publica perdat. Prout Romani olim prudentissimi exemplo tradiderunt, de quo idem Valerius lib. vij. tit. de necessitate. sic dicit. Caio autem Mario & Cneo Carbone consulis, bello civili cum Lucio Sylla dissidentibus: quo tempore non reipublicæ victoria quærebatur, sed præmium victoriæ res erat publica, senatusconsulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflatæ sunt. Digna enim causa erat, hinc, an illi crudelitatem suam proscriptioe civium satiaret, ut dij immortales spoliarentur? Non ergo patrum conscriptorum voluntas, sed terribilis necessitatis truculenta manus illi consulto stylum suum impressit. & in principio illius tit. Abominandæ inquit, necessitatis amarissimæ leges & truculenta imperia, tum vibem nostram, tum etiam exteras gentes, multa non intellectu tantum, sed etiam auditu grauiâ perpeti cogebant. hæc ille. Sic fuit tempore Cæsaris, ut ipse lib. j. commentariorum de bello civili Pompeiano circa princip. refert, respublica contra eum suâ Pompeij mota & repentinè turbata. Totâ, inquit, Italia delictus habentur, arma imperantur, pecuniæ à municipiis exiguntur, & à sanis tolluntur, omnia diuina & humana iura permiscetur. hæc ibi. Quod formaliter de cidit Pa-
 473 nor. in cap. sicut. vlti. de iureiurand. vbi dicit, quod quoties princeps inuaditur, si timor sit subitaneus, & improuisus, ecclesia contribuere tenetur, ut ibi dicitur in fin. Hodie autem per Bonifacium octauum circa hæc publica subsidia est Francorum rex bulla expressa priuilegiatus, data apud urbem veterem, secundo Calendas Augusti pontificatus sui anno ter-
 474 tio: cuius tenor talis est. Bonifacius episcopus &c. Nos igitur huic morbo congruam intendentes adhibere medelam, & vt cuiuslibet ambiguitatis serupulus in hac parte tollat, & veritatis puritas eluceat, autoritate presentium declaramus, quod constitutio ipsa vel eius prohibitio ad donaria vel mutua seu quæuis alia voluntaria prælatorum & personarum ecclesiasticarum eiusdem regni (scilicet Franciæ) cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existant omni prorsus coactione cessante se aliquatenus non extendat: licet ad id forsitan charissimi in Christo filij nostri Philippi regis Francorum illustri vel successorum suorum, qui pro tempore fuerint, aut officialium eorundem, seu ducum, comitum, baronum, nobilium, vel aliorum dominorum temporalium de regno prædicto requisitio civilis & amica præcedat. Omniaque feudalia, censualia siue iura quælibet in rerum ecclesiasticarum datione retenta, vel alia seruitia consueta regi eiusque successoribus comitibus, baronibus, nobilibus, & aliis temporalibus dominis prædictis tam de iure quàm de consuetudine à personis ecclesiasticis debita, prædicta constitutio nõ includat, vel aliquatenus nõ cõprehendat. Et quod personæ ecclesiasticæ pro ecclesiis suarum utilitatibus compositionis aut transactionis vigorem in his contingat aliquatenus impediri. Constitutioque eadem clericos clericaliter non viuentes, sed se mercationibus & mercimoniis præsertim inhonestis & vilibus vel sæuis immiscens actibus non defendat. Adiciamus insuper huiusmodi declarationi nostræ, quod si prædicto regi ac successoribus suis prouinciali vel particulari eiusdem regni defensione, periculosa necessitas immineret, ad huiusmodi necessitatis casum se nequaquã extendat constitutio me-

morata. Quin potius idem rex, ac successores ipsius possint à prælatis, & personis ecclesiasticis dicti regni petere, & recipere p̄ huiusmodi defensione subsidium vel contributionem. Illudq; vel illam prælati & personæ prædictæ præfato regi suisq; successoribus incõsulto etiam Romano pontifice teneatur, & valeat sub quotæ nomine aut aliâ etiam impartiri, non obstante cõstitutione prædicta, seu quouis exceptionis vel alio quolibet priuilegio, sub quacunque verborum serîe cõfictõ à sede Apostolica imperato eiusq; necessitatis declaratio prædictæ ipsius regis & successorum suorum conscientias onerari, eisq; innotescere volumus, q̄ quicquid recipi vltra ipsius defensionis casum contigerit, in saru recipiant periculum animarum. Si verò defensionis prædictæ huiusmodi & aliis annu xx. præfati non exegerint successores declaratio necessitatis eiusdẽ prælatorum, clericorũ, & laicorum, qui de ipsorum successorũ stricto consilio seu maioris partis ipsorum fuerint, cõscientiis relinquatur. Quorũ similiter conscientias onerari volumus &c. Or notetis, domini, quod papa licet dum loquitur de donis & mutuis regi sciendis, illa permittat cessante exactione, tamen in §. adiciamus. vbi loquitur de defensione regni in periculosa necessitate nõ repetit illa verba, cessante exactione, quasi permittat illo casu exactione. Postquam ergo priuilegium datum fuit regi & successoribus suis ac regno pro defensione ipsius, nõ dicitur personæ: sed potius loco & vniuersitatis cõcessum, & cõsequenter perpetuũ semper duraturum: imò nõ reuocandum, quia pro subsidio reipublicæ indultum, per text. aureum, quem ibi ad hoc ponderat Bal. in l. v. c. sigalia. C. de vecti, & commif. Præsertim quia dictum priuilegium fuit intuitu & ratione meritorum ipsorũ regum Francorum pro ecclesia impensorum (de quibus §. artic. j. in ij. decisio.) regi Philippo pulchro cõcessum, & sic irrevocabile etiam prætextu ingratitudinis, secundum Pano. & omnes super rub. & in c. si. de dona. & per narratiuam & præfatione dictæ bullæ clarè constat in integra, q̄ merita regum Franciæ fuerint causa illius, iuncto q̄ verba narratiua & præfatio dispositionis præsumitur causa finalis. l. si. ff. de here. int. & Panor. in c. quia circa. de consan. & affini. Quare restat, quod, instanti necessitate cogi, possunt ecclesiastici ad contribuendum pro reparatione murorum, & aliarum munitionum ciuitatis, vel loci. Et de illa necessitate creditur soli regi, vel gubernatoribus, vbi rex esset minor, vt videtis. Et ista est æqua iuris veritas. vide plenè de hoc per Lucã de Penna. in l. ij. & l. iij. C. de quib. mune. vel præsta. nemini se excu. liceat. lib. x. vbi clarè respondet ad singulas canonistarum vanas subtilitates, concludens clericos & ecclesias teneri omni iure, etiam diuino, etiam non urgente tam repentina necessitate. Quicquid subtilizando, ac mētiam & anctum decimando nonnulli dixerunt moderni, in ca. non minùs. de immuni. eccle. quorum motiuum in tantam ecclesiasticos deduxit vesaniã, q̄ reparationi propriarum ecclesiarum contribuere reculant: ad eò q̄ omnes ferè ecclesie in terram diu est, prostratæ fuissent, atque ruinam corruissent, si ad earum refectionem manu Regia non cogerentur. [De quo vide plenius.] super verbo, si absq; liberis moreretur. ij. in materia fidei commissarij & substitutionis tractando regulã. Quem honore, onerare nõ possum. & super verbo, domũ. De quo, videlicet q̄ ecclesiæ teneantur in his contribuere, videatis plenè per Lucam de Penna. in l. ij. C. de qui

de quibus mune. vel præfatio. nemini liceat se excu-
 475 (a. lib. x. ff. Nec obstat concilium generale, in c. non minùs. de immuni. eccle. vbi pro fossatis clerici non tenentur contribuere. Quia hoc intelligitur vbi nõ contingit illã repetina necessitas reparandi aut fortificandi ciuitatem, cui laici possunt successu temporis, & ad eorum libitum & deliberatè prouidere. Et si non habent vnde hoc facerent, tunc seruãdus est ordo ibi traditus. Sed repentina necessitas omnẽ exemptionem cessare facit, vt videtis, quod est not. Ad quam refectionem etiam tenentur qui non habent in fortalicio: sed tempore necessitatis se ibidem cum bonis suis reparationes: tamen non tenentur nisi ad eas solas reparationes, quæ castrũ aut villã reddunt fortiorem: vt sunt muri, fossata, & bassa curtis, vbi tempore periculi starent cum bonis, vt clarè per
 476 Masuerũ vbi §. ff. Et ad propositũ restat, quod possunt tales coloni partiarij, aut conductitij, nec nõ rustici ab intestato defuncti hæredes habere proximo rês parentes, nec nõ possunt liberè testari, quia sunt homines liberi, nisi aliud haberet consuetudo, vt §. vidi distis. ff. Sicut seruatur quo ad omnes in Normania, vbi generali consuetudine patriæ nemo testari potest etiã inter Nberos & parentes: sed mortuo succeditur iure proximioribus: quia proximiores bona occupant tanquam eis debita ex cõsuetudine. Et in præpositura & vicecomitatu Parisiensis pater testari non potest in præiudicium liberorũ suorum, nisi de quinta parte bonorum suorum, vt expressè cauetur in eorum consuetudinibus. tit. de testamētis & executoribus illorum. cap. j. Et alibi in quarta parte, ita quod comprehensis omnibus legatis vnã cum institutione, totum est reducendum ad quartam partem bonorum & hereditatis deducto are alieno, & funeris impensa. Et fiet illa reductio per hæredẽ ab intestato vel commissarium ad hoc per iudicem deputandum pro solido & libra. Et cauet hæres ab intestato succedens, quia si scienter vnum ex legatis integre sine prædicta detractioe soluerit, quasi voluntatem defuncti approbauerit, cogetur reliqua integre soluere: quia renuntiasse videtur beneficio cõsuetudinis secundum Masuerum. tit. de success. §. item institutio testamentaria. cum §. seq. Et sic testando
 478 terminos consuetudinis egredi non possunt. ff. licet inter viuos, scilicet contrahẽdo possint plenè de suis rebus & bonis disponere. ideo dicit Masuerus tit. de societate. §. itẽ licet institutio testamentaria. quod licet dispositio testamentaria non valeat ibi, nisi vltq; ad partem consuetudine taxatã, tamen incidens & conuentionalis in duobus valet casibus etiã quò ad totam hereditatem & vniuersa bona. Primò in cõtractu societatis omnium bonorum l. iij. ff. pro socio. Secundo in cõtractu matrimonij, si conuentũ fuerit, quod superuiuens succedat præmoriẽti. Quia cum his casibus conuentio de succedẽdo adhareat
 482 contractui qui dat esse cõuentioni, & dispositio de se inefficax transeat in naturam adiuncti, valebit secundum naturam actus cui adhareat accessorie aut incidẽter. per l. fin. C. de non nume. pecu. & l. si tibi rem. ff. de præscri. verbis. & l. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. manda. facti. l. j. C. de pactis. Videtur enim talis dispositio hereditaria vestiri coherencia principalis contractus, scilicet societatis vel matrimonij, nõ obstante l. si. C. de pac. quæ loquitur in simplicij & nuda cõuentione, & etiã non obstante consuetudine. Quia solùm prohibet testari, sed nõ contrahere, vt videtis: vt etiam conclusit idem Masuerus
 Tom. i.

rus allegato tit. de success. §. itẽm. quod dictũ est superius. Talem institutionem cõuentionalem valere infolidum, nisi superessent liberi naturales & legitimi, qui legitima eis iure nature debita priuari non possent per donationẽ vniuersalem in altero dictorum contractuum factam: sed in cæteris valebit. de his autem heredum institutionibus inter viuos, dixi plenè super verbo. *Duas habet filius.* in tertia principali fallentia, loquẽdo de pacto de succedẽdo an valeat: vbi sustinui pacta quæ communiter sunt inter nobiles in cõtractu matrimonij, quod primogenitũ ex matrimonio illo succedat. ff. Pariter est in aliquibus locis cõsuetudo, q̄ quis testari possit de suis conquisitis aut alio modo disponere: sed non de bonis suis patrimonialibus, quæ sibi ex successione parentum obuenerunt. Quæ consuetudo valet secundum Io. Fab. super ver. Iustinianus. i. premio instit. sub iugens ibi, q̄ etiam vbi quis emeret vel aliâs acquireret ea in quibus erat successurus, non possit de illis tanquam de conquisitis disponere: imò legitimis hæredibus pertinerent, per plura quæ ibi allegat, quod dicit esse nõ. pro illis qui in feudatas decimas in vita dederunt filiis, vt non dicantur translata in quibus dederunt filiis. ff. Plus videmus in hoc regno Franciæ, q̄ extranei seu foranei & alienigenæ de alio regno oriundi, quantocũque tempore in præfati regno habitauerint, & bona acquirere tolerati fuerint, non possunt de illis bonis acquisitis testari, nec aliter disponere in vltima voluntate. Quinimò ipsis testatè vel ab intestato defunctis etiam si proprios haberet liberos, vel quoscũque alios parentes, rex omnia eorum bona occupat iure Albanagij, exclusa omni parentela, coniuge, & quocunque alio legitimo successore etiam testamētario. de quo iure Albana tetigit gl. pragmatica super ver. Liberius. in §. sequuntur qualificationes. tit. de colla. Nam in hoc regno extranei de regno non oriundi sunt incapaces cuiuscunque acquisitionis, ad effectũ disponendi de illa, quod fieri lege potest aut cõsuetudine, per tex. in d. l. j. C. nõ silice. habita. metro. lib. xj. ff. Et tale ius Albanagij nomen sumpsit (vt credo) ab ipsis Albinis, id est extraneis aliunde oriundis, qui dicuntur albini, seu alibini, quasi alibi nati, sublata prima litera per syn-copã. Prout syn-copa est remotio literæ vel syllabæ de medio dictionis. Vnde tales Albini sunt ad testatũ vel aliâs causa mortis disponendũ inhabiles, vt d. l. j. Nec habet ex testamẽto, vel ab intestato hæredes etiam proprios liberos & parentes: & sic sunt in hoc ascriptitijs & alijs supra conditionatis deteriores, ferè libertis latinis similes, qui olim vita eorũ durante liberi erant, & moriendo serui fiebant: quorũ bona patronus iure peculij occupabat, sicut facit rex bona istorum, instit. de liberti. §. libertinorũ. nisi prius per regem de acquirendo & acquisitis disponendo
 482 habilitati fuissent & dispensati. ff. Quinimò (quod plus est) per Carolum septimũ domini nostri regis auum paternum, fuit anno domini M. cccc. xxx. j. die x. Martij suis patentibus literis ordinatum, ac edicto perpetuo cum proceribus regni & suo magno consilio statutum, & prohibitum alienigenas nõ posse in suo regno tenere beneficia, quæcunque ecclesiastica & dignitates, præsertim electiua, pontificales, & cathedralis. Interest enim regũ nosse qui maiores maxime ecclesias administrant, quarũ ipsi tutores sunt. Quæ quidem ordinatio fuit in parlamento Parisiensi, tunc Picteuaus sedẽte, die viij. April. anni tunc sequentis lecta, publicata, & tanquam lex perpetua in re-
 R. iij. gistris

gistris dictæ curiæ registrata. Cuius duplum habeo 486
ex dictis registris sumptum. Fundamentum autem ca-
pit per tex. in c. bonæ. l. ij. §. intelleximus. de postu.
præla. prope si. ibi. idcoq; non poteramus salua cõ-
scientia eidẽ ecclesiæ in alia persona quæ de regno
Vngariæ originem duceret, congruè providere, nec
vellemus ei præficere alienum & c. Facit tex. in l. in ec-
clesiis. C. de episcopis & cle. & in can. nullus inuitis.
lxj. dist. & in c. quoniã in plerisque. de offi. ord. ibi.
catholicum præfulẽ nationibus illis conformẽ & c.
Et in procemio pragmaticæ vbi bona gl. super ver-
bo, exterorum. Quibus cõuenit tex. diuinus Deuter.
xviij. Prophetam de gente tua & fratribus tuis susci-
tabit tibi dominus Deus tuus: ipsi audies & c. Bene-
487 ficia enim ecclesiæ illis de patria conferri debent, &
non exteris de alio regno oriundis: qui nec idioma
nostrum loqui sciunt, nec intelligunt neq; nos suum.
& sic inhabiles ad beneficia tenendum præsertim cu-
rata & regendum curam animarum in foro pœnitenti-
ali. Vnde prouiso papæ talibus facta, esset nulla,
per regulam cancellariæ apostolicæ inter gl. xix.
488 incipien. Item voluit quod si contingat & c. ¶ vbi
gl. dicit papam Sixtum motu proprio bullam con-
cessisse regi Hispaniæ, quod in regno suo nullus fo-
rensis tenere posset beneficium sine cõsensu suo. Et
idem priuilegium habere regem Franciæ refert glo.
pragmaticæ vbi supra in si. qd̄ fortè causa fuit præ-
tactæ ordinationis regiæ. Quod magna subiacet ra-
tioni, quod de alieno regno nõ possint hinc benefi-
ciari, qui in fundandis beneficiis nihil cõtribuerunt;
sed indigenæ soli: ideo sunt in his meritis præfere-
di. arg. l. j. C. de meta. & metalla. lib. xj. & eorum que
dicimus de fundatoribus & patronis ecclesiarum, vt
489 in necessitate ab ecclesiis alimententur: ¶ sicut vi-
demus in presenti vniuersitate, quod in collegio bea-
ti Nicol. de peregrino, de quo stipendia nos reges
capimus, nemo (ex fundatione & statuto illius) eli-
gi potest in collegiatum, si non sit de hac diocesi Ca-
turensi. oriundus, ac de terris & locis in quibus colle-
gium ex fundatione vel aliis redditus percipit, &
bona habet. Præterea extranei prohibentur in re-
gno beneficiari, ne per eos secreta regni reuelentur
inimicis. de quorum ditione fortassis essent, præser-
tim episcopi, qui multas tenent in regno dominatio-
nes, & ad causam earum vasalli sunt & cõsiliarij re-
gis, cui si dem fortassis malè seruarent: nec non pecu-
nias à regno in exteras portarēt nationes. Vnde pro-
uidendum est patrie de peritis, & vstitatis in idioma-
te & moribus patriæ: alioquin animæ subditorum
idiomate extraneo malè regerentur. ca. quoniam in
plerisque. de offic. ordi. Nam fuit tempus, quod To-
losæ inter vulgares idioma Gallicum vix intellige-
batur, & min⁹ in hac patria Caturensi. Sed hodie be-
ne intelligitur vbiq; imò pueri iam Gallicè loquun-
tur. Et (quod plus est) aliter non loquuntur literati
viri, qui omisso latino quod nobilius est, loquuntur
Gallicum, & Gallicè scribunt ferè in omnibus curiis
490 temporalibus regni, ¶ sicut lectores Aurelianens.
qui in cathedra partim latinè & partim Gallicè lo-
quuntur. secundum Ioan. Fab. in §. similiter. in situ.
de execu. tut. [Et eo modo hodie diffusa est lingua
Gallica per vniuersa ferè regna, prout Romani fece-
rant qui etiam Græcis responsa nunquam dabant,
nisi latinè, siue Romæ esset, aut in Græcia, vel Asia:
vt scilicet latinè vocis honos per omnes gētes vene-
rabilior diffunderetur. vt dicit Valerius lib. ij. titul.
de institutis antiquis, loquendo de feueritate in lega-

tos.] ¶ Et aded exaltatum iam fuit idioma illud,
quod etiam in Anglia sunt hodie litigata in Galli-
co vt fertur, quod exordium habuit à Gulielmo fi-
lio Rollonis primi Normaniæ ducis, qui post mor-
tem dicti Rollonis patris sui dux Normaniæ factus
& plurium aliarum terrarum dominus, regnum An-
glia per conquestum obtinuit, secundum chronica.
Et ille primus idioma Gallicum in Angliam pertulit,
& cuncta Gallicè ordinari fecit. A quo Guliel-
mo rege Angli stipitem regum suorum ceteris anti-
quioribus oblitis faciunt, in his præsertim quæ ha-
bere solebant in Francia. Et nedum Gallorum pul-
487 chiloquio decorantur: ¶ verum etiam initia fidei
orthodoxæ à Gallis habuerit. [Vide pulchra quæ
habentur infra super verbo. si absq; liberis moretur. ij.
in materia pupil. substitit. & in tertio requisito eius-
dem.] medio filia regis Francorum Engilberto An-
glo nuptæ. De qua Gaguinus lib. ij. cap. j. Est inquit,
in Anglorum gestis Engilbertum regem cum ab ini-
micis propter eius desidiam risu haberetur, filiam
regis Francorum cuius nomen silentio præteritur,
vxorem assumpsit, & cum ea Letardum virum ad-
modum sanctum in Angliam nauigasse. Quo con-
nubio Engilbertus gensque Anglorum didicit mo-
destiam, & cognitionem quãdam accepit vnus Dei
& fidei christianæ, in quo fuit verificatum quod di-
cit Apostolus j ad corinth. vij. Sanctificatus est vir
in fidelis per mulierem fidelẽ, ita vt ad Anglos pro-
ficiscente Augustino gens tota facilius Christum con-
fessa sit, Pelagij relictis erroribus. Porro quia nec fi-
lia nec regis patris nomen ab authoribus traditur,
ego temporum annotationem secutus fuisse Chilpe-
ricum conuicio, aut primũ Clotariũ: nam per Clo-
tarij secundi tempora diuus Gregorius pontifex Ro-
manus Augustinum ex monasterio quod Romæ in-
stituerat, in Angliam prædicationis causa misit. Id
autem scriptum à me ideo est, vt intelligant Angli
exordium rectæ credulitatis in Christum à Franca
488 muliere accepisse. hæc ille. ¶ Circa hoc tamen est
in puncto nostro differẽtia inter officia secularia &
beneficia ecclesiastica: quia licet beneficia dari de-
beant oriundis de patria, imò de eodem vico existen-
tibus, vt dicta. l. in ecclesiis: non tamen officia secu-
laria. l. si. C. de crimine sacrilegij, vbi licet officia de-
beantur illis de regno, tamen conferri nõ debent illis
de territorio: quia ibi absidere non debent, vt d. l. si.
cui cõcordat ordinatio regia Philippi pulchri inter
suas ordinationes anno domini M. ccc. iij. factas xix.
Et alia ordinatio Caroli primogeniti Ioannis Fran-
ciæ regis, & pro ipso locum tenentis & gubernatoris
regni eodem Ioanne patre suo in Anglia detento,
facta anno domini M. ccc. xvj. mēse Martij in ordine
prima, qui postea mortuo dicto Ioãne ei⁹ patre fuit
rex Carolus quintus sapiens appellatus. Qui quid-
dem reges statuerunt & ordinarunt nullum in re-
gno Franciæ officia regia tenere posse, nec alia offi-
489 cia publica in loco originis vel domiciliij: ¶ & qui
eo tempore officia tenebant plures fuerunt per eun-
dem destituti, de quibus fortè cum aliam causam nõ
alleget, loquitur Gaguinus lib. ix. cap. j. in hæc ver-
ba, Conuentum igitur Carolus iterum Parisiis cogit:
in eadẽ minorum diui Francisci cõcio habita est,
vbi constitutis quæ ad rem præsentem expedire vi-
debantur, ad parlamentum senatum Carolus concio-
nem vocatib; post habitam à Roberto Gallo Lau-
dunensi episcopo orationẽ, duo & viginti regij mi-
nistri non auditi à suis officiis Caroli edicto amoti
sunt;

sunt: præter nonnullos ex Caroli ministris. Ex sena-
tu quoque parlamenti & rationum pratorio, id est
(ne ab vstitato vocabulo discedamus) camera compu-
torum complures seclisi. hæc ille. (Additio) Prædi-
ctam ordinationem Philippi pulchri folio xxv. ver-
so, & ordinationem Caroli quinti. folio xcij. verso,
reperietis in libro ordinationum regiarum camera
in quæstarum beneficiorum ecclesiastica plus debent origi-
nariis loci, quàm officia secularia regia vel alia, est,
quia ideo beneficium debet illis de loco conferri, quia
nouerunt parochianos, & cõscientias eorum, ac mo-
dum viuendi. Ob quod verisimile est quod melius re-
gent in foro pœnitentiæ curam animarum, quàm
facerent extranei: qui personarum ignorant, & mores.
Præterea confidentius parochiani conscientias pand-
ent notis & compatriotis, quàm extraneis ignotis.
Officium verò secularẽ illi qui est de loco oriun-
dus dari non debet, propter notitiam & familiarita-
tem quas habet seu habere præsumitur cum illis de
loco & cõpatriotis suis, quibus fortè nimis faueret,
aut odio contra aliquos ex æquali vel inæquali con-
uersione conceptorũ inter pares sit aliquando &
sæpe inuidia, ac dignitatis cõtemptio. l. obseruandũ.
ff. de offic. præsi. Eos læderent cõtra iustitiam, quam
fauores & odia multum turbat & interdum iudicia
peruertunt & suffocant: capi. penul. ibi, de terra sua.
vt lite non conte. de quo stat ordinatio regia Philip-
pi pulchri facta anno domi. M. ccc. ij. & Caroli quin-
ti regũ Fraciæ, qua prohibuit quem præfici senescal-
lum, præpositũ, iudicem, vicarium aut balliuum in
loco, vnde dicitur oriundus, vt dicta. l. si. C. de cri-
mine sacrile. [Hanc ordinationem dominus Auf-
sterri. situauit in titu. de elect. cap. ij. de quo habetur
super verbo. duas habens filias. in primo casu fallen-
tiæ principali.] Quod locum habetio tempore quo
officia regia annalia erant & temporalia, prout de iu-
re communi etiam anno finiebantur. l. j. C. vt omnes
iudices tam ciuiles quàm criminales post depositam
490 administrata. ¶ Hodie autem ex tempore quo offi-
cia in presenti regno effecta fuerunt perpetua, vt vi-
distis super verbo. duas habens filias. in primo princi-
pali casu fallentiæ: teneri possunt officia regia etiam
in loco originis aut domiciliij: cum etiam extranei
ibi ad causam officij perpetui continud morates ami-
citas contrahant, familiaritates & afinitates, & in-
terdũ maiores, quàm oriundi patriæ: quos à paritate
rationis ab officio necesse foret repellere, sicut oriun-
dos. Præterea iudices procedere debent in his quæ
iudicarium ordinem concernunt secundum stylum,
& regionis consuetudinem, vbi redditur iudicium. l.
ij. C. quemadmodũ test. aperi. & causas decidere se-
cundum vsus & consuetudines partium & rerum de
quibus agitur. l. si fundus. ff. de euct. & plenè per Cy.
& alios in l. j. C. de sum. trini. Et certum est oriundos
patriæ meli⁹ scire mores regionis, quàm extrancos.
491 capi. quosdam. & capi. quanto. de præsump. ¶ Qua
ratione motus fuit Carolus septimus Francorũ rex,
dit le bon roy Charles, in institutione curiæ parla-
menti Tolosæ, qui anno Domini M. ccc. xliij. ordi-
nauit quod consiliarij ibi instituerentur tam de pa-
492 tria linguæ Doil quàm patria linguæ Occitanæ, vt
s. dixi. j. principali artic. in ij. decisione. [Quam
ordinationem posuit dominus Aufsterri. in suo tra-
cta. ordinatio. regiarum titu. de instit. parlamento-
rum. capitu. vj.] ¶ Et pariter dominus noster rex
modernus eius nepos Carolus octau⁹ ordinãdo sca-

querium Normaniæ annis singulis Rhotomagi te-
nendũ qd̄ deputaretur præsidet, & cõsiliarij cognti-
tionẽ habetes vsuq; & consuetudinũ patriæ, pro
causas inibi pendentes rectè decidẽdo, ordinauit &
consultissimè, cum quilibet patria suo sensu & non
alieno abũdet. c. certificati. de sepul. Et melius sciunt
illi de patria, si quid de iurib⁹ regis vsurpetur, quàm
extranei, qui patriam minime nouerunt. (Additio)
Hanc ordinationẽ habetis in libro ordinationũ re-
giarum camera in quæstarũ parlamenti Tolosæ. fol.
clxv. Imò noui incolæ qui de nouo ciuitatẽ & patriã
incolere cõeperunt, honoribus ciuitatis non partici-
pant, vt habetur iij. politicorum, sed antiqui qui mo-
res patriæ nouerunt sunt, illis præferendi. Moderni
verò, maximè penitus extranei, postponendi, coram
quibus nõ est consiliũ faciendũ: necitur enim quid
pariet, vt habetur eccle. viij. in si. facit text. in Authc.
de colla. §. sed neq; prouinciariũ iudices, vbi Impera-
tor possessores exprimit cõsq; repetit: nõ autẽ habi-
tatores simplices, de quibus mentionẽ antea fecerat:
cum hominibus profectò cõmunione alienæ nullũ
fas est iure certam. xxiiij. q. iij. c. c. quibus. in si. Pe-
regri & incolæ officiu est, nihil præter negotium
suũ agere, nihil de alio inquirere, minimèq; esse in
aliena rēpublica curiosum, ait Cicero offic. lib. j. imò
vt amicos quærat, laborare curat. vnde Terentiũ in
Eunuch. Sola, inquit, sum: habeo neminẽ hinc, neq;
amicũ neque cognatũ. Quamobrẽ alios cupio para-
re amicos beneficio meo: id amabò adiuua me, quò
facilius fiat. Propter quod à vero facilius in consilio
deuiabit. Quæ pericula in originariis & antiquis ha-
bitatoribus nõ præsumuntur. Auspiciis enim patriis
non alienigenis rēpublicã administrare oportere
antiqui iudicabãt, dicit Valerius lib. j. ti. de auspiciis
in prin. cũ originarij in bonis sint iam ibi radicati
& fundati, pariter olim nõ præsumebantur in exteris
vbi officia temporalia erant, cum tunc breui tempore
quo officiu duraturũ erat, magna familiaritas cõtra-
hi nõ posset, imò nec appeti, vt plenè per Lucam de
Pena in l. quisquis. C. de omni agro deserto. li. xj. vbi
dicit attendendũ esse, donec ex antiquis bonus habea-
tur, ex nouis nõ assumatur: quia maior bonitas noui
antiquis nõ debet præiudiciũ afferre secundum eum.
Ob quod præceptũ fuerat Moyfi Deuter. xvij. Regẽ
cõstituit de numero fratrum, Non, inquit deus, po-
teris alterius gentis hominem regem facere, qui nõ
sit frater tuus, id est de tua patria, & gēte natus. Ideo
nõ sine causa Philippus pulcher ordinauerat, quod
etiam stantibus officiis annalibus habetes officia &
administraciones in locis vnde traxerant originem,
vel in quibus mansionem habebant, aut fouebãt la-
rem perpetuum, matrimonia cõtrahere poterãt: pa-
rẽtes & amicos in religione ponere, & possessiones
493 emere, sine tamen cupiditate & fraude. [Hanc or-
dinationẽ situauit dominus Aufsterri. ordine xliij.
in ti. de offi. balliuorum.] Quod extraneis officariis
erat prohibitũ, vt plenè dixi in verbo, *duas habes fi-
lias*. Restat ergo ad ppositũ nostrũ, qd̄ alienigenæ in
presenti regno Franciæ ex testamento vel ab inte-
stato de bonis in regno acquisitis non possunt here-
des habere. ¶ Quibus contideratis cauti alienige-
næ literas naturalitatis vulgariter appellatas à rege
soluti sunt impetrare: per quas ad bona quæcunq;
tenendũ etiã feudalitã & iurisdictiones, & de illis dis-
ponendũ, nec nõ ad tenendũ officia quæcunq; etiã
regia, & quæcunq; beneficia ecclesiastica, dignita-
tes etiam electiuas & pontificales, ac si de regno fo-

rent. Quas quidē literas necesse habent verificare in camera cōputorū Parisiis. Pro quarum verificatio- ne debetur regi finātia, per dictā camerā inquisito de inquitēdis taxanda semel solueda, nisi rex ipsam 494 (vt sepe fecit) remiserit parti. ¶ Qua dispensatione non indigent foranci de alio regno oriundi in ciuitate nostra Tolosā habitātes, qui co ipso q̄ Tolosā morantur & incolunt, acquirere possunt bona quęcumq; & de illis testari, vel aliter prout eis videbitur disponere; ac liberos, ceterosq; parētes ab intestato & ex testamēto successores habere, perinde & acti, 497 & prout facere possent, si de regno isto oriūdi essēt. ¶ Notāter dixit habitātes Tolosā: quia hōie per ordinationē regis moderni Ludouici xij, omnes lite- ræ naturalitatis quę nondū sortitæ fuerunt effectū, dudum concessæ alienigenis in regno non habitanti- bus etiam quo ad beneficia tenēda in regno sunt cas- tata, & reuocata: quæ ordinatio fuit Parisiis lecta & 495 publicata, die xij. Iunij. M. cccxcix.] Plus ¶ dico, quōd ciuitas illa in clyta alio singulari gaudet priui- legio, quōd omnes & quoscūq; seruos etiam alieni- genas in eam fugientes, facit libertatis gaudere pri- uilegio, & immunitate. Quos solo ingressu sicut Ro- ma liberos facit, & ingenuos, ac veros ciues Tolosa- nos. Et plures tempore meo vidi seruos & sclauos, qui de partibus Arragonum & Cathalonix aufuge- rant, solo illius ciuitatis ingressu factos liberos, qui bona acquisierant: de quibus tanquam liberi & in- genui & veri ciues Tolosani disposuerūt, liberosq; re- liquerunt hæredes. facit rex. in l. in vrbe Romana. ff. de testa. homi. & in Authenti. vt liberti de cetero. 496 ¶ Nam licet comitatus Tolosā fuerit per donatio- nem regi Franciæ acquisitus, vt refert Pet. Iacob. de arbo. succes. regni Frā. vj. col. Tamen quia regno nō cedit accessorie, cum ipse sit rex & comes, comitat⁹ non fuit effectus de regno, seu in regnum confusus, in extinctionem iurium & libertatū ac priuilegiorū suorum, imō sua omnia retinui iura pristina, con- suetudines viuendi, & priuilegia. secundum Bart. in l. si cōuenit. la. ij. §. si nuda. ff. de pign. actio. & sen- tit. in l. j. §. ij. in si. ff. de appel. & in l. si quādo. C. illo eod. tit. de quo meminit gl. super rub. C. de comiti. qui prouin. regunt. lib. xij. & in superscriptione cap. super quibusdam. de verbo. signifi. Ad hoc facit opti- ma gl. super verbo, vniendo. in cap. j. ne sede vacan. & in cle. per literas. super verbo, ecclesiis, de præbē. & Panor. in cap. ij. iij. no. de relig. do. vnde non fuit dictus comitatus vnquam iuri Albanagij seu albanagij subiectus Et præsupōta veritate eius quod nō nul- li officiarij regis dicūt, scilicet q̄ postquā rex pro- prium sigillum non tenet in dicto comitatu, nec ali- quid nominatim tanquam comes ibi expedit, sed o- mnia facit tanquā rex, vno & eodem vtens ibi sigil- lo sicut in Francia: ex quibus videretur præfatus co- mitatus dicto regno nō principaliter, sed accessorie vnitus, & in eū transfusus, & consequenter iure re- gni debere regi & gubernari: & sic ius Albanagij lo- cum habere contra alienigenas, sicut in corpore re- gni, per tex. in l. prædiis. §. h. ff. de lega. iij. quicquid dixerit Bart. in d. l. si cōuenit. Tamē quia rex tū in acquisitione dicti comitatus, quā etiam in erectio- ne & institutione curiæ parlamēti, de qua & eius tē- pore dixi §. arti. j. in ij. decisione, expressē consentit, quōd iure scripto regetur: [Quod qualiter intel- ligitur, habetur super verbo, Si absq; liberis moreretur. ij. in materia fideicom. tractando regulam: quem honoro onerare possum.] ex quo emēdas pro malo

appello ordinarias ibi locū nō habere, sicut locum habent in Francia, videmus: nisi malē appellatū fo- ret ab ariesti exēcutore, aut alio commissario per cu- riam deputato, vel esset appellatio deserta. Sed hoc vltimo casu emēdatur de xxx. libris tantū, nisi per curiam moderetur. Sequitur, q̄ secundum ius com- mune quicūq; alienigena & extraneus Christianē viuens, quasi sūina gratia vocatus, de bonis suis li- berē disponere potest, & in eum disponi, licet peni- tus sit ignotus. l. j. C. de hære. insti. & in §. si. inst. illo eodem titu. ¶ Et sic lex seu cōsuetudo Francia: Al- bana locū ibi nō habet, vt rex alienigenis succedat. Et præterea habent Tolosani literas patentes regias in archiuis capitolijs repositas; & in libro albo eiu- sde registrata, quas vidi, & legi: per quas rex quondā Ludouicus vndecimus domini nostri regis genitor, ad plenū de præmissis certificatus edicto, declarauit perpetuo, dictū ius Albanagij locum non habere Tolosā, nec etiam in tota patria linguæ Occitana: extraneos ibi habitantes vndecūq; oriundos habi- litauit ad in perpetuum acquirēdum, & de acquisi- tis disponendum in vita pariter & morte, ac si de re- gno essent oriūdi & c. Per quam clausulam illi fora- nei habentur pro veris originariis regni, postquam ita regi placuit, cuius solius interest quo ad dictum 498 ius. Tāta ¶ enim est potestas supremi principis, vt Papæ, vel imperatoris, qualis est rex Franciæ, quōd potest habere nō factū pro facto. Sicut videmus, q̄ fingit in causā dotis stipulationē verē interuenisse, licet non interuenerit l. j. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat. insti. de actio. & e contra habet verē factū pro non facto. secundū gl. singularem super verbo, pro infectis. in cle. j. de immu. eccle. per illum tex. Et ve- niunt tales extranei ibi habitantes appellatione re- gnicolarum. Et fuerūt lectæ literæ vocato procura- tore regio & audito publicatæ, & registratæ in Parla- mento Tolosā, die xvj. mensis Augulsi, anno domini M. cccclxxvj. Quas etiam vidi tam in registris dictę curiæ, quā in trium statū dictę patriæ, quæ fuerūt ex post cōfirmatæ per dominum nostrum regē mo- dernum, literis suis patentibus etiā lectis & publica- tis in eadem curia, die vj. Iulij, anno domi. M. cccc. lxxxiiij. De hac vnione facta de comitatu Tolosano & patriæ linguæ Occitana: cū regno Franciæ habet plenē in documētis inter chartas statuum dictę pa- triæ repositis: ¶ in qua vnione tria fuerunt inter re- gem & patriā in forma cōtractus passata. Primū, q̄ omnia priuilegia patriæ, & ius cōmune illibata ser- uarētur, videlicet ius commune in decidendo. [De quo habetur §. super verbo, Si absq; liberis moreretur. ij. in materia substitutionis fideicomissariæ loquēdo & tractādo regulam: quē honoro onerare possum.] licet quo ad præparatiua, & cognoscēdi ordinē secū- dū ordinationes regias procedatur, tenendo ad pro- cessū abbreviatōnē & remediōrū, tam in post- sso- rio, quā in petitorio impetrādōrū formā. Secūdū, q̄ nūquā rex gubernatorē instituet, neq; dabit, qui nō sit de sanguine regio progenitus, & de proximiorib⁹ in gradu parētū, vnde videtis in clytos & super illu- stres duces, Ludouicū Aureliani patriæ Normanię, & Ioannē Borbonij, dictę patriæ linguæ Occitana: salubres esse nūc p̄cōsules, seu eloquio nostro gene- rales gubernatores ac vicereges. Tertiū, q̄ rex tal- lias vel alia subsidia patriæ iudicare nō poterit sine cōsensu statū eiusdem, prout nunquam fecit, neque facit. Quinimō annis singulis cōmissarium ad par- tes mittit, ne cōsuetudinem regni patriæ explicaturum, vt pro

Succesio ab intestato.

vt pro modo negotiorum regno pro tempore emer- gentium subsidium præbeatur. Quod obediens pa- tria nō pro seruire deuotionis, sed pro modo facultatis annuere cōsuevit, in seruadō per regem priui- legia patriæ, & cetera in dicta vnione contenta, & pro illa vice duntaxat, ita quōd non trahatur in cō- sequentiam, nec immerito: quoniam vt dixi §. j. arti. 500 & ij. decisione, circa principium. ¶ Narbonensis prouincia (quæ totam ferē complectitur linguæ Oc- citana: patriam) semper fuit iuris Italici, & sic omni- tributo exempta & libera. l. si. §. j. iuncta glo. in l. j. in princi. ff. de censu. In signū cuius Narbonensem si- cut, & illam Transalpinam Galliam togatam quidā authores dixerunt. cō quia togis Romano more, cu- jus erat prouincia, gentes eius regionis vtebantur, & fuit de principaliter vnitis Romano Imperio. l. ij. §. eodem tempore cōstituti sunt. versicu. capta deinde Sardinia. ff. de origi. iuris. Quibus conditionibus rex liberē acceptat subsidia, & patriæ non cessat, cōfer- re beneficium, adeō quōd mutuo amore rex ipse, & patria coniugio iuncti politico se expoliant, scilicet patria in subsidia, & Christianissimi reges in bene- ficiis ac munificētia regia cōferendis. Et præterea si- bi incumbenti stipēdia soluere officariis pro iusti- tia ministranda teneantur secundum omnes, vt ple- nū per Lucā de penna in l. annonas. C. de erga. mi- li. anno. lib. xij. Sicut rex fati facit cunctis dictę pa- triæ & regni officariis, tamen patria linguæ Occita- næ pro stipendiis curiæ Parlamenti Tolosæ omnia necessaria furnit, & iure communi iuxta conuenta regitur & gubernatur, cum ad hoc ex contractu præ- fertim oneroso sit obligatus. Quo iure semper vsūm fuit in dictis ciuitate & patriā, quas reges Christia- nissimi soliti sunt gratiosē tractare, & contractū ser- uare, prout semp fecerūt, ¶ nullatenus oblitū (vt opi- nor) cuiusdam inter cetera alia plura excellentis ser- uitij tempore Ioānis quondam Franciæ regis, post- quā per Anglos fuit detentus, ab incolis linguæ Oc- citana: offerentibus suscepti, qui cum instante apud Parisios Carolo eius filio, & succursu petēte, pri- mores populi id impendere denegassent, Occitani quorum caput Tolosa existit, vltro nobiliter se ob- tulerunt, de quo Gaguius, lib. ix. cap. j. Per eos, in- quit, dies, quibus cōuentus Parisiis habitus est, licet Carolus apud primiores Parisiensū crebro egisset, vt præsentī fortunæ pecuniarum auxilium ferrent: ipsi confidentes quod nō commode se apat princi- pum voluntati populus frequens, existimātib⁹ plu- rimis inter res diuersas suam conditionē vel melio- rem effici posse, vel principis liberā administratio- nem plurimorum suscepti, ad publicum consilium id negotium reuocabant. At linguæ Occi- tana: & prouinciæ Narbonensis incolis misericor- dior animus fuit. Quoniam, authore Armignaco Comite, cōuenientes ante omnia prohibēt regionis in- colas auro argētōq; & vnionibus in publico vti, nē- ve insigni colore vestes induerēt, donec Ioānes co- rū rex apud Anglos captus teneretur, octo præterea hominum millia ad belli societatem cum diurno stipendio decernunt. cuduntq; ad stipendium arma- torum assentiente Carolo monetam. Hæc ille. Non ergo Occitani Romanis charitate inferiores, aut te- pidiores erga bonum publicum, & honorem regiū fuerunt, qui tempore secūdi Punici belli omnia rei- publica: esurienti, imō mulieres propria ornamenta sponte obtulerunt. De quibus Valerius, libro v. titu. 6

de Pietate erga patriam sic dicit: Age vt a singulis ad vniuersos transgrediar, quāto & quā equali amo- re patriæ tota ciuitas, id est quicunq; status flagra- uit. Nam cum secundo Punico bello [Vide quæ cir- ca hoc dicitur §. super verbo, cuidā Petro tradiderūt. de ornatu mulierum excessiuo loquens] exhaustum ærarium, ne Deorum quidem cultui sufficeret, publi- cani vltro aditos censores hortati sunt, vt omnia sic locarent tanquā res publica pecunia abundaret, & q̄ præstituros cuncta, nec vllum assem nisi bello cōse- cto petituos polliciti sunt. Domini quoque seruo- rum, quos Sempronius Graccus ob insignē pugnam Beneuenti munificerat, pretia ab Imperatore exi- gere supercederunt. In castris etiam non eques, non centurio stipēdium sibi dare desiderauit, viri ac fec- minæ quicquid auri argentiue habuerunt: item pue- ri insignia ingenuitatis ad sustentandā temporis dif- ficultatem contulerunt, ac neque beneficio senatus, qui muneribus his sanctos tributū onere liberauerat quicquā vti voluit, sed insuper id omnes promptis- simis animis præstiterunt. Non ignorabant enim ca- ptis Veis cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat aurū Apollini Delphico mitti oporteret. Neque difficultas esset matronas ornamenta sua in ærarium retulisse. Similiterq; audierant mille pon- do auri, quæ Gallis p̄ obfidione capitolijs promissa debebantur, earū cultu expleta. Itaq; proprio in- genio, & exemplo veltutis admoniti nulla sibi in re cessandum existimauerunt, quasi dicat Romanos prædictis quatuor exēplis motos nō cessasse omnia, quæ habebant pro subsidio publicæ vtilitatis conti- buere. Sic pariter Occitani nostri proprio ingenio, & fortē etiam Romanorum moti exemplo, vt eis in omni genere virtutis & pietate erga patriā, & regem inferiores non essent, excellēs subsidium regi neces- sitate obtulerunt. De quibus dicere possumus, quod iterum de Romanis dixit idem Valerius, vt supra re- tuli, lib. iij. tit. de Paupertate. Animi, inquit, virorū & feminarum vigeant in ciuitate eorumq; bonis dignitatis ælimatio cunctis in rebus ponderabatur. Hæc imperia conciliabant, hæc iungebant affinita- tes, hæc in foro, hæc in curia, hæc intra priuatos pa- rietes plurimū poterant. Patriæ enim rē vnusquisq; nō suam augere properabat: pauperq; in diuitie, quā diues in paupere imperio versari malebat. Atq; huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur, q̄ nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia li- cebat, in opia quæ illustrium virorum publicē succur- rebatur. Exurgamus ergo, & nos incolæ huius tem- poris, exurgamus potius animis, pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria re- creemus. Quæ omnia de successione ab intestato cum multis subiacentibus materiis satis vtilibus pro- dote domina: Adela: vobis sufficiant, cum qua, si bene eam intellexeritis, filias vestras forsan dotare satis congruē poteritis.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

Testari potest quis in articulo mortis. Extremitate laborare quis dicatur. Testamentum an renouetur ex sola reconualescentia. & nume. 4. Sanitas mentis non corporis in testamento requiritur. Senium vltimum testari non prohibet.

Notario

- 7 Notario afferenti testatorē esse sana mētiū an credatur.
- 8 Testatoris demētia clarē probari debet.
- 9 Insania quid.
- 10 Constitutus in extremis quos actus exerceat.
- 11 Nobilitari potest quis in articulo mortis.
- 12 Mortuus non potest baptizari.
- 13 Generare quis potest ea nocte quā moritur.
- 14 Confessio & contractus in articulo mortis valent. & numero 15.
- 16 Postus in extremis quis dicatur.
- 17 Constitutus in extremis quod nihil possit.
- 18 Testator debet propria manu scribere. aut ore proprio haredem nominare.
- 19 Memoriam an perdat in extremis postus.
- 20 Medici culpa se mori dicens non reuenat percussorem.
- 21 Vulneratus dicens se à Titio percussum. fidem non facit.
- 22 Sententia lata contra notarium de falso. non nocet parti.
- 23 Sententia lata contra producentem falsos testes non nocet testibus.
- 24 Confitemur mater filium esse spurium. ei non preiudicat.
- 25 Habitum monachalem in morte suscipiens. non videtur se dedicasse.
- 26 Renuntiatio beneficij in articulo mortis an valeat.
- 27 Testari quomodo possit in extremis postus.
- 28 Nūc facta vltima dispositio an valeat.
- 29 Annuus capite non facit validum testamentum.
- 30 Nūc solo an possit testator disponere.
- 31 Mutos & surdos solum aliqui generant.
- 32 Dindymi caci historia.
- 33 Homerus cecus erat.
- 34 Democritus sibi oculos effudit.
- 35 Muti & surdi ex accidenti.
- 36 Testis in articulo mortis qualiter examinandus.
- 37 Testator certam scripturam afferens esse testamentum suum. an valeat.
- 38 Testis in articulo mortis per notarium. sine commissione examinatus. an probet.
- 39 Haredis institutio in testamento requiritur.
- 40 Testamentum coram notario & testibus non lectum. non valet.
- 41 Testamentum minus solenne quando valeat.
- 42 Institvens illum cuius nomen in tali scheda scriptum est. an valeat.
- 43 Doctores in testando sunt. ut milites. privilegiati.
- 44 Periculosum est quid differre vsque in tempus mortis.
- 45 Carolus magnus testari non distulit.
- 46 Beatus Ludovicus ad testandum non expectauit mortem.
- 47 Deus ridet differentes bonum vsque ad mortem.
- 48 Antiochus plaga mortis percussus veniam quesuit. & non inuenit.

Licet enim sapientis proprium existat. citò dum tempus habet. de se & suis disponere bonis præsertim inter liberos. l. parētibus. §. j. C. de inoffi. testa. & hoc propter sinistra. quæ mors incerta sape parare solet. & pius obfistere votis. iuxta illud Senecæ in libro de Moribus: Multos. inquit. vitā differētes mors incerta præuenit. omnis itaq; dies velut vltimus ordinandus est. ita quod nulla dilatio faciēda est. Idē Seneca ad Lucillū epistola j. Quicquid atatis est. inquit. mors tenet. Stultum est igit differre id. quod te postmodū posse facere nescis. Veruntamen humana fragilitas hoc in se habet: quia vt plurimum disponere necdū de rebus. sed quod dolendū est de propria conscientia. & salute ad vitā vsq; exitum inconsultē protelat. vt fecit. Et vitā de solis

bonis testator noster Raynutius. ob quod subditur nunc in textu.

In extremis positus.

H X N O C text. habetis. T quod constitutus in extremis. id est. moriens. & quasi extra terminos huius vitæ existens. de bonis suis etiam testando disponere potest. vt hic & in capitulo nos quidem. ibi dum dicit. de hac luce mirra. §. eod. facit capitulum. fina. infra de successio. ab intestat. dum dicit. agens in extremis. & ibi Panormit. in tertio nota. Ex quo inferitur. quod ille erat in extremis vitæ constitutus. & tamen valuit testamentum. quia communiter contingit. quod quis inducitur & mouetur ad testandum maxime pro anima. quando dubitat. vel timet decedere. vt quando quis est in articulo mortis constitutus. vel instabat periculum mortis ratione infirmitatis. aut inter latrones comprehensus eum occidere volentes. secundum Bartol. in l. prima. C. de sacrosan. ecclē. & Bald. in cap. pastoralis. de offi. ordi. & in capi. §. vlti. colum. de pac. vbi dicit. T quod in extremis dicitur ille laborare. qui ex tali infirmitate decedit sine sanitatis intervallo. per text. vnicum secundum eum in l. alumna. §. si. in si. ff. de adimen. leg. vt testamentū semper valet ad eod. vt quā tuncque testator de vita desperet propria propter periculum mortis. in quo est constitutus. tamen valet testamentum. nec censetur quasi cessante causa reuocatum si testator reconualuerit secundū Bald. per illum text. in l. fina. C. de posthu. hared. institut. Sicut dicimus de testamento facto tempore. quo testator est pauper. quia nisi mutetur. nō censetur etiā quo ad postea quesita reuocatum. si testator ad pinguiorem peruenerit fortunam. secundū Alexan. in l. fancimus. in primo nota. C. eod. titu. secus in donatione causa mortis. quæ reuocatur. si donator infirmus reconualecat. l. non omnis. ff. si cer. peta. glo. & Bar. in l. ij. vers. quaro. q. d. ff. de donatio. causa mortis. §. De quo plenē habetur super verbo. Testamentis. §. De quo plenē habetur super verbo. Testamentis. §. Et quod dixi testamentum non renocari per reconualecentiam testatoris. intelligatis verum. nisi testator contrarium disposuisset. putā dixit. volo hoc testamentum valere si ex hac infirmitate decesfero. aut similia protulit verba. quia tunc. eo reconualecente. reuocatur testamentum: licet enim mortuo testatore non sit possibile ipsum remanere pro parte temporis testatum. & pro parte intestatum. l. ius nostrum. ff. de regulis iur. tamen vita eius durante potest facere. quod si infra certum tempus decedat sit testatus. sed si post. quod sit intestatus. l. pot quis. vbi glo. & Barto. ff. de hære. in l. i. Similiter per reconualecentiam testatoris censetur reuocatum testamentum. si fuerit in articulo mortis ad pias causas factum. secundum Barto. in l. ij. quæstio. principali. C. de sacrosanct. ecclē. quod est mirabile: quia eo casu pia causa est deterioris conditionis. quam prophana. ¶ Non ergo corporis sanitas. sed mentis integritas in testante requiritur. vt dicit text. in l. in eo qui testatur. ff. eod. titulo: quia debilitas corporis non inducit exilium mentis. Inde dicit Bald. per illum text. in cap. si pro debilitate. de offi. delega. quod infirmus vsque ad vltimū articulata. vocis spiritum testari potest. vt infra videbitur. ¶ Sic etiam nimia senectus actum testandi non impedit. l. senium. C. qui

C. qui testa. face. non pos. quāuis senectus debilitatē corporis inducat. vt dicto capi. si pro debilitate. facit l. senectus. C. de dona. Ideo dicebat Bal. in cap. j. de renun. quod plus valet vmbra senis. quam ensis iuuenis. Quoniam secundum Ciceronem in libro de Senectute. nō celeritatibus. aut velocitate corporis res magna geruntur. sed autoritate. consilio & sententia. quas in senibus intellexi sitas. Inuenimus. inquit. Inde dicebat philosophus: Nemo iuuenes elegit in duces. quia nō constat eos fore prudētes. Idcirco in his maxime publicis actibus potius consideraretur mentis integritas. quā corporis senitū. aut infirmitas: quia dicit tex. elegans in d. l. ij. §. corporis debilitas. qd debilitas corporalis cōsiliū nō tollit. nec prudentiā. aut hominis scientiā. nisi ea dūtaxat. quæ laborem requirunt corporalem. Et sic non tollit mentis integritatem: T de qua tamen mentis integritate non creditur notario in suo instrumēto afferenti testatorē tempore testamenti fuisse sanę mentis. prout communiter afferunt notarij in principi. instrumenti. Quæ verba non probant. vbi prius testator fuerat demens. aut furiosus. & sic talis adhuc esse præsumitur. non obstante narratione & attestacione notarij. nisi aliās de sana mente probetur. secundum Bal. & Angel. in dicta l. in eod. post longam disputationem decidit Iason in dicta l. senium. C. qui testa. face. pos. & in l. sanum mēte. C. de transa. Ex quo tex. vt ibi dicit Bal. sumpta est forma tabellionum dicentium de contrahente. aut testante. Per De gratiam sanus mēte. licet æger corpore. Et positus. qd hoc non diceret tabellionem. tamen sanitas mentis semper in dubio præsumeretur. capi. cum dilectus. de success. ab intesta. & l. nec codicillos. C. de codicil. nisi contrarium probetur. ad quod probandum pars aduersa reciperetur. quāuis notarius testatorem sanę mentis fuisse attestaretur. cum ei de hoc non crederetur. Sicut econtrā non crederetur sibi si in instrumēto testamēti narraret testatorem non fuisse sanę mentis. quia ex hoc solo non vitaretur testamentum. ¶ Nisi aliās demētia probaretur. secundum Bal. in l. imperator. ff. de statu homi. [De quo plenē habetur super verbo. Adiecta impuberi.] Tamē vtroq; casu bene credo. quod talis assertio notarij faceret aliquam præsumptionem. per ea quæ eleganter decidit Panor. in c. sollicitē cures de resti. spolia. Præterea notarij in principio officij iurant fideliter exercere officium suum. & sic eis aliquāter standū est. & ita verificari potest. quod sub dubio fortē tenuit Imo. in contrarium. in dicta l. in eo. ff. eod. Sed quod sufficienter & plenē per hoc probaretur testatorem sanę mētis nō fuisse. nunquā credidi. nisi de furore probaretur. vel demētia clarē per testes deponentes de talibus actibus. qui furorem vel demētia concluderent. nec sufficeret si testes deponerent per verba obfcura vel æquiuoca. ideo singulariter decidit Dominicus in c. concilia. xvij. distin. quod si testes dicerent testatorē tempore testamenti fuisse insanum. nō propter hoc probarent concludētes de infania naturali. quæ impedit testamēti factionem. cum sit quædam alia infania non regulata iure positiuo. de qua loquitur ille text. ibi. legis infansissimi. ¶ Et est infania carentia recti intellectus. ideo tale testimonium necesse fariō non concluderet. per tex. in c. in præsentia. de probatio. quia dubia probatio nō releuat probantē. vt ibi hoc tenet. & sequitur Fely. vij. col. ¶ Ad præmissa de cōstituto in extremis facit tex. no. in l. Scia.

§. cū pater. ibi. in extremis vitæ cōstitutus. ff. de donatio. caus. mor. vbi constitutus in extremis donare potest. ergo fortis testari. Huius cōcordat tex. elegans in l. si pater. §. quædam. ff. de fidei cōmissa. liberta. ibi. cum in extrema esset valetudine. Cōcordat tex. no. in l. Paphilo. §. propositū. ff. de le. iij. vbi est tex. melior de iure. de constituto in extremis propter infirmitatem. Facit quod voluit Bald. in l. fin. §. j. in si. C. de bonis quæ libe. vbi dicit. quod quis potest in vltimo vitæ spiritu adire hæreditatem. pro quo videtur casus. licet ipse nō alleget. in lauia. C. de iure delib. & l. Pantonijs. ff. de acquiren. hære. licet aliqui contradicant. per tex. cum glo. in l. si. ff. quando dies leg. cedit. videatis Barto. in l. miles. §. pro parte. ff. de leg. ij. Pariter decidit Ioan. de Pla. post Bartol. in l. j. in si. C. de digni. li. xij. ¶ T quod quis potest in articulo mortis nobilitari à principe. vel alio auctoritatem habente. quāuis sit absens & ignorans. & à vinculo excōmunicationis etiam per laicum absolui. imò & post mortē. si in ipso signa contritionis apparuerint. c. à nobis. ij. de sent. excomm. vbi Panor. & Docto. dicunt. quod etiam mortuus creati potest miles. quia militia concernit corpus. allegent Barto. in dicta l. j. Nō autem posset doctorari. cum dignitas illa detur. vt doceat quod facere nō potest mortu. l. j. C. de sacrosan. ecclē. & ita dicit Panor. cōsuluisse de facto. per gl. in dicto cap. à nobis. Facit quod decidit Bal. in l. fororē. C. de his quibus vt indignis. Præterea doctoratus potius attribuitur virtuti animæ. quā corporis. ¶ Quæ ratione quis nō posset post mortem baptizari. secundum glo. in dicto cap. à nobis. Cum per baptismum imprimatur character animæ. & ea quæ applicantur animæ non possunt post mortem exerceri. licet secus sit in his. quæ corpori applicantur. Quia post mortem exerceri possunt. & fortius in articulo mortis durante vita. Ergo multo magis Raynutius in extremis positus testari potuit. Ad hoc facit gl. singularis in l. Gallus. §. j. super verbo. in decē mensibus. ff. de liberis & posthu. ¶ Volens quem post se generare ea nocte qua moritur. Præterea potest quis in articulo mortis existēs. & in vltimo vitæ spiritu ducere vxorem. etiam eius concubinam. Et per consequens legitimare bastardos ex ea susceptos. vt tenet Bal. in §. naturales. si de feud. suc. contro. & in l. Iulianus. ff. de iure dotiū. & idē Bald. in c. innotuit. de elect. licet contrariū tenuisset post Cynum. & Richardum Malumbre. in l. nuper legē. C. de natura. lib. & malē. quia cōmunis habet opinio. qd tenet tale matrimonium. vt etiam determinat Panor. in cap. commissum. de sponsa. & Ioan. Andræ. & Docto. in c. tanta. qui filij sunt legitimi. & in regula sine culpa. de regu. iur. lib. vj. in mercu. facit quod not. Ange. in Authen. quib. mo. natu. effi. sui. in princ. & Saly. in dicta l. nuper legē. & ibi Ang. & glo. singularis in l. si quis post annos. §. si filiū. & ibi Bal. & Imo. ff. de libe. & posthu. in d. l. Gallus. Ad præmissa de constituto in extremis facit tex. no. in c. iudicante. §. eo. ibi. moriens vxor redempti. & in l. miles. C. de testa. mili. ¶ vbi loquitur de constituto in discrimine vitæ. qui si constituitur mutuum. aut dotem recepit. hæres eius non poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. vt dicit glo. singularis in l. j. C. de falsa causa adiecta lega. Quia postquam erat in articulo mortis. non spectabat futuram numerationem. secundum Bal. in titu. de pace Cōstan. §. consules. super verbo quinquaginta. in si. Præterea quia verisimile videtur. qd eo tempore. quo nemo præsumit immemor suæ salutis.

salutis numerationem falsam dixisset, & confessus fuisset. Ita dicit text. in cap. literas de præsumpcio. fa-
 15 cit j. quæstio. vij. sancimus. ¶ Similiter constitutus in mortis articulo potest contrahere, prouiso q̄ me-
 moria nō sit læsa, vt dicta l. Scia. §. ff. de dona. cau-
 mor. quem tex. dicit singularem Bald. in cap. quoniam
 frequenter. §. j. vt lite non contesta. Per quæ iura &
 magistrorum autoritates habetis constitutum in
 16 extremis posse legitime disponere. ¶ Quis autem
 dicatur in extremis positus, dic, quod (vt supra dixi)
 ille, qui est in mortis articulo, puta quādo instat pe-
 riculum mortis ratione infirmitatis, vel quia latro-
 nes, qui eū deprehenderunt, volebant occidere, secū
 dum Bart. in l. j. C. de sacrosan. eccle. idem dicit Bal.
 in cap. pastoralis. de offi. ordi. alibi dicit singulariter
 Bal. in c. j. vlti. col. 3. de pac. quod in extremis dicitur
 esse omnis ille infirmus, qui ex tali infirmitate dece-
 dit sine sanitate interuallo, per tex. quem dicit in iu-
 17 re vnicum in l. alumna. §. ff. de adimen. leg. ¶ Sed
 nunc in contrarium videtur, quod cōstitutus in ex-
 tremis nihil possit valide disponere. Certū est, quod
 de essentia vltimæ voluntatis, & alterius cuiuscunq;
 dispositionis est, q̄ disponens intelligat, cum aliās
 consentire non possit. Ideo pupilli, furiosi, & demen-
 tes non testantur, insti. quibus non est permis. facere
 testa. §. præterea. & §. ff. Item requiritur, quod loqua-
 tur. ideo muti & surdi nō testantur, vt l. discretis. C.
 18 qui testa. facere nō possunt. ¶ Necessè enim habet
 testās manu propria scribere, aut ore proprio nomi-
 nare hæredem, vt l. iubemus. C. eo. titu. Sed constitu-
 tus in articulo mortis seu extremis vitæ, nec omni-
 no viuūt, nec omnino est mortuus: quinimō moris,
 vt no. in l. qui duas. ff. de manumif. testamē. Præterea
 omnis sic laborans animi consiliū dicitur non habe-
 re, quia penitus deficiente corpore deficit intellectus:
 nam intellectus sine corpore nihil agit, vt dicit Ari-
 sto. in primo de Anima. Quinimō tūc memoria tur-
 bata totus languet intellectus, vt l. hac cōsultissima.
 §. at cūm humana fragilitas. C. qui testamenta facere
 non possunt. Dicit etiam glos. singularis multum in
 cap. j. §. mutus. in titu. episco. vel Abba. seu. dare non
 pos. Quod quilibet in vltimo vitæ articulo constitu-
 tus mutus efficitur, ita dicit Bal. cuius fuerunt origi-
 naliter verba hæc in dicta l. fina. §. j. C. de bonis quæ
 libe. subiungens idē Bal. in l. humanitatis. in fi. C. de
 impuberis & aliis substitutio. quod quilibet in mor-
 tis articulo cōstitutus est extra mentem, cum nemi-
 nem cognoscat. Igitur talis velut carēs intellectu, &
 loquela testari nō potest. Quod firmatur doctorum
 auctoritatibus, dicit enim Bal. in dicto §. & cūm hu-
 mana fragilitas. quod infirmitas inducit obliuionē.
 ¶ Et sic existens in extremis perdit memoriam, ideo
 19 non debet secundum eum examinari in testem. argu-
 men. l. quidam tabularum. in fia. de furtis. Hoc etiā
 voluit idem Bal. cit. allegato, de pace Constan. §. con-
 sules. vbi arguit, quod existens in extremis non po-
 test in testem examinari. Quia mens ita mortis cogi-
 tatione turbata nō bene potest rememorari, allegat
 dictū §. at cūm humana. In teste enim est opus sciē-
 tia & memoria, & moriens in vltimo vitæ spiritu vi-
 detur carere scientia, vt dicit Bal. in l. filius. circa fi. C.
 de inoff. testamen. quod not. idem Bald. in Authen.
 si dicatur. C. de testi. vbi dicit, quod si testis in articu-
 lo mortis cōfiteatur falsum testimonium dixisse, per
 hoc non nocet victori. idem tenet in capitu. sicut de
 testibus. allegat Bal. in l. si quis in graui. §. j. ff. ad Sil-
 leia. vbi Barto. idem voluit in iudice, qui in articulo

mortis confitetur se falsam sententiam protulisse, vt
 nō nocet victori. Idem voluit Bal. in l. generaliter.
 C. de non numera. pecu. Subiungens ibi idem esse in
 notario existente in articulo mortis, si dicat falsum
 instrumentum sumpsisse, alle. Barto. in l. si librarius.
 ff. de regu. iur. & sequitur Salyce. in l. qui falsa vel va-
 ria. ff. de testi. Etia non eis crederetur, si corpus Chi-
 sti recepissent, quia non omnis, qui moritur est Ioa-
 nes euangelista, vt ei credatur, secundū Bal. in dicto
 §. cōsules. Nec omnis qui dicit, Domine domine, in-
 trabit in regnum celorum, vt dicitur in euangelio.
 Similiter dicit Pe. de Anchara. in capitu. fina. de suc-
 cess. ab intesta. Tquod si moriens dicat se mori culpa
 medici, non iuuat percussorem, si aliter non constet.
 Facit glo. & Ang. in l. ij. C. de calum. vbi dicit non ef-
 se standū dicto morientis, qui dicit: talis me percuf-
 sit, licet hæres propter hoc illum accusans excusetur
 à calumnia. Vide pulchra de hoc per Alex. in quarta
 parte consil. xiiij. incipiente, ponderatis narratis in
 themate. Et ibi de vulnerato excusante vulneratē.
 Ad prædicta tamē videatis singulare dictum Bal. in
 l. j. C. cōmunia de leg. vbi dicit, quod si testator mor-
 tiferē ab aliquo vulneratus cum excusauerit dicens,
 quod ab eo non fuit vulneratus, non poterit ille am-
 plius etiam ex legitimis indicis torqueri, eo quia ex
 hoc habet pro se indicium innocētia, allegat. l. Pau-
 21 lus. §. j. ff. de bonis liberto. ¶ Tamen si vulneratus di-
 ceret se à Titio percussum, fidem nō faceret, imō nec
 indicium sufficiens ad torturam, vt dicta l. ij. de calū-
 nia. per glo. & Ange. & Iaso. in dicta l. j. in fin. com-
 munia de lega. videatis de his omnibus bonum text.
 in l. j. in fi. & l. j. & seq. ff. ad Silleia. Sed Masuerus, ti-
 tul. de testib. §. item procurator domini. dicit, quod
 si causa criminalis tractetur per procuratorem regis
 vel alterius domini tēporalis pro interesse publico
 domini, potest in testem producere illum, qui iniu-
 riat fuit, aut damnum passus, dicens ita seruari ex
 stylo Parlamētū, vbi hoc expressē caueretur, secundū
 eum in tractatu in quæstionum. §. item procurator re-
 gis. Quod ego putarem esse verum, vbi ille iniuria-
 tus vel aliter damnificatus suum non prosequeretur
 damnū, nec prosequi intenderet, & hoc declarat.
 Sed solus procurator regis, aut domini p solo inter-
 esse publico causam agit, ad quod facit quod decidit
 Bal. in l. dictantibus. C. eo. vbi dicit, quod ad probā-
 dum, quem esse vsurarium possunt illi in testes reci-
 pi, qui dicunt mutuū ab eo recepisse sub vsura, quā
 soluerunt; dummodo declarent, quod solutum recu-
 perare non intendunt, nec interesse prætendunt. idē
 tenet Ange. in §. legatariis. vlti. col. in titu. co. Aliter
 & aliās si tales interesse prætenderēt, vt in dubio est
 præsumendum, non essent testes idonei etiā pro re-
 ge. Et sic intelliguntur iura superius allegata, quod
 22 est notandum. ¶ Pariter sententia condemnatoria
 vel absolutoria lata contra vel pro notario super cri-
 mine falsi, non nocet nec prodest parti, ad quam
 pertinet instrumentum, vt tenet Barto. in l. denun-
 tiasse. §. quæritur. ff. de adulte. ¶ Nam sententia la-
 ta contra producentem falsos testes non nocet testi-
 bus, vt ibi determinat Barto. quem sequitur Panor.
 in c. quamuis. xiiij. col. de senten. & re iudi. A duerta
 tamen, quia Ange. in dicta l. qui falsa. dicit, quod
 talis cōfessio facit indicium, & præsumptionē con-
 tra instrumentum vel sententiā. Idem sentit Panor.
 in dicto ca. quamuis. Ad præmissa facit quod elegan-
 ter consuluit. Ange. consil. cccvij. incipiente, factum
 tale est. vbi dicit, quod idem est in arbitrio, qui con-
 fitetur

fitetur se fuisse corruptum. Idem in electoribus, qui
 de se fuisse corruptum & simoniace elegisse. Allegat
 Innocē. in cap. cūm dilecti. de elec. & text. in c. ficu-
 iuncta glo. in fi. de testi. Nam confessio participā-
 tum in crimine non probat contra principalem, vt
 pulchrē & latē consuluit Fran. Are. cōsi. clxv. ij. col.
 24 in fi. plura ibi allegans. ¶ Et idem est in matre, si
 in mortis articulo confiteretur filium non esse mari-
 ti sui, vt notat determinat Panor. in cap. per tuas.
 ¶ De quo plenē infra super verbo, *qua filium ex eo su-
 sumpsit.* verfi. not. ij. de proba. ibi referens secundū
 legitas fuisse quandam reginam, quæ filium susce-
 perat ex quodam milite, sed communiter reputaba-
 tur filius regis, & tūquam filius regis successit in re-
 gno, demum post mortē regis regina veniēs ad mor-
 tem dixit filio, quod non erat filius regis. Quare ad
 dictū matris celsit regno, licet nō teneretur matri
 credere, vt dicto ca. per tuas. & l. filium. ff. de his qui
 sunt sui vel alie. iuris. & l. si vicinis. C. de nup. & l. fin.
 ff. de proba. facit tex. cū glo. in capi. Michael. de filiis
 presby. Plus dicit idem Panor. quod etiam si ambo
 parentes ipsū negarent, non teneretur eis credere,
 allegat capi. transmissæ. in fi. iuncta glo. infra qui filij
 sint legitimi. Nam tales dispositiones in vltimis diebus
 factæ, quanuis fuerint per habetē intellectum san-
 num expeditæ, valent in eorum præiudicium, sed nō
 in aliorum detrimentum. Ideo dicit Bal. in Authen.
 25 si qua mulier. in fi. C. de sacrosan. eccle. Tquod susci-
 pientes in morte habitum religionis non videntur se
 dedicasse, quod est intelligendum in alterius præiudicium.
 Ideo tunc monasterium nō habetur loco fi-
 26 lij ad excludendum substitutum, ¶ sicut renuntiatio
 beneficij facta per infirmum non valet tanquam fa-
 cta in præiudicium collatoris ordinarij, nisi renun-
 tians viuat per viginti dies post, vt in regula Cancel-
 laria incipiente. Si quis in infirmitate constitutus. fa-
 cit tex. in capite. ij. de renuntiatio. libro vj. Et de illo
 qui habitū suscepit in extremis diebus, & nihil agit,
 videatis Ioan. Fab. & Ange. in titu. de libertinis, §. li-
 bertinorum. & Docto. in cap. fin. infra de successio.
 ab intesta. & Fely. in cap. in præsentia. xv. colum. de
 probatio. videatis pulchrum consilium Oldra. cōsi.
 exix. vbi tractat de testamento facto in extremis, an
 reuocet primum factum in sanitate, vnde non potest
 27 negari, quin iste passus sit dubius. ¶ Veruntamen
 pro ipsius vera dilucidatione capio verba elegantia
 Barto. in dicta l. iubemus. eo. titu. vbi dicit, quod exi-
 stens in extremis, & mortis articulo testari potest, vt
 hic. & dicta l. in eo qui testatur. ff. eo. titu. Et sic intel-
 liguntur cōcordantia superius pro prima parte al-
 legata, nisi existens in extremis nō posset articulatē
 loqui. Quia tūc est mortuo similis, si prius fuerat re-
 cta lingue. Quo casu si faciat testamentum nō vale-
 bit, & ita dicit in facto semel practicasse. Et ita intel-
 ligantur iura pro secunda parte allegata. Nam aliās
 licet infirmitas inducat obliuionem aliqualem, non
 tamen vitiat ea, de quibus quis recordatur, vt dicit
 Bal. in dicto §. at cūm humana. Lingua enim ingrof-
 sata propter infirmitatem, nō tamē omnino præpe-
 dita potest quis facere testamentum. text. est elegans
 32 in l. quoniam indignum. C. eo. titu. ita dicit Bal. in di-
 cto §. cōsules. de pace Consta. Si verō lingua tantū
 ingrossatur, quod quis articulatē loqui non potest,
 tunc non valet dispositio. allegat dictam l. iubemus.
 C. eo. titu. Quod est verum, si tantū sit balbutiens,
 quod quæsi non intelligeretur, tunc testamentū non
 valet, nisi testator inter liberos testaretur. Quia tunc

sufficit quibuscunq; iudiciis, vt l. fina. C. familia ex-
 28 cit. ¶ Vel nisi in legatis, & fideicommissis particula-
 ribus: quā illa nutu possunt relinquere, vt l. nutu. & ibi
 Barto. ff. de leg. iij. Idem esset si testamentum fiat ad
 pias causas. Cūm æquiparetur testamēto inter libe-
 ros, vt notat Bal. in Authen. hoc inter liberos. C. eodē
 titu. & Barto. Bal. & Saly. in l. j. C. de sacrosan. eccle.
 & cap. cūm tibi. & ibi glos. singularis. §. eodē. de quo
 facit festum Bal. in Authen. ingressi. C. de sacrosan. c.
 eccle. In his tribus casibus, licet testator balbutiat, ta-
 29 men testamentum valebit. ¶ Si tamen testator inter-
 rogatus, an Titium eius filium vellet instituire, & ce-
 teris legitimam relinquere, & capite annuat, quod
 sic, testamentum non valbit. Nam quantumcūque
 quis liberē posset testari, non tamen potest humeris,
 & nutu hæredē instituire. Quinimō opus est, vt ver-
 bis exprimat. Ita dicit glo. in l. in fraudem. ff. de testa-
 mili. etiam inter liberos, & ita fuit iudicatum, vt re-
 fert Ange. in §. j. in fi. in titu. eodem tit. Et sic consti-
 tutus in extremis, qui intellectū perdidit, & iam in-
 telligibiliter nō potest loqui, testari non potest, etiā
 quō ad legata libertatis, & cetera alia pia, vt est tex.
 in dicta l. discretis. C. qui test. fā. nō pos. iuncto prin-
 ci. cū si. capiēdo finē à cōtrario sensu, scilicet si tes-
 tator scribere nesciat, & sic dicta l. nutu. locum nō
 haberet quo ad hoc, secundū Rapha. in l. ij. ff. eodē.
 & tenet Ange. in tractatu testa. super verbo, reliquit
 Titio centum nutu. Et ratio est, quoniam tunc est mu-
 tus & muto similis, vt dicta glo. in dicto titu. Epif. vel
 Abba. seu. dare non posse. quæ sic debet intelligi. Vi-
 30 deatis Bar. in dicta l. nutu. qui dicit, Tq̄ nutu videtur
 testator disponere, quando ad interrogata cōsentit,
 vel facit aliqua signa, per quæ voluntas eius perpen-
 ditur. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Trebel. Ideo
 notarius debet sic scribere: Cū talis propter accidēs
 loqui non possit, interrogatus assensit humeris, &
 annuit capite, vt ibi dicit glos. quod est intelligendū
 de eo, qui loqui nō potest. Quia disponere potest, si
 nō perdidit intellectū. Quoniam si adeo perdidisset
 intellectum, quod loqui nō posset, ita quod defectus
 intellectus esset causa perditionis loquela, tunc di-
 spositio non valeret, vt dicta l. iubemus. & dictum
 est supra, & tenet Bart. in dicta l. nutu. & in l. mutū.
 ff. de acquiren. hæreditate. Nam alius est mutus à na-
 31 tura, quia ita natus est. [Isti nisi miraculosē vix vn-
 quam loquuntur, quod Christus satis ostendit, cūm
 in eis & cæcis natis supra naturales medicos manū
 apposuit, sicut in hydroptico & leproso confirmatis
 & dæmoniacis, vt habetur in euangelio. Et de vno,
 qui pietate paternā loqui cœpit, habetur infra super
 verbo, *in eodem testamento relinquens.* secundū] ¶ Vi-
 dit autem Bald. Perusij quendam architectorem, qui
 nunquam generauit aliquem, nisi mutum & surdum
 à natiuitate, vt ipse narrat in l. humanitatis. versi. se-
 cundō quæro an exēplaris. C. de impub. & aliis sub-
 stitutio. Et nunc ætate nostra Parisijs duos habemus
 cæcos à natura in arte musicæ & rhetorices optimē
 eruditos, in eis demq; publicē docētēs. Et ferē omnia
 instrumenta musica plus quā melodiōsē sonan-
 tes. Nec est hoc nouum: ¶ quia anno domini cccxxj.
 claruit Didymus Cæcus ab infanzia, qui diuinitus
 factus est doctor magnus, & Alexandrinus episco-
 pus, vt legitur in supplemento Chronicorum, libro
 ix. vbi sic dicitur: Didymus Alexandrinus Episco-
 pus doctor, ab infanzia cæcus factus, & eam ob rem
 primarum literarum ignarus, ita grammaticam, dia-
 lecticam, & geometriā, quæ non sine magno labore
 percipiuntur,

mentis requisitam, intelligitur tantum relaxare solennitatem quo ad numerum solennium testium, & ita intelligitur...

eo. super verbo, Testamentum. j. ubi plenè de hoc videtur. Iura autè supra allegata intelliguntur quando schedula nullo modo fuit lecta...

42

43

Quæso domine ne meus erga te amor, eò sit vilior, quàm pœnitentiæ oris, sicut impius suo patri fecit apud Valerium filium...

dicens dictum Bart. & ceterorum habere locum in legatis, in quibus non requiritur formalis expressio...

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Captatoria voluntas non valet.
2 Testari quis potest de bonis alienis consensu domini.
3 Voluntas captatoria quomodo cognoscatur.
4 Captatoria ademptio legati prohibetur.
5 Captatoria voluntas quando valet. & nu. 6.
6 Testamentum quid.
7 Libertatis & pia causæ favore valet captatoria voluntas.
8 Arbitrium boni viri, aut liberam voluntatem, que verba importent.
9 Soluti si quis iubeat creditoribus ad dictum talis, an valeat.
10 Patris quod de expensis stetur dicto adversus, an valeat.
11 Testator dicens, testamentum suum velle ordinari ad dictum sapientis, an valeat.
12 Clausulus apponi solitas potest supplere notarium.
13 Notarius non potest aliquid addere in contractibus.
14 Testari quis non potest per procuratorem aut nuntium.
15 Contractus committi potest arbitrio alterius.
16 Substantia in contractibus dupliciter consideratur.
17 Pactum quod homines sine talliabilibus, & expletabiles ad domini voluntatem, quid importet.
18 Expletorum appellatione non veniunt opera.
19 Verba illa, pro voluntate seu ad voluntatem, quid importent.
20 Operarum promissio incerta, an valeat.
21 Voluntati res commissa regulatur ad arbitrium boni viri.
22 Potestate voluntaria laci non potest ius alterius.
23 Benignior pars interpretanda, quoties dubium emergit.
24 Opera commissa voluntati domini, intelliguntur regulata arbitrio boni viri.
25 Operarum exaltio à subditis est contra ius commune.
26 Pharaon necatus ob iniustum operarum exaltium non.
27 Iudice sua abutente iurisdictione eximuntur subditi.
28 Reges quare instituti.
29 Nobilitas quare instituta.
30 Mofini regem in vinculis servant.
31 Taprobana insula rex.
32 Regis ius.
33 Antiquorum mores circa politiam.
34 Regnum sanguini non debetur sed merito.
35 Fabius Maximus consulatum filij recusabat.
36 Moyses filios non fecit dignitatis successores.
37 Saul & David virtute ad regnum sunt vocati.
38 Princeps potestate abutens venit prinandus.
39 Principi negligenti dandus coadiutor.
40 Præda omnia hodie expofita.
41 Dominus tenetur subdito, sicut econtra, excepto honore.
42 Dominus ex eisdem causis seudo priuatur, ex quibus dominus.
43 Subditos ab alijs defendunt domini, ut eos deuovent.
44 Verberare an possit dominus subditos.
45 Eendo priuatur dominus male tractans subditos.
46 Clotarius de seipso fecit iniustiam propter homicidium. & numero 48.
47 Adulatores principibus perniciosi.
48 Diogenes adulari noluit.
49 Xenocrates amicitiam Alexandri recusavit.
50 Gloria quid.
51 Quintus Fabius victor effectus.
52 Phylia statuarij vana gloria.
53

- 55 *Famam scelere qui quaesierit.*
- 56 *Dominus propter offensam vni subdito factam, priuatur potestate in eum.*
- 57 *Tyberij & Honorij imperatorum exemplum contra adulatores.*
- 58 *Vnguntur reges in signum clementie.*
- 59 *Pisistrati Atheniensis scite dictum.*
- 60 *Ioannis Baptistae consilium pagani datum. & nu. 61.*
- 62 *Oppressorum poena temporales & spirituales.*
- 63 *Angeli reuelatio facta Carolo Caluo Francorum regi.*
- 64 *Servitia metu dominis facta presumuntur in debita.*
- 65 *Pra causa iudicij officio expedienda etiã parte nõ vocata.*

Et quia nedum fani de bonis & rebus

possunt disponere suis, per viam contractus alteriusve inter viuos cuiuslibet dispositionis, cum reru suarum moderator vnusquisque ac dispositor existat. l. nemo exterus. C. de iudicis. & l. in re mandata C. manda. vnde Iustinianus lib. ij. instit. tit. de rerum diuisione. §. per traditionem. Nihil, inquit, tam conueniens est naturali aequitati, quam voluntatem domini in alium rem si am transferre volentis ratam habere. Sed etiã infirmi nedum contrahere codicillari & mortis causa donare, quinimò quod fortius existimo, testari possunt, nec immeritò: quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt liber sit stylus, scilicet testandi in scriptis, & licitum quod iterum non redit arbitrium, scilicet testandi nuncupatiuè sine scriptis, vt dicit textus aureus in l. j. C. de sacrosanct. eccle. Ideo sequitur in textu,

Condidit. I.



DONDERANDVS est textus iste dum dicit, *Condidit*. Per quem datur vobis intelligi, quod t̄ ipsemet Raynuntius per seipsum, & non per aliam interpositam personam testamentum fecit, & ordinauit, prout in litera continetur. Ex quo resultat, quod eius voluntas non fuit captatoria, ex alieno dependens arbitrio quia tunc non valuisset. Non enim potest testator confusus de Titio sic dicere, instituo eos quos Titius voluerit, vel instituo hæredem si Titius voluerit. l. captatorias. C. de test. mili. gl. in c. super eo. j. de condit. appo. Nam posset cõtingere, quod Titius nollet declarare, & sic testator deceptus remaneret intestatus, aut secuta Titij declaratione talem haberet hæredem, de quo nunquam cogitauerat. Idcirco prohibita est talis voluntas, etiam in testamento militis, vt dicta l. captatorias. Et talis prohibitio fauorabilis est militibus. Ergo quamuis sit inducra à legè ciuili, locum habebit in testamentis eorũ, vt l. si Rufinus. C. de testa. milit. de quo plenè per Angel. in dicta l. illa institutio. & l. si quis Sempromium. ff. de hære. instit. Præterea facultas testandi cuiuslibet concessa est de mera gratia, & iuris dispensatione, vt not. Panorm. supra eo. super rubr. [Et plenè habetur super verbo, *Testamentum*. j. circa princip.] Igitur quod nobis conceditur ex gratia, contra iuris rationem non est producendum ad cõsequentiã, vt scilicet hoc per alium explicare possimus. Argu. quod verò contra rationem, cum l.

sequen. ff. de legit. Et ista est vera ratio, quare quis non potest per alium testari: nam ex rationibus supradictis sequeretur, quod quis non posset per procuratorem eligere sibi prælatum, aut vxorem recipere: quod tamen potest, vt in c. ij. de procu. libr. vj. Item si potest per alium procuratorem vxorem capere, quod est fortius. Ergo videbatur quod multò magis de bonis disponere &c. Ideo tene supradictam rationem, quod testari est ex gratia concessum cuique domino rerum suarum: ergo non debet extendi, vt possit fieri per alium. Ipse ergo testator ore proprio explicite, aut implicite nominare debet hæredem, vt l. iubemus. C. eo. ac testamentũ suum facere. Bene tamen verũ est, q̄ licet quis per alium testari non possit, tamẽ bene potest consentire, q̄ alius testetur de rebus suis: & tale testamentum valebit, nõ vt testamentum suum, sed vt testamentum alterius, vt l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. vnde Bal. in c. j. §. præterea, quib. mod. feu. amit. Nec reuocari poterit tale testamentum, etiã si dominum reru pœnitent, secundũ Bal. in l. enium. C. qui testa. face. pos. quia ipse non est testator, vt testamentum reuocare possit: & hoc verum, etiam si testator rem esse alienam ignoret, dum tamen dominus rei scienter consentiat. Quoniam testamentum valcbit, etiam si dominus rei simpliciter patiat, dum tamẽ scienter aliquem rebus suis testari, licet expressè non consentiat, nec licentiam det, vt dicto §. venditionis. quamuis idem Bal. contrarium in hoc vltimo voluisset & malè, in c. j. de prohibi. feud. alie. per Lothz. Nam eũ in hoc expressè reprobatur. l. in l. si quado. §. fin. iij. col. C. de inoffi. testa. tamẽ cum sequitur, in l. cum proponas. C. de pact. Et melius, cum nõ sit do mini rei testatorem prohibere de re sua aliena testari. §. non solũ. instit. de leg. & l. cum rem alienam. C. illo eod. tit. ideo sola sua presentia non sufficeret, nisi expressè cõsentiat per doctrinam Bar. & Doct. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & Pan. in c. nõnne. de presump. pro quibus facit textus in dicto §. venditionis. 3. ibi. Valeat quod concessit. Qualiter autem cognoscatur captatoria voluntas? Dicatis, q̄ quando eius substantia in absolutã, & expressam alterius voluntatem reponitur, non autẽ si in velatã, vt l. nõnunquã, ff. de condi. & demonst. vel expressam, seu non absolutam, sed subiectã regulis & arbitrio boni viri, quibus casibus non est captatoria, imò valet: vt in l. j. ff. de leg. ij. & l. fideicommissa. §. quaquã. ff. de leg. iij. Ita dicit Ang. consi. ccxxij. incip. casus talis est. ij. col. in fi. Vel dicatis, q̄ voluntas captatoria dicitur, quoties eiusdem voluntatis substantia in secretum cõmittitur absolutũ alterius abstractum ab omni factõ eiusdẽ, quod est quando necessitas dandi vel faciendi nõ imponitur, sed an dari vel fieri debeat, hoc totum in mera voluntate aliena consistit, vt in exemplo supra posito, & in l. vtrum §. cum quidam. ff. de rebus dub. Ita eleganter dicit Ange. consi. ccj. inci. Inter cætera quæ nõ continentur. Et ibi pulchre per eũ de captatoria voluntate. Scire tamẽ debetis, q̄ sicut prohibita est hæredis institutio superioris allegata, vt l. captatorias. ff. de lega. j. Sic etiam prohibita est ademptio legati captatoria, secundum Bald. & Salic. in dicta l. captatorias. C. de testa. milit. facit l. legata inutiliter. ad fi. ff. de adimen. leg. Vnde restat, quod omnis vltima voluntas captatoria alterius voluntati submissa de iure est reprobata per iura supradicta, vbi scilicet substantia voluntatis cõfertur in alterius, quam testatoris arbitrium, secus si electio hæredis in certi de

certis conferretur in alterius voluntatem. Putã dicẽdo, hæredem instituo illum de tali familia, quem Titius elegerit: quò casu ille hæres erit, quem Titius elegerit, & nominauerit. l. vtrum. §. cũ quidã. ff. de rebus dub. & in l. hæredes mei. §. si. ff. ad Trebel. Et si fuerit in mora eligendi, omnes de illa familia admittentur. Et idem si eligere noluit. l. si quis Titio. §. fin. & l. cum quidam. la. ij. ff. de lega. ij. secundum Bar. ibi. Si autem duo deberent eligere hæredem de certis, & vnus moreretur, aut longè se absentaret, vel eligere nollet, aut plus debito differret, tunc alter ac si solus deputatus fuisset, eligere posset. l. si legatario. §. à duo bus. ff. de fideicommiss. libe. facit cap. si religiosus. eo. titu. lib. vj. secundum Iaso in l. fin. §. j. C. cõmunia de lega. Nam hoc casu rationes prohibitiuæ voluntatis captatorias cessant. Ad quod facit text. iij. Regum. x. vbi Iehu populo cõmisit & optimatibus ciuitatis, vt meliorẽ de filiis Achab in Samaria, qui eis placeret, eligerent, & super solium patris sui poneret, qui pro domo domini pugnaret &c. Vbi autẽ substantia voluntatis testatoris submittitur alterius voluntati, non valet tanquam captatoria, vt dictum est. Fallit tamen in tribus casibus, in quibus captatoria voluntas de iure valet. Primò fallit, vbi per statutum ciuitatis permittitur talis captatoria dispositio. Nam per statutum eius validitas induci posset, vt probatur in l. captatorias. ibi, Senatus improbauit. ff. de hæredib. instituen. per quem tex. apparet, quod sicut prohibitio captatorias voluntatis inuicta fuit de iure ciuili, ita contrario iure videtur posse perimi, vt in regula, nihil tam naturale. ff. de regu. iuris. Ita dicunt Ange. & Imo. in dicta l. captatorias. & Alexander in l. ij. in princip. ff. de vulga. & pupilla. & simili argumen. vt tur Bal. in l. moribus. in princip. per illum text. ff. de vulga. & pupilla subliu. & Angelus in l. more. ff. de acquiren. hæred. nam videmus quod ius canonicum & ciuile approbant in aliquibus captatorias dispositiones, vt infra dicitur. Sed aduertatis quia cõtrariũ, scilicet quod captatoria voluntas statuto, aut cõsuetudine permitti non possit, tenent Fran. Aret. & Iason in dicta l. ij. in princ. ff. de vulga. & pupilla. Primò, quia de substantia testamenti est, quod quis per seipsum de suis bonis disponat. Ideo diffinitur testamentum, nostræ voluntatis iusta sententia &c. l. prima. ff. eodem. Quæ quidem diffinitio substantiam ostendit, & essentiam rei diffinit. l. prima. §. dolum. ff. de dolo. vbi not. Or consuetudo vel statutum cõtra substantia & essentialia seu actus nihil operari potest. capitu. non putamus. vbi gl. singularis. de consuetu. libro vj. Præterea captatoria dispositio, ideo est reprobata, quia deceptor, vt vidistis supra, vt clarè ostendit Panormita. in cap. cum tibi. supra eodem. & sic repugnat bonis moribus, & consequenter non valet consuetudo bonis moribus repugnans & deceptionem permitens, nec statutum secundum Barto. in l. omnes populi. in tertia quæstio. principali. ff. de iusti. & iure. Et insuper quia speciale est, vt pater pro filio suo pupillo testetur, scilicet ei pupillariter substituendo. Tum ratione ætatis deficientis in filio, tum quia nõ præsumitur, quod pater filium deciperet, quem plus quam seipsum diligit. l. isti quidem. ff. quod metus causa. Ergo in aliis est decidendum in contrarium, in quibus dictæ rationes nõ militant. propter quas fuit moribus permittum patri filio testari. vt dicta l. ij. ff. de vulga. & pupilla. 8. Secundò fallit in libertate relicta, vt l. fideicommissaria. ff. de fideicom. liber. cond. fanè intelligendum

est, scilicet si relictum libertatis cõferatur in voluntate ipsiusmet legatarij, cui libertas relinquatur. & in hoc nullũ est speciale in libertate. Quia idẽ seruatur in aliis relictis, vt l. si ita legatũ. §. illi si volet. ff. de leg. j. Idem si relictu libertatis cõferatur in arbitriũ alterius nõ hæredis, nec legatarij, sed tertij. Quo casu est speciale, q̄ valet legatũ captatoriũ fauore libertatis. Cũ aliud legatũ non valeret, vt dictũ est l. nonnunquã. ff. de condi. & demon. Secus autẽ foret, si legatũ libertatis cõferretur volũtati hæredis: quo casu secundu cõmunẽ opi. tale legatum non valeret. Et ita firmat Bar. in repetitio. l. j. C. de sacrosanct. eccle. in iij. q. v. princip. & in l. Lucius. ff. de fideicommiss. liber. & Imo. in dicta l. j. ff. de leg. ij. & l. captatorias. ff. de leg. j. & l. illa institutio. & l. captatorias. ff. de hære. instit. & in c. cum tibi. supra eo. & Lud. in l. captatorias. C. de testa. mili. Ratio autem quare non valet, quando confertur in voluntatẽ hæredis: si quis quando in voluntatẽ tertij est: quia præsumitur verisimiliter, q̄ hæres de cuius præiudicio agitur, nõquã diceret se velle. argu. l. à Titio. §. fin. ff. de verb. oblig. veruntamẽ de hoc dicatis, vt dicam in sequenti casu. Tertio fallit in dispositione ad pias causas, in quibus valet voluntas captatoria, secundum Bar. & Bal. in dicta l. captatoria. & in l. j. ff. de leg. ij. & Bar. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & in l. quidam. & l. vtrum. ff. de rebus dub. & Bal. in repetitione cap. si pater de testa. libro vj. in materia substitutionis cõpendiosæ. allegant text. in dicto cap. cum tibi, supra eod. Bal. in authen. ingressi. in fi. C. de sacrosanct. eccle. Et hæc opinio est verior: habens locũ medium in legatis pijs, sed etiam in hæredis institutione pia: nam in dispositionibus ad pias causas non attendimus iura ciuilia, sed attendimus iura naturalia & diuina vel ius canonicum, vt not. plenè in cap. cum esses. & c. relatum. supra eod. & plenè probat Bart. in dicta l. j. C. de sacrosanct. eccle. in vlti. q̄ ita reperio etiam cõsuluisse. Bar. in consi. v. incip. Vna quadam petitione &c. & consilio sequen. Et est cõmunis opin. lxx quo infertur, q̄ cum relictu libertatis dicatur pium, vt not. Bar. in l. proximè. in fi. ff. de his quæ in testa. delent. & est bonus text. in l. j. §. fin. ibi, ratione pietatis. C. de cõmu. ser. manu. Et (vt dixi) in pijs causis nõ debet attendi dispositio iuris ciuili, q̄ valet legatum libertatis collatum in voluntatem hæredis, non obstante text. in dicta l. fideicommissaria. Et quod dictum fuit supra in proximo casu, secundum Alexander. in d. l. captatorias. iij. col. C. de test. mi. hæc nouã qualificationẽ singulariter considerant. Pro cuius latiori declaratione volo vos notare id quod singulariter voluit Barto. in d. l. j. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit, q̄ si aliquid relinquatur ad arbitriũ tertij, & nõ dicatur ad quid faciendum, nec cui dari debeat: tale relictu intelligitur ad pias causas factum, quãdo talis dispositio fuit facta per verba importancia arbitrium boni viri, per d. c. cum tibi. supra eo. Sed si facta esset per verba importancia liberã voluntatẽ, tunc nõ intelligitur relictu ad pias causas, & per consequens nõ valebit, velut captatoria, vt supra dictũ est. Intellege tamẽ fanè quod dictũ est, scilicet captatoriã voluntatẽ ad pias causas valere, quo ad potestatem distributionis vel electionis, secũ tamẽ esset si daretur potestas essentiaẽ alteri, puta Titio, quia tũc nõ valeret: vt si dico, cõmitto Titio, vt mihi testamentum faciat ad pias causas: certè talis voluntas nõ valet, cũ impossibile sit, q̄ voluntas Titij sit voluntas mea. ita dicit Bald. in dicta l. captatorias. ff. de hære. instit. vbi dicit

quod dictum cap. cum tibi. loquitur de voluntate di-
 ftributoria, non autem in voluntate dispositiva. Et
 hunc dicunt esse intellectum Innoc. & Ioan. Andr. à
 canonistis communiter approbatum: & hunc intel-
 lectum dicit Bal. esse not. in l. executor. C. de execu-
 rei iudi. Sed tutius est tenere, quod dispositio captatoria
 ad pias causas facta valeat indistinctè favore ecclesie
 & piaz causaz: quia summa est ratio, quæ pro religio-
 ne facit. cū regulis nō subiiciatur ciuilibus, per quas
 vt dictū est, captatoria prohibetur voluntas. Et hāc
 opinionem teneo, licet Ber. Landri. in addit. ad cōsi-
 lia Bar. super dicto consilio quinto reliquerit cogitā-
 dum. Quæ tamen sint verba importantia arbitriū
 boni viri, aut liberam voluntatē, videte Barto. in l. si
 sic legatum. ff. de lega. j. & l. alio. ff. de alimen. & ciba-
 lega. & in extrauaganti, ad reprimendum. super ver-
 bo, videbitur. & tangit Pano. in cap. j. de consili. & in
 cap. j. de iudi. & cap. j. de sequestrat. & in cap. ex par-
 te. de consuetu. An tamen valeat talis dispositio:
 volo solui omnibus creditoribus meis, & de hoc vo-
 lo stari dicto fratris mei: videatis Barto. in d. l. Theo-
 pompus. ff. de dote prælega. quem ibi sequitur Pau-
 & Io. de Imol. in d. capit. cum tibi. & dicta l. captato-
 rias. & Paul. in dicta l. illa institutio. & per Barto. in
 suo consilio clxvii. incipien. Quidam habens bona
 communia. & Bald. in l. j. C. de his quæ pœnæ nomi-
 & in l. captatoria. ff. de hered. institu. videatis Barto.
 in l. finali. ff. de præto. stipulat. vbi querit an valeat
 cōsentio, quod de expensis credatur dicto aduersarij.
 de quo videatis singulariter per Ioā. de Platea, in
 l. lvnica. in fi. C. de sumpt. recu. libro x. ¶ Quid si tes-
 tator dixerit velle, quod suum testamētum ordinetur
 ad sensum vel cōsiliū sapientis: an talis dispositio
 sit captatoria. videatis gloss. Bar. & docto. in di-
 cta l. illa institutio. ff. de hered. institu. & Bal. in di-
 cta l. captatorias. C. de testamē. mili. & dicunt doct.
 vbi supra. quod eo tunc sapiens poterit cōsultere pœ-
 nam apponendam in instrumento. ita dicunt in l. pa-
 eto. argumen. illius l. ff. de transac. circa quod videat-
 is Alexan. in l. si prius. §. rectè. ff. de aqua pluuiæ ar-
 cen. & Bald. in l. sancimus. C. de verborum significa-
 & doctores in §. quibus. C. de nouo codice cōpo. Et
 quid possit facere notarius qui habet à partibus ar-
 bitrium conficiendi instrumentū ad sensum sapientis,
 tractat Bald. in l. imperator. ff. de stat. homi. & di-
 cit Baldus in l. contractus. C. de fide instrumentorū.
 quod talis sapiens poterit supplere non in facti substan-
 tia, ne tale cōsiliū excusaret notarium à falso, nisi
 in his quæ sunt de apicibus iuris: nō in his, quæ sunt
 de substantia facti, secundum eum. videatis Bal. in l.
 pen. C. de execu. rei iudi. ¶ Clausulas autem consue-
 tas apponi in talibus bene possit apponere notarius
 consilio sapientis, vt dicit Barto. in dicta l. illa institu-
 tio. de quo per Bal. in rubr. C. de his quæ in frau. cre-
 vbi dicit, quod supplere in facto non potest. idē Bal. in
 l. humanitatis. C. de impub. & aliis substi. ¶ Item nō
 potest aliquid addere in cōtractibus, qui celebrantur
 verbis, vel requirunt scripturam, secundum Ang. &
 Imo. in l. quicquid astringendæ. ff. de ver. obl. & Sal.
 ¶ in dicta l. captatorias. [De quo mula dicuntur su-
 per verbo, in eodem testamento relinquens. j. in iij. li-
 mitatio. j. De hac voluntate captatoria & eius mate-
 ria aliud nō dicā: quia esset vsurpare materiam cap-
 tatoriam. supra eo. vbi omnino videatis. & per doct.
 in d. l. captatorias. & d. l. illa institutio. & in l. j. ff. de
 leg. ij. ¶ Ex præmissis habetis, quod quis nō possit per
 procuratorē vel nuntium testari, sicut nec testificari

potest, quantumcūq; cōcedat speciale mandatum.
 Quinimō debet testis corā iudice personaliter cōpa-
 rere, & iurare, ac deponere, vt no. Bar. in l. qui bona.
 §. si alieno. prope si. ff. de dam. infe. per l. iij. §. itē di-
 uus cū gl. in verbo, testatoris. ff. de testi. & est bonus
 tex. in c. licet ex quadā. ibi proprio iuramēto. s. de te-
 sti. idē tenet Bal. in rub. de iureiur. in prin. Lud. in suis
 singularibus. ix. singu. incip. An iuramentū testis. te-
 net cōtrariū per multas rationes & satis bona funda-
 menta. Veruntamen pro prima opinione facit, quia
 videmus, quod si testis vellet deponere per epistolā vel
 aliās in scriptis, & nō proferre verba corā iudice, nō
 potest: saltē si iudex vellet eū videre & audire loqui.
 vt no. Bar. in l. Theop. ff. de dot. prele. Io. Andr. &
 alij doct. in c. de testibus. supra de testi. & Bal. in l. in
 bonæ fidei. vers. sequitur videre. C. de reb. cred. & l.
 iurifuradi. vers. sed hīc querō. C. de testi. & est text.
 ¶ in ca. forma. iij. q. ix. c. testes. [De quo plenius super
 verbo, *Alerocha filia puberi*. circa prin. ¶ Secūs autē
 esset in cōtractibus, qui possunt per se vel per procura-
 torē aut nuntium celebrari, vt l. multū. C. si quis al-
 teri vel sibi alie. pec. & l. j. ff. de act. & obli. & inst. de
 oblig. quæ cōsensu cōtrah. §. j. & ibi dicitur, quod per
 epistolā etiā celebrantur. quod qualiter intelligatur,
 videatis ibi. ¶ Præterea licet essentia sine substan-
 tia vltimæ voluntatis non possit arbitrio tertij com-
 mitti, vt dictum est. Tamen secūs est in cōtractibus
 vt l. fina. C. de contrahen. empt. & l. si quis arbitratu.
 ff. de verb. obli. vbi dicitur, quod valet venditio hoc mo-
 do concepta: vōdo tibi codicē, quāti Titius æstima-
 uerit. Similiter si quis arbitratu puta Lucij Titij ali-
 quid dari aut restitui stipuletur, valet cōtractus. Se-
 cus tamen esset, si substantia cōtractus cōmitteretur
 vni ex contrahentibus: quoniam tunc non valeret con-
 tractus. Tamē pro clariori intellectu, scire tū debetis,
 quod substantia in cōtractibus, putā emptionis & vōdi-
 tionis cōsideratur dupliciter. Vno modo complexi-
 uē in omnibus suis partibus substantialibus, quæ sunt
 tres, scilicet consensus, res, & pretium. Et totum hoc
 appellatur cōmercium. vt lex hoc iure, de iustitia &
 iure. & talis substantia cōtractus alterius cōtrahen-
 tium non potest cōmitti voluntati seu arbitrio: ideo
 non valet cōtractus hoc modo celebratus, vōdo
 tibi codicem pretio decem, si volueris. Hoc enim ca-
 su tota substantia cōtractus seu cōmercium cōmittit-
 ur voluntati alterius contrahentium: quod fieri nō
 potest, vt dicit text. in l. in vendentis. C. de cōtrahen.
 emptio. & vend. Alio modo consideratur substantia
 cōtractus discretiue, id est pro aliqua parte substan-
 tiali, puta pro re tantū, vel pro pretio tantū: & tūc
 similiter fieri nō potest, quod alterum prædictorum
 conferatur voluntati seu arbitrio alterius contrahē-
 tium: idcirco nō valeret vōditio hoc modo celebra-
 ta: vōdo tibi codicem quanti æstimaueris, vel quan-
 ti æquum putaueris, vt l. quod sæpe. §. illud constat
 contrahen. emptio. & vend. Qualitas autem rei quæ
 venditur, bene potest cōmitti placito & arbitrio em-
 ptoris, veluti si venditor dicat, codex meus pretio de-
 cem sit tibi venditus, si intra talem diem tibi placue-
 rit. hoc enim casu nō res quæ venditur, sed eius qua-
 litas arbitrio emptoris cōmittitur, quod fieri potest,
 in l. de contrahē. empt. §. pen. Et idem esset in quali-
 tate pretij: verbi gratia scholaris vltimōtanus ha-
 bet florenos vltra mōtes, quos ego nō cognosco: e-
 mit codicē à me pro decē florenis vltimōtanis: ceterū
 cum nō cognosca qualitatē illius monetæ, appo-
 ni potest cōditio si illa moneta mihi placuerit, & va-
 lebit

lebit contractus, ita sentit gl. in d. §. illud constat. &
 clarius dicit Bal. in d. l. in vōdentis. in solutione pri-
 mi contrarij. Et ex præmissis allegabam hoc an-
 no ad quæstionem facti, de qua sui consultus: quidā
 nobilis in emphyteusim cōcessit certam villam qui-
 budā pagensis sub certo annuo inter ipsos con-
 uento, & sub & cū tallis & expletis ipsi domino vo-
 luntariis. Virtute cuius clausulæ dominus ferē quoti-
 die mandabat dictos pagenses ad operas sibi impen-
 dendas, adeo quod vix poterat vacare propria cul-
 tura: & dicebat dominus, quod ad sui volūtatē à
 dictis pagensis poterat exigere iornalia & operas,
 etiam quotidie si volebat. Et ad sic operandū eos vi-
 riliter cōpellere nitebatur, medio quarundam litem-
 rarum regiarum: vnde pro ipsis pagensis feci defen-
 siones. Et primō præsupponebam in terminis iuris
 communis, quod virtute dictorum verborū, sub &
 cum tallis & expletis ipsi domino volūtariis & c. di-
 cti pagensis non tenebantur ad aliquas operas. ¶ Ex
 eo quia appellatione expletorū non veniunt secū-
 dum vsū loquendi operæ personales: sed duntaxat
 executiones summarie feruentium & aliorum excu-
 tiorum iustitiarū: & ita in dubio videntur dicta ver-
 ba intelligi. Et erit sensus, quod dicti pagensis teneā-
 tur ipsi domino ad tallias in casibus à iure permis-
 sis qui narratur per Alexand. in addit. Barto. in l. pla-
 cet. C. de excusa. num. lib. decimo. Et si dictas tallias
 soluere recusat, quod possent expletari, id est, exe-
 cutari pro voluntate domini. Vnde dicta verba im-
 portabant, quod dominus poterit cōtra eos procedere
 ad captione bonorū, vbi de iure esset incipien-
 dum à simplici citatione, vel vbi possit de iure do-
 minus eos pignorarē, prout communiter fit virtute
 instrumenti: dominus tunc expletare poterit in corū
 psonis incipiendo executionē. Ita dicit Ang. & post
 eum de Imo. quos ibi sequitur Alexand. in l. si sic. §.
 primo. ff. de lega. primo. Nam illa verba: pro vo-
 luntate, aut ad voluntatē, concernunt modū com-
 pellendi debitores: non autem aliquid infringūt de
 iure partis, vt infra dicitur. ¶ Si verō per illa verba
 expletis voluntariis, secundū vsū loquēdi patriæ,
 aut aliās inter dominū & pagensis intellexit fuerit
 de operis personalis pagensiorum, talis promissio
 operarū nō valet. Cū sit incerta & collata arbitrio
 alterius cōtrahentium: per ea que supra dicta sunt. Nā
 quædam modū nō valet cōtrahē. hoc modo cōceptus:
 vōdo tibi codicē quanti æstimaueris, vel quāti vo-
 lueris. d. l. quod sæpe. §. illud. ff. de contrah. empt. Si-
 militer nō debet valere promissio operarū quas dūs
 voluerit, vt in proposito. Cū solutio operarū sit lo-
 co pretij: cuius cōtēplatione fit ipsa cōcessio in em-
 phyteusim. Ad hoc facit quod plenē notat in d. l. in
 vōdentis. C. de cōtrahē. emp. Nec obstat, quod no. Bal.
 in l. liber. C. de oper. liber. vers. circa prædicta dubi-
 tatur & c. vbi dicitur, quod promissio operarum incerta
 valet, & debet certificari per eū, cui operæ præstādæ
 sūt. Quia illud est verū, quādo est promissio incerta
 respectu loci. Quoniam tūc cōmittitur de iure arbi-
 trio illius, cui præstari debet, quod locū eligat. Quo ca-
 su valet promissio, vt ibi. Idem si incerta est respectu
 qualitatis operarū, quia tūc intelligitur actū tacitē,
 quod promissor præstet operas, quibus operari scit. vt l.
 eius artificij. ff. de oper. lib. Et si fuit dictū ad volū-
 tatē domini, intelligi debet quo ad qualitatem, scilicet
 quod præstetur laborando terrā, ad fodiendum vineam,
 vel putando, si promittens hoc facere sciat. Cōmit-
 ter enim qualitatem rei vel pretij arbitrio & bene-

placito alterius contrahentium iuri consonum est, vt
 insti. de emp. & vend. §. pen. & dictū fuit supra. Sed
 quāntitas nō potest sic cōmitti per dictā l. quod sepe.
 Vnde cū promissio operarū facta per dictos page-
 sios sit incerta respectu quantitatis, quæ collata fuit
 volūtati domini, vt dictū est, talis promissio opera-
 rum videtur nulla. Et ita petūt dicti pagensis eam de-
 clarari. Præterea & si dicto prius iure per ordinē vi-
 deretur dicta promissio operarū valere modo iā di-
 cto emanata, tamen dicendū est dictos pagenses nō
 teneri ad tātas operas, quas indicere voluerit dictus
 dominus, qui fortē habet voluntatē insatiabilē: quæ
 cū tentat intercipere iudicium, debet restringi, &
 regulari arbitrio boni viri. Ita determinat Inn. in c.
 veniens. de renun. vbi dicit quod quantumcūq; aliquid
 cōmittitur voluntati aduersarij, non intelligitur cō-
 missum voluntati liberæ. Quia hæc verba important
 arbitrium boni viri. Nam cognitio etiam condi-
 tionalis in beneplacitis partis aduersæ posita, arbi-
 trio boni viri venit regulanda. text. est l. Thais. §. fo-
 ror. ff. de fideicom. libert. facit theoricā Panorm. in
 quinto not. in c. cū venissent. de insti. Nec audietur
 petens quicquid vult: sed tātū petere potest quod
 debet secundum normā iusti & equi. Ideo dicebat
 Bal. in l. si quis maior. C. de trasac. quod dicta verba etiā
 in statuto posita, nō operantur, quod quis possit ini-
 quum præferre æquo. Facit quod not. Bar. in l. filius.
 ff. de dona. & in l. j. §. j. dicit idem Bal. quod infinita
 potestas limitari debet, id est, quod bonum & æquū
 sit. ff. de iusti. & iure. l. j. Neque dicti homines debēt
 decipi: quia nimis de domino suo præsumperūt se
 subiiciendo eius voluntati, credentes ipsum semper
 velle melius & æquius, arg. l. vnū ex familia. §. fin.
 de lega. secundo. Ita pulchrè dicit Bald. loquēdo de
 hac materia voluntatis. in l. cū antea. vers. scilicet. Sed
 iuxta prædicta queritur & c. prope si. quæstionis. C.
 de arbit. subiungens ibi idem Bald. in sequen. quæst.
 quod etiam si alicui sit permillum vti pro libito vo-
 luntatis, quod est fortius quàm simplex voluntas, iux-
 ta ea quæ not. Panor. in c. j. supra de consili. & talis
 procedere non poterit secundum merā voluntatem,
 sed secundū æquam arbitrandā per bonum virum,
 qui dicitur iudex. vt l. vir bonus. ff. iudica. solui. Plus
 dicit idem Bal. quod concessio potestatis voluntaria in
 minimo locum habet, quæ si dicat, quod habēs potestatē
 procedendi pro sui voluntate aut libito voluntatis,
 non potest grauare nisi in minimo, & sic nō in ma-
 gno, & minus in maximo. Vide pulchra quæ circa
 hæc cōsuluit Petr. de Ancha. consil. clxvj. ideo dicit
 Barba. in cap. si pro debilitate. de offi. dele. quod habēs
 actum explicare secundum voluntatē suam, tenetur
 sequi voluntatē de iure regulatā, ita quod facere nō po-
 test, nisi quod sibi fieri vellet, iuxta illud Dominici,
 Quæcunque vultis quod faciant vobis homines, & vos
 eadē facite ipsis. Allegat text. in c. ij. distict. Et præ-
 missa maximè intelligenda sunt vera, quando talia,
 cōmittuntur volūtati aduersarij. Quo casu, talis vo-
 lūtas regulari debet arbitrio boni viri, vt tenet Inn.
 supra. Et est casus formalis iuncta gl. in l. pen. ff. de
 arbitris. & ibi hoc exprellē pōderat Baldus etiam si
 promittens stare iurasset voluntati partis: vt est tex.
 aureus in l. si libertus, ita iurauerit. ff. de oper. libe. fa-
 cit tex. optimus in l. si in lege. §. j. ff. loc. vbi si aliquid
 committatur arbitrio partis vel alterius, perinde est
 ac si viri boni arbitrium comprehensum esset. Nam
 fides bona exigit, vt arbitrium tale præstetur, quale
 viro bono cōuenit, vt ibi dicit, & in dicta l. si liber-

to. cuius ratio ibi posita est, adaptabilis ad multa. Idem tenuit Bald. in l. iij. C. de dotis promissio. Hanc determinationem clarius quam alter firmavit Alexan. de Imo. post. Bal. ibi. in l. ij. §. voluntate. ff. soluto matrim. vbi sic formaliter dicit, quod vbiunque tractatur de potestate collata voluntati partis aduersar, nunc siue agatur de iure quaesito, siue de iure quaerendo, nunquam potest iniquum aequo praferre, cum talis voluntas non dicatur libera, sed regulata, vt dictum est. Ad hoc facit textus nota. in capit. sanè. iun. cta gl. de renuntia. vbi dicitur de illo qui commisit se misericordiae aduersarij. & textus in cap. veniens. eodem titulo. vbi ponitur de illo qui commisit se gratiae aduersarij. de quo videatis Guid. papæ. questio. cccxcv. Quibus casibus regulatè procedendum est. idem tenet Bald. in l. filius oppo. superius allega. C. de contrahen. emp. facit quod not. ipse in rub. C. de pœna iudic. qui malè iudic. Et hæc maximè sunt vera, cum quis se submisit voluntati partis aduersæ in præsentia ipsius, præsertim, si pars est potentior submittente: quia tunc præsumitur quod submittens cõtradicere nõ audebat. Sicut fuit in casu nostro, vbi dicti pagesij in præsentia eorũ domini promiserunt præmissa. Ita singulariter refert Alexad. de Imo. in dicta l. captatoris. ij. col. C. de testa. milita. recitãdo ibi opinionem Benedicti de plumbino. Ad præmissa facit quod eleganter voluit Bar. in extrauagan. ad reprimendũ. super verbo. videbitur in fin. vbi dicit, quod per potestatem voluntariam, nullo modo tolli potest, nec lædius alterius contra naturalem æquitatem, per quæcũque verba dicta potestas cõcipiatur. Idem firmat Bald. in cap. j. §. item sacramenta. de pœce iura. firman. in vñibus feudorum. Nec immeritò, quia simile videmus in seruitute, quæ licet constitua tur simpliciter, & per consequens competat in singulis glebis & cõspitibus seu partibus fundi seruientis, attamen cogitur is cui debetur eligere certũ locum in quo & per quẽ seruitute vtatur: nec audiretur volens vagari per vniuersum prædium, vt l. si cui. ff. de serui. & l. certo. & l. si via. ff. de seruitu. rusti. prædio. Si ergo compellatur is cui debetur seruitus arbitrio iudicis, ne præiudicet domino prædij seruitutem debentis, eligere certum locum: ergo à simili tenebitur dictus dominus arbitrio boni viri, certas operas & rationabiles & tempus ipsarũ præstandarũ eligere: cum de loco ad tempus valeat argumentatio, vt l. vinum. ff. si cert. pœta. neque obstant l. cum quidã. ff. de lega. ij. & l. si de cõmissa. §. quanquam. ff. de lega. iij. Per quas aliqui in hoc pũcto voluerũt dicere, quod vbi aliquid cõmittitur voluntati alterius, ille potest vti libera voluntate, etiã præferẽdo iniquum æquo. de quo plenè per Guido. papæ. q. cccclxxv. Quoniã respõdetur, quod illa iura loquũtur in lucro captãdo ex titulo lucratiuo, veluti legato: hinc autem nos certamus de damno ex cõtractu oneroso, veluti emphyteutico. Ita dicit Bal. in dicta l. iij. in fi. C. de dotis promiss. vel ibi loquitur in actu fauorabili vltimarũ voluntatum: hinc autẽ loquimur in actu stricti iuris, veluti concessione emphyteutica, quæ strictè secundum pacta inita duntaxat regulatur, §. adeo. institui. locati. & l. prima & secũda. C. de iure emphyteutici.

24 Et quoties emergit dubium, semper debemus interpretari in benigniorem partem, quæ scilicet tẽdit ad liberandum non ad obligandum, argum. l. Arrianus. ff. de actio. & obl. & per hoc nõ obstat not. per Bart. l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega. Conclusio ergo talis est, quod operæ cõmissæ voluntati dicti do

mini intelliguntur commissæ voluntati regulatæ arbitrio boni viri, id est iudicis, qui taxare debebat operas per dictos pagesios præstandas, prout à ceteris emphyteutis præstantur ceteris dominis circumvicinis, secundũ communẽ patriæ illius consuetudinẽ. Ita in propriis terminis determinat Bal. in l. si certis annis. in iij. oppo. ver. & ista sunt notãda. C. de pactis. dicens hoc esse notãdũ pro emphyteutis allegat. l. si. C. de fideicõ. Et vltra eum adduci potest text. not. in cap. cum olim. supra de cõsuet. vbi dicitur, quod quoties tractatur de prerogatiua cõcedenda, & nõ reperitur expressa, taxãda est secundum vicinorum locorũ consuetudinẽ. Et si fuerint diuersæ consuetudines, minor & humanior sequẽda est. Et ita summat ibi panor. illum text. facit ea. super hoc. supra de censu. Et si hoc non apparet, iudex cõgregare debet sapientes ad statuẽdum quid fieri debeat iuxta possibilitatem & congruentiã, vt in can. si. xx. dist. iij. Ex quo sequitur, quod si circumvicini dicti domini cõsueuerunt diuersimodè operas exigere à suis hominibus consuetudine minus grauoosa debet attendi iuxta illud cap. cum olim. Nam aliàs sequeretur absurdũ, si dicti homines tenerentur secundum voluntatẽ dicti domini: quia omni tempore maderentur ad operas, & pro seipsis nihil aut parũ operari possent. Ex quo redderentur impotẽtes ad soluendum annuum reditum ipsimet domino, nec non ad soluendum tallias domino nostro regi sui municipij. & regni. Ad hoc facit text. not. in l. si. ff. de nudi. vbi singulariter dicitur, quod cum bonum publicũ & cõmune cõsistat in agricultura, nullo modo permittitur agricultoribus res vsuales ad vendẽdũ portantibus, illic federe, vel diu stare, donec sint venditæ: sed tales res cõmittuntur aliis negociatoribus ad vendendum, vt agricultores celerius ad agriculturam reuertantur, vt plenius dixi super verbo, & vxorem nomine Adelfiam. in vlti. artic. successio. ab intestato. loquendo an prohiberi possit rullicis venatio & piscatio. Ecce qualiter posito, quod in vendẽdis talibus rebus vtilitas publica versetur, vt not. in ca. j. supra de empti. & vendi. Attamen propter talem vtilitatem rullicis ab agricultura non sunt reuocãdi, nec differẽdi. Ergo minus erunt impediendi propter priuatum commodum eorũ domini, vt in casu nostro. Idcirco ponendum est verbum Bal. supra allegatum dicens quod cõcessio potestatis voluntariæ locũ habet in minimo. Pro quo facit quod notat Sali. in dicta l. si certis annis. C. de pact. vbi dicit, quod ea quæ sũt cõtra ius cõmune, sicut est petitio operarum, non debet extendi. arg. l. ius singulare. & l. quod verò contra ff. de legi. Vnde si aliqui domini de circumvicinis non exigat nisi duas operas à singulis hominibus in anno, dicti homines ad maiores non tenebuntur.

26 Et quod talis operarum exactio sit cõtra ius commune, patet: quia à nemine collatorũ, id est, solutiũ tributas seu tallias regias & census pro suis possessionibus dicitur operæ aliquæ nec possunt, aut debent per aliquem, præterquam in aduẽtu imperatoris seu domini nostri regis exigi, nec extorqueri, siue loquamur de operis personarũ siue suorum animalium. textus est in l. vnica C. ne operæ à collatoribus exigantur. lib. decimo. & ibi glo. allegat concordantias. In materia propria est casus in l. prima. C. ne rusti. ad nullũ obsequi. deocen. lib. vñdecimo. & text. in §. il lud. in cta glo. in verbo angariis in auth. de mand. prin. col. iij. Et in presẽti regno stat ordinatio regia Philippi sexti Anno domini millesimo cccxlviij. facta.

Et. C.

Et. cuius tenore prohibetur omnibus etiam de sanguine regio existentibus, etiam si locũ tenes regis foret, aut conestabilis, vel marescallus, seu admiralus, magister cõputorũ, aut requisitorũ officij regis princeps, baro, aut miles, & cuiuscũq; alteri status, ne capere habeant equos vel currus ad equitandum, vel blanda, aucnas, & alia grana, aut vina portãdum, & alia vñctualia. Quibus pareri nõ vult, nisi soluant quod pro talibus solui consuetum est. Aliter & aliàs huius modi captores per iustitiaris locorum capiuntur, & per quoscuque alios quos hoc casu officium seruientum rex eis impartitur, vt tales in carcere detrudantur, à quo non liberentur, nisi per literas regias ad relationem alicuius non concessas. Et si pro necessitate regis aut reginæ, vel filiorum suorum, & hospitij sui non reperirentur equi, vel currus ad locandum: prohibet animalia autoritate propria capi, & cõtra missis &c. [Hęc ordinatio hodie per dominum Auffreni. est situata in ordine septima, in titulo de talliis & exactio. nibus.] Vnde si operæ animalium prohibeantur, fortius operæ personales inhibetæ cõsententur. Quinimo exigens operas à talibus pati debet pœnam exilij & confiscationis omnium bonorum, vt dicta l. secunda. C. vt rustica. Et nihilominus à tali exigente operas legitimè appellaretur. Quæ quidẽ appellatio aded est fauorabilis, quod directã via potest introduci coram præfeco prætorio, & sic in parlamento. Casus est in §. si quis autem putauerit. in Authẽtico, de collato. collatione nona. Quod autem talis operarũ extortio sit prohibita, euidenter nedum iura humana, vt dictum est, ostendunt, verum etiã iura diuina in Exodo & Leuitico notariẽ demonstrant. Illam tẽ enim ob causam durissimè Pharaõ crudelis diuersimodè flagellatus à Deo memoratur, & tãdem occisus in mari rubro & submersus. Nec immeritò: quia quilibet dominus nedum subditos, quinimò suos debet discretè regere seruos, non spernendo, sed amicaliter alloquẽdo. Exemplo Christi, qui Ioan. xv. ad discipulos dixit, iam non dicã vos seruos, sed amicos. Vnde Seneca ad Lucillum epistola xlviij. Illos, inquit, rideo, qui turpe existimãt cum seruis suis cõnarẽ. hoc enim superbia facit, vt cõnate domino stantium seruorũ turba circunferat. Et Didymus Braganorũ rex ad Alexandrum sic dicit: In homines nostri similes seruitutem non ponimus. Alioquin seruitia est in obsequium cogere eos: quos nobis fratres eadem natura progeniuit. Et quibus à Deo patre communium bonorum spondetur hæreditas. Ex quibus rectè concluditur, quod subditis etiam seruis imponenda non sunt graui onera: imò contra tales clamat Plautus: Vx, inquit, apud quos domini vigiliam multam in noctem protrahũt. Tantũ enim seruis debita quantum de nocte auferũt. l. si quid veditor. vers. i. & si laboriosum. ff. de adili. edict. ideo qui malè & seuerè suos tractat seruos, priuari debet dominio illorum, quos defendere tenebatur. l. dominorũ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & instit. illo eodẽ tit. §. fina.

28 Idem tẽ in iudice, si sua inter subditos abutatur iurisdictione. Quia ex hoc eximuntur a potestate iudicis, & subiiciuntur alteri. l. officij. C. de offi. procon. & idem seruari debet in quibuscuq; dominis quãuis sint supremi, vt si illicita cõmittant in subditos, regno priuentur: de quo summus ille fons eloquentiæ Cicero. in ij. lib. de officiis sic pulchrè dicit. Tẽtum est fuisse aliquod tempus, quo sine regibus viu-

batur. At postquam iurẽ gẽtium possessiones ceperunt diuidi, nõ alia de causa reges sunt instituti, nisi iustitię fruendæ (& sic reges sunt de iure gentium, secundum Baldum in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur.) Nam tẽ cum initio premeretur multitudine ab his, qui maiores opes habebãt, ad vnum aliquẽm virtum cõfugiebant virtute præstantem, qui prohiberet iniuriari tenuiores, æquitatem constituendo, summos cõ infimis pari iure præstringeret. Cũque adhuc regnãtib; regib; debiliores nonnunquam opprimerentur, leges constitui placuit, quæ ad iudicandum non odio aut gratia duceretur, sed tales inopi quales potenti præstarentur aures. [Hęc quidẽ fuit prima causa instituendi nobilitatem, scilicet causa necessitatis: quæ necesse fuit quod aliquis vir bonus iustior ceteris atque prudentior eligeretur: qui cõmittat præfesset ad fines hinc descriptos, & inde dicitur nobilis quasi præ aliis in virtutib; notabilis. Vnde Hiero. Nihil aliud video in nobilitate appetẽdũ, nisi quod nobiles quadã necessitate cõstingatur, ne ab antiquorum probitate degeneret. Secũda causa fuit discordia plebium: quæ rectum iudiciũ ignorabat. Licet enim inter se pacatè viueret, tamẽ adeo hebetes fuerunt, quod nihil magni pendere poterunt, nisi quod vulgari opinione celebrabatur. Ideo expeditabat pro ipsarum pace seruanda, vt ex nã talibus nobilium reges haberent. Tertia causa processit ex aliqua fortitudine singulari: fuit enim aliquando, quando communitates ob incursum hostiles grauatæ edicto sanxerunt, vt quicunq; patriam liberaret, ius nobilitatis pro se & hæredibus perpetuò obtineret. Et eo modo infimi plures nobilitati leguntur, vt infra exemplo demonstratur. Quarta causa abundantia diuitiarum, cum aliquando populares nimia penuria victualiu attenuati tradiderunt se & sua alicui diuiti, vt hoc pacto malum inopi temperarent, & eum deinceps velut nobilem & dominum recognoscerent. Inuenitur etiam quadã nobilitas diuino oraculo instituta, vt in Dauid, & Saule. Plurimæ quoque leguntur per violentiam & tyrannidem vsurpatæ dominationes, vt de Cain dicitur infra, & de Nemroth & pluribus aliis infra super verbo, in eodem testamento relinquẽs. primo in xvij. limitatione, quarum aliquæ statim delere, & aliquæ stables manserunt. secundum quod posteri vitia aut virtutes secuti fuerũt, & honestè vel ignobiliter vixerũt.] Quo fit vt leges nõ solum populum, sed regẽ quoq; obligare sciamus: ac si regem cõtinnere leges, rãpe re bona subditorũ, violare virgines, stuprare matronas, & cetera illicita facere videamus: nunquid illa submissio alius suplimabitur, qui & bene gubernare, & legibus nouerit obtemperare? Hęc ille. Videatis Bald. in dicta l. ex hoc iure. [Facit etiam C. de legi. Digna vox est maiestate regnãtis legibus alligatum se principem profiteri, aded (inquit imperator) de autoritate iuris, nostra pendet autoritas, & reuera maius imperio est submittere legibus Principatum. Hęc ille.] Quamobrem vt libro primo refert Pomponius, tẽ Molsini populi in Asia versus septentrionem palãm sibi reges deligunt, vinculisque arctissimã custodiam renent, atque vbi culpam prauẽ imperãdo meruere, inedia diei totius afficiunt. Tẽ etiã Tãprobanæ insulæ populi (vt Solinus refert) regem eligunt, qui si maximam præferat æquitatem, nolũt ei totum licere. Quãdraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitũ solus iudicet: & si iudicatũ displicuerit, ad populum prouocatur, à quo datis iudicibus se

Tom .i.

S y ptua-

ptuaginta fertur sententia, cui necessarid acquiesci-
tur. Si rex in aliquo peccato argutus sit ac reuictus,
morte mulctatur. Licet enim ius regis esse videatur,
de suis subditis disponere ad libitū, vt habetur: Re-
gum viij. cap. vbi Samuel nutu diuino ad populum,
33 Hoc, inquit, ius erat regis: filios vestros faciet ser-
uos suos, equites & praecursores, agricolas, & fabros
armorum: filias vestras faciet vnguētarias, quā stua-
rias, & panificas. Seruos vestros & ancillas ponet in
opere suo. Optima dabit seruis suis, & vos eritis ei
serui. Tamē ibi non declaratur ius regum ex diuina
institutione, sed magis per prophetam pronūtiatur
ex eorum tyrannica vsurpatione, qui postquā reges
sunt, ius iniquū constituunt in tyrannidem dege-
rantes, subditos opprimētes, & sine causa deprada-
tes, secundum Andr. de Iser. in proemio feud. & in
titu. de capt. qui cur. vendi. Quod habuerunt à Cain,
qui primus rex terrenus fuit, & primam ciuitatem
condidit, vt habetur Genesis quartō. in qua potesta-
tem exercuit, & praedas recaptauit, vt dicit Iosephus
libro primo antiqui. vel hoc habet à diabolo eorum
directore scilicet malorum, qui Ioannis xiiij. prin-
ceps mundi huius appellatur. de quo dixit ibi Chri-
stus, Venit enim princeps mundi huius, scilicet dia-
bōlus, & in me non habet quicquam. Sed sicut man-
datū dedit mihi pater, sic facio. Heu me, quam pau-
cos reges videmus, cum Christo mandatū patris se-
quentes, & iuste principantes, & Deum cunctorum
patrem diligentes. Sed omnia praede exponentes, &
cum primo rege Cain cuius imitatores vint cadētes
in inferno sepulti, vt infra exemplo demonstrabitur.
Vel secundum Lyram, primi Regum allega. cap. di-
ctatis, quōd etiam ex diuina institutione omnia pra-
missa sunt de iure regis, scilicet in necessitate positi
propter bonū cōmune regni: quo casu omnia sunt
principis exponēda seu expendēda pro bono cōm-
muni. Sicut videmus in corpore naturali, quōd ma-
nus vel altera pars corporis naturali quōdā instin-
ctu exponitur pro conseruatione vite ipsius corpo-
ris, & tuitione capitis: sed regi extra necessitatē posi-
to iura haec non pertinet, quamuis saepe eis vtae de
facto ex tyrannide: quia magnitudo potestatis regi
concessa de facili conuertitur in tyrannidem. Haec
ille. Vnde t de moribus antiquorum circa poli-
tiam pulchrē memorat Sallustius in Catilinario verba
Catonis narrans: quae pariter reasumit Aurelius
34 Augulinus quinto de ciuitate Dei, cap. xiiij. Nolite
inquit, aestimare maiores nostros armis republicā
ex parua magnā fecisse: si ita esset, multo pulcherri-
mam nos haberemus: quippe sociorum atque ciuū,
putā armorum & equorū maior copia nobis quam
illis est: sed alia fuit quae illos magnos fecerūt, quae
nobis nulla sunt: scilicet domi industria, foris iustū
imperium, animus in consulendo liber, neque deli-
cto, neq; libidini obnoxius: pro his nos habemus lu-
xuriam, atque auariciam, publicam egestatē, priua-
tam opulentiam, laudamus diuitias, sequimur iner-
tiam, inter bonos & malos discrimē nullum, omnia
virtutis praemia ambitio possidet: ideo ruit omnia.
Verba haec sunt Catonis, recitata quidem per Sal-
lustium in Senatu ad damnandum Catilinam, lau-
dem veterum Romanorum continentia: de quibus
pulchrē meminit Titus ipse Lilius in primē decadis
praefatione sic dicens: Caterum autem me amor ne-
gotij suscepti fallit, aut nulla vnquā res publica nec
maior, nec sanctor, nec bonis exemplis ditior fuit:
in quantam auaricia luxuriaque immigrauerint, nec

vbi tātus ac tandiu paupertati ac parsimonie honos
fuerit: adeo quātō rerum minus, tantō minus cupidi-
tatis erat. Nuper diuitia auariciam & abundantes
voluptates de desiderium per luxum atque libidinem
pereundi perdēndique omnia inuexere. Haec ille. Et
Valerius lib. iij. titu. de abstinentia & continentia,
gesta Fabritij ac eius sapientiam narrans. Vrbs, in-
quit, scilicet Tarentina quae voluptati plurimum tri-
buit, imperium maximum amisit. Quae scilicet Ro-
ma labore delectata est, occupauit: & illa scilicet Ta-
rentina libertatem tueri non valuit: haec scilicet Ro-
ma, etiā donare potuit, scilicet libertatē aliis adē-
ptam.] Er in oratione ad Caesarem senem [De qua
dixi supra in prologo huius operis circa medium in
quadam additione.] de republica sic dicitur: Ego in
ca vita multa legendo atque audiendo ita comperi
omnia regna, itē ciuitates & nationes vsque co pro-
sperum imperium habuisse, dum apud eos vera con-
silia valuerāt. Vbiq; gratia, timor, voluptas, cor-
rumpere: post paulō imminuere opes, deinde adē-
ptū imperiū, postremō seruitus imposita est. Vnde
Valerius lib. iij. titu. de censoria nota. Quid enim, in-
quit, prodest foris esse strenuū, si domi malē viuūt?
Expugnētū licet vrbes, corripiantur gētes, regnis
manus iniiciantur: nisi foro & curiae officium ac ve-
recundia sua conseruerit: partarum rerū cōsilio cum
lulū equatus, sedem stabilem non habebit. Et alibi li-
bro iij. titu. de abstinentia & continentia in princ. sic
dicit: Quia hi domum penates, ea ciuitas, id regnum
aeterno in gradu facillē steterit, vbi minimum virium
Veneris pecuniae quae cupido sibi vēdicauerit. Nam
quōd ista generis humani certissima pestes penetra-
uerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Haec
ibi. q. a dicit August. lib. j. de ciuitate Dei. cap. xxxiiij.
Scipionem nullam censuisse rem publicam felicem
stantibus in cenibus, & ruitibus moribus. Et Poggius
Florentinus in epistola ad Nicolaum quintum pon-
tificem maximum. Vbi, inquit, doctrinarum cessant
exercitia, vbi nullū inter doctos atq; ignaros discrimē
viget, vbi nullus virtuti locus, nulla studiorum
ratio habetur: vitia ibi regnent, torpescant ingenia,
principatus & regna decidunt, rerūque omniū do-
minetur cōfusio necesse est. Et prouenit talis ruina,
quia imperia & dominationes sanguinem sequuntur,
non virtutes: inde est q; lupus gignit leopardum nō
imperio dignū. Contra nobiles & ponctes inuicit
Bal. in l. per adoptionem. ff. de adopt. q; pro maiori
parte sunt superbi, gulosi, & luxuriosi, plusquā po-
35 pulares. [De quo habetur super verbo, Raynuitus de
Clera. & latius super verbo, Et uxorem nomine A-
delas. in v. principali artic. dum loquitur de ascripti-
tis & cōpitis.] Ex quo quia virtutibus abutitur no-
biles non sunt, cum nobilitas sit illa sola, quae animū
morib; ornata. venerabilis. de preb. Propter quos
olim reges eligebātur. Vnde antiquitus non ad prin-
cipantū progeniem ferebātur regna, sed ad eos, qui
plurimum de hominū vita meriti viderētur: siue ob
cōmunem vtilitatem, creante sibi reges populo, siue
ita in libris sacris cōtineretur: dicit Diodorus lib. ij.
de antiquorum gestis. Sunt etiam insulae quinq; nu-
mero in mari Oceano Britanico angusto freto diui-
sa, Ebudes appellatae, quarum incolae (vt Solinus re-
fert) nesciūt fruges: piscibus tantū & lacte viuūt: rex
vnus est vnuerfis, qui nihil suum habet, omnia vn-
uerforū. Ad aequitatē certis legibus stringitur, at ne
auaricia diuertat à vero, dicit paupertate iustitiā vt-
pote cui nihil sit rei familiaris. Vēru aliē è publico,
nulla

nulla ei datur foemina propria: sed per vicissitudi-
nes in quamcūq; cōmotus sit, vsuariam sumit. Vnde
ei nec votum nec spes cōceditur liberorum. Pariter
Taprobanae grandis admodum insulae, de qua su-
prā meminimus, homines corporum magnitudine
alios antecedentes, vltra annos cētum viuētes, & pe-
nē vltra humanā fragilitatē in regis electione nobi-
litate nō praualēte suffragio, vniuersorum sibi regē
eligunt spectatus moribus & inueteratē clementiae
& annis grauem, cui liberi nulli sint. Idēque maximē
35 custoditur, ne faciant haereditarium regnū. Regnū
enim sanguini non debetur, sed meritis. ob quod A-
drianus imperator, qui inuitus ad imperiū venerat,
& bene rexerat: cum senatus eum obsecrasset, vt filiū
Caesarem appellaret: sufficere, inquit, debet, vt ego
inuitus regnauerim, cum non merear. Principatus
enim non debetur sanguini, sed meritis. Et inutiliter
regnat, qui rex nascitur, & non meretur: exercendi
prius sunt virtutibus, qui regnare debent, & cum in
eis profecerint, adeo vt probentur illos virtutibus
anteccedere, quos debent honoribus anteire, inuitati
ascendant, & se & ciuium suorum votis non subtra-
hant &c. Etiam t de Fabio Maximo Romano refert
36 haec Valerius lib. iij. titu. de moderatione animi, in
haec verba: Fabi verō Maximus cum à se quinque
& à patre, auo, proauo, maiorib; suis septenume-
rō cōsulatū gestum animaduertet: in comitiis qui
bus filius suus summo cōsensu consul creabatur, quā
potuit constanter cum populo egit, vt aliquādo va-
cationē huius honoris Fabiae genti (de qua ipse erat)
daret. Non quōd virtutibus filij disideret (erat enim
37 illustris) sed ne maximum imperium in vna familia
continuaretur. Quid hac moderatione efficacius,
aut valentius? quae etiam patrios affectus qui poten-
tissimi habentur, superauit. Haec ille. Pro quo facit
text. in dicto cap. venerabilis. de preben. vbi non ge-
neris, sed virtutum nobilitas vitae quae honestas gratū
quem Deo faciunt, & idoneum ad regimē suscipien-
dum. In signum cuius amicus Dei Moyses, cum si-
lios possit in dignitate facere successores, qui de tri-
bu Levi erant, hoc non fecit: imō extraneus de alia
tribu, scilicet Effraim eligitur, videlicet Iesus naue,
id est, Iosue, vt sciremus principatum in populo nō
sanguini esse deferendū, sed vitae. viij. q. j. c. Moyses.
& Iosue. e. j. facit text. in cad. decorem. de inst. [Tamē
hodie cōtrarium feruatur, & semper fuit, & erit,
q; primogenitus succedit in regno, vt plenē habetur
infra super verbo, In eodem testamento relinquens.
j. in xvij. limit. Sed fallit in regno Romanorū, quod
est orbis monarchia, ideo est in eo rex eligendus &
38 approbandus secundum Bal. in dicta lex hoc iure,
verfi. quartō quaritur. ff. de iustit. & iure. Nam si re-
gnū illud veniret per successionē, indignum esset
orbē regi fortē à pupillo, vel muliere, vt ibi per eum.
& docto. in c. venerabilem. de elect.] Quod exem-
plo nobis veteres fuerunt. Nonne Saul pascebat asi-
nos. j. Regum ix. & David oues, vt ibi xvj. c. Et tamē
quia iuuenes virtuosū,ambo reges facti sunt? Ortus
Tulli Hostilij (vt lib. iij. titu. de his qui infimo loco
40 nati, clari euaserunt, Valerius refert) nunquam nisi
agreste tugurium habuit: cuius parētes penē incogni-
ti sunt, illique diu pecoris pasceudi cura fuit. Tullus
quoq; Seruius ex infimo profluens summum habue-
rat imperij Ro. propter virtutes fastigium. Pariter
Attilius ab aratro vocatus, & Constantinus ex pau-
perimo postquā Helenā duxit in vxorē, ac Theodo-
sius primō stabularius, imperatores virtutis ac vitae

merito facti claruerunt. Marcus Porcius Cato, à quo
Porciae gētis proles cognomē, atque originē traxit,
apud Tusculanū vicum agresti quidē tugurio natus,
huius tanta fuit in vrbe dignitas, vt senatorum ordi-
nem auxerit, ipsam quoque senatus maiestatem suo
splendore decorauit. Nunquid Caium Mariū (Oro-
sio referente) humi super crepidine iacentem à parē-
tibus infimis penē sordidissimū ortum traxisse
nouimus? tamen secundum Romae triumphum egit.
Quintius denique repertus in rure, & ab aratro sum-
ptus in dictatorem creatus, Romam iam penē despe-
ratam triumphis suis magnificē consolatus est, Aure-
lio in libr. de ciuitate Dei referente August. Hi pro-
fectō & ceteri similes miro modo demonstrant
pristinum statum suae fortunae: scilicet aduerse, quae
eos tā pauperes destituerat, praesens verō dignitatis
incrementum moribus suis bonis & virtutibus impu-
tari debere, vt de Tito Aufidio dicit Vale. lib. vj. titu.
de sublimitate à statu humili, & de pluribus aliis,
qui vilia officia constricti paupertate exercuerunt,
& postea fuerunt virtuosē sublimati ad summas dig-
nitates, iuxta illud Iuena. Seruis regna dabit, ca-
ptiuus fata triumphos. Non enim (vt Seneca inquit
ad Lucillum epistola xliij.) nobilem facit aratum
plenum famosis imaginibus, sed animum facit nobi-
39 lem. [Vide de hoc pulchra quae in praefatione hu-
ius operis dixi, & solo animo acquiritur virtus, quae
sola neque datur dono, neque accipitur. dicit Sallu-
stius in Iugurthino.] Cui ex quacunque conditione
supra fortunā licet surgere, nec intueđū est, vnde ho-
mines veniant, sed quō eant. Haec ille. Vnde t con-
clusio est, q; princeps qui potestate abutitur in subdi-
tos, scilicet eos opprimendo, quos defendere debet,
priuandus est, vt priuatus regno extitit quidam rex
Franciae per summum pontificem Zachariam ex eo,
quia effeminatus erat, id est, filias & vxores suorum
subditorum violabat, vt est text. in c. alius. [Vt ple-
nius dicitur infra super verbo, dorem quam ei dede-
rar. prope lin. xv. q. vj. iuncta glof. ibi.] Alium scilicet
Childericum ob rem illā fuisse regno pulsum, refert
Gagui. gestorum Galliae historiographus, lib. j. Sed
à principibus effeminatis regi interdum contingit
propter callidos simulatores, in eorum punitionem,
iuxta illud Iob xxxvj. Morietur in tempestate ani-
ma eorum, & vita eorū inter effeminatos. & Esaiā
ij. Et dabo pueros principes eorū, & effeminati do-
minabuntur eis. Tamen vt vidistis, haec est iusta cau-
sa eos priuadi regno. Nam princeps malē & inutili-
ter regens ex malitia, in damnum & oppressionem
subditorum, est omnino priuandus, vt ibi, [Sed an
subditi propter iniustitias & tyrānides suas possint
eum expellere sine iudicio superioris, decidit Bal. q;
non, in dicta l. ex hoc iure. verfi. secundō queritur. ff.
de iustit. & iure. quia derogare non possunt iuri supe-
rioris. Et si de facto eum expellerent, tamē expulsus
non amittit dignitatem suam. C. si seruus. expor. vē.
l. moueor, cui decisioni conuenit historia dicti regis
Childerici per Gaguinū vbi supra relata. vide Bald.
in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccle.] Si t autem
inutiliter regeret ex negligentia regnum, aut perso-
nae suae simplicitate, aut debilitate: tunc nō esset pri-
uandus regno, sed daretur ei coadiutor, vt est casus iux-
c. grādi. de supplen. negli. praela. lib. vj. & gl. in dicto
c. alius. Et propter tales molestias quas multi prin-
40 cipes solent subditis inferre, dicebat Ioā. Fa. in §. j. in-
stit. de rerum diu. & §. fi. instit. de assigna. liberto. q;
mallet esse homo sui capellani, qui eum modicē ve-

xaret, quam alicuius potētis domini ipsum molestē
 41 tractāris. Et bene dicit: quia videmus hodie omnia
 praeda exposita: nec est quaestio si debeat, sed si fieri
 & haberi possit quoquomodo. Et hoc est quod san-
 ctissimus dicebat Iob, & prudentissimē xij. capitulo:
 Abundant tabernacula praedonum. & Esaia tertio.
 Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pau-
 peris in domo vestra &c. Imò concludit poeta ille
 Aeneas Syluius, qui postea fuit papa Pi^o. in libro de
 duobus amantibus in fin. Quod hodie nobilitas nō
 est aliud quam praemium iniquitatis, secundum quod
 scribitur Psal. vij. Ecce parturit iniustitiam, cōcepit
 dolorem, & peperit iniquitatem. Ad eod quod voces
 tolluntur ad caelum, lamentis omnia flexibusque cō-
 plētur. Et (quod immanis est) nōnulli vltimo dolo-
 re cōpressi proiecere animas. Et eorum his tātis ma-
 lis principum clausae sunt aures, auersus patern^o in-
 titus, in cōmotus dulcissimus animus, arefacta cle-
 mētissima viscera, vt qui cis fidelissimē seruiūt, tan-
 quam delicti sua de salute fermē desperēt: dum eos
 vidēt ita suos & retrouersos à generoso eorū ani-
 mo clemētī diuināque natura, vt tanta suorum po-
 pulorum incommoda ac detrimenta, neq; prohibēt
 sua membra, suāq; viscera: quae sunt suae ciuitates, suāq;
 homines cūcti à lupis quos vidēt dilacerari, absumi,
 mactari: q. sui magis certē sūt, quam ipsi met sui: qm̄
 nulla potestas ac regimē vlli propter seipsum ab im-
 mortali Deo cōcessum est, sed propter eos qui ab eo
 regendi fouendique sunt: sua itaque membra omnia
 suāque praecordia, suam denique & vitā & regni so-
 liditatem atque tutelam non diligere, non nutrire,
 nō pietate cōplecti, ab aduersis que tueri, magis alic-
 uen esse conuenit ab eo qui principatu dignus sit,
 remq; publicam gerat, quam terribilissima queuis nota,
 quam suppliciu omne, quam mors deniq; ipsa. Cū
 verus omnis ac legitimus princeps pro creditis sibi
 subditis se oīno debeat vniuersis obiectare periculis
 & suo pro rege vt pastor bon^o propriā animā dare.
 Alloquin non princeps, non pastor, sed tyrannus ac
 mercenarius habēdus vtq; sit. Verum hodie iam la-
 tronū istorū qui marsupia loculosq; seruat intā-
 tū creuit audacia, vt nō via publica, nō hospitium me-
 ritoria, nō port^o fluminū, nō emporia mercatū, nō
 denique nobilitū ciuiū aedes, nō cubicula & penetra-
 lia vlla, nō deniq; pudicę matronę, intactaq; virgine-
 nis salutē, immunēsq; sicut ab huiusmodi exploratio-
 nibus, violentisq; cōtactibus. Neque propriis modō
 parciūt subditis, sed aduenis, neque Romipetis, neq;
 sacris viris: quin detinentur, & ad nudam vsque
 explorant, atque querūt excusū, palpatique vsq; ad
 verecūda naturā. Excitant à monumētis atque cine-
 ribus iā vita functi, & pallentibus vmbis dies indi-
 cēt, vt causa inuēta ac fabricata quae à mortuis am-
 plius defendi nō possit, innoxij expilentur haeredes
 ac deuorentur. Qui ita vexati si verbum retulerint, si
 acrius suspirauerint, infelices ac miserādi damnantur.
 Neq; loqui audeēt miseri ipsi ab omni patrociniō &
 puocatione destituti, neque se à tātis iniuriis vel ma-
 nu aut verbo defendere, q. neque patronū inueniūt:
 ita hac in causa tremefactę sunt leges, demersa aeq-
 uitas omnis, atque iustitia: & illi soli nobiles dicuntur, q.
 subditos opprimere sciunt, & cetera illicita facere,
 imò soli tales hodie sapiētēs vocantur: tamē sapiētia
 habēt illā, de qua dicit Apost. i. ad Cor. iij. Quod sa-
 piētia hui^o mūdi, stultitia est apud Deū. Cū scriptū
 sit per prophetā Esaia xxxij. Vae qui praedaris, quo-
 46 niam triuple depradaberis. & alibi Psal. xij. Et qui

deuorant plebē meā velut escā panis, quia secundū
 poetā, Non habet cūctis sordida praeda bonos, nec
 immeritō. Cū inter cetera quae clamant ad Deum
 est vox subditorū oppressorum. iuxta illud Iacob. v.
 Merces, inquit, operariorum vestrorum, qui messue-
 runt regiones vestras quae fraudata est à vobis, cla-
 mat, & clamor eorum ad aures Domini Sabaoth in-
 troiuit. Et praeterea nunquam legi subditos in plus
 domino teneri, quā dominos ipsos subditis, nisi quod
 ad reuerentiā, quam debet inferior superiori. Quia
 licet ei debeat seruitium personale aut pecuniariū:
 tamē dominus viceuersa ei debet protectionē etiam
 cum armis si oporteat defendendo, secundum Bart.
 in proemio Digestorum. §. j. vbi protectio manū
 includit armatam. l. desertorem. §. si. ff. de re milit. si
 protectus vii aggregatur. Ad eod q. ex quibus causis
 43 vasallus priuari potest feudo eod dominū, de qui-
 bus plenē in titu. quibus mod. feud. amit. ex cisdem
 etiā dominus proprietate feudi priuari erga vasal-
 lum. cap. j. ex quibus cau. dominus seu. proprietate. pri-
 uetur. Ideo sicut vasallus propter feloniam cōtra do-
 minum cōmissam, vel non petitam infra annum in-
 uestituram, priuari vtillitate feudi: sic etiā dominus
 proprietate feudi priuari, si contra vasallū delinquat
 aut ipsum inuestiturā petentē refuset, secundum glo.
 in c. j. in fi. per quos fiat inuesti. And. de Iser. in c. ij.
 de lege Cōradi. & Iaco. Aluaro. in c. j. quae sit prima
 cau. benef. amit. & Bal. in c. j. per quos fiat inuesti. §.
 44 nulla. Sed t. (proh dolor) quidā defendunt suos sub-
 ditos ab aliis, vt postmodū per se eos pinguiorē de-
 uorēt. Tales similes sunt ceto in mari, qui haleca de-
 fendit ab aliis piscibus, sed per se ea deuorat, prout
 dicit praefatus Aeneas in lib. de miseria curialium, q.
 principes diu suos nutriunt aulicos & palatinos in
 subditorū praeda, vt eos velut suos toto anno impin-
 guatos comedant. quibus minatur dominus Esaia
 xxvij. In die illa visitabit dominus in gladio suo du-
 ro & grādi & forti super Leuiathan serpentē veterē,
 & super Leuiathan serpentem tortuosum: & occidet
 45 cetum qui in mari est. Et t. praefertim vbi domini
 subditos in personam offendit, quos rationabiliter
 verberare nō possunt, secundum Bart. in l. cum satis.
 C. de agri. & cēsi. lib. xj. licet Bal. in auth. ad hęc. C.
 de lat. liber. tol. dixerit eos per illum text. inediocri-
 bus posse plagis afficere. Quod an sit verum not. ple-
 nē in §. in. in lit. de his qui sui vel alie. iur. Nam ibi
 in dicta authentic. ad hęc ascriptitius verberabatur
 cum causa: quo casu dominus subditum & suum va-
 fallū religare potest arbitrio suo propter offensam
 sibi factam. textus est nota. in l. ex factō. la grande. §.
 cum fundus. vers. proinde. ff. de hered. insti. Ad eod
 quod ipsum constingens aliquo non tenetur pōna
 priuati carceris, cum hoc faciat autoritate legis, se-
 cundum Bald. in margarita super verbo, dominus,
 circa medium. Et hoc verum cum causa vt dixi. Aliās
 sine causa verberari nō debet, nec aliās opprimi, aut
 bonis damnificari, vel iniuriari per textum in dicta
 l. cum satis. §. caueat. vbi Io. de Pla. hoc pulchrē de-
 46 clarat. Nec vllā potest. [Hęc verba Catilinā in ij.
 responsione inuēctiua cōtra Ciceronē.] illustribus
 viris in abiectis hominibus vltio laudē afferre. vltra
 quē dicatis, q. etiā ibi domino permittitur verberare
 subditū ex causa: hoc intelligitur, si copia iudicis de-
 ficiat secundum ipsummet Bal. in dicta l. cum satis.
 Et alibi dicit idem Bal. in §. publici latrones. de pace
 tenen. t. quod tenens castrum in feudū malē tra-
 ctans burgenfes suos, si monitus à domino nō de-
 stiterit

interit, certē feudo poterit priuari. Et si aliquem pri-
 uatum seu particularem subditū dominus in perso-
 nam offenderit, de sua eximitur iurisdictione & po-
 47 testate, prout exēplo nobis in praesenti regno t. Clo-
 tarius Francorū rex Clodouei protochristiani filius
 de seipso cum Galterum Yuetoti territorij dominū,
 die veneris sancta occidisset, de seipso velut alter
 Theodosius (de quo xj. q. d. iij. cum apud) iustitiā fa-
 ciendo ostendit. de quo Gagui. lib. ij. c. j. sic dicit: Fuit
 inter familiarissimos Clotarij aulicos Galter^o Yue-
 totus Caletus agri Rothomagen. apprimē nobilis, &
 qui regij cubiculi primarius cultor esset. Huic p. sua
 integritate de Clotario cum melius, meliusq; in dies
 48 promoueretur, reliqui aulici inuidēt. [De hac exe-
 crabili inuidia vide plenē infra, super verbo, mortuo
 itaq; restatore. j. ponendo sextum defectum sententię
 Pilati contra Christū prolata.] deprauantes quodli-
 bet à Galtero gestum: nec desistūt, donec irritatum
 illi Clotariū pelsimis susurris efficiunt. Quamobrē
 iurat rex se hominem necaturum. Percepta Clota-
 rij indignatione Galterus pugnator illustis, cede-
 49 re regi irritato cōstituit. [Quod faciēs prudētē egit
 rectē considerās, q. ira regis nuntius est mortis. Nō
 sic fecit Callisthenes, q. ad regem super verbo, q.
 uxorem nomine Adelasiam, in j. artic. success. ab intest.
 loquēdo de legitimatione. ideo malē successit ei vt
 ibi dicitur.] Igitur derelicta Frācia in militiā aduer-
 sus religionis catholicę inimicos pergit decē annos
 multis prosperē gestibus: ratus Clotarium simul
 cum tempore mitiorem effectum, Romam in primis
 ad Agapetum pontificem se contulit: à quo ad Clo-
 tarium literis impetratis ad eum Suefione aggem se
 protinus confert veneris die quae Parasceue dicitur,
 cogitans religiosam Christianis diem ad pietatem
 sibi profuturam. Verū literis pontificis exceptis,
 cum Galterum Clotarius agnouit, veterē ira tanquā
 recentī liuore percitus, raptō à proximo sibi equite
 gladio hominem statim inuēnit. Tam indignam
 insignis atque innocētis hominis necē loco religio-
 50 so, & die ad Christi passionem recolendam celebrī,
 pontifex iniquam ferens, confestim Clotariū
 reprehēdit, monētque iniquissimi facinoris rationē
 habere, se alioquin excommunicationis sententiam
 43 subitūrum. t. Agapeti monita veritus rex, capto cū
 prudentibus cōsilio, Galteri haeredes, & qui Yuetotum
 deinceps possiderent ab omni Francorum reg-
 num ditione atque fide liberavit, liberōsq; prorsus
 foro suo syngrapho & regis scriptis cōfirmavit. Ex
 quo factum est, vt eius pagi & terrę possessor regem
 se Yuetoti haētens sine controuersia nominauerit.
 Id autem anno Christianę gratiæ ccccxxxv. gestū
 esse indubia fide inuenio: & dominantibus longo
 post tempore in Normania Anglis, ortaque inter
 Ioannem Hollandum Anglum, & Yuetoti domi-
 num quæstione, quasi prouētuum eius terrę pars fi-
 sco regis Anglię quotannis obnoxia esset, Caleti
 Proprietor anno salutis Millefimo ccccxxvij. de ra-
 49 tione litis iudicario ordine se instruēs, id sicut à me
 annotatum est comperisse iudicauit. Hęc ille. t. Or
 domini, cogitēs, quātum adultores & detractores
 sunt principibus perniciosi, quibus & cuiusquam al-
 terius fidei credunt. Ex qua credulitate saepenumero
 boni principes falluntur, & incauti in subditorum
 perniciem eunt: Sicut David tam sanctus & iustus
 verbis sibi adulatoris & detractoris fuit ita captus
 & inuolutus, q. hereditatem Miphiboseth domini
 sui ei concessit in ipsius Miphiboseth absentia, & eo

nō audito, vt habetur secundi Regum decimonono
 capitulo. Et (quod peius est) postquā audiuit Miphib-
 oseth se verē excusantem, dictum suum licet iniu-
 stum non retractauit totaliter: imò Sibam seruū
 pessimum fecit domino suo æqualem, quem suspen-
 dere debuit propter falsam domini sui accusatio-
 nem de crimine læsę maiestatis: secundum Lyrum
 ibi. vnde propheta, Oleum, inquit, peccatoris nō im-
 pinguet caput meum. Super quo dicit Ange. Lingua
 adulatoris alligat hominē in peccatis. Ob quod Po-
 lycra. lib. iij. cap. xij. loquens Augusto dicebat, Si de-
 ceptores istos, id est, adultores & susurrōnes exter-
 minaueris, deos te præcellere non putabis: aduato-
 res profectō suis mendacis homines mortales defi-
 cant. Sunt enim scorpiones facie blandientes, & cau-
 da percutiētēs, vt inquit Hieronymus epist. lxxxijij.
 Absit, ergo, q. alicui dici possit illud Ezechiel. quar-
 to: Cum scorpionibus habitas. Super quo dicit Gre-
 gor. lib. j. epist. lxx. Adulator tanquam scorpio pal-
 pado incedit, sed cauda ferit. Et sicut apis mel in ore
 gerit, semper tamē pungere quærīt. Et idem Grego-
 rius in morali. Adultores inquit, lactant illos, quos
 laudant. Sed considerate vos quod sapiens Proue. j.
 dicit, Si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis.
 Et quod habetur Esaia iij. Popule meus, qui te bea-
 tum dicunt, te seducunt. Super quo dicit Hieronymus.
 Adultores esse hostes humani generis, & scinillæ
 diaboli propinantes pocula mortis, quia venenum
 melle mixtum. Sed proh dolor, vocibus adulatorum
 omnes infatuati sunt, qui si sapientes existerent, &
 Deum qui est veritas prę oculis haberent, adulatorū
 oleo non impinguarentur, qui ideo eis adulantur, vt
 cum ipsis cōmorantes deliciis vtantur. Non t. sic do-
 mini fecit Djogenes patētissimus, qui ne Dionysio
 regi adularetur, elegit oleribus viuere. De quo dicit
 Valerius lib. iij. titu. de abstinentiā, q. quidam ei dixit
 olera lauanti, Si tu Dionysio adulari velles, ista non
 ederes. Cui respōdit, Si tu ista edere velles, Dionysio
 adulari nolles. & sequitur, hic constantissimus veri-
 tatis annuntiator maluit oleribus sustentari, quam
 magnatib^o adulari, & dolio volubili pro habitatio-
 ne contentari, quam à regibus magnificē tractari, &
 eis adulari. Ad eod q. (vt idē Vale. eo. lib. & titu. in fi.
 subiunxit) cum ei ad solem se denti diceret Alexander,
 Pete quod vis. ait, De ceteris interim velim vt à sole
 mihi nō obstes, id est, nolo te mihi vmbra facere.
 51 t. Et Xenocrates, vt ibi dicitur, cuius amicitia Alex-
 magnus talentorum pondere emere voluit: sed phi-
 losophus regi suam vendere noluit: rectē forsitan con-
 siderantes, q. qui principibus seruiunt, sunt in maxi-
 mo periculo cōstituti perditionis vitę & salutis eter-
 nę, cum ad nutum dominorum habeant seruire. Et
 cum seruerint, nisi adulentur, Verona derelicta per
 viam Placētis ambulent, saepe destituuntur, & malē
 recompenfati tristē moriuntur, vt dixi super ver. Et
 uxorem nomine Adelasiam in j. artic. successio-
 52 rum ab intestato. circa prin. [Hęc magna pericula pro-
 spicienda Saxum Pamphilium iuuenem vitā, inge-
 nio & doctrina excellentem inter cetera summe cō-
 mendat in secunda parte Matt. Bos. epistola lxxxij.
 incip. Pamphili Saxi factus sum saepe memor. & c. sic
 dicens, Deniq; vt contulit meū (scilicet Saxum) ami-
 cē: ad regum & principū qualis aulas prouocatus,
 etiam praemiis honorib^o que non infinis, reclusit
 accedere: illiberale & sordidum ducēs cum, qui phi-
 losophiæ sit audis, his ad natum libidinēque ser-
 uire, quae purpurata cupiditatum malarum & vitio-
 rum

rum mancipia sint, & tota quorum gloria videatur in adulatione, fraude, rapina, omnique licentia posita, quos licet perire fortuna conspicuos, vitam ipsi tamen obscuram & quandoque teterrimam agunt, ut his si placere velis, abiciens omnem pietatem, & pestum ire iustitiam patiaris oportet. Ne illis scelus, si sanctius & iustius, quam ipsi viuas exprobrare videaris &c.] Sunt plerumque regie voluntates ut vehementes sic mobiles saepe ipsae sibi aduersae, dicit Sa-
 54 **S**alustius in Iugurthino. [Vide quae de hoc dixi super verbo, *Cnidam Petro tradiderunt.*] Nec est vlla tanta humilitas, quae dulcedine gloriae non tangatur, dicit Valerius lib. viij. titu. de cupiditate gloriae: quia teste Cicerone trahimur omnes studio laudis. Et optimus quisque maximè gloria ducitur. Vnde erat Socrates solitus dicere, viam ad gloriam proximam esse & quasi compendiariam, quod intelligitur si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. Alias fortis est & magnanimi viri gloriam non appetere, sed sola suorum rectè factorum conscientia contentos esse: saepe viris maior gloria spreta redit quasi non necessaria, quasi satis sit conscientia rectè factorum. Et sic fugienda est lingua adulatorum. xj. quæstio. iij. inter verba, quae praesertim magnates facilliter decipit, gloria praedicta inebriatos. Quae (ut à multis diffinitur) est frequens fama cum laude. Quam Cicero tribus rebus constare dicit. Si diligit multitudo, si fidè habet, si cum admiratione quadam honore dignos putet. haec ille. Quae gloria diuersimodè mundanos decipit. Nam plures à parentum inclita nobilitate degenerant, & honore domus postposito ad vilia officia conuolant, ut eorum nomina gloriam
 55 perpetuant. Vt Quintus Fabius Romanus cuius nobilissimus, qui derelicta inclita Fabiorum secta pictor effectus fuit, ut nomen suum in publico pingens, faceret æternum, de claro genere faciens se fordidum, & publico operi nomè suum inscribendo, laesæ maiestatis crimen committens. l. si qui iudices. C. de ope. publi. & l. opus. in sicum l. seq. ff. illo eo. titu. Cum hoc ædificio priuatus faciens, si esset plebeius, vltimo puniretur supplicio. Et si nobilis, deportaretur bonis confiscatis. l. iij. C. ut nemo priuatus rebus alie. titu. imponat. & titu. seq. per totum. de quo Valerius lib. & titu. praallegatis: sic dicit. Nam quid sibi voluit Quintus Fabius nobilissimus cuius, qui cum in æde salutis quam Caius Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamentum familiae scilicet Fabiorum cõsulatibus & sacerdotiis & triumphis celeberrimè decrat. Cæterum sordido studio deditum ingenium, qualemcunq; illum laborem suum silentio obliterari noluit. Præterea fuerunt alij de statu infimo, qui deitate gloriam volentes ausi fuerunt in vertice deorum nomina sua includere. Vt de Phidia statuatio legitur, de cuius vana & temeraria gloria scribit Cicero lib. Tusculanarū quæstionum j. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineræ, cum inscribere non liceret, luciferum rememorans qui dixerat: Ponam sedem meam ab aquilone, & ero similis altissimo. Sicut Fabius nomen summum in æde salutis, videlicet Phidiae secutus exemplum, qui Phidias cõsiderans tales titulos & statuas posse per quemuis de populo, propria autoritate tolli & conficere, seu rumpi, ut dicta l. ij. §. deponedi autem. clypeo Mineræ effigiem suam inclusit, ita inseparabiliter, qua conuulsa tota operis colligato solueretur, ut dicit Valerius. Sunt etiã alij qui cum vir-

tute famam assequi nō possint, sceleribus insignique maleficio innotescere nō dubitant. Vt de Pausania nobili adolecente, qui Philippum Macedoniae regem Alexandri magni patrem interfecit: & quodam alio qui gloriae cupiditate templum Dianae incendere voluit. De talibus loquens ibi idem Valerius. Quorum, inquit, è numero nescio an in primis Pausania debet referri: nam cum Hermocles scilicet sapientè percunctatus esset, quonam modo subito clarus posset euadere, atque is scilicet Hermocles respondisset si illustrem virū aliquem occidisset, futurum vt gloria eius ad ipsum redundaret, continuò Philippum interemit. Et sequitur: Illa verò gloriae cupiditas sacrilega. Inuentus est enim qui Dianae Ephesig templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo cõsumpto, nomen per totum terrarū orbem diffunderetur, quem quidem mentis furorem eculo impositus detexit. haec ille. Sūt & quidam alij, qui causa iactationis ad gloriam cõsequendam seipfos interfecerūt, vt Empedocles, secundum glos. in l. si quis filio. §. eum qui. ff. de iniusto rupto testa. A cuius inanis gloriae appetitu, & eius seminarios, qui adulescentes dicitur, liberet nos dominus: qm̄ in his gloriari & laudare se vani, vituperari etiam, stulti esse dicit Valerius lib. viij. titu. de sapienter dictis & factis. iuxta illud Catonis: Nec te collaudes, nec te vituperaueris ipse. Sola illa profectò laudanda est fiducia, quae æstimatiōnē sui certo pondere examinat, tantū sibi arrogans, quantum à contemptu & insolentia distare satis est. dicit Valerius lib. iij. titu. de fiducia sui, loquens de Euripide. Vnde ad propositum reuertendo, sicut rex
 56 aut princeps opprimens regnū priuatur regno: sic etiam propter offensam vni subdito illatam priuatur potestate & iurisdictione, quam habet in illo. l. officium. C. de offi. comitis sacri palatii. Et cõsultit L. Rom. consi. xxxvij. Idē in quolibet domino subditum suum offendente. (Additio.) Et ita reperi pluries haecenus fuisse in parlamento iudicatum, & etiã de tēpore meo magister Ioannes Maynial notarius loci de Fraysineto senescalliae Caturcen. fuit per arrestum cum sua domo in perpetuum cum suis bonis ab omni censu reali & personali, aliòque onere & iurisdictione domini dicti loci exemptus, die xij. mēsis Septēbris, anno M. cccc. vij. In nō representādo quendam suum lacayum, qui de scitu suo mutilauerat dictum notarium, qui fuit per arrestum à iurisdictione dicti domini de Fraysineto exemptus, & senescalli Caturcen. immediatè subditus. Pariter quidam apothecarius fuit propter malam tractationem exemptus per arrestum à iurisdictione tēporali episcopi Vitensis. die xxix. mēsis Martij, anno domini M. cccc. x. scilicet pro tempore quo ille esset episcopus. Cum delictū personae nocere nō debeat ecclesiae. c. delictum. de regu. iur. lib. vj. Nec mirum, quoniam olim in Gallia nemo subditū opprimebat: imò suos opprimi quisq; & circumueniri nō patiebatur: neq; aliter si faceret, vllā inter suos habebat auctoritatē: vt Caesar refert. lib. vj. commentariorum de bello Gallico. Vtinam domini memoria repeterent, & exēplo Honorij imperatoris viuerēt, q. adeo clementissimus fuit, vt cū ei diceretur, cur rebelles nō occideret, ait, vtinam esset mihi possibile ad vitam mortuos renouare. Ob quāpiam fidem, plures tyrannos obtinuit sine sanguinis effusione. Vt aut Tyberij Romanorum imperatoris vitam imitaretur, cuius tam iusta fuit regnandi maiestas, vt quibusdam principibus plebem grauare cupientibus respondisse feratur:

ratur: Boni pastoris est tondere pecus, nō deglutire, cum illud sit proprium luporū. ita refert Suetonius lib. ij. de xij. Caesaribus. & glos. in cle. ad nostrum. de celi. Cogitabat enim virtuosissimi illi imperatores. quod digni illi sunt laude, qui humana natura vsq; ad alios imperandū benigniores extiterint: quā ipsū imperium tulit & principes, Deo à quo dependet eorum potestas, sola clemētia equari posse. l. imperialis. C. de nupt. iuxta Ouid. iij. de Tristibus. Eleg. v.
 58 **Q**uod quisque est maior, magis est placabilis ira: Et faciles motus mens generosa capit.
 Et subditostanquam filios esse diligendos, & nō seruituti supponendos, iuxta illud Apost. ad Rom. viij. ad subditos Deo sic dicentis. Nō enim accepistis spiritum seruitutis, iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, Abba pater. Vt in signum cuius clementie reges inunguntur, vt aliis dulciores existant. not. in c. j. de sacra vnctio. quod nobis patenter edocent exempla beluarū: nam legitur q. rex apum non habet aculeum, cū quo pun gere possit, sicut cæterae apes habent. Ideo peior beluis est homo talis, teste philosopho j. politi. Sicut, inquit, optimum animalium est homo fruens lege & iustitia, sic pessimum animalium est homo à lege & iustitia separatus; quia nihil laudabilius, nihilque magno & præclaro viro dignius, placabilitate & clementia. Et quia benignus ille Tyberius imperator subiectis & pauperibus semper gratus extitit, etiã pacem habuit cunctis diebus suis: quia ab eo scilicet Deo pacis viuere & eius vestigia sequi dicit, qui vt in euangelio legitur: semper mitis & corde humilis, & sub eo crucifixus fuit. Ideo nō abs re omnes de secula Essarorū apud Iudæos (Iosepho referente) iurare, sciam intrantes cogebatur, Deo fidem, hominibus iustitiam, ac principibus obedientiã. Et si contingeret ipsos aliquando præesse, q. nunquā viribus potestatis abuterentur, ad iniuriam subditorum. Quod optimè Pistratus Atheniensis tyrannus seruauit (Valle. referente lib. v. tit. de huma. & clementia) qui licet tyrannus esset, & vxor eum hortaretur de quodā adolecente vindictam sumere, & supplicio cum afficere q. filia eius fuerat osculatus, respondit, Si eos qui nos amant interficiemus, quid faciemus quibus odio sumus? Nec se de illo vindicauit. Et si potētes ad paganos nolint oculos vertere, & saltè imitari deuotos milites deberēt, qui cū à Ioāne salutē peterent, dixerūt Lucae iij. Quid faciemus & nos? Quibus plusquā propheta respondit: Neminē concutiatis neque calumnia faciat: sed estote contenti stipendiis seu redditibus vestris, sicut contentus erat, imò elemosinas plures faciebat Cornelius Centurio, vt patet Actuum x. in princ. Quoniam vt scribitur Iob xv. Cõburet dominus tabernacula illorū, qui libenter muneræ recipiunt. & Isaiæ ix. Omnis violentia prædatio erit in combustionē & cibum ignis. Rapiunt enim principes à laborantibus vt distribuunt pigritantibus, nec ceruunt personę qualitatem, sed propriam voluntatem. Sunt equidem cupidi splendoris & gloriae qui aliis eripiūt quod aliis largiantur. Et sic aliis nocēt, vt in alios liberales existant, dicit Tullius lib. j. de offic. Nequaquam considerantes quod sapientissimus scripsit Sene. in libro de benefi. dicēs, quod turpissimū damni genus est inconsculta donatio, grauiusque est beneficium malè dedisse, vt dietim videamus. Vnde & tales multoties populi oppressores sunt causa, propter quam bella fiunt. secundum glo. in cap. ad apostolica. de re iudic. lib. vj. vt qui iustitia

propter potentiam reprimi non possunt, bellorum clade cum sonitu in hoc seculo pereant, cum de talibus cõcludatur Iob. xxvij. Haec est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint, filij in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepellentur in interitu, & vidua illius non plorabit. & Esaiæ xij. Omnis qui inuētus fuerit, occidetur. Et omnis qui superuenit, cadet in gladio: infantes eorum collidentur, in oculis eorū diripientur domus eorū, & vxores eorū violabuntur. Ecce ego suscitabo, dicit dominus, super eos hostes qui argentum nō querant, nec aurum velint: sed sagittis populos interficiēt, & lactantibus vberibus nō miserebuntur: & super filios nō parceret oculus eorum, & erit domus subuersa eorum, sicut subuertit dominus Sodomā & Gomorrhā: & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones &c. Prout dixerant Gabonitæ ad Dauid secundi Regum xxj. Non est nobis super argento & auro quæstio, sed contra Saul & cõtra domum eius &c. Et tales etiam in futuro seculo de regno carebunt, iuxta illud Apostoli primæ ad Corinthios vj. Neq; auari, neque rapaces regnum Dei possidebunt: imò iudicium durissimum his, qui praesent fieri, & potentes potenter tormēta patientur, Sapient. vij. & alleg. Psal. vij. concluditur, Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticē ipsius iniquitas eius descendet. Prout & ab angelo fuit Carolo Caluo Francorum regi diuinitus monstratum. de quo Gauguinus lib. v. cap. primo. nihil, inquit, ad rem pertinere arbitror id, quod à pleriq; scriptoribus memoriarum nostrarū datum est, Carolum (duce angelo) paulò antè quàm moreretur ad inferos deductū supplicia vidisse miserarum animarū, ardere valles, & artificiosos putcos pice, & sulphure immixto plumbo effervescere: ibique plerosque ex suis prædecessoribus reges inspexisse. Episcopus quoque qui vel ad bella gerēda consultores, vel ad opprimēdam iniquis vctigalibus populum, auctores extitissent. Eius rei visum literis ipse mandauit posteros admonens iustar moderationis: ne aut malè imperarent, neve vsurparent dominādī potestatem, haec ille. Et obiit Verecillis anno domini Dccc. lxxvij. [Ad hæc fugienda pericula Mathæus Bos. in ij. parte ad Federicū Martiae marchionem epistola iij. incip. Nunquam scripsi quicquam &c. sic dicit, Per genus omne pietatis Deū tibi concilies, pupillos & viduas ab iniuriis defendas, subditos pauperes grauius oneratos leues, vincētos redimas, iustitiã colas, tuã aulam rectè cõstituas, atq; ita vt petulatiã, libido, rapacitas, ambitio, blasphemia, atq; id gen^o cætera quae in principū curiis regnant: nisi protinus emēdata à tua quidē exulent domo &c.] Vnum tamen tenentis menti, & q. indebita seruitia præsumūt à dominis per metum extorta, vt dicit Io. And. in cap. j. de praescri. lib. vj. in nouella. Hinc decidit singulariter Bal. in ca. j. qualiter vasallus iurare debeat fidelit. quod si vasall^o domino nouum iuramentum praestet praeter antiquam consuetudinem, illud tale iuramentum præsumitur extortū, cū aliàs nō præsumat suo superiori cõcessisse id quod non deberet, ne suum iactasse videatur. Quod recitat & sequitur Francis. Areti. consi. xxlij. incipiente, Quatuor dubia. iij. col. Nam contra potestatem præsumitur. C. eodem titulo. l. volumus. C. de fun. limitro. l. prima. lib. xj. & eodem lib. C. de omni agro deserto. l. qui per potētiã. Et hoc maximè præsum-

præsumitur erga rusticos. C. ne rusti. ad nullum ob- sequi. de uocem. l. ij. lib. xj. & per Bartol. in l. ad inuidiam. C. quod metus causa. ita eleganter recitat Bald. 23 super verbo. pactiones. in titu. de pace Const. Ideo dicit Spec. titu. de renūtia. §. j. versic. priuata. quæ se- quitur Ioan. Fab. in l. mulierē. C. si mācip. ita venie. 65 ne proflit. quod pax causa. & causa seruorū filiorū & rusticorum qui agere habēt cum dominis. sunt iu- dicio officio expediendæ etiam parte nō petente. Et alibi dicit Ioan. Fab. in §. que. in l. tit. de actioni. vij. col. q. præmissa sunt maximè vera. vbi potens vten- do super non potente. cum gagiabat. vel arrestabat. aut gagari faciebat sine causa cognitione. l. si. §. pe- nulti. ff. quod metus causa. allegat Innoc. in capi. bo- næ. de postulat. prelatorū. Ideo dicit idē Spec. quod in rusticis requiritur semper præscriptio triginta annorum. aliās non præsumuntur in futurum obli- gati. vt ipse not. in tit. de causa possessio. & proprie- ta. §. ij. versic. ceterum. & in titulo de restitutione spo- liatorum. §. nūc iudicamus. Nam cum in perpetuū teneri & nūquam liberari posse. sit species seruitutis. requirantur triginta anni. vt plenè not. Andreas de Barulo. in l. i. lib. i. C. de agricol. & censibus. ita dicit Bal. in l. sol. ut. §. fin. in si. ff. de officio procōsulis & legati. Sed ibi loquuntur de præscriptione præstatio nis census à iure non reprobata. sicut est reprobata præstatio operum. vt dictum est. Ideo ita citò præ scribi nō potest scilicet triginta annis. sicut præscri- bitur præstatio census. facit dicto cap. j. de præscri- ptio. lib. vj. Videtis Panormitanum in capitulo. si diligenti. septima col. in principio. versic. aduerte ta- men. quod iure nostro non sufficit bona fides. sed ti- tulus. de præscriptio. Videtis que plenè dixi in ver- bo. Et uxorem nomine Adelasium. cu. ca. finem.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M E.

- 1 Testamentum coactum non valet.
2 Preces principis iustum inducunt metum.
3 Medicus grauians morbum. vt sibi plus relinquatur. non valet relictum.
4 Testamentum metu extortum non valet.
5 Metus presumptio cessat presentibus consanguineis.
6 Metus quatuor modis in testamento contingit.
7 Legata an debeantur ex testamento coacto.
8 Dolus tertij nocet heredi.
9 Testator prohibens heredem testari. videtur rogare de re- situendo hereditatem.
10 Heres occidens testatorem an sit indignus.
11 Fiscus vendicans hereditatem indigni. an teneatur ad so- lutionem legatorum.
12 Heres testatorem non occidens. sed tantum vulnerans. succedit.
13 Indignus est occidens uxorem. aut liberos testatoris.
14 Erratum vniuersi patrem occidat. cui applicabitur eius portio.
15 Indigni hereditas cui applicetur.
16 Herede propter delictum inhabili. cui detur here- ditas.
17 Anachum occidentis bona cui applicentur.
18 Sacerdos quem instituit vt restituat spurio ipsius. facit siscam succedere.
19 Hereditas que adiri non potest vitio testamenti. aut testa- toris & heredis simul cui applicetur. & nu. 20.
21 Testamentum si mutari prohibeatur quis. an valeat.

Lucrum à quopiam ablatum ei applicatur. cuius contem- platione ablatum est.
Probari quomodo de beat. quod quis aliquem testari pro- hibuerit.
Index ex officio curare potest. vt quisque testetur li- bere.
Blandè illectus ad testandum validè testatur.
Dolo inductus ad religionem. tenetur in ea perseue- rare.

Condedit. II.

Subaudire quod testamentum co- didit liberè. & gratuitè Raynu- tius noster. & non per procura- torem. aut quemcunque alium su- um condidit testamentum. Sed per seipsum ore proprio explicitè. vel implicitè no- minando heredem. & cetera relinquendo. non fuit quouimodo eius voluntas alterius commissa arbi- trio seu voluntati. Quinimò ipsemet in propria per- sona testatus fuit. & liberè. quacunque cessante co- actione. metu. & violentia. Vltima enim vo- luntatis coacta seu per metum iustum extorta. velu- ti metum mortis. vel cruciatum corporis. scilicet qui caderet in constantem virum. iuxta l. metum. ff. quod metus causa. de iure non sortitur effectum. Et idem esset si alius metus intercederet. qui induceret restitutionem per officium iudicis. sicut est metus verecundia. seu reuerentia. Sicut si filius propter reuerentiam & verecundiam paternales testaretur in presentia patris existens. eo casu quo testari po- test. de quibus plenè habuistis super verbo. Ma- trem in super Cleram. Quod qualiter intelligatur. plenè dicit Barto. post glossam. in l. j. §. quæ on- randæ. ff. quarum rerum actio non datur. vbi idem notatur de vxore aliquid faciente in presentia ma- riti. & Angel. in §. quadrupli. in l. tit. de actio. & Pa- normitanus in cap. primo. & cap. cum causam. de of- fic. delega. Idem si per metum principis. & aut eius preces. quæ interdum iustum inducunt metum. quando scilicet est talis princeps aut dominus. qui precibus suis non obtemperans solitus est malè tractare. Quoniam si talis princeps roget aliquem quod testetur. & talem heredem instituat. edictum locum habebit per ea. quæ singulariter not. Panor. per illum text. in c. cum inter leg. j. de elect. & in cap. abbas. de his. quæ vi metusve causa fiunt. col. j. vide Bald. eleganter loquentem in titu. de pace Constlan. cap. in causis appellationum. §. item societatem. su- per verbo. pro infectis. De quo videatis optimam glos. pragmatice super verbo. Precibus. in titu. de e- lect. cap. licet. §. item nec credit. Idem si esset metus futuri euentus seu periculi. Sicut in medico. qui in- firmitatem paruam facit magnam. vt pecunie quan- titatem maiorem à testatore extorqueat. aut instituo- tionem vel legata. iuxta l. medicus. ff. de variis & extraordi. cogni. His enim casibus vel similibus. putà impressione superioris potestatis. iuxta l. si per impressionem. C. de his quæ vi metusve causa fiunt. 4 Testamentum metu factum. nullum de iure sorti- tur effectum. Quinimò coram iudice accusari crimi- naliter potest. cogens aliquem testari. & pbato metu punietur. Et illa sententia criminalis habebit cōtra ipsum effectū cōsolationis bonorū. vt amodo quæ- niatur per siscū petitione hereditatis. Que quidem heredi-

hereditas sibi auferetur. & applicabitur fisco. Ita di- cit Bar. in l. fin. ff. si quis ali. testa. prohib. & vbi ponit cautelam ad tollendum præsumptionem metus. scilicet quod quis procuret. quod testator testamētum faciat in presentia consanguineorū suorum. Quo casu cessat presumpcio metus & fraudis. vt dicit text. in l. transactio. C. de transactio. Aut in loco publi- co in conspectu multorū. vt l. j. §. si. ff. quod met. cau. 6 Circa tamen præmissa quatuor sunt considerāda. Primò considerādum est. quod interdum ego cogito. vt me heredem instituas. Et tunc indubitatè in- cido in edictum. ita quod testamētum non valet. si- cut non valet. si cogam testes. vt l. qui testamento. la. ij. in si. ff. eod. ti. no. glos. in c. sacris. de his quæ vi me- tusve cau. fi. & Panor. in c. præallegato. Abbas eo. ti. v. col. Et idē esset. si notarius cogere inuitus reci- pere testamentum. quia esset nullum. secūdum Bal. in dicta l. qui testamēto. §. si. argu. l. in exercedis. C. de fide instru. Nec possunt cōqueri venientes ab in- testato. qui me præcedebāt in gradu parētela. Quia postquam sui institutus. nullus fuit qui me præcede- ret. cum in successione prior sit causa testamenti. vt l. quadiu. j. ff. de acquiren. hære. Et licet adhuc vi- deatur insurgere iniquitas. quia ex facto meo dāna- to excludo venientes ab intestato. tamen non facit: qui non constabat. quod vellet hos vel alios. aut vo- luerit decedere intestatus. sed cōstat duntaxat. quod me inuitus instituit. Si autem constaret. quos voluit instituire. aut quod voluerit intestatus decedere. tūc illis quos læsi compellendo testatorem. & per cōse- quens confiscando hereditatem. daretur contra me actio de dolo. vel cōdictio ex lege ad duplū. vt not. in l. Lucius. §. Sempronius. ff. de lega. ij. & in Authen. vt nulli iudicium. §. & hoc peruenit & c. & C. si quis aliquem testa. prohib. l. ij. Et si non esset soluendo. in dubio iste læsus reuerteretur contra fiscum. & ab eo recuperaret hereditatem. argu. l. si in principi. ff. de eo quæ fac. erit. & l. planē. la. ij. §. j. ff. de legat. j. An autem legata ex tali testamento per vim & metum facta debeantur dicatis quod si constet. quod testa- tor coactus me instituit heredem. & nihil vltra con- stat. tunc legata ex tali testamento debentur. vt l. j. & l. penul. in si. ff. si quis aliquem testa. prohib. sed si cō- staret. q. totam illam voluntatem coactè fecit. tunc nihil debetur. quia postquam fecit testamentum in- uitus. ita carent voluntate libera legatarij sicut here- des. Et quamquam coactio fuerit facta per alium. nō debet prodesse legataris. vt videbitis in casu sequen- 8 ti. Secundò considerandum est. quod aliquando cōpello te vt alium instituas. vt l. j. C. si quis ali. testa. prohib. tunc similiter habet locum edictum. & sic do- lus tertij nocet heredi. scilicet scienti & volenti me- tum inferri testatori. ex eo quia est causa immediata suæ acquisitionis hereditatis. vt l. si pcurator. ff. de doli. ex ce. secūdū glos. ff. si quis aliquem testa. prohib. super rub. secus si metum ignorasset. secūdū gl. in l. ij. C. illo eo. tit. Et tunc erit practica. quia primò ac- cusabitur inferēs metū. quæ accusatio. secuta cōdem natione habebit effectū confiscandorū bonorū cō- tra heredem institutum. Tertiò considerandum est. quod interdum impedio aliquem volentem de- nouo testari. & tunc aut prohibeo heredem meum de mea hereditate testari. & non est hoc de iure ve- titum. imò talis prohibitio importat fideicommissum. quia testator prohibendo heredem testari. vi- detur eum rogare restituere hereditatē. l. qui filium. in principi. ff. ad Trebel. Si verò quis alium testari im-

pediret. tunc aut iste. qui impedit. est proximior suc- cessurus ab intestato. & tunc hereditas sibi auferetur. & fisco applicatur. vt dicta l. j. Aut prohibens testari habet priorē. seu anteriorē in gradu. & sibi nō præ- iudicat. vt l. ij. §. fratris. ff. si quis aliquem testari prohi- 10 Et præmissa faciunt ad quæstionē de heredē scri- pto. si interficiat testatorem. an reputetur indignus? Et dicatis q. sic. licet antè quàm fiscus auferat. ipse sit hæres. & actiones exerceat hereditarias. vt l. his cōsequenter. §. j. ff. fam. ercisc. Facit ff. de bonis dāna- to. l. cum ratio. §. si. in si. Et idē esset. si legitimus hæ- res defunctū occideret. vt ea. l. cum ratio. §. si. ij. re- spōso. Licet autē morte testatoris testamentū cōfir- metur ad Hebræos ix. & capi. cum Martha. de cele- bra. missarū. Etia si interficiatur. sicut cōfirmatur do- natio occisione donatoris. nec reuocatur simplex. quia infelicitas vitæ non minuit iura contractus. l. si tibi. C. de donatio. ante nupt. [De quo etiā habetur super verbo. Mortuus in ag. testatore. j.] Tamen hoc est verum. vbi testator ab alio. quàm heredē occiditur. aut donator ab alio interficitur. quàm donatario. Quoniam si per donatarium interficeretur. dona- tio ipso iure reuocaretur. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. mati. Et donatū rediret ad heredē donato- ris occisi. secūdum Bald. in dicta l. si tibi. per text. d. §. si vir. Si autem testator per heredem legitimū pu- ta filium occidatur. hereditas per eum capitur. & ei acquiritur. sed confiscabitur. & ab eo tāquam indi- gno auferetur. & fisco applicabitur. Et sic heredis institutio non erit ipso iure nulla. nec ius succeden- di ab intestato impeditur. imò heredi acquiritur. Sed postea ab eo auferitur. & fisco applicatur d. l. his consequenter. §. j. quia lucrum quod alicui iure natu- ræ defertur. capitur. sed confiscatur. Et ita fuit aliās Arresto Parisiis. [De quo meminit doct. Aufre. in suo tractatu Arrestorum. capi. ex xix.] Idem de bo- nis cuiusdam Yterij Rolle. & quæstio pendet nūc in Parlamento Tolosæ de bonis de Cornanino. quon- dam habitatoris loci de Caiareo presentis diocesis Caturcen. clā de stinē interfecit. Lucrum verò quod prouenit ex mera liberalitate. puta ex donatioe ipso iure nō capitur. & sic penes heredē donatoris rema- net. secūdum Bal. in dicta l. si tibi. Vnū tamen men- ti tenebitis perpetuū. quod vbi hereditas ab heredē auferatur indigno. talis hereditas non applicabitur fisco loci. vbi res hereditaria sit sita. vel loci origi- nis vel domicilij ipsius heredis. sed fisco ciuitatis ori- ginariae testatoris. text. est singularis in Authē. vt eū de appel. cognoscitur. §. si vnū de prædictis. vij. col- la. secūdum Lud. singulari. xij. super litera H. inci- 11 pien. Hæres indignus. An autem fiscus vendicans hereditatem indigni teneatur ad solutionē legato- rum in testamento relictorum sicut teneretur hæres cui auferatur hereditas. videatis per Ioā. Fab. in §. & ne huius insti. de eo cui liber. causa. bona adiciuntur. Et dixi supra super verbo. Et uxorem nomine Adela- 12 sium in quinto principali articulo. Tsi autem hæres testatorem nō occidit. sed vulnerauit. videtur quod succedat efficaciter. Ex quo nō reperitur ex hereda- tus. vel testamentum mutatum. argumen. l. fin. C. de reuocan. donat. & supra de donationi. [Vide quæ plenius dicunt infra super verbo. Id eodem testamento relinquens. ij. circa finem.] capi. propter. & in Au- thē. co. vt cum de appellatio. cognoscitur. §. causa. s. 13 Et etiam erit indignus hereditate occidens vxo- rem. aut liberos testatoris. vt dicta l. his consequen- ter. §. j. secūdum Nicolaum de Mata. Quod intelli- Tom. i. gatis

gatis verū, vbi testator ignorauit, vel sciuit, sed tempus mutandi testamentum non habuit, & hoc viuente testatore. Si autem hoc fecit post eius mortem, est dubium. Veruntamen puto ei auferendam hereditatem, tanquam ab indigno, prout in simili not. glo. in l. fororē. C. de his quib⁹ vt indi. [Et gl. in l. fideicommissum. C. de fideicom. facit l. iij. §. si. cum l. seq. ff. de adimen. lega.] Sed nō sic erit in herede interficientē fratrē testatoris, vt in tit. an ille, qui interfecit fratrem domini. cap. j. in princ. collatio. x. hoc anno fuit cōsultus de hac re. ¶ Quid, si vnus ex duobus fratribus patrē occiderit, seu occidi fecerit, an portio sua cōsuecatur? Bart. in dicta l. cum ratio. §. si. ff. de bonis damnā. dicit quōd non: sed attenda paritate gradus accrescit fratri, qui non peccauit: scilicet esset, si filius staret cum nepote ex eo. Quoniam tunc nō accresceret portio interfectoris sequenti in gradu, per l. ij. §. fratris. ff. si quis aliquem testari prohibe. & l. si. eodem titu. Idem Bart. ibi, hoc etiam videtur concludere. ij. colum. in fi. Sed Bal. tenet contra Barto. in l. hereditas. C. de his quibus vt indig. quem ibi sequitur Saly. & Floria. in dicta l. his consequenter. §. sed an per illum tex. concludens, quōd omni casu hereditas applicatur fisco, siue superstitēs sint in pari gradu, aut dispari. Idem tenet Bal. in l. eam quam. versu. cu. hęc faciūt. C. de fideicommiss. & ibi respondet ad dictum §. fratris dicens, quōd hoc intelligitur, quōd frater occidens patrē non potest suo fratri praiudicare quo ad portionem fratris, sed sibi praiudicat quo ad suam. per dictam l. his cōsequenter. Ita etiā dicit Salyce. in dicta l. hereditas. vide gl. de hoc in capit. quanquam. super verbo, Deuoluetur. de elect. libr. vj. & Barbat. in rubri. de succē. ab intestato. iij. colum. prope finem. Nam quoties indignitas procedit culpa heredis, hereditas quā ab eo auferitur, tanquam indigno, applicatur fisco, vt dicta l. Papinianus. §. meminisse. ff. de in offi. testamen. siue testatorē occiderit, vel eum cui ab intestato succedere debebat, aut proximiorē heredem ipsius, vt quia non interfecit sororem, vel fratrem, sed filium eius nepotem suū, vt fratri vel sorori immediate succedat, secundum Bart. & Bal. in l. codicillis. §. mater. ff. de legat. ij. secus esset, si procederet ex errore testatoris, qui aliquem fortē heredē instituit, credens eum esse suum filium, qui non erat, aliās ipsum non instituturus. l. si pater. C. de heredi. instituen. Quia tūc hereditas applicatur venientibus ab intestato. & illis deficientibus, applicaretur fisco, secundum gl. & Doctores communiter ibi, & Barto. in l. aufertur. ff. de iure fisci. ¶ Vt tamen iste articulus vobis liqueat, cui hereditas indigni applicatur, faciatis quatuor membra. Primum est, quando hares institutus capere nō potest hereditatem propter delictum testatoris, & tunc si est tale delictum, quod eum reddat incapax ad testandum inter omnes, & quo ad omnes: vt sunt crimina publica aliqua, propter quę delinquit, cum nullum facere potest testamentū, tunc ante bonorum cōfiscationem seu publicationem per sententiam mortuo delinquente deferuntur succedentibus ab intestato, & nō fisco. l. j. ff. de suis & legitimis heredib. Si verō bona essent publicata per sententiam propter delictum, tunc deferuntur fisco. l. eius qui. §. j. ff. eodē titulo. Aut testator cum quibusdam facere potest testamentum, & cum quibusdam nō: qualis est habēs spurium: quia cum spurio testari nō potest, aliquid ei relinquendo: sed bene testari potest quo ad alios, & tunc si relinquatur spurio palam, &

non tacite, nec occulte, remanebit relictu apud coniunctum, si spurius in hereditate vel relicto coniunctum seu coheredem habeat, aliās remanebit venientibus ab intestato, nec applicabitur fisco: quia spurius est indignus, non suo vitio, sed vitio parentum. Fallit in casu l. j. C. de secūdis nuptiis. & l. j. C. de natura. libe. & l. si quis incestuosus. C. de incestibus nuptiis. quā loquuntur in casibus specialibus, secundum Barto. in l. hereditas. C. de his quibus vt indignis. Praterea quoties indignitas procedit simpliciter ex malis moribus, qui non cadunt in speciem delicti, vt in dicta l. j. C. de secūdis nuptiis. ea quā auferuntur à tali indigno, non applicantur fisco, secundum Baldum ibi. Et licet spurius sit incapax hereditatis paternæ propter delictum paternum, vt est filius sacerdotis, cui à patre sacerdote nihil relinqui potest, tamen si sacerdos nepotem habeat ex illo filio spurio, potest nepoti hereditatem relinquere, eum adoptando in filium, & postea ipsum instituedo: & ita dicit singulariter Angel. in l. & qui vxorem. ff. de adoptioni. de quo dicto exclamat Alexan. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liberis & posthu. Et transit cum eo Iason in dicta l. hereditas. subiungens ibi post disputationē ad partes, quōd vnusquisque non presbyter habens ex filio spurio nepotes, pōt eis hereditatē relinquere, & eos instituere, si prole careat legitima. Si autem prolem legitimam haberet, sicut prohibetur aliquid spurio relinquere, ita non potest aliquid nepoti relinquere, quanuis naturali & legitimo ex spurio descendente, vt l. fina. vbi expressius gl. & Docto. C. de naturali. libe. Bald. in dicta l. Gallus. §. quid re. et d. Paulus Castren. in dicto §. quōd si is. & plenē ac not. Alexand. in tertia parte consilio lxxiij. incipiente, Circa primum dubium. ¶ Secundum membrum principale est, quādo hares capere nō potest propter suum delictum proprium, & tunc si hares ideo capere non potest, quia est omnino incapax, vt quia propter crimen suum est deportatus, tunc admittuntur venientes ab intestato ipsi testatori. l. j. C. de heredibus instituen. [Notanter dicit delictum, ad demonstrandum, quōd necesse est, quōd factum heredis cadat in speciem delicti, vt hereditas fisco applicetur, si autē aliquid ei prohiberetur, eō quōd contra bonos mores simpliciter bona non fisco, sed heredibus applicarentur. l. prima. quam ad hoc ibi ponderat Bald. C. de secūdis nuptiis.] Si autem hares ex se esset incapax omnino, tamen sit propter suam culpam indignus, & propter eius offensam, quā certam non respicit personam, cui hereditas applicari posset, vt puta non vindicauit necem testatoris occisi, tūc hereditas applicatur fisco. l. j. C. de his quibus vt indignis. Nisi in casu authenticæ, hoc amplius. C. de fideicommiss. vbi perditur hereditas propter culpam commissam contra personam, cui hereditas nō potest applicari: tamen non deseritur fisco. Si autem offensa respiceret & concerneret certam personam, cui dari potest hereditas, tunc illa persona offensa haberet hereditatem vel relictu, si priuatio hereditatis fieret ex legis dispositione, vel statuti, vt l. penultima. C. de le. veluti si statutu disponeret, quōd certa pars bonorum occidētis applicetur heredibus occidētis. ¶ Quo casu fuit olim dubium de bonis illius, qui occidit monachum cui applicetur. An filiis suis naturalib⁹ & legitimis, quos ante religionis ingressum matrimonialiter susceperat, an monasterio, quod habetur loco filij & heredis. capitu. in presentia. vbi gl. & omnes de probatio. In quo diuersi cōsulerunt

fuluerunt diuersa. Tandem Fede. de Senis consuluit quōd monasterium succederet, quem sequitur Ludo. super litera O, singulari. xij. incipiente. statutum vrbis. Sed si priuatio fieret ex dispositione testatoris, tunc applicaretur nō personæ offensa, sed succedentibus testatori ab intestato, secundum Bart. in l. vxorem. §. hares. ff. de leg. iij. & l. paterfamilias testamēto. vbi Docto. ff. de heredibus instituen. & consuluit Alexand. in j. parte. consi. cxxxvij. incipien. Opportune consideratis. ¶ Ex his sequitur, quōd si sacerdos aliquem incapax instituerit heredem, qui sibi secreta cautione accommodauit fidem de restitendo hereditatem spurio ipsius testatoris filio, quo casu hares culpa sui capere non potest hereditatē tanquam indignus, sed venit applicanda fisco regio, & si clericus, applicabitur fisco ecclesiæ. Sicut applicatur bona clerici delinquentis. Ita decidit Bald. in l. si quis presbyter. C. de episcop. & cleri. videatis glo. in verbo, prater eius. in capitu. quia diuersitatem. & ibi Papormita. cum de heredi. & in clemen. nolentes. in verbo, applicare. de heredi. Oldra. cōsi. xvij. & plenē Petrus de Anchar. in regula. ea quā. in xxij. quæstio. de regu. iur. libr. vj. de quo tamen dicitur: atis. vt dixi super verbo, & vxorem nomine Adelastram. in iur. tica. loquendo de monachus in regno Franciæ ab intestato, non succedentibus. ¶ Tertium membrum est, quando hares hereditatem capere nō potest vitio testamenti, quo casu aliquando testamentum reditur nullū propter errorem testatoris, qui fortē credebatur illum, quem instituit esse suum filium, qui nō erat: & tunc succedunt venientes ab intestato ipsi testatori. Et idem est si testamentum efficeretur inualidū agnatione posthumi, vel quia testator se in arrogationem dedit. §. non tamen. insti. quibus modis est. in fi. Et idem si testamentum esset nullum propter defectum solemnitatis in testamento non adhibitis. Si autem testator testamentum reuocauit per actum facti, vt quia testamentum incidit seu cæcellauit, tunc succedunt venientes ab intestato ipsi testatori. Aut ipsum reuocauit per actum verbi, puta faciēdo aliud testamentum solenne, & tunc reuocatur primum, & secundus hares habebit hereditatem, vt infra videbitis in verbo, testamentum. ij. Si autem testator aliud testamentum non fecerit, sed dixit hares indignos, tunc tales hares priuantur hereditate, quā fisco p̄nebit, vt dicta l. hereditas. C. de his quibus vt indignis. vbi talis declaratio indignitatis fieri potest in codicillis. ¶ Quartum & vltimū membrū est, quando hares non potest hereditatē capere mixta consideratione, scilicet ipsius heredis & testatoris delicto, & tūc hereditas fisco p̄nebit, vt l. Claudius. & l. mulierem. ff. de his quibus vt indig. Circa quæ vnū notabit, quōd quoties hares indignus priuatur hereditate fisco applicanda, & testator hares, & bona sunt diuersi fori, semper applicatur ciuitati originariæ testatoris, per tex. singularem in Authent. vt cum de appella. cognō. §. si vnū de prædictis. vnde sumitur Authent. si captiu. C. de episco. & cleri. ¶ Quartō principaliter considerandum est, quōd aliquando prohibet quis testari aliquem, qui volebat mutare testamentum primum, circa quod distingue. Aut ille qui prohibuit non erat institutus ipse, nec filius eius, vel seruus. Et tunc sua prohibitio non impedit succedere institutos in primo, vt no. in l. j. ff. si quis aliquem testa. Quod intelligendum est, nisi cōstaret, quōd testator volebat mutare testamēto.

tum primum respectu heredis instituti, & volebat alium heredē instituere: quia tunc perinde est, ac si cōgisset testatorem illum instituisse, vt dictum fuit in præcedētibus casibus. facit ad prædicta, quōd factum prohibentis non nocet legatariis & fideicommissariis extraneis, & eadem ratione nec extraneis institutis, vt l. j. §. sed si legatum. & l. ij. in fi. eod. tit. si quis aliquē testari prohibuerit. Sed si erat institutus alius, quā filius vel hares prohibentis, tunc si erant in potestate tempore prohibitionis, licet non essent tēpore aditæ hereditatis, dicuntur indigni, & hereditas fisco applicatur, secundum omnes. Sed si erant sui iuris tēpore prohibitionis & aditæ hereditatis, tunc erit idem, secundum Dnum. Et est ratio, quia propter coniunctionem personarum videtur prohibens prohibuisse solum favore illorum, argumen. l. penulti. ff. de bonis liberti. facit optimē text. in capi. cōstitutis de testibus. Et hæc intelligatis veram. nisi illi instituti essent ab intestato succelluri. Quo casu prohibitio tertij non nocet. Aliās impedit succedentes ab intestato, vt in casu præcedenti. verbi gratia. Maritus vxorem prohibuit testari, vel testamentum factum mutari, vt omnes filij succederent, certē non impeditur propter hoc successio filiorum. Praterea tam pater prohibens, quā mater sunt in pari gradu filio, ideo par cōiunctio omnem suspicionem tollit, vt l. non solum. ff. de ritu nupt. Si verō ipse prohibens erat institutus in primo testamento, tunc aut cum aliis, aut solus. Primo casu aliis nō nocet, nisi etiam ipsi dolum commississent, vt l. prima in fi. & l. j. §. fratris. ff. si quis aliquem testari prohi. Quod verum intellige, nisi constaret, quōd testator volebat mutare etiam quo ad institutionem aliorū. Si verō erat institutus solus, tunc aut ipse solus erat ab intestato successurus, aut non erat successurus in aliquo, aut non solus. Et tunc succedit fisco, nisi constaret, quōd testator volebat mutare testamentum, & instituere venientes ab intestato, vel alios certos: tunc enim illis subuenitur secundum ea, quæ in primo casu diximus. Circa præmissa vnā singularem notabit regulā generalem in hac materia non aspernandā. ¶ Quōd cum aliquis alterius contemplatione aliquo lucro priuatur, tale lucrū illi in dubio quæritur eius contemplatione priuatur. l. si legatarius. C. de legatis. l. cum emancipati. §. si vno. ff. de collatio. bonorum. l. post legatum. §. admittere. ff. de his quibus vt indigni. l. si defunctus. C. de suis, & legitimis hered. & tenet glo. in capit. si diligētī. super verbo, perdit de foro competentī. & in capit. quia clerici. in fi. de iure patronatus. Quam regulā commendat Barto. in l. j. §. videntur. ff. ad Tertyllia. Tamen eandem regulam intelligatis veram, cum quis priuatur lucro alterius contemplatione ex dispositione legis. secus si ex dispositione hominis seu testatoris: quia tunc tale lucrum quæreretur substituto, vel cohæredi ipsius qui priuatur, & non illi cuius contemplatione priuatus est, vt est tex. not. inncta gl. super verbo. non esse in l. vxorem. §. hares. ff. de lega. iij. quem Bar. ibi ad hoc pōderat, & Bal. in Authent. cui relictu. C. de indi. vidualia. tollend. ¶ Probabitur enim, quōd quis aliquem prohibuerit testari, vel testamentum mutare si duo probentur. Primum scilicet quōd ille volebat testari. Secūdo, quōd ille alius prohibuit sibi. Hęc autē prohibitio probatur, si impedit introire notariū vel testes, vt l. j. & ij. ff. si quis aliquē testa. prohibue. ¶ Quo casu quomodocunq; testator impediatur testari, potest iudex ex officio suo accedere ad ta

Testamentum. I.

Iem infirmum, & testes ac notarium adhibere, vt sic non subtrahatur ei facultas libera testandi, vt est casus singularis, secundum Odofr. intellectum in l. current. ff. de testi. Na cum versetur fauor publicus, vt testamenta fiant, & liberum possint habere exitum, vt dicit tex. in l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aper. poterit iudex officium suum impartiri, etiam parte non potente, vt nota Bart. in l. iij. §. hoc autem iudiciu. vers. vt igitur. ff. de damno infecto. & Panormi. in c. bonæ. de postu. prælato. Et idē debet facere iudex, in quocunque alio disponere volente, vt liberè disponat. capit. accedēs. de procur. ¶ Vltimò per l. fi. eod. tit. & l. fi. C. si quis aliquem testa. prohibue. Nō est de iure prohibitum, quin maritus blando sermone possit placare vxorem, & attrahere ad heredem instituendū ipsum vel ei aliquid relinquendum, & conuerso. Captatorias enim institutiones nō eas tenatus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocant: sed quarum conditio ad secreta cōfertur alienæ voluntatis, vt l. captatorias. ff. de hæredi. institu. Nam per illum text. permissum est, quem attrahere blando sermone, vt eum heredem instituat, siue sit cōsanguineus, siue extraneus. Prouiso tamē, quod solæ blanditiæ interueniant sine mixtura minarum aut verborum, secundum Bal. in dicta l. fi. ff. si quis aliquem testa. prohib. Prouiso etiam, quod testator prius testamentū non fecisset, in quo alium heredem instituisset. Quia tunc, si quis blandis verbis & adulationibus testatorem induceret, vt eum institueret, licet testamentum valeat, vt dicta l. fina. C. si quis ali. testari prohibue. Tamen primus institutus à secundo instituto hæreditatem reuocabit per actionem de dolo vel in factum. Ita singulariter dicit Ange. in dicta l. si. quem sequitur Bartho. Cæpol. cautela l. xij. & idem Ange. in l. nō est enim. per illum tex. cum glo. ff. de inoffici. testamē. vbi refert ita iudicatū fuisse Perusij (dum ibi esset vicarius episcopi) de quodam testatore, qui in primo testamento religiosos quodam instituerat, & demum vèto verborum alicuius inductus fuit ad eundem instituendum. Fuit iudicatum, quod illi religiosi obtinerent hæreditatem per prædicta: quod est notandum, quia vt l. is est decisio. Quam tamen puto veram, si probaretur dolo malus ipsius hæredis secūdi, hoc est, quod dolo testatorem induxisset: secus si solo blandiloquio, vt dicta lege finali, quæ loquitur indistinctè, glossa est quam ibi sequitur Cynus in l. quicquid. C. arbitrium tutelæ. De hac materia videatis per Bart. tolum cum quo cōmuniter transeunt cæteri Doctores in d. l. fin. ¶ Vltra quem menti tenebitis textū in canone, constituit. xvj. quæst. vij. vbi dolo inducitur per Monachos ad religionem, tenetur in ea perseuerare: sed bona illius monasterio non pertinebunt, imò pertinet hæredibus religio si inducti, dolo facti, & circumuenti ad religionem. Et quod ingressus dolo factus valeat, tenet Bald. in §. omne autē ius quo vtitur. institu. de iure naturali. vbi dicit, quod si fratres alicui dixerint, quod in monasterio benebiberet, & comederet, & dormiret, & ob illam causam fuerit monasterium ingressus, tenebit talis ingressus, licet postea reperatur malè comedere, biberere & dormire: quia errauit in causa, & nō in actu. De quo videatis Innocentium, in capitulo, dudum de conuersione coniugato, & Fely. in capit. in præsentia. vj. colum. de probationi.

Laus Christo Iesu domino nostro.

- Intestatus quis in dubio presumitur. Testamentum est de iure gentium. Successio seu ius succedendi non est de iure diuino. Testamentum quid. Testadi facultas ex gratia potius cōpetit, quàm mero iurē. Testari cuique quare permissum. Parentibus ommissis, extraneos instituens peccat. Publicè interest testandi facultas. Testamentorum genera duo scriptum & nuncupatiuum. Nuncupatiuum testamentum quid. Testamentum minus solenne in certis casibus valet. Testamentum caci octo testes requirit, rustici quinque. Testamentum in carcere tyranni, vel tempore pestis non requirit septem testes. Pestiferatus potest à ciuitate expelli, ne alios inficiat. Testamentum à quocunque notario exceptum valet, si copia alterius desit. Peregrinorum testamenta non requirunt solemnitate. Testamentum coram principe factum, solemnitate non requirit. Testamentum apud acta iudicis factum solemnitate nō requirit. Testamentum apud acta iudicis factum an valeat sine testibus. Testamentum à domino in loco, in quo habet merum imperium, valet sine solemnitate. Testamentum militis absque solemnitate valet. Militum priuilegia. Milites nostri temporis an gaudeant priuilegio. Miles quasi ex mille electus. Militis boni requisita. Piscatores & aucupes à castris pellendi. Miles debet esse aspectu terribilis. Lucius Mummius consulatu priuatus. Miles debet habere latum pectus. Miles debet esse sobrius. Miles dicitur è malo, quod sustinet. Militum victus, & nume. 33. Miles debet esse inops. Vassallus cucurbitans dominum, perdit feudum. Milites suis stipendiis debere esse contentos. Miles debet esse castus. Miles debet esse vigilans. Miles debet esse patiens. Miles debet esse fortis. Cneus Pompeius Antiochū Syria regē audacia terruit. Miles debet esse fidelis. Miles debet esse perseuerans. Militi necessaria est charitas. Miles pro cōsanguineis procurator esse non potest. Doctores & presbyteri qualiter gaudeant priuilegio militum. Miles in militaribus, & in scholasticis doctor præfertur, & numero 48. Concubinis dare non possunt milites nec presbyteri nec doctores. Sacerdotes habent priuilegia militum & aduocatorum. Clerici in testando vtuntur priuilegio militis. Cardinales potantur militum priuilegio. Testis in ingressu religionis seruare non tenetur solemnitate. Testamentum sine solemnitate an possit statuo vel consuetudine roborari.

Consue

- Consuetudo loci instrumentum aliis minus solenne facit authenticum. Testes duo si testamentis statuo sufficiant, idem erit in datione causa mortis. Testamentum ad pias causas valet non solenne. Testes fore rogatos non est necesse in testamento ad pias causas, & nu. 59. Dynus quare damnatus. Pia causa semper gaudet suis priuilegiis. Opinio doctoris regulari debet secundū iura, quæ allegat. Adhibere testes quid importet. Mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes. Mulier iure canonico prohibetur esse testis. Bone & honorabiles mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes. Narratiua verba nihil disponunt. Testes duo sufficiunt in testamento ad pias causas. Legata ad non pias causas an valeant in testamento non solenni ad pias causas facta. Testamento inualido an valeant legata ad pias causas relicta. Testamentum imperfectum valet ad pias causas. Testamentum minus solenne valet inter liberos. Exheredatus habetur pro mortuo. Testamentū inter liberos requirit tantū ius naturale. Testamentum minus solenne inter liberos derogat aliis solennibus fauore aliorum factis. Testamentū minus solenne sicut inter liberos, ita & inter alios cōsanguineos ab intestato succedentes valet, etiam quo ad vim derogatiuam alterius solennis, & nu. 77. Indefinita equipollet vniuersali. Caci testamentum minus solenne an valeat inter liberos. Pupillaris substitutio fieri potest in codicillis. Testamentum minus solenne valet etiam inter liberos ab intestato non succedentes. Testamentum inter liberos tacitam habet in se clausulā codicillarem. Testamentum minus solenne an valeat inter bastardos, & numero 84. Liberi non possunt instituere parentes in minus solenni voluntate. Spuriis nihil quari potest præter alimenta. Scheda in arca testatoris post mortem inuenta, quando vim habeat testamenti. Testamenta inter liberos facta non reuocantur per alia nisi solennia, & facta de ipsis expressa mentione. Testamentum inter liberos vitatur d. factu solemnitate intrinseca. Testes non presumuntur rogati. Testamenti solennis casu perdit tenor potest probari per duos testes testamentarios. Testamentum iure canonico valet cum duobus testibus, presbytero parochialis. Testamentorum perfectio quadruplex.

Testamentum. I.



quo textus datur vobis intelligi, quod Raynutius testator noster more egregiorum virorum condere voluit testamentum, quia quemadmodum legem, & ordinem vita sibi commite adhibuerat personæ suæ, ita liberis ac suis rebus post mortem prouiderere voluit faciendo testamentum. ¶ Si autem de testamento non apparuisset,

Tom 1.

in dubio præsumeretur Raynutium decessisse intestatū. Nam cum testamentum sit facti, & facta non præsumantur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuersis. Qui dicit aliquem fecisse testamentum, tenetur illud probare, imò allegans quem ab intestato decessisse, habet suam intentionem præsumptiue fundatam, donec probetur testamentū fuisse factū, vt not. dicit Bart. in l. is potest. penult. col. ff. de acquir. hæred. quæ ibi sequitur Alexan. & in l. si emancipati. & ibi Jas. col. C. de colla. Licet ibi Ludo. cōtrariū voluerit. ¶ Testamentū enim simpliciter à iure gentium inuentum fuit, secundum Bart. in l. interdū. ff. de cōdi. in debi. & super rubri. de acquir. hæred. Eo enim ipso, quod gētes esse cœperūt, disponebant de rebus suis post mortē, vt de antiquis patribus in veteri testamento legitur. Nam Iacob ab Isaac fuit institutus hæres, vt no. glo. in l. quoties. ff. de heredi. institu. & habetur Genesis xxvij. cap. & Genesis xij. dicitur, quod Abrahā & Lor diuiserūt bona, quæ habuerant à patre, & eis relicta erant. Similiter Troiana narrat historia, quod Telepheus à Teuthra rege hæres fuit institutus. Ad quod facit l. si testamētum. C. eo. Quantum verò ad solemnitate inuentum fuit de iure ciuili, vt est gl. singularis secundum aliquos in l. §. ff. de acquir. rerum domi. dicēs, quod ad acquisitionem ex testamento est de iure ciuili. Idē dicit alia gl. in l. lex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & est tex. in §. si. institu. de usu & habita. facit l. testandi. C. eo. & l. j. in princ. ad legem Falc. & l. testamenti factio. ff. eo. & sentit Bart. in l. qui à latronibus. ad fi. ff. eo. Cogitatis, quia videtur testamentum esse de iure diuino, & omnes successiones & hæreditates, vt Leuit. xxv. capi. ibi, hæreditario iure transmittitis ad posteros, & Numeri xxvij. expressè disponit de hæreditate mortui transmittenda. facit Deute. ij. capi. ibi, date nobis terram hanc in hæreditatem. Et ibidem iij. capi. & Psalm. ij. ibi, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & Hester. vij. capi. ibi, funiculo hæreditatis tuæ, & c. Similiter videtur esse de iure naturali, vt est tex. in l. si. C. quorū bono. in vers. flex ipsa nature fecit successores, & tenet gl. in c. ius naturale. j. distinet. vbi Do. mi. hoc tenet per illū tex. & Bal. in l. qui cōtra. C. de incest. nup. dicit successione esse de iure naturali. facit tex. in Auth. de hæred. & Falc. §. primum itaq. dum ibi dicitur secundum naturam eis debetur successio. Facit tex. in l. scripto. ff. vnde liber. & in l. cum ratio. ff. de bonis dāna. Cōmuniter tamen tenetur, quod testamentum est de iure ciuili, quod suadet ratione. Nam deportatus est capax eorum, quæ sunt iurif gentiū vel naturali primæui, vt l. quidam. ff. de pœnis, & tamen non habet facultatem condendi testamentum. l. ius. ff. eod. Ergo testamentum non est de iure naturali nec gentium, sed de iure ciuili, vt dicit tex. in dicto §. fina. Ita cōcludit Christophorus Porcus, in §. j. v. colu. institu. eodem. Vel dicatis, secundum Barba. s. eo. in repeti. rubri. vbi post longam disputationem concludit in viij. colum. in princ. quod successio est de iure gentium originaliter, approbatiue autem & formaliter est de iure ciuili, vt est text. melior de iure in dicta l. si. quorum bonorū. in verbo, prudentium omnia responsa. Vnde non est de iure naturali, nisi quo ad legitimam, quæ g succedit loco alimentorum, secundum Dynum in capitu. indul. rū. de regulis iuris. in vj. & Cyn. in l. sancimus. C. de nup. ita quod sicut alimenta debentur filiis de iure nature. institu. de iure natura. in princ. Ita etiam successio in legitima est de naturali, & ita intelligitur iu-

T iij ra pro

ra pro illa parte alleg. Sed vltra legitimam est de iure gentium & ciuili, prout supra dixi. Nec est verum, quod successio & ius succedendi sit de iure diuino, nisi quo ad modum, & qualitatem succedendi. Sicut aliquoties per diuersas consuetudines modus succedendi variatur, & ita intelliguntur iura diuina superius allegata. Est enim testamentum testatio mentis, id est declaratio mentis ipsius testantis. Nam testator testando nihil aliud facit, quam declarare mentem suam, prout sibi liberum est. Cum quilibet liberam habeat testandi facultatem, & liberum stylum, ac liberum, quod iterum non reddit arbitrium, vt l. j. C. de factofanct. eccl. Et diffinitur testamentum sic. Testamentum est nostrae voluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem fieri velit, vt l. j. ff. eod. Quod & qualiter intelligatur, declarant ibi Barto. & Bald. Ex quo apparet, quod quilibet in vita disponere potest de eo, quod suum futurum non est, scilicet post mortem, quo tempore quis dominus bonorum videri non possit: quia mors omnia soluit, in Authen. de nupt. §. deinceps. iij. collat. Et istud ius seu facultas testandi cuiuslibet habili ad testandum competit potius ex gratia, & iuris dispensatione, quam mero iure. Quia quis testando disponit ad id tempus, scilicet post mortem, quo non est futurus dominus. Nam testamentum morte testatoris confirmatur, vt dicit Apostolus ad Hebraeos ix. & text. infra de celeb. missa. capi. cum Marthe. sed per mortem quis definit esse dominus, vt dictum est. vnde dispositio licet fiat tempore quo testator est dominus, tamen effectus testamenti confertur in tempus inhabile, scilicet post mortem, quo non erit testator futurus dominus, quod de iure non deberet licere. l. quod sponsa. C. de donatio. ante nuptias. Hinc dicit gl. not. quod papa non potest in vita sibi eligere successorem: quia electio conferretur in tempus, quo non est futurus papa. vij. quaestio. j. c. apostolica. §. his omnibus. videatis gloss. quae praemissa sentit in l. illa institutio. ff. de haered. institu. ita no. dicit Panor. supra eod. in rubri. Permissum enim fuit cuique testari propter necessitatem, quia fuit necessarium providere creditoribus, vt per viam testamenti aliquis haeres instituat, qui representet defunctum. Alioquin obligationes passiuae fundatae in persona defuncti exspirarent, cum accidentia non migrent de subiecto in subiectum. vt l. quis ergo casus. ff. de pecu. quae tamen propter institutionem heredis non finguntur migrare, quia haeres dicitur eadem persona cum defuncto, in Authen. de iureiurando a moriente praestito. in princ. Sed ista ratio non est tuta: quia ex hoc sequeretur, quod si quis moriatur non condito testamento, & consequenter nullo haerede relicto, quod iura creditoris extinguantur. Et tamen istud est notorie falsum, vt patet: quia semper superest haereditas saltem iacens, quae personam defuncti sustinet. l. mortuo reo. ff. de fideiussor. Ideo dicatis, quod permissum fuit cuique testari. Primum propter pacem, vt lites tollantur & quaestiones, & ne in incerto vagentur haeredes. Secundum propter pietatem, quia lex pius & aequus iudicauit, ex quo homo est in ultimo vitae spiritu, postquam aliud nec velle nec facere potest, saltem de suis bonis disponat. l. j. C. de factofanct. eccl. Tertiò propter charitatem vt vitium ingratitudinis euitetur, vt si forte ab aliquibus beneficia suscepimus, quae prope morte retribuere non poterimus, saltem testando providere possimus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. haer. supra eod. c. cu in officiis. Vnde Cato, Beneficia ac-

cepti memor esto. Et Seneca, li. j. de Beneficiis, docet di, inquit, sunt, qui libenter accipiunt, libenter reddere. Et eos quibus obligati sunt, re, animoq; non tantum aequare, sed etiam vincere, vt fecit Theutras rex Messanae provinciae, qui percussus ab Achille, & extrema trahens suspiria, ad Thelephum Herculis quondam filium conuersus, cum inquit fili Thelephe, vir ille virtuosissimus, scilicet Hercules pater tuus regnum istud sua virtute quaerit, quod mihi ab eo non reputauit restitutum, sed potius commissum animo testandi hoc meo praesenti eulogio te haeredem instituo ta in regno, quam caeteris aliis bonis & c. vt narrat Guido de Columna Troiani excidij historiographus. & Valerius lib. v. titu. de gratis. Liberalis, inquit, populus. [De hac liberalitate populi Romani in Attali regem habetur supra in verbo, & uxorem nomine Adelastrum. in v. & vlti. arti. circa prin. du loquitur de feudo confiscato per regem non retinendo.] Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi Asiam dedit dono, sed Attalus etiam testamenti equitate gratus, quod eandem Asiam populo Romano legauit. Itaque nec huius munificentia, scilicet populi, nec illius, scilicet Attali tam memor beneficii animus, tot verbis laudari potest, quot amplissimae ciuitates vel amicè datae, scilicet regi Attalo, vel pie reditae sunt, scilicet pro populo per Attalum. Hac ille. Si ergo pagani solo naturali instinctu praediti vicem diebus ultimis reddiderit, quantum potius Christiani gratia Spiritus sancti praedotati hoc facere tenemur, his à quibus beneficia suscepimus. Vel si parentes & consanguineos habuerimus, quibus vt plurimum tenemur, illos haeredes instituamus, quibus magis debetur haereditas, quam extraneis. Ad eod quod si illis omnis extraneos instituere propter rancorem animi iniustum, peccaremus: secus, si ex affectione animi alium eligamus haeredem, cum sit hoc cuique licitum iuris permissione, legitima relicta quibus pertinet, secundum Ioan. Fab. in §. iustitiam, in situ. de haered. quae ab intesta. dese. videatis in c. si quis reliquerit. xxx. distinet. & l. cum quaeritur. C. de inoffi. testa. & sic valeret testamentum propter libertatem testandi, quae tolli non potest, nec coartari, vt dicam in verbo, testamentum. ij. Et idem si benefactores nostros, alios instituendo extraneos non benefactores, praetermitteremus, quo casu licet testamentum valeat, tamen grauius tanquam ingrati peccaremus, quod patet, & exemplo nobis ostendit populus Romanus in persona Quinti Caelij, qui licet liberalitate Lucij Luculli dignitatis gradum ampliatumque patrimonium consecutus fuisset, alium scilicet Pomponium Atticum testamento adoptauit, & suorum omnium bonorum reliquit haeredem. Propter quod filium adoptiuum, quem voluit haeredem habuit, sed pro peccato ingratitudinis in cadauere suo punitus fuit, Valerio referente, libro vij. tit. de testament. in princip. in hac verba. Quintus Caelius Lucij Luculli promptissimo studio maximaque liberalitate & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cum praese semper tulisset vnum illum sibi esse haeredem, moriens etiam annulos ei, scilicet Lucio Lucullo, benefactori suo tradidisset, Pomponium Atticum testamento adoptauit omniumque bonorum reliquit haeredem. Sed fallax & infidus, scilicet Caelij cadauer populus Romanus ceruicibus restè circumdatum per viam traxit, itaque nepharius homo filium quidem, scilicet Pomponium filium adoptiuum & haeredem habuit, quem

quem voluit, sumus autem & exequias, quales meruit. Haec ille. Quo exemplo instrumitur graue peccatum esse, suos aut benefactores testamento ommittere, & alios non meritos instituire haeredes, qui benefactores ratione cogente proponendi erant, vt plenè dixi super verbo, Et uxorem nomine Adelastrum in princ. & i. deo testari permissum. Quarto propter publicam utilitatem, quia homines ex quo testari possunt, magis incenduntur ad acquirendum, quod publicè interest. l. j. ff. solut. mati. imò magna esset iniquitas homini libero, & sanæ mentis tollere facultatem testandi. l. ex facto. §. j. ff. de vulgar. & pupil. substitu. Inde est, quod videmus prohibitum, quod publicè in certo genere personarum, puta in officio publico constitutarum. l. j. C. de iudi. l. non licet. ff. de cotrahen. emp. l. aufertur. §. quod à praeside. vbi Bart. hoc declarat. ff. de iure fisci. prohibitum non esse in testamento eis relinquere, vt tex. in l. no dubium. C. eo. hinc decidit singulariter Bal. in c. quia Gu. de iudic. quod stante statuto, quod res in æstimo communis existentis vendi forentibus non possint, ad notarij tamen poterunt via vltima voluntatis legari, vel causa mortis donari: secus tamen esset de prohibito alienare, qui etiam non posset in vltima voluntate disponere, cum eo tunc sit largior prohibitio. l. codicillis. §. matre. ff. de lega. ij. quod not. declarat Bart. in l. peto. §. fratre. eo. tit. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obligat. Pro quorum tamen latiori declaratione scire debetis, quod duo sunt genera testamentorum. Vnum dicitur testamentum solenne in scriptis, & illud potest quis facere, quando non vult, quod testes aut alius alius sciat suam dispositionem. Quod quidem testamentum multa requirit, quae scribuntur in §. j. inst. eo. tit. & l. hac cõsultissima. §. j. & l. iubemus. C. eo. Et nisi quis sit bene doctus, facilliter erraret in ipsum condendo. Ideo si quispiam velit tale testamentum facere, cõsulat peritos: quia si in aliqua d. solennitatibus dediceret testator, tale testamentum non valerit, scilicet vt testamentum solenne & in scriptis. Sed bene valerit vt testamentum nuncupatiuum, prouiso quod in eo cõcurrant necessaria ad testamentum nuncupatiuum, secundum Cy. & Doct. in dict. l. hac cõsultissima. §. per nuncupationem. C. eo. & Bart. in l. si ad fin. ff. de iure codicil. argu. l. ij. ff. de testa. mili. vbi bonus text. Et propter hanc difficultatem in testamento solenni requisitam euitandam, inuentum fuit aliud genus testamenti, quod vocatur nuncupatiuum, & sine scriptis, vt est illud, in quo testatoris & haeredis ac legatorum nomina, & caetera quae in eo continentur, coram testibus manifestantur. Et dicitur sine scriptis, non quod non fiat scriptura, cum interdum in scriptis per notarium redigatur: Sed quia sine subscriptione testium, & aliis solennitatibus, quae in testamento requiruntur in scriptis facto, de quo plenè in dicta l. hac cõsultissima. Et etiam dicitur sine scriptis, quia sine scriptura inde facta potest quis nuncupatiue testari, dummodo coram testibus legitime conditionis suum nuncupet haeredem ac suam explicet voluntatem. instita. eo. §. si. Ideo si quis non habet notarium, sufficit quod aduocet debitum numerum testium, scilicet masculorum septem testium rogatorum, coram quibus suam explicet voluntatem, veluti nomen haeredis, & alias institutiones & legata. Et tale testamentum, quacumque cessante scriptura, valebit, vt dicit §. si. Prouiso tamen, quod in tali testamento vltra praemissa sint specialiter descripta nomina septem testium ad testificandum habiliu. Ita quod

non sufficeret, si notarius in instrumento testamenti diceret praesentibus Titio & Caio & aliis quinque testibus, describeret nomina quinque testium cum clausula, & aliis quampluribus. Nam testamentum esset nullum, quia testes qui in testamento non reperitur scripti, & specificè nominati, haberent pro non scriptis, secundum Bal. in l. h. grades palam. ff. eo. allegat quod habetur in l. j. ff. de his quae in testa. delen. & in l. ita fidei. ff. de iure fisci. Et quia nescimus an illi testes fuerint habiles vel non, ideo non praestant suffragium scripturae, per tex. in §. si verò ignoti. in Auth. de testi. idem tenet Ange. in dicta l. haeredes palam. & sequitur Barb. post Pet. de Anchar. in c. cum elles. xxj. colum. §. eo. Et casu quo testamentum nuncupatiuum per aliquem notarium redigeretur in scriptis, non refert an scribatur in chartis & papyro, siue in membranis, aut alia materia, secundum Ange. & Saly. in l. quoniam indignum. C. eo. Nec tunc computatur notarius in numero septem testium, quoties venit probandum per instrumentum seu scripturam notarij, secus, si per testes, vt tenent Bart. in l. Domitius, ff. eo. post glo. Bal. & Saly. in l. hac cõsultissima. C. qui testa. facere non pot. & consuluit Barba. in prima parte cõf. si. xxix. col. Si autem testamentum solenne, aut nuncupatiuum fieret coram minori numero testium, quam septem specialiter vocatorum seu rogatorum & masculorum, regulariter tale testamentum non valerit. Quinimò esset ipso iure nullum, quia de iure septem testes idonei requiruntur, qui à planta pedis usque ad verticem totum fieri viderint, & audierint. Ideo dicebat Bal. per illud text. in l. cum antiquitas. C. eo. q. si vna pars testamenti probari posset per septem testes, & alia pars per alios septem, dicti testes nihil probarent, nisi probaretur testium subrogatio ex causa necessitatis facta. Vnde nisi testes deponunt per se de toto tenore testamenti, nihil probant, quia non videtur interfuisse toti testamento, ex quo totum nescit. Et sic testamentum erit ipso iure nullum, taliter quod ex eo haereditas non possit adiri, nec aliquid iure legari, aut fideicommissi peti, vt iuris supra allegatis. Nisi in certis casibus à iure exceptis, in quibus testamentum minus solenne valet. Et fallit dicta regula, nec requiruntur praesens septem testes, imò aliquando magis, aliquando minus. Primum fallit dicta regula in testamento caeci, vbi sunt necessarij octo testes, vt l. hac cõsultissima. C. qui testamen. facc. no pos. Tertiò fallit in testamento rusticum in rure facto, vbi plures testes non possunt inueniri. Quo casu sufficiunt quinque, vt l. si. C. eo. quod intellige verum siue non inueniantur ibi nisi quinque, siue inueniantur sex. Nam vtroque casu potest rusticus in rure testari cum quinque testibus, nec tenebitur adhibere sextum, quia satis est sibi, vt gaudeat illius privilegio, quod septem habere non possit. Ita concludit Pau. in dicta l. si. dicens hoc non fuisse tactum aly aliis. Et idem esse secundum aliquos in ciue testamentum faciente in rure, in quo sufficerent quinque cum plures haberi non possent, secundum Cy. Bal. & Saly. in dicta l. si. quia tunc cadè est ratio, & per con sequens idè ius, argu. l. illud. ff. ad legem Aquilia. sed Barto. ibi, & Rapha. Fulg. & Bart. in l. conficiuntur, ff. de iure codicil. §. codicillis. tenent contrarium. Et fuit de mente Jacob. de Bellouisi in Authen. quibus modis natu. effi. sui. §. j. Et haec videtur securior opinio, scilicet quod ad testandum in rure cum quinque testibus duo requirantur, scilicet quod testator sit rusticus, & testetur in rure. Tertiò fallit in testamen-

to factio in carcere tyranni, quod valebit coram quinque testibus factum. Cum plurimi copia metu tyranni haberi non possit, secundum Nico. de Mata. Bal. & Saly. in dicta l. si. per illum text. Quartò fallit, si testator plures habere non possit testes propter mortalitatem, vel alium repetitum casum: puta quia propter mortalitatem omnes habitatores illius loci, aut civitatis fugiunt extra, vel quia testator est tactus morbo epidimiae, & nullus audeat conuersari secum, iuxta not. per Barto. in l. de aetate, ff. ad Trebel. & Pa. 14 nor. in c. cum dilecti. de dolo & contu. ¶ Quo casu possit etiam de loco vel ciuitate expelli, ne suo morbo alios inficiat, vt expressè tenuit Gul. de Cug. & Bal. in l. nullus. C. de summa Trinita, & fide catholi. Quos sequitur Alex. in l. casus. C. eo. tit. in fi. & dixi super verbo, *Raynuus de Cleua*. in fi. Tunc enim non astringitur testator vocare septem testes. Et hæc opinio, secundum Raph. in dicto §. codicilli. videtur esse æquior. quam sequitur Ange. in repetitio. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. vbi per illa l. & tex. in l. vbi absunt. ff. de tutor. & curat. datis ab his. voluit, ¶ qd si statutum disponat, quod non valeant testamenta descripta per alium tabellionem, quam descriptum in matricula, si testamentum tempore mortis sumatur per alium, quam descriptum in matricula, testamentum valebit: cum alius haberi non possit. Hæc decisio fundatur ratione: quia existentes in actu bellandi tempore guerra testari possunt, quomodo volunt, & quomodo possunt, coram imperfecto numero testium, ad instar militum, vt l. j. ff. de bono. pos. quæ ex test. mili. & l. si. ff. de testa. mili. Sed tempus guerra, & tempus mortalitatis æquiparantur, vt nota. Bart. in l. naturaliter. ff. de v. cap. & Panor. in capi. ex transmissa. de præscrip. quasi tempore pestis dicitur esse prælium inter Deum & homines. vt dicit Bart. in l. j. ff. de bono. pos. quæ ex testa. milita. ergo & c. Ad quod facit, quod not. dicit Ange. in Authen. de non alienan. aut permut. §. quod autem. vbi dicit, quod si statutum habeat, quod non valet contractus minoris, nisi duo rogentur notarij, & propter mortalitatem non reperiantur nisi vnus, sufficit qd ille rogetur, & valebit contractus per tex. in dicto §. dñ dicit. Etia si vnus & c. Or aduertatis, quod Ange. in dicto §. codicilli. tenet contrarium per illum text. hoc optimè probantè, & ita etiam Bar. in dicta l. j. ff. de bono. pos. ex testament. mili. Et cum Bart. tenent etiam Fulgo. & Pau. in dicta l. si. C. eo. dicentes, quod antè quam dicta l. si. (vbi fundatur dictum priuilegiu) locum habeat, requiritur quod testans sit rusticus. Idè Paulus per illum tex. in l. casus. C. eo. & sequitur Lud. de Roma. in Authen. similiter. C. ad legem Falci. Et hæc est veritas bene pòderato tex. in dicta l. fina. Nec obstat dictum Angel. in dicta l. si vacantia. quia non videtur verum, per tex. not. in dicto §. codicilli. Præterea in iuribz allegatis erat expressè prouisum, quod deficiente illo publico magistratu, possit in casu illo recurri ad aliū, qui loco eius reputabatur, Sed in casu nostro nulla est facta surrogatio à lege vel statuto. Præterea in casu Angel. testator surrogauerat vnum loco alterius. Sed in casu nostro non surrogatur alter loco deficientium testium, igitur erit secus. Postremò non obstat dicta l. si. ff. de testa. milit. Quia illud priuilegiu est ibi concessum præstantibus, qui dant operam reipublicæ, & eius utilitati. Quæ ratio cessat in eo, qui tempore mortalitatis est in ciuitate. Nam etiam in casu Bart. in dicta l. naturaliter. ff. de v. cap. pio. vbi æquiparat tempora guerra & mortalitatis,

erat eadè ratio in suspendendo cursum præscriptio- nis vtroque tempore, cum iura non redderentur. Sic ergo còcludendum est dictam l. si. volentem in rure sufficere rustico testari coram quinque testibus, non habere locum in testante in loco mortalitatis, vt dictum est. Et ita consuluit Barba. in prima parte cõsi. lvij. col. ix. in prin. per multas & efficaces rationes, & col. penult. in fin. & tenuit Lud. de Roma. in repe. ti. d. Auth. similiter. liij. col. dum disputat de intellectu cap. cum esset. §. cod. C. ad legem Fal. vbi allegat tex. expressum in dicta l. cõficiuntur. §. codicilli. ibi, quid enim si sufficientiu testium facultatem non habuerit & c. ff. de iure codicillo. quod intelligatis sanè verum, secundum Alexan. in dicta l. fina. Nisi ille, de cuius testamento agitur tempore mortalitatis in ciuitate remansisset causa administradi reipublicam in absentia, & fuga aliorum, quoniam eo tunc gauderet priuilegio dicti §. l. si. Cum tunc militet ratio illius l. j. ff. de bono. pos. ex test. mili. Et hoc modo saluari posset prima opi. superius relata, ¶ Quintò fallit in peregrino, qui vadit Romam pro obtinendis indulgentiis, & in itinere infirmatur in aliquo castro, aut villa, & ibi facit testamentum coram duobus testibus, cum plures ibi non essent, valebit testamentum. Et ratio est, quia si milites in expeditione degentes possunt coram duobus testibus testari, tantò magis idem debet esse in peregrinatione, quæ fit ad salutem animæ & seruitium Dei, qui est altior princeps in reipublica, in Authen. quomodo oportet. episcopo. §. j. ita singulariter determinat Angel. in dicto §. quod autem. in Authen. de non alienan. & permutan. Fortius voluit idem Ange. in Authen. omnes peregrini. C. communia de successio. per illum text. dum dicit, liberam habeant potestatem, quod tales peregrini indistinctè coram duobus testibus possunt testari, sicut milites, qui habent liberam testandi facultatem, licet habere possint plures testes. Et cum hac vltima decisione transit Pau. in l. nutritoribus. eo. tit. & Alexan. in l. scriuarios. C. de testament. milit. iij. col. in fi. & in dicta l. fina. ¶ Sextò fallit in testamento coram principe factio, seu principi per oblatas preces insinuato. Quoniam tale testamentum tanquam sollemnissimum etiam absque testibus valebit, licet princeps ad supplicationem nihil scripserit. Requiritur tamè, quod per duos testes probetur, quod tale testamentum principi fuerit insinuatum, si hoc dubitaretur. Nam licet contra tale testamentum fieri nec moueri possit quæstio sollemnitatis ob defectum testium, verum tamen fieri potest quæstio veritatis. Puta si dicatur, testamentum coram principe non factum fuisse, aut aliquid falsè vel errore scriptum in supplicatione principi oblata. text. est elegans in l. omnium. C. cod. titu. Quia non præsumitur, quod Imperator, aut rex princeps maximus, qualis est rex noster Francie illustrissimus, non recognoscens superiorem, incedat sine multitudine, ideo vbi Imperator, aut similis princeps est testis, præsumitur quod hoc multi audierunt, & viderunt, qui sunt ad latus eius. Præterea quia Imperator habet omnia iura in serinio sui pectoris, vt dicta l. omnium. & in capi. j. de consuetu. lib. vj. facit capi. s. p. de appol. & l. penulti. C. de his quibus vt indig. Et vltèrius, quia omnes contractus de mundo coram principe facti habent naturam bonæ fidei. Cum nihil sit, quod magis in principe fulgeat, quam vera religio & recta fides, vt in epistola, inter claras. C. de summa Trinita. vt singulariter decidit Bald. in cap. j. §. si qua. de pace Constan.

18 Constan. ¶ Septimò fallit in testamento factio apud acta cuiuscunq; iudicis, quo casu idem est, sicut in testamento factio coram principe. Et sic valebit absque testibus, dum tamen reperiat scriptum in actis curiæ. Ita determinat Richard. Malum. quæ Cy. sequi videtur per illum tex. in d. l. omnium. in princip. vers. sicut igitur. facit tex. in l. sancimus. ibi, vel inter acta manifestauerit. C. cod. tit. ¶ Sed dubium est, an tale testamentum valeat omnino absque testibus, sicut quado sit coram principe? Et certè præfati Doctor. cum Paul. in d. l. omnium. tenent quod sic: quia acta in iudicio non requirunt testes. l. in donationibus. C. de dona. & not. glo. in l. fin. C. de re iudi. Et ratio est, quia præsumitur iudicio adesse multitudo personarum. Ad hoc facit tex. in d. l. omnium. qui æquiparat testamentum factum coram principe vel apud acta, aut extra iudicium coram septem testibus priuatis personis. Pro hac opinione facit quod sub dubio fortè dicit Spe. in tit. de instr. edit. §. restat. vers. sed cum literis episcoporum & c. vbi dicit, quod instrumentum factum coram populo per notarium in publico parlamento non requirit testes, per text. in d. l. omnium. Ad hoc facit quod eleganter vult Bal. in l. sancimus. C. de dona. vbi refert consuluisse Bar. per dictam l. omnium. quod testamentum conditum à quodam domino de Vrfinis, qui habebat merum & mixtum imperium in multis castris, valuerit, quantum non fuerit coram superiore insinuatum vel apud acta. Et ibidem refert Bald. fuisse inductum, quod in bullis Papæ non apponantur testes, quia proceres coram eo semper adesse præsumuntur. Quia nihil occultè fieri potest coram ipso, coram quibus timor falsitatis cessat. Sed Bald. in rubr. C. de fide instr. sentit contrarium dicens, quod in tali testamento apud acta factio requiruntur testes. Sed non dicit quod requiruntur. Idem tenet Sali. in d. l. omnium. dicens in testamento apud acta requiri tres testes, per dictam l. sancimus. Vnde non potest negari, quin passus sit dubius. Tamen dici potest, quod non requiruntur septem, per dictam l. omnium. vbi tex. videtur velle, quod quando sit apud acta testamentum, fieri non oportet coram auribus priuatorum, id est, septem testium. Sed bene requiruntur ad minus duo. Nam licet in his, quæ natura explicanda sunt in iudicio, prout sunt actus iudiciales, non sit necessaria testium præsentia. e. quoniam contra falsam. de probat. At tamen in testamento quod sui natura non venit explicandum in iudicio, tamen in regula quæ habet, quod in actis notarij debent interesse testes, qui testi ficentur tempore & loco opportunis, vt in §. oportet autem. in authen. de testib. Et ita videtur velle Bald. in dicta rub. de fide instr. & dicta l. sancimus. C. eo. Et hæc præsertim locum habent in testamentis, in quibus iura maiorem valuerunt adhibere sollemnitatem, quam in aliis actibus extraiudicialibus propter magnitudinem præiudicij. ¶ Octauò fallit in testamento factio per dominum in castro vel loco, vbi habebat merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem. Quo casu tale testamentum valebit sine septem testibus, ac si fuisset insinuatum apud superiorem, ita singulariter dicit Bald. in l. sancimus. §. j. C. de dona. referens ibidem Barto. & Francis. de Pisis ita consuluisse, in quodam tenamento, quod fecit quidam de Vrfinis. Et hoc vt dixi supra, per dictam l. omnium. Idem sentit Bal. in aliquibus lecturis in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. & sequitur Alex. de quo per eundem, & Ia. in l. centurio. iij.

21 col. ff. de vulg. & pupil. substi. ¶ Nonò fallit in testamento per militem in expeditione factio, vbi milites testari possunt, quando voluit, & quo modo possunt. Et ideo quod in vagina vel clypeo, aut puluere cum gladio scripserint, pro solenni testamento habetur: l. j. ff. de testa. milit. & tex. not. in l. milites. C. de testa. mili. cum tempus deliberandi non habuerint bello fruente. Quod verè & egregiè Caius Marius cõsultans leges transgredientè excusauit, dicendo inter armorum strepitum verba se iuris ciuilibus exaudire non potuisse: quia id tempus tunc erat, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat, vt Valerius refert lib. v. ti. de gratis. de illo consule loquens, sicut li. iij. tit. de fortitudine. Quoniam, inquit, consul, scilicet Scipio Nafica dum iuris ordinè sequitur id agit, vt cum omnibus legibus Romanu imperium corruat. Vnde in tali necessitate, quæ legem non habet, leges quis seruare non tenetur. Et sic testamentum absque septem testibus valet, dum tamen duo concurrant. Primò, quod sit factu per militem in actu præliandi existentè. Secundò, quod talis miles in prælio decedat, vt d. l. milites. & l. Lucius. ff. illo eo. si. secus autè, si non deciderit in prælio, licet fuerit letaliter vulneratus, si postea tato tempore vixit in perfecta & sana mète, qd habuerit facultatè de nouo cõdendi testamentu, vt sonat verba in d. l. milites. Subdès ibi quod miles factis dicitur decessisse in prælio, si statim qd extractus est à prælio, decessit. Alleg. quod habetur in l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. vel naufra. facit l. bella. ff. de excusa. tut. Sanè tamè intelligatis præmissa, scilicet, qd milites non tenentur seruare sollemnitatè, scilicet, iuris ciuilibus. Non tamen omittete propter hoc poterit sollemnitatè iuris diuini vel gentium, quo introductu est, qd in ore duorum vel trium stet omne verbu. Matt. cap. xix. cap. nouit. de iudi. cap. in omni negotio. de testi. Et ideo in testamento militum in quo vt dictum est, remittitur iuris sollemnitas, debent saltem adesse duo testes, qui deponant illam esse militis voluntatè, vt sentit gl. in d. l. milites. & bene secundu doct. ¶ Et vt aliqualem notitiam huius articuli habeatis, vos canonice scire debetis, qd milites circa actum testandi sunt de iure, quamplurimum priuilegiati. Primò enim miles testari potest sine sollemnitate testiu, aut alia quacunq; vt l. j. ff. de testa. mili. & d. l. milites. C. illo eo. tit. Secundò, quia filiusfamilias miles testari potest. in l. i. de testa. mili. §. si. Tertiò, quia miles iurdus & mutus testari potest iure militari. ff. de testa. mili. liure. in l. i. eo. titu. §. quinimo. Quartò, quia posito, qd sit de crimine capitali damnatus, tamen testari potest in castris, vt l. ex militari. ff. de testa. mil. Quintò, quia miles potest decedere cum duobus testamentis simul, & eodè tempore validis. Sextò, quia potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. hi duo casus probantur in l. j. & l. ij. C. de testa. mili. Septimò, quia potest facere hæredè & ex tempore, & ad tempus, vt l. miles ita. ff. de testa. mili. Octauò, quia potest filio suo facere testamentum, licet sibi non faciat, vt l. miles. §. in ff. de testa. mili. Nonò, quia substitutio pupillaris per militem filio facta valet, licet ex eius testamento non adatur hæreditas, vt d. §. si. Decimò, quia potest filio suo etiã puberi pupillariter & directè substituere vt l. in testamento. C. de testa. mili. & l. centurio. ff. de vulg. & pupil. substi. Vndecimò, quia non potest donare, aut legare aliquid eius concubina, vt l. ij. C. de don. inter viru & vxor. de quo plenè dixi supra in verbo,

vxore volente, imò se offerente, perdit feudū. Et mi- nus possunt milites tempore pacis faciēdo monstas personarū suarum, equorum, armorū, & ceterorum militibus stipendiariis necessariorum, viuere de bonis rusticorū & aliorū subditorum. Nec conuocari in magna multitudine, vt d.l. fi. §. erit autem. C. de re mili. ne grauent subditos. Et si de facto milites super populo viuēt, prout saepe principū dissimulatione & dominorum fecerūt, prouideri eis debet aqua liter de victu per omnes supportando. Aded q̄ si in domo vnus fortē meli⁹ de habitatione & victu prouisa omnes hospitarentur, ed tunc omnes & singuli de illo loco seu in contrata illū pro quota cuiuslibet emēdare tenentur: & ad hoc officio iudicis si cōtradicerent cogi possunt, secundū gl. & Bar. singulariter in l. de vsu quoq; [De quo j. super verbo, domū. vbi plenius hoc probatur.] in si. ff. de variis & extrarordi. cogn. circa quod videatis quā dixi super verbo & vxorem nomine Adelas. in j. artic. succes. ab intest. circa prim. iij. decisionis. ¶ Vnde restat milites sp̄s s̄i pēditū debere esse contētōs, & pauperes esse, non obstantē q̄ tex. in d. l. fi. §. erit autem. dixerit eos ditissimos. quia loquitur de diuitiis morū & totius probitatis: in quibus milites ditissimi esse debēt, & non in abūdantia bonorū tēporalium, in quibus pauperes esse debēt: nec aliquid acquirere possunt, nec possessiones cōparare, seu emere in ea prouincia, vbi bella gerūtur, ne studio agriculturę a militia reuocentur. l. milites. la. ij. ff. de re mili. Pariter in l. milites. C. locati milites prohibentur esse rerū cōductores, procuratores, aut fideiussores. facit l. militē. C. de procu. ne omnīso armorum vsu, ad opus rurale, forū & cetera negotia se conferāt, qui armis non priuatis negotiis occupari debēt, vt numeris & signis suis iugiter in hērentes rompublicā a qua alūtur, omni bellorū necessitate defendāt: imò in d. l. militē. dicitur, militē nec pro patre vel matre, aut vxore vel ex sacro rescripto nomine procuratorio experiri oportet. Cū neq; defensionē alienā suscipere, vel redimere negotia, vel quasi suffragatorē accedere vtilitate publica permitatur. Solū ei permittitur in simplicitate militari viuere, quā magis cupit arma quā leges, & iura forē sua scire. l. si. C. de iure deli. Vnde refert Vale. lib. iij. tit. de fiducia sui, Scipionē Africanū in cōcione publica dixisse, q̄ cū totā Africā Romanā ditioni subiecisset: non tamē aliud ex ea quod suū diceretur præter cognomen tulisse. Et Publius Scipio de se & Lucio Scipione eius fratre loquens: Non inquit, me Punicā, non fratrem meum Asiaticā gazae auarū reddiderūt: Sed vterque nostrū inuidia magis quā pecunia locupletior est. Quam Scipionis accusati constantē defensionem Romanus vniuersus senatus cōprobauit, vt ibi refert idē Valerius. Et lib. iij. titu. de paupertate. de Vale. Publicola post Tarquinium eiectum primo consule, dicit q̄ post tres cōsulatus acceptissimē peractos tantā paupertatis fuit, q̄ patrimonio eius ad expensam exequiarum suarū defecit. Ex quo patet quid viuus possedit, cui mortuo lectus fundebris & rognus defuit. Fabrici⁹ quoq; [De quo vide plura quā habetur super verbo, duas habēs filias: in iij. principali fallentia, dū loquitur de pacto futurę successionis conseruandā.] pluries consul & imperator Romanus (vt idem refert) filias proprias obpaupertatē dotare nequiuit. Marcus etiā Curius contra Samnites bellū gerens, legatis eorū, se in caitino asidētē & in catino ligneo cōnantē spectādū præbuit. Cūmq; magnū auri pōdus ei pōst attulisset, ri-

st dicēs: Referte & dicite Samnitibus Marcum Curium malle locupletibus imperare, quā ipsam fieri locupletē, & memōtote me nō acie vincī, nec pecunia posse corrūpi: Attilius verò ab aratro ad imperium Romanū vocat⁹, postquā rēpublicā stabiliuit, & ingētes hostiū vires cōfregit, multōsq; triūphos consecutus, deposito imperiali sceptro ad aratrum redire non erubuit. ¶ Sexto debet miles esse castus & castitatis amator. Et inde stationes militum dicta sunt castra à castrando, secundū gl. in l. qui cum vno testiculo. ff. de re milit. q̄ castē ibi viuēbāt milites. [Vt plenius habet j. super verbo, Cuidam Petro tradiderūt. Dum loquitur de castitate principum, antiqui ecēdē cōsiderantes castitatē secum habere annexā fortunadinem, secundum Amb. vt dixi super ver. duas habēs filias. loquēdo de mulieribus, quā olim in bello strenuē se habuerunt. Castitatis semper vt pupillā oculi seruarūt boni milites, nō alia de causa, nisi vt fortiores essent in prælio, iuxta illud Poēt. in Georgicis: Sed non vlla magis vires industria format. Quam vnerem & caci stimulos auertere amoris.] Ob quod imperator amatorem castitatis se dixit, in Auth. quib. mo. nat. offic. legi. colla. vj. Et prædixerat in auth. de monachis. Castitatis solā [De qua & eius triplici specie & suis priuilegiis, plenē habetur j. super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. Jcū fiducia esse possibilē Deo animas præsentare. Vnde nō sine ratione tantū eam dilexerūt armigeri veteres etiam gentiles: nam de Cornelio Scipione refert Valerius lib. ij. tit. de mili. discipli. q̄ contra Numantinos imperator missus, eo momento quo castra intrauit duo mille scorta de ipsis expulit. Quā peste vacuefactus exercitus, qui paulō antē meū mortis deformi se feceris icū maculauerat, crecta & recreata virtute, acie illam fortē & animo sam Numantiā superauit, & incendiis exultam, ruinisq; prostratam Numantiā solo egauit. Scipio quoque Africanus summis etiā effertur laudibus, qui Carthaginem ob sidens oblatam sibi ex hostibus virginem eximie formæ & nobilitatis, intactam & dotatam restituit. ¶ Septimō miles esse debet vigilans ad custodiam eorum, quibus præpositus existit. Ne dormiens inuadatur ab hostibus. Et inde dicitur præfectus vigilum, q̄ tota nocte vigilare debet, armatūsq; discurrere, & inquilinos admonere, nec culpa eorū aut negligētia incendium oriat. l. ij. ff. de offi. præfec. vigi. Vigilare enim debent milites, præcepto diuino excitati per Christū in euāgelio. Vigilare, inquit, & parati estote: quia nescitis qua hora fur veniet. Or hostes dicuntur fures, quos per dolum & insidias licet vincere, si eis aliter fides non promissa fuerit, sicut fecit Macrobius [Hanc historiā ad longum posuit super verbo, dotem quam ei dederat. dū loquitur de otio fugiēdo.] Carthaginensium dux contra Altyrios missus: quos vincere dubitās, vino & mādregoris dolosē inebriatos dormiētes interemit. ¶ Octauō miles debet esse patiens in aduersitatibus & belli laboribus sustinendis, fame, siti & æstu & frigore, ac cæteris calamitatibus, quę innumerabiles existunt. l. vnica. §. j. C. de ca. du. tollen. Attendamus enim quanta fuit in antiquis animi patientia. Narrat profectō Sene. lib. iij. de ira: q̄ cū Chimargies historiārū scriptor quædā contra Cæsarē scripsisset, monuit eum Cæsar, vt sermone moderatori vteretur, quōd facere renuit. Nec tamē Cæsar se vindicauit, sed solū ei domū suā interdixit. Pariter refert Polier. li. iij. c. xiiij. de Octo uiano Cæsare Augusto, q̄ mirę patientiæ fuit, qui cū ei dede

ei detraheretur in publico, & contra detractores incitaretur ad vindictā, respondebat, q̄ in libera ciuitate liberas decebat esse linguas. Subiungēs virum habere debere in auribus diligētīā, in lingua taciturnitatē, & in animo quietem: quia ira omnia præcipitat. Similiter Seneca de mira patientia Antigoni narrat, q̄ cū multa impropria audiret, dicebat militē decere non solūm certare baculo, sed etiā animo viriliter. Sicut de Catilina legitur, q̄ licet pessimus esset, tamēs paciēs erat inedia, algoris, & cæteris humanis nedum verbo, sed etiā factō & exemplo militum primates & capitanei. l. officii. ff. de re mili. vbi officii regentis, non solūm in danda doctrina, sed etiam in obseruantia disciplinæ militaris consistit. ¶ Nonō requiritur in milite fortitudo, quæ virtus est, quæ cætera solidantur, & sine qua in bono non perseueratur. Et qua omnia roborat⁹ & moderantur. de qua dicit Philosophus in secūdo Ethicorum: Fortitudo tenet medium inter timores, & audacias. & Tullius rhetor. j. Fortitudo est cōceptio cōsiderata periculorū, laborūmq; perpessio. Et in Tuscula. q. lib. iij. Fortitudo, inquit, est affectio animi lege summē perpetendis rebus obtēperans. Vel est conseruatio stabilis iudicij in his rebus quæ formidolose videntur fore eundis vel repellendis: vel est scientia rerum formidolosa cōseruans earum rerum stabile iudicium. Ex quibus inferitur fortitudinem locum habere in arduis, & in grandibus probatur. Hic siquidem virtutem si miles habuerit, minas non timebit, imò nec mortē pauebit. Cū viro forti nequaquā turpis mors accidere possit. Fortitudo certē sui natura & effectu fortunā superat. Vnde Valer. Fortiter, inquit, se in aduersis gerere quid aliud est, quā fortuna fauētē, in adiutoriū sui, pudore victā vertere? Non dico, q̄ optāda sint pericula, vt fortē quis se ostēdat. Sed sufficit pericula si contingat, validē tollerare. Non sum (ait Sene. ad Lucillum) tam demēs, vt agrotare cupiā: tamen si agrotandū fuerit, sufficit vt nil effeminatē faciam. Nō enim pati tormēta optabile est, sed pati fortiter: nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora, cū non possit athleta magnos spiritus habere, donec suū viderit sanguinē. iuxta illud, Sanguis fusus humi vires accenso roborat igne. Tūc enim proiectus, animus non proicit: sed cum magna spe ad pugnā descēdit, eaq; virtute mala fortuna vincitur, & bona ornatur. Oportet ergo milites esse fortissimos nulla vi, nullōq; terrore a proposito recedētes, & cōsiderare, vt dicit Valer. tit. de cōstantia. in prin. q̄ natura sic comparatū est, vt quisquis se aliquid ordine ac recta mēte cōplexū confidit, vel iam gestum si obtrectetur, acriter tueatur, vel nondū editum si interpellatur, sine vlla cōtatione ad effectum perducatur. Vnde refert Salu. bellum Catilinariū narrans, prope si. Catilinam Romanum potētia ciuiū obfessum, die sui interitus sic milites suos obsecrasset: Nemo, inquit, nisi victor pro pace bellū mutauit. Nam in fuga salutē sperare, cū arma quibus corpus tegitur ab hoste auerteris, ea verò dementia est: semper in prælio his est maximum periculū, qui maximē timeant: audacia pro muro habetur. Cū vos cōsidero milites, & cū facta vestra estimo, magna me spes victoriæ tenet: animus, ætas, virtus vestra me hortantur. Præterea necessitudo, quæ etiā timidios fortes facit. hæc ille. Nam eiusdē nationis homines fortiores sunt ad se mutuo auxiliādum.

Historiographi profectō laudant, & ad cælos vsq; tollunt eos qui fortes & constantes fuerūt in prælio. Multa & terribilia Pīso Romanus contempsit, dum speciosum mentis suæ flecti noluit rigorem. Laudatur pariter Iudas ille Machabæus. j. Machab. iij. ibi: Et surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus, & induit lorica sicut gygas, & succinxit se arma sua bellica in præliis, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operib⁹ suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et de præliis Iudæ narrabant omnes gentes &c. De Catone maiore refert etiam Vale. lib. iij. titu. de fortitu. Felicior, inquit, progenie sua superior Cato: a quo Portiæ familie principia manarunt, qui cū ab hoste in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit: quem subiectum præliantium globo, atque vndiq; hostilibus pedibus circumdatum: postquam abesse sibi animaduertit, aded cōstanti animo in suā potētatem redegit: vt illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuum sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postera die ad eū supplices pacem petentes venerunt. ¶ Cneus Pompeius a senatu Romano ad Syriæ regē missus sua fortitudine, & audacia, ac si totus senatus adfuisset, regem solus terruit. De quo idem Valerius lib. vj. titulo de grauitate dictis ac factis sic dicit: Cneus verò Pompeius a senatu legatus ad Antiochum missus, vt bello se quo Prolomæum Aegypti regem laessebat, abstineret: cū ad eum venisset, atque is. f. Antiochus Syriæ rex prompto animo, amicissimo vultu dextram ei porrexisset, inuicē ei suā porrigere noluit, sed tabellas. i. literas senatus cōsultum cōtinentes tradidit: quas, vt legit Antiochus, dixit se cum amicis collocurum. Indignatus Pompeius, q̄ aliquā moram Antiochus interposuisset, virga solum quo insistebat. i. terrā denotauit, scilicet in circuitū linea designauit: & prius inquit, quā hoc circulo excedas da respōsum, quod senatui referam. Non legatum locutū, sed ipsam curiam, i. senatū totū ante oculos positā crederes. Cōtinuō enim rex affirmavit fore, ne amplius de se Prolomæus quereretur. Ac tunc demum Pompeius manum eius tanquam socij apprehendit. quā efficax est animi fortitudo sermonisq; abscissa grauitas? Eodem momento Syrię regnū terruit, Aegypti rexit, hæc ille. Iulius quoq; Cæsar (vt idē alleg. tit. de fortitudine refert.) Cū in Galliis innumerabili multitudine & feroci impetu Neruorū inclinari acie suam videret, timidius pugnantī militi scutum detraxit: cōq; tectus acerrimē præliari cœpit. Quo facto fortitudinem & constantiam per totum exercitum diffudit, labentēmq; belli fortunam diuino animi ardore restituit. Decimō requiritur in milite fides, seu fidelitas, quæ licet in quocunq; necessaria sit, maximē tamen militatibus cogruit, vt sint fideles. In hoc enim militia fundata est, vt nulla fraude vituperetur. Quia vt Cicero ait lib. j. offi. Fundamentū primum iusticiæ est fides. Et Seneca ad Lucillum: Fides, inquit, est sanctissimū humani pectoris bonū, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo premio corrumptur. Imò & hosti congruit tenere fidem: nam qui fidem perdidit, nihil habet quod possit amplius perdere. Nec habet causam loquēdi, cui credi nō potest, aut cui ablata est omnīū verborū fides, omnif. que sermonis autoritas. Vnde nobiles dici nō possunt, qui fraudibus & infidelitatibus sua prælia exercēt, & quod promittūt, minimē tenēt. Occultū, profectō insidiosum malū est perfidia: cuius efficacissi-

ma vires sunt, mentiri & fallere: quæ tantum incommodi affert humano generi, quatum salutis bona fides præstat. Omnes enim fideles esse honesti est, illos præcipue, quorum status militaris, quorumq; vacatio est rempublicam defendere. Militia autem dedecus patitur, nisi fideliter exercatur. Et in milite nil pulchrius, quam fides eius, teste Vege. de re mil. vbi dicit, qd tota recipi. salus in hoc consistit, vt tyrones, id est milites nõ solum corpore sed animo præstantissimi compareant, atque iuramenta suis principibus facta obseruent. Cui assentit Policia. lib. vj. c. v. dicens, duo esse præcipua in milite, videlicet electio & sacramentum, vt scilicet fœdus promissum teneat. Subiungens. c. vij. proprium esse militis ordinatè tueri ecclesiam, perfidiam impugnare, sacerdotiū venerari, pauperem defendere, iniurias placare. Et si opus fuerit animam ponere pro principe & salute rei publice. Vnde Celtiberi (vt Valer. lib. ij. tit. de inflit. refert.) nephas dicebant esse prælio superesse cum is occidisset, scilicet princeps eorum occubisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Laudanda inquit, illius populi animi præstantia, qui fidem amicitiae constanter præstandam arbitrabatur, vt fecerunt Pontius & Mæuius centuriones Romani, de quibus idē Vale. lib. iij. tit. de cõstan. c. cccxxxix. & c. seq. sic dicit: An ambigi debet Pontius ab horum exemplorū contextu, qui pro Cæsaris partibus excubas, Scipionis presidio interceptus, cum vno modo salus ei daretur, si se futurum Cnei Pompeij generi ipsius militem affirmasset: ita respondere non dubitauit, Tibi quidem Scipio gratias ago: sed mihi vt ista cõditione vitæ non est opus. Sine vllis imaginibus, mobilē animum & idem fidei & constantiæ propositum secutus Cneus Mæuius centurio diui Augusti, scilicet Octouiani: cum Antoniano bello sæpenuero excellentes pugnas edidisset, improvisis hostium insidiis circumuentus, & ad Antonium Alexandria perductus: interrogatusque quisnam de eo statui deberet: iugulari inquit, iube: quia non salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possum, vt aut Cæsaris miles desinam, aut tuus esse incipiam. Cæterū quod constantius & fidelius vitam contempsit, eò facilius impetrauit. Antonius enim virtuti & fidei eius incommutatam tribuit. hac ille. Noluerit fidelissimi illi milites variare, rectè cõsiderates graue esse fidē fallere. l. j. ff. de const. pe. quam summo studio exactissimæque diligentia antiqui milites etiam hostibus seruauit, vt Fabricius: [De quo latius dixi super verbo, *duas habens filias* in v. fal. loquendo de pacto successione conferuandæ.] de quo Boë. lib. iij. de cõso. vbi nunc inquit, fidelis ossa Fabricij, & Marcus Attilius regulus. [De quo plenè habetur.] super verbo, *Testamentum*. ij. dum loquitur de virtute & effectu iuramenti cõventionalis, de quo sæpe meminit Aurelius Aug. de ci. Dei. & iuriscõsultus in l. postliminijus. §. captiuus. ff. de capti. & postli. re. ¶ Vnde cõmò requiritur in milite perseverantia: nisi enim in prædictis virtutibus bellando perseverauerit, nunquam reportabit victoriæ triumphum: imò deficiēs in vno factus est omnium reus. c. defleat peccator. de regu. iur. in antiq. nec meretur dici athleta, qui saltem ter nõ vicerit. l. j. C. de athl. li. x. vnde Romani quia contra Carthaginenses in bello perseverarunt, funditus eos deleuerunt. Hac est vnica virtus perseverantia, quæ milites coronat, bene enim agere parū prodest, si mens labilis existat. nec ex actibus generatur habitus, nisi aduerit operis perseverantia: quia secun-

dum Tulli. rhe. j. Perseuerantia est in ratione bene considerata, stabilis perpetuq; permansio. nam talia continuata vigent: imò gutta aquæ tã mollis durissimum cauat lapidem perseveranter cadendo secundum Alanum. Tali certè medio extolluntur veteres Romani milites in oratione ad Cæsarē scenam. [De qua dixi supra in prologo huius operis circa mediū in quadam additione.] de republica. Itaque inquit, maiores nostri cum bellis asperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquid defessi sunt armati de imperio certare? Non inopia ærarij, non vis hostium, non aduersa res, ingentem eorum animum subegit: quin quæ virtute ceperat, simul cum anima retinerent. Simili laude adhuc referuntur Cymbromingos vocamus qui magnis olim cladibus Romanos affecerunt: sed tãdem fuere per Romanos Caio Mario consule delecti, vt habetur infra super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] antiqui milites, qui nisi morerentur in bello, non reputabant se felices, velut ad finem vsq; nõ perseverantes. De quibus lib. ij. tit. de institutis. sic dicit Valerius: Alacris & fortis Cymbromingum philosophia, qui in acie gaudio exultabant, tanquam gloriosè & feliciter vita excessuri. Lamēbantur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. Hęc ille. Mortui enim morbo vel senio verè mortui sunt mundo, nec cõputantur in numero liberorum viuentiū, sed qui in acie principis pro republica ceciderunt, adhuc per gloriā viuere dicuntur, infra. de excu. tut. §. j. quia vt Cicero dicit, qui per virtutem perit, non omnino interit. De Aenea legitur lib. ij. Aeneid. qd per medios ignes tela & hostes perseveranter se habuit: ex quo magnifica peregit. Qui licet multas in parte sensitiua pateretur tribulationes, tamē vsū rationis in mente nunquā perdidit, imò suos consolando fortius perseverauit, vt pulchrè habetur lib. j. Aeneid. vbi ad suos milites: *Reuocate, inquit, animos, mecumque timorem Misiue: forsitan & hac olim meminisse iuuabit. Per varios casus per tot discrimina rerum Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendunt: illic sua regna resurgere Troia. Durate & vosmet rebus seruate secundis.* Et sequitur: *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem, &c.* Et lib. iij. de eo sic dicitur: *Mens immota manet, lachrymæ voluntur inanes.* De quodam & eius perseverantia refert Vale. lib. iij. tit. de fortitudine. c. ccl. sic dicens: Eiusdē temporis & naturæ miles, qui Caneis prælio quo Annibal magis acies Romanorū contulit, quam animos fugit: cum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidæ ceruicem complexus, os. i. faciem, naribus & auribus corosis deforme reddidit, inq; plenè vitionis mortibus expirauit, scilicet ille miles. Pœnus enim. i. Carthaginensis ille sic laceratus in victoria obnoxius mori cõstit, scilicet Romano solatio fuit: Romanus in ipso fine vitæ vindex sui exitit. Nobiliter etiam (inquit idem Valerius eo. lib. iij. tit. de fiducia sui.) Vterque Spartanus, & qui increpatus à quodam, qd in aciem claudus descenderet, pugnare non fugere propositum sibi esse respondit. Et qui referente quodā sagittis Persarum solem obscurari solere: bene narras inquit, in vmbra enim melius præliabimur. Eiusdem vir verbis atque animi, hospiti suo patriæ muros excelsos latolque ostendenti, dixit: Si mulieribus istos comparasti rectè, si viris turpiter: per quæ strenui milites propo-

propositum non habuerunt fugiendi, imò constanti animo perseverandi. De perseverantia militari ad cœlos vsq; suos etiam extollit Cæsar in suis commentariis de bello Gallico. lib. vij. Qui cum in Gallia Celtica bellans Auaricum oppidum Biturigum tunc fortissimum obsedisset, & victualia suis militibus iam dudum defecissent, ac fame periret: forti animo cessante murmuracione perseverarunt, donec castrum deleuerunt. Summa, inquit, cum difficultate rei frumctariæ affecto exercitu, tenuitate Boiorum, id est Borbonorum indiligentia Heduorum, incendit adificiorum. [Quia Vercingetorix Alucernigena à Gallis Rex & dux belli factus villas patriæ cremari & prostrari fecerat, ad tollendum victum Romanis.] vsq; eo: vt cum plures dies milites frumento caruerint, & pecore lōginquioribus vicis abactō, extremam famē sustentarent. Nulla tamen vox est ab his audita populi Romani. Quin etiam Cæsar cum in opere singulas legiones appellaret, & si acerbis inopiam ferret, se demissurum oppugnationem diceret: vniuersi ab eo (ne id faceret) petebant, sic se complures annos illo imperate meruisse, vt nullam diuisionem acciperet: nusquam infecta re discederent. hoc se ignominie laturos loco, si inceptā oppugnationem reliquissent. Præstare omnes persevere acerbitates, quam non ciuibus Romanis (qui Genabi perfidia Gallorum interissent) parentarent. [Nunc vocatur Aurelia ciuitas Gallie magnifica, in qua eo tunc paulò antè fuerant per Gallos illius habitatores occisi Romani, quos ibi Cæsar p custodia reliquerat: ac etiam qui causa negotiationis illuc venerant. Hac ille.] Perseuerare enim debent milites, non tamen pertinaces esse: quia vt dicit Vegetius de re militari lib. ij. plerique rei militaris ignari pleniorē victoriā credunt, si aduersarios aut locorum angustias, aut armatorum multitudinem circūcederint, vt aditum non habent recedendi: & contra ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma fortitudo. Libenter currit commori, qui sine dubio scit se esse moriturū. Ideo Scipionis laudata sententia est, qui dixit: Viam hostibus qua fugerent muniendam. [Hanc sententiam notatu dignam non viderat, imò eam narratibus credere noluit generosus princeps dux Nemausi comes Fuxi & nepos Regis Lud. xij. nunc regnantis, eiusque locū tenēs: qui anno isto domini millesimo ccccxxj. apud Rauennam, circa festum paschæ domini obventa victoria vltra montes & Hispanos fugientes insequēs cū toto suo exercitu defertus est ab eis: qui angustiatu duplo maiores reassumpserunt vires, quia (vt dicit Valerius lib. ij. tit. de disciplina militari. c. cxcv.) Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Lata est profectò victoria videre hostes fugere, & cuncta relinquere in manus victoris.] Oportet ergo milites perseverantes & cõstantes esse nulla vi, nulloque terrore abiiciētes arma, nec fugere donec vicerint, aut victi fuerint, ne succumbant hostibus: aliàs sunt grauiter puniēdi. l. qui commeat. §. arma. ff. de re mil. vbi dicitur, quod arma alienasse graue crimen est. & ea culpa desertionis exaquatur, vtique si omnia alienauit. Sed si partem eorum, vt tibiale aut humerale, castigari verberibus debet. Si verò lorica, scutum, galeam, vel gladium desertori militiæ ac fugienti similis est. vt scilicet capite puniatur. l. nõ omnes. §. desertor. ff. de re milita. De Quinto Fabio Romano refert Valerius allegatō titu. de disciplina militari. c. cxcv. quod ferocissimi-

mæ gentis animos contundere & debilitare cupiens mansuetissimum ingenium suum ad tempus deposita clemētina seuiore vt seueritate cõgēgit. Omnium enim qui ex præfidiis Romanorū ad hostes transfugerant, captiq; erant, manus abscidit, vt truca præ se brachia gestantes, metum defectionis iniicerent, rebelles itaq; manus à corporibus suis distractæ, inq; cruentato solo sparstæ, cæteris ne idem committere auderent, documento fure. Imò tales desertores in militia fideliter non perseverantes possunt à quolibet propria autoritate occidi. l. ij. C. quando liceat vnicuique sine iudi. vind. quia pro hostibus reputatur, quibus locum cesserunt. l. proditores. ff. de re mili. Nec debent militiam deserere, aut ab illa diuertire amore & cupiditate prædæ occisorum in campo, ne & ipsi occidantur. Nam (vt Valerius libro iij. titu. de fortitudine. c. cccxlvij. refert,) Iuuentus Romana eum victoriā cõtra Volcos apud Veruginem castrum victores regaliter recuperasset, cū de trophæis statuendis cogitarent, prælium nocte dirimētes, victores ne an victi discederent, incerti abierunt. Contrarium fuit: ideo vide tex. cum commento. ¶ Duodecimò requiritur in militibus charitas & mutua dilectio, qua deficiente ex sententia veritatis diuinæ desolabuntur, qui dixit, Omne regnū in se ipsum diuisum desolabitur. Dæmones enim & si nõ se diligat, qui sine charitate sunt, mutuo auxilio coadiuuantur contra nos in prælio. Vnde milites non se diligentes mutuo auxiliantes sunt dæmonibus peiores, seipso & rempublicam perdentes, quia cum in re seriosa & laboriosa pares sint, propè socij dicuntur, quasi vno fœdere cõiuncti, vt pacis & belli participes sint, iuxta illud Aposto. ij. ad Cor. j. Sicut socij passionem ellis, sic eritis & consolationum. Et melius est plures esse quam vnum: habent enim emolumentum suæ societatis, & si vn' ceciderit, ab alio suscietur. Ecclesiastes iij. c. quia vir amicus ad societatem magis amicus erit, quam frater. Prover. xvij. Facit tex. in l. verum. ff. pro socio. vbi societas dicitur species fraternitatis. Plus dicit tex. in dicta l. militem. C. de procurator. Maiorem esse dilectionem inter milites, quam inter parentes: ¶ quia pro parentibus miles procurator esse nõ potest, sed bene pro suo commilitone. Præterea pactum de succedendo velut mortis captandæ inductiuū non valet. l. si. C. de pactis. c. ij. de concess. præben. & c. ne captandæ. cod. tit. lib. vj. tamen valet inter milites. l. licet. C. de pac. inter quos abundantia mutue dilectionis cessare facit presumptionē captandæ mortis. Cū verisimile nõ sit, vnum militem alteri insidiaturum, à quo succurri sperat, & quem releuare intendit, & necesse est in cõstituto belli & extrema necessitate, prout tenetur postpositis & obliuiscit præteritis, si quæ fuerint odii, rancoribus, inuidia, & vindictis, ac simulatib9. Sicut fecerunt veteres boni milites, inter quos Valerius lib. iij. tit. de reconciliatis. Marcum Aemilium Lepidum, & Sextum Iulium Salinatorem memorat in hac verba: Marcus Aemilius Lepidus bis consul & pontifex maximus diutinas ac vehemētes inimicitias cum Fulvio Flacco eiusdē amplitudinis viro gessit: quas vt simul cœsores renuntiatū sunt, in campo deposuit: existimans non oportere eos priuatis odiis dissidere, qui publicè summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius & præsens ætas comprobauit, & nobis veteres annalium scriptores laudandum tradiderunt. Sexti quoque Liuij Salinatoris finiendarū simulatū illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is nanque

nanque & si Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat, testimonio eius precipue afflicto, tam postquam cum inde reuocatum ciues collegam illi scilicet Neroni in consulatum dederunt, & ingenij sui quod erat acerrimum, & iniuriarum, quam grauissima acceperat, obliuisci sibi imperauit, ne si disside- te animo cõsortium imperij vsurpare uoluisset, pertinacem exhibendo inimicũ, malum consulem ageret. Quare quidem mentis ad tranquilliorẽ habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo plurimũ salutis urbi nostrarũ atq; Italiae attulit: quia pari uirtutis impetu connixi, terribiles Punicas vires contulerunt. hæc ille. Vnde restat milites modis prædictis conditionatis & uirtutibus præditos esse ueros milites, quasi ex mille electos, & cõsequenter esse tales, quibus hæc priuilegia debentur: & quos antiquitas summe extulit & uenerata est. Et in tanta ueneratione habebatur, quod nedũ a uirtuosis, uerũ etiam a latrunculis quos bellabant, uenerabantur. Et quod plus est, ab hostibus quos uicerant etiam mortui suarũ uirtutis amore honorabatur, & maiestas coronabantur. Est autem maiestas uirtutis & probitatis quædam excellentia, sine magistratu, sine imperio, sine fortunæ aduinculo honoratum reddens hominem. Et sic maiestas est honor longus, id est diuturnus etiam post mortem æternus sine honore, i. magistratu publico. Ad hos dici potest illud Statij poetæ: Polofani Thebaidos. Ire, inquit, alacres, nõquam uestri morientur honores. De Scipione Africano sic dicit Valer. lib. ij. titu. de maiestate. Ad Africanum in Linternina uilla se cõtinẽtem, complures prædonum duces uidentem eodem tempore confluerat, quos cum ad uin faciendam uenire exilimasset, præsidium domesticorum in tecto collocauit. Quod ut prædones animaduertenter, dimissis militibus abiecitque armis ianuam appropinquat, & clara uoce nũtiant Scipioni: Non uitæ eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse: conspectum & congressum tanti uiri quasi cœlestis aliquod beneficium expetentes. Hæc postquam domesticus Scipioni retulerunt, fores referari, cõsque intronitit iussit. qui postes ianuæ, uelut aliquam religiosissimam aram, sanctumq; templũ uenerati, cupidẽ Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu osculari positos ante uesibulũ donis que deorum immortalium numini consecrari solent, lati quia Scipionem uidisse cõtigisset, ad lateres proprios redierunt. Quid hoc fructu maiestatis excelsus? quid etiam iocundius? hostis iram admiratione sui placuit, scilicet Antiochi. Spectaculo presentie suarũ latronum gestantes oculos obstupescit. delapsa cœlo sydera hominibus si se offerant, uenerationis amplius nõ recipiãt. Hoc quidem uiuo Scipioni, illud autem Aemilio Paulo exanimi cõtigit. Nam cum exequiarũ eius celebrarentur, ac forte tunc principes Macedoniæ legationis nomine Romam morarentur, funebri lecto sponte sua sese subiecerunt, quod aliquatõ maius uidebitur, si quis cognoscat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuisse adornatã. Quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule Macedonia (quã supple uiceras) urbi nostrarũ, scilicet Romanarũ illustrem ostendit, incolumem spoliis suis, fato functum humeris, scilicet portatõo funus. hæc ille. Hi profectõ ueri milites fuerunt, quilibet ex mille electõ, de quo dici potest quod habetur Eccle. vij. in fi. Virum de mille unũ reperi. Et Virgilius sic dicit: Vir bonus & sapiens, qualem uix reperit ullum.

Militibus è cunctis hominum consultius Apollo, &c. Heu me quid dicendum de militibus nostri temporis! Respondet Cyn. in l. j. C. de iur. & fac. igno. v. j. q. q. milites huius temporis uacat mercaturis & negotiis priuatorum, qui nesciunt se armare, & uilissimas artes exercent. Et demum cinguntur ensẽ, balneantur aqua, antecedit in potu & honore uarij & deauratorum calcaribus cum quadam prærogatiua reuerentiæ salutantur. Vnde satis est, qd hoc priuilegio gaudeat: quia aliis militaribus priuilegiis sunt indigni. Milites enim nostri temporis quasi publicè negotiantur, & sunt magis ad pompã quàm ad substantiam milites: & habedi sunt ut priuati, ut no. in l. eos. C. de inoffic. magi. mili. Et hoc tenendum est, licet quidam dicant, qd ex quo habent superioris auctoritatem, & faciunt militarem professionem, qd sunt uerè milites, quãuis eorum militia nõ sit priuilegiata, imò in eorum actibus uti debet iure cõmuni, secundum doct. quos sequitur Ang. in §. illis autem. in tit. de testa. mili. & in l. qui suspectũ. §. j. ff. de ap. & Bal. in d. §. ueteranus. [De quo uide supra super uerbo, Matrem insuper Cleram.] An autem dicta priuilegia circa facultatem testandi militibus concessa competant etiam suis famulis & seruatoribus; uideatis in l. penul. & ff. de testa. mili. & C. illo eod. tit. l. fi. ubi Bal. quærit an notarius uniuersitatis gaudeat priuilegio scholarium. Similiter quærit ibi Angel. quid de bedello, an gaudeat priuilegio uniuersitatis. uideatis ibi per eos & Bal. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. Vnum tamen tenentis: quia licet doctores, presbyteri, & aduocati æquiparentur militibus, quia militare dicuntur, ut aduocati. C. de aduo. diuer. iudicio. & not. glo. in l. milites. ff. de re iudic. Tamen isti sine debita solennitate testari non poterunt, ut dicit tex. in §. fi. in tit. de mili. test. & l. fi. C. illo eod. tit. cum in his non toleretur iuris ignorantiã, ut l. j. §. Seruus Sulpicius. ff. de origi. iur. & l. professio. iuncta glof. C. de muner. patrimo. lib. x. Præterea ipsi in ocio consistentibus non cadit illa extrema & subita ac repentina necessitas, de qua loquitur d. l. milites, Quare quidem necessitas cum iuris ignorantia causa fuit concessiois huius priuilegij, de hoc hic tractamus. Et hoc scilicet qd iã dicta persona nõ gaudeat priuilegio militum, indubitatẽ procedit quo ad relaxationẽ solennitatis testamentariæ, quare etiam non relaxatur, cum facilliter testes habere possint, ut dictum est. Sed quo ad alia priuilegia solennitatem testamentariam non concernentia, putã qd maiori aut extraneo possit doctor uel aduocatus substituere directõ & filium præterire, & sic de aliis priuilegiis superius narratis, tales persona priuilegio gaudent militum, ut sentit glo. in §. fi. in fi. in tit. de milita. test. & elegantissimè determinauit post longã & pulchram disputationẽ Alex. in repetitione l. centurio in prin. ff. de vulg. & pupil. subst. ¶ Concludẽs omnibus priuilegiis militaribus militibus indultis præter præsumptã iuris ignorantiã doctores & aduocatos posse uti, dum tamẽ in doctore duo concurrant. Primõ qd sit doctor re, & nõ solo nomine: nam doctorelli qui parum sciunt, quibus boni scholares præferri debet, iuxta glo. in l. j. C. de anno. civil. lib. x. talibus priuilegiis non gaudent. allegat Bal. in proemio digestorum. Secidõ qd sint actu regentes & legentes, ita dicit Bar. in l. medicos. C. de professio. & medi. li. x. Uideatis quare plenius dixi in uerbo, Matrem insuper Cleram. in primo casu. In quo filius testari potest. Et quis illorum præferatur in honoribus, sed edo, ambulando, uel

do, uel opinando, post longam disputationem decedit Alexan. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. subst. 47 & cõmunis decisiõ est, qd in actibus militaribus milites doctõri præferatur, quia ibi non librorum, sed armorum certamina exercentur. ¶ In actibus autem scholasticis & eorum locis doctõr militi præferretur. nemo clericus, uel militaris. C. de sim. Trini. quod nobis exemplo ostendit Actius poeta antiquus, qui Iulio Cæsari in collegium poetarum uenienti non assurrexit. de quo Valerius lib. iij. titu. de fiducia sui. Magno, inquit, spatio diuisus est à senatu ad poetam Actium transitus. Is Iulio Cæsari amplissimo & florantissimo uiro in collegium poetarũ uenienti nunquam assurrexit, non maiestatis eius immemor, sed qd in comparatione communium studiorum aliquatõ superiorem se esse consideret. Quapropter insolentiæ crimine caruit, quia ibi uoluminum non imaginum certamina exercebantur, hæc ille. Igitur doctõr, ut priuilegio potitur, necesse habet inter cetera qd sit actu docens. Et idẽ in aduocato, quia debet esse actu postulas, & aliis qualificatus, iuxta l. nemi. ni. & l. iubemus. C. de aduo. diuer. iud. Et cũ his qualitatibus poterit doctores & aduocati potiri omnibus supradictis priuilegiis, siue sint permissiua priuilegia, ueluti qd filius familiars testetur, & sic de similibus: siue prohibitiua, puta qd nõ possint pro crimine torqueri: cui priuilegio renuntiarĩ nõ potest, nec ualeret consuetudo in contrarium, per tex. singularem in l. omnes iudices. C. de decurio. lib. x. quem ibi põderat Bar. [Hoc non seruatur in regno Francia; in quo casu adueniente etiã comes pro crimine torqueretur, ut habetur j. super uerbo, Mortuo itaque testatore. j. in viij. fallentia, in qua damnatus ad mortem nõ efficitur intestabilis. in fi.] Et qd non possint donare aut legare concubina: ¶ Nam pariter doctores hoc facere non poterunt, nec aduocati, ut tenet Host. in summa titu. de dona. §. cui. quod est menti tenendum: quia secundum hoc fuit iudicatum in ciuitate Spoleti contra concubinam cuiusdam aduocati. Et fuit aliàs consultum Perusij, ut refert Ludo. in l. affectionis. ff. de dona. dicens idem esse in his trionce, cui etiã est prohibitũ donare, ut in c. donare cũ aliis sequentibus. lxxxvj. distin. Et ibi etiam prohibetur donare uenatoribus: nam tales donationes si fiant, sunt ipso iure nullæ, nisi iuramentũ interueniret, quo casu propter iuramentũ ualere. Ita cõsuluit L. Rom. confi. xliij. Idem si relinquere uel donare meretrici, ut ad frugẽ melioris uitæ rediret. Quo casu relictum ualeat, tanquã pium ad piã causam factum, secundũ Bal. singulariter in l. imperialis. §. j. C. de nup. Sed qd donare possint cõcubinae quam in cõcubina tu retinent, nihil. non enim est modicum errantem ab errore reuocare. c. inter opera. de spon. Nam propter frugem melioris uitæ licitum est propriam uxorem carnaliter tamen non cognitam dimittere. c. cõmissum. illo co. tit. Et de aliis priuilegiis doctõrũ uideatis Pet. de Ancha. in cle. ij. de magistris. plenè per Ang. in §. itẽ Romæ. in tit. de excus. tuto. Et idem cõcludit præfatus Alex. ubi s. in militibus cælestis militiæ, quales sunt sacerdotes, qui militibus cõparantur, ut d. l. miles. cum glof. ff. de re iudi. ¶ Quoniam tales eisdem potiuntur priuilegiis, sicut doctores & aduocati. Et sic pariter non poterunt cõcubinas donare, secundum Barto. in l. mulierem. ff. de his qui. ut indi. & l. miles. §. mulier. ff. de testa. mili. & fuit dictũ originale Ioan. And. in c. de his. j. de sepul. in nouel. licet Barto. ipsum non alleget. de quo plenius dixi in Tom. i.

verbo, & uxorem nomine Adelas. in fin. ij. princ. artic. Ad præmissa, scilicet quod in testando presbyteri sunt ualde priuilegiati, facit text. in Auth. presbyteros. C. de epi. & cle. & plenè no. per Panor. in ca. in præsentia. de proba. ubi cõcluditur, quod clericus in testando pari cum militibus utantur priuilegio, cum Deo militent imperatori maximo. ¶ Pariter eodem potiuntur cardinales priuilegio, qui militant in sacro papæ cõsistorio, ut expresse de cardinalibus singulariter consuluit Bald. in quodam eius consi. incipiente, in primis uidentem est, an onus fideicommissi, quod alibi non legitur refert Iason super rubr. ff. de vulg. & pupil. de quo latius per eundem in l. cõturtio. ij. col. illo co. titu. Sed aduertatis, quia text. in dicta Auth. presbyteros. uidetur sentire contrarium, dum dicit: & donare secundum leges & testari, &c. per quem uidetur, qd presbyteri duntaxat possunt testari secundum dispositionem legalem, & sic iure cõmuni aliorum. Nisi dicamus, quod cũ dicta Auth. illos priuilegiat in posse testari, quod illa uerba intelliguntur, quod testari possunt secundum leges priuilegiatas & speciales militum & ceterorũ priuilegiatorum, non autem secundum leges cõmunes paganorum: uel dicatis, quod presbyteri debent testari secundum leges quo ad solennitatem testium, in qua doctores & aduocati, ut dictum est, non sunt priuilegiati: sed nõ tenentur seruare alias leges regulas testamentis siẽdis indicentes. Sed prima responsio uidetur uerior, ut scilicet presbyteri & ordinati testari possint, secundum leges priuilegiatas. ¶ Ita quod in eorum testamentis non requiratur legalis solennitas, sicut determinat Panor. de ingrediẽtibz religio nem, qui possunt absque debito numero testium, aut alia solennitate testari, per text. singularem in §. illud. in Auth. de mona. ita dicit in cap. in præsentia. xix. col. de probatio. allegat Bart. hoc tenẽtem, in Auth. si qua mulier. C. de sac. sanc. eccl. ¶ Decidẽd fallit, si priuilegium esset datũ ciuitati, castro, uel loco, quod testamentum ualeat coram duobus aut tribus testibus factum. Quoniam hoc casu ualere cum illo numero, ut l. si nõ speciali. à contrario sensu. Et ibi hoc tenet Bal. C. eo. tit. Cõsuetudo autem secundum aliquos nõ potest inducere neque statutum, qd testatum ualeat cum minori numero quinque testium, per tex. in l. fi. C. eo. tit. dum dicit ibi, minus autem nullo modo cõcedimus. Per quare uerba uidetur prohiberi omnis contraria dispositio in futurum, ita qd nõ ualebit statutũ factũ in cõtrarium ab inferiori à principe, ut dicit gl. singularis in cle. ut hi qui. super uerbo, nullo modo. de ata. & quali. [De quo j. super uerbo, Adiecta uerò impuberi. circa princ.] Præterea ubi consuetudo futura est reprobata, nõ ualebit cõsuetudo contraria, in Auth. nauigia. C. de sur. & not. Bart. in l. de quibus. ff. de legi. Sed tamen his non obstantibus communis opin. est, quod etiam consuetudo uel statutum patrie possit, scilicet qd testamentũ coram duobus testibus ualeat, per dictam l. si non speciali. Et ideo ualeat cõsuetudo Tolosana hoc seruans. Similiter in præsentĩ ciuitate Caturci est illa consuetudo. ¶ Nam consuetudo loci instrumentum aliàs minus solenne facit authenticum. c. cum dilectus. de fide instru. Ideo, quod in aliquibz locis notarij non utuntur aliquo signo authentico, sed simpliciter se subscribunt, ut seruatur Narbonæ, secundum Specu. titu. de instru. edj. §. breuiter. in fine. De qua questione autẽ nostra uideatis Bar. in l. j. C. de summa Trinit. uer sic. tertio quæritur. Spe. & Ioan. And. V in ad.

in addit. titu. de instrum. edi. §. cōpendiose. verfi. sed nunquid de consuetudine. Bart. & Bald. & alios in dict. l. si. C. co. De hoc videtur bono tex. in l. i. j. C. quemadmodum test. aperi. & hoc tenet Panor. in c. ij. de proba. v. col. Bald. Ange. & Imo. in l. testamēti. ff. co. titu. & ibi Ange. querit, an valeat consuetudo, quod testamētum valeat coram vno teste. ¶ Vnum etiam tencatis menti, q̄ si statuto in testamentis duo sufficiat testes, idem erit in donatione causa mortis. Ita p̄ bona iura decidit Bal. in l. si. C. co. ita cōsuluit Ange. consi. cccxxxij. circa principium. Bal. in dicta l. j. C. de sūma Trinit. verfi. sed quare de effectu & c. Refert talem consuetudinē vigere in francia. ¶ Undecimō fallit dicta regula in testamentis factis ad 59 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

firmavit sententiā, allegans primō, quia de iure cōmuni in actu testandi testes debent esse rogati, in l. hac consultiſſima. C. co. & l. hæredes palam. §. in testamētis. ff. eodem. & in Authent. rogati. C. de testi. Nec reperitur ab hac solennitate exceptū testamētum ad pias causas factum, ergo standum est regulæ generali: quia erubescimus sine lege loqui, vt l. illa. iuncta glo. C. de collatio. Secundo ad hoc allegat eam sum expressum in dicto cap. relatum. supra eo. dum dicit duobus legitimis testibus requisitis. vbi expresse loquitur textus de relictis ad pias causas. Et nihilominus vult ad validitatem eorum requisitionem testium fore necessariam. vnde non sufficit, quod fortuito veniant. ¶ Præterea vltra Lapum potest hæc opinio confirmari, per id quod videmus in milite, qui licet in testando liber sit, & solutus omni solennitate testamentaria introducta per ius civile, attamen dum testatur in testorio, non dico in conflictu belli, necessarius est ad validitatem testamenti testium rogatus, vt l. diuis. ibi. conuocatis. ff. de testa. milit. Nec quidem huic sententiæ refragatur: quod dicimus in testamēto facto per patrem inter liberos non requiri testium rogatum. Quia respondetur, q̄ in testamēto quod inter liberos conficitur, hoc ideo est, quia & si testamētum scriptum non esset, porrō liberi iusti successores essent, cum in successione parentum eorum causa sit prior. Ideo in testamēto inter eos confecto iuris solennitas relaxatur. Pro hac ratione est tex. not. in l. j. C. de his qui sibi ascri. Et secundum hanc opinionem reperio consuluisse Paul. consi. ecc. incip. Ad primū quæsitū. prope si. & Lud. o. cōsi. ecc. v. qui pariter eandem opinionem tenuerunt in repetitione Authen. similiter xx. col. C. ad leg. Falc. & ita etiam consuluisset Franc. Arcti. vt refert Panor. in dicto cap. relatum. j. col. Ego verō in consulendo sum sæpe secutus primam opinionem, scilicet testamētum ad pias causas valere cum duobus testibus non rogatis. quod patet ex duobus. Primō, quia illa est cōmunis opin. doct. Igitur in dubio est sequenda, vt not. Panor. in cap. j. de consit. Secundo, quia summa est ratio quæ pro religione facit, vt l. sunt personæ. in si. ff. de religio. & sumpti. sine. Præterea rogatus testium est solennitas innenta à lege civili, & sic iure positio. Sed qui testantur ad pias causas, spiritu Dei ducuntur, argu. cap. licet. j. de regu. Ergo non sunt sub lege, vt scilicet legis solennitatem sequi teneantur: quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. xix. quæstio ij. dux sunt. & dicto cap. licet. In dubiis enim opinionibus fauendū est religio. ni. ¶ Nam Dynus hoc non faciens fuit damnatus, vt fuit post eius mortem revelatum cuidam eremita viro sancto, prout refert Ang. in l. j. C. de fal. cau. adiect. lega. vbi refert Dy. consuluisse in quadam causa contra ecclesiam, propter quod damnatus fuit. Heu me, quid de illis erit, qui ecclesie bona & iura rapiunt, & autoritate propria vsurpant? exemplo vobis ostensum fuit in verbo, *Et uxorem nomine Adelasiam.* in primo principali articulo primæque decisione. Nec obstat l. diuis. ff. de testamen. milita. superius allegata, quia ibi loquitur in casu, quo miles non gaudet plenè priuilegiis militum, scilicet quando testatur extra bellum in testorio, cessante necessitate: quæ est causa finalis priuilegij, vt supra ostensum fuit. ¶ Sed causa pia vbicumque existat, & quocumque tempore, semper gaudet integraliter suis priuilegiis. vnde non est bona æquiparatio de casu non priuilegiato ad casum priuilegiatum. Similiter non obstat cap. relatum.

rum, dum dicit: requisitis. quia respondetur duobus modis. Primō quia ibi papa mādāt causam piam tractari non secundum leges, sed secundum decretorū statuta. Vnde per verba postea sequentia nō potest inferri, quod testes debeant rogari. Quia hoc esset ecclesiam tractare secū dum leges, & carum solennitatem contra mentem papæ. Nam qualiacunque verba sequantur, protestatio seu declaratio præcedens derogat sequentibus, ne contra præcedentem declarationem operentur. vt l. si mihi. & tibi. §. in legatis. versicu. interdum. & l. si ita sit scriptum. ff. de legat. j. & not. plenè in cap. cum Martinus. de consit. Secundo respondetur & nouiter, & credo quod sit vera respōsio, & clarior omnibus, scilicet, quod dicta verba, testibus requisitis, nō referantur ad actum testandi, vt velit papa dicere, quod in actu testandi requiratur requisitio & rogatus testium: quia non requiritur, vt dictum est. Sed referuntur dicta verba ad actum iudicandi, quasi velit papa dicere, quod iudices debebūt iudicare pro ecclesia si per eos duobus testibus requisitis, id est vocatis coram se & ad veritatem examinatis apparuerat de testamento facto ad piā causam. Vnde nō intendit ille text. dicere, quod testator teneatur cōuocare seu requirere testes, cum ad testatorem illa verba nō referantur. Sed intendit dicere, quod si iudici requisitis coram se testibus apparuerit de testamēto ad pias causas, debet pro illo iudicare. Et iste est verus intellectus illius cap. vbi papa loquitur cum iudicibus, vt patet in superscriptione. Præterea omne relatum debet intelligi iuxta relatum, vt in Authen. si quis in aliquo. C. de eden. Ideo cum dubitatur de instrumento ingrossato ad protocollum huc matricem scripturam, semper recurretur, vt plenè not. Bar. in l. si librarius. ff. de regu. iur. ¶ Similiter quando dubium est de opinione alicuius doctoris, recurrendum est ad iura quæ allegat. Cum secundum illa doctoris opinio intelligatur, vt not. Barto. in l. nō solum. §. liberationis. ff. de lib. lega. & Pau. consi. cccxxxvij. Sed papa in dicto cap. relatum. allegat autoritatem iuris diuini, quæ scripta est originaliter Matthæi cap. xvij. vbi simpliciter dicitur, Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum & c. Et ibi nulla fit mentio, quod tales testes debeant esse vocati, vel rogati, ergo & c. Nec obstat tex. ibi dum dicit, Adhibe tecum. Quia per hoc non concluditur, quod testes debeant requiri, seu rogari: imō sufficit ipsorum presentia quomodocumque illic applicuerint: quod demonstratur per illam dictionem, Adhibe. ¶ Nam adhibere nil aliud sonat, quam duos vel tres testes per illum actū correctionis habere. Et verum est dicere, quod ita bene habet testes ille, qui eos non requisit, necque rogauit: dum tamē in actu sint presentes, sicut ille, qui eos rogauit. Præterea ille text. Matthæi xvij. loquitur in actu correctionis à peccato, in quo nō reperitur expressum, quod testes debeant rogari. Ergo standum est regulæ generali. Quia cum speciale sit in testamento, quod rogari debeant: ergo in contrarium est ius commune in aliis. Et sic per illa verba, adhibe tecum. non videtur requiri requisitio seu rogatus. Ad hoc facit tex. not. in l. fina. C. de codicil. vide bonum text. qui non requirit testium rogatum, Deutero. xix. prope si. Quare concludo luculenter vltra omnes, quod in testamētis ad pias causas omni iure sufficiunt duo testes, etiam nō requisiti, nec rogati. Et ista est veritas. Videatis plenè Barba. in prima parte: consi. cccij. vij. colum. ideo dicit Ange. & c.

sequuntur ibi doct. & Alexā. in l. hac consultiſſima. penult. col. C. qui testa. face. non pot. quod solennitas illius legis non habet locum in cæco testate ad pias causas: imō valet omnia omni solennitate. ¶ Plus dico, quod tales testes non rogari ad pias causas, nō requiritur quod sint masculi, imō in tali testamento sufficit, quod sint mulieres, quæ alias in testamento testes esse non possent, vt instit. eod. §. testes. ff. eo. l. qui testamentis. §. mulier. Et quod in tali testamento ad pias causas sufficiant mulieres, probatur primō, quia videmus in testamento per patrem facto inter liberos, mulierē posse in testem adhiberi, vt not. gl. quam sequuntur doct. in Authen. quod sine. C. co. Secundo, quia idem videmus in codicillis, vbi requiritur minor numerus testium, quam in testamento, mulierem posse adhiberi in testem, vt l. fina. §. in omni. C. de codicil. Et ibi hoc tenet gl. à doctorib⁹ approbata. Ergo idem videtur in testamento ad pias causas, in quo minor numerus testium requiritur, quam alii testamentis. vt dicto cap. relatum. & cōcludunt omnes in dicta l. j. C. de sacrosanct. eccle. Sed aduertendum est, quod Lud. in dicta repetitione Authen. similiter. concludit contrarium, dicens mulieres in testamento etiam ad pias causas facto nō posse esse testes. Et ita refert consuluisse Federi. de Sen. consi. cccx. qui allegat dictum §. mulier. Ipse verō Lud. pro hac opinione allegat text. expressum in dicto cap. relatum. ibi dum dicit, legitimis testibus. mulier autem in hoc non est legitima testis, per dictum §. mulier. & instit. eodem. §. testes. vltra Lud. ego allego text. aureum de iure civili, in dicta l. si pater. §. quædā. ff. de fideicō. liber. ibi dum dicit, presentibus honestioribus viris. vbi text. dicit q̄ in relicto libertatis quod indubitater est pium, vt not. Bart. in l. proximè. §. si. ff. de his quæ in testa. delen. requiruntur testes viri boni, & sic non mulieres, nec infames & criminosi. ¶ Præterea mulier in genere saltem est prohibita de iure canonico ferre testimoniū, cum semper varium & mutabile producat, vt in cap. forus. §. testes. j. de verborū signifi. Nec obstat si dicatur, quod licet mulier dicatur prohibita iure canonico & civili, vt dictum est. Amen non reperitur prohibita de iure diuino. Quod quidem ius in talibus relictis ad pias causas considerare debem⁹, vt dicto cap. relatum. vt supra dictum est: quia respondetur, quod in relictis ad pias causas est verum, quia consideramus ius diuinum quo ad numerum testium, vt scilicet sufficiant duo aut tres. Sed quo ad qualitatem eorundem considerare debemus ius canonicum & civile, quæ in hoc à iure diuino reperiuntur immutata. Leges enim ipsæ per ora principum diuinitus fuerunt promulgatæ, vt l. fin. C. de præscrip. longi tempo. & ca. quo iure. vij. distinctio. Nec obstat quod superius dictum fuit, scilicet non attendi rogatum testium: quia rogatus testium qui regulariter in testamentis requiritur, est de mera iuris civilis solennitate: quare in testamentis ad pias causas talem nō consideramus solennitatem in inharendo iuri diuino, quod de talibus non curat, vt supra ostensum est. Sed repellere mulieres à testimonio, quæ sexus fragilitate varia semper & mutabilia producant, non est de solennitate legali. Quinimo est obuiare vitio naturali, quo facilliter inclinatur ad testificandum falsum. Præterea si ob fragilitatem sexus, qua facilliter corrumpi possunt, iura humana expressim eas nō testificari in testamētis ad non pias causas factis repellunt, propter præsumptum periculum corruptionis & præ-

iudicium euitandum, multo potius repelli debent à testificando in testamentis ad pias causas, vbi agitur de maiori periculo & præiudicio, quia facilliter deierando dicent, non sic testatorem ad pias causas bona sua reliquisse. Et hoc fortè corruptè per hæredem scriptum aut venientes ab intestato. quod magis esset, quàm contra priuatum testificari. vbi ergo est maius periculum, ibi cautius est agendum, cap. vbi. de elect. lib. vj. Item melius est eas à talibus prohibere, vt testatores eas in suis piis voluntatibus nò adhibeant, quàm si admitterent, & contra Deum corruptè aut aliàs variando contra ecclesiam seu aliã piam causam falsò deponerent. Et testatores de eis confidentes simul & piam causam deciperet. Et hæc opinionem tenet Barba. in d. c. relatum. vij. col. suprà eod. per pulchras iurium inductiones, subiungens, quòd in testamento inter liberos testes esse possunt, vt ibi dicit. ix. colum. Sed præcedens opinio communiter tenetur, & credo quòd sit vera. Nam (vt dictū est) nos videmus, quòd indistinctè mulieres in codicillis possunt esse testes, nò facta differentia, an fiant ad piam causam, vel non piam, & in hoc omnes cōcordant; & hoc ex eo, quia in codicillis minor requiritur solennitas, quàm in testamēto. Ergo idem erit in testamento ad pias causas, in quo non requiritur solennitas in aliis testamentis requisita. Nec obstat, text. in dicto cap. relatum, dum dicit: legitimis testibus: quia intelligitur de legitimitate, quæ requiritur secundum qualitatem causæ seu negotij, de quo tractatur. Et cum in testamentis ad pias causas non requiratur tanta legitimitas, sicut in aliis: propter illa verba, non videntur repelli mulieres: imò admittuntur, dum tamen aliàs sint legitimæ testes: videlicet qd non sint infames, aut aliàs à testimonio expulsæ.

66 Quoniam tales non admitterentur. ¶ Vnde bonæ & honorabiles mulieres dicuntur in testamento ad pias causas testes legitimæ. Similiter non obstat, text. in dicto q. quædã, dum videtur requiri, quòd testes sint boni viri. Quia respondetur, quòd ibi recitatur accidentia facti, & non mysterium iuris. ¶ Vnde verba narrativa legum aut decretalium nihil disponunt, nec ex eis sumitur argumentatio, vt dicit glos. singularis in l. vnica. C. quando non peten. partes peten. accref. Et est dictum Ioã. Andr. in nouel. in cap. dilecto. suprà de præben. ¶ Quare restat conclusio, quòd in testamentis ad pias causas sufficiunt duo testes masculi, vel mulieres rogati, aut fortuito venientes, quod teneatis menti: quia nunquam istum articulū audistis ita plenè & clarè enucleatū. Vnde potestis dicere, quòd ad pias causas valet testamentum omni iuris solennitate destitutum. ¶ Sed pulchra quæstio est, cum, vt videtis, testamentum minus solenne in quo pia causa est hæres, valeat, an etiam valeat legata ad non pias causas laicis in eodem testamento relicta. Et Sali. singulariter in Authen. cas. fa. in ix. q. C. de sacrosanct. eccl. tenet quòd sic, & debentur. Idem tenet Anto. de Butr. in cap. quod clericis. de foro compet. sequitur Alexan. in prima parte consi. xli. incip. viso tenore. & iij. parte consi. cv. incipien. Viso & diligenter cōsiderato. v. & vlti. colu. Et ab hac opinione per rationes Sali. non inuenitur aliquis discrepare, nisi Iason in dicta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. vbi tenet contrarium, scilicet dicta legata non valere. primò per illum text. vbi si in testamento imperfecto inter liberos factò fuerint aliquibus extraneis legata relicta, talia legata non debentur, sed liberis accrescunt hæredibus institu-

tis. Si ergo hoc est in testamento inter liberos factò, ergo idè vbi pia causa est hæres, cum vterque succedat ex testamento imperfecto. Secundò mouetur, quia videmus, quòd si filius familiæ cum consensu patris faciat hæredem piam causam, & legata aliis personis relinquat, tale testamentum valet quo ad institutionem piæ causæ, vt vidistis plenè suprà in verbo, *Matrem insuper Cleram*. Et nò quo ad legata aliis personis relicta, secundum Bald. in l. senium. in fin. quem ibi sequuntur Sali. & Alexand. per tex. singularem in l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demò. & idem Bald. in l. j. C. de sacrosanct. eccl. & in hoc nemo discordat. Ergo à simili, vbi causa pia in testamento imperfecto reperitur hæres instituta, testamētum valet quo ad piam causam, sed nò quo ad legata aliis relicta. Tamè illa legata non accrescunt piæ causæ hæredi institutæ: quia vbi pia causa est hæres, testator decedere potest p parte testatus, & pro parte intestatus, secundum Bart. in l. j. in v. quæst. v. qd. principalis. C. de sacrosanct. eccl. Quod non reperitur decisum in parente testante inter liberos. Cogitetis super hoc: quia ipsemet Iason nò fuit ausus firmare pedem: imò potius inclinat, quòd legata valeant in tali testamento relicta, secundum primam communem opinionem. ¶ Sed quid contra, si testator coram duobus tantum testibus hæredem institueret quendam laicum extraneum? Quo casu testamentum non valet: an saltem valeat quo ad legata pia in eo relicta. Et dicit Sali. in dicta Authen. cas. fa. quòd legata nihil valent, cum non valeat institutio, quæ est caput testamenti. idem Anto. de Butr. in dicto cap. quod clericis. & Alex. ad. in ij. parte consi. clxxv. incipien. viso themate. & ij. parte consi. cxix. incipien. statutus. tamè Iason. vbi suprà, arguit in contrarium: quem videatis: & quæ dixi suprà in verbo, *Matrem insuper Cleram*. in vij. fallen. in fi. ¶ Sed restat cōclusio, quòd testamentum imperfectum ratione solennitatis est validum, si factum fuerit ad pias causas. Quinimò plus dicere voluit Barto. in l. testamento. ff. de fidei. com. liber. vbi singulariter dicit per illum text. quòd nedom testamentum imperfectum ob defectum solennitatis ad pias causas valet, vt dictum est, sed etiam testamentum imperfectum voluntatis: veluti si testator testatò ad pias causas moriatur ante completum & perfectum testamentum, tale testamentum valet secundum eum, per dictam l. in testamento. & l. vltimam ff. de rebus eorum qui sub tuto. Quod dictum, si esset verū in materia nostra esset notabile & singulare. Sed ad veritatem loquendo, illud dictum est falsum, & vt tale à doct. reprobatur. Primò, quia ipsemet Barto. in l. si is cui. ff. eod. titu. voluit dictam l. in testamēto. in qua se fundat, debere intelligi in testamento inualido ex defectu solennitatis. Quo casu, vt dictum est, valet. Non autem in testamēto imperfecto ratione voluntatis: quo casu non valet, vt ibi concludit, & bene. Præterea glos. in dicta l. si is cui. quam sequuntur omnes docti. & glo. in l. fin. C. famil. ercisc. tenent testamētum imperfectum ratione voluntatis etiam inter liberos esse de iure nullum. Idem tenent Bald. & Sali. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eo. tit. & Ludo. in dicta Authen. similiter. ¶ Duodecimò fallit dicta regula in testamento inter liberos factò per patrem, quale fuit testamentum Raynutij, de quo ad præsens agitur. Quoniam eo casu fauore liberorum multa relaxantur de iuris solennitate, ita quòd tale testamentum valet absque debito numero testium, vt l. hac

vt l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. eo. vbi est text. apertus, quòd testamentum imperfectum ob solennitatis legalis defectum valet inter liberos, siue sit factum per ascendentes ex parte patris, siue per ascendentes ex parte matris, vt probat ibi textus, dum dicit: veriusque sexus & c. Ad hoc facit text. not. melior totius iuris in l. fin. C. famil. ercisc. & not. plenè Bal. & Sali. in l. filij. illo. eo. titu. Et licet text. in dicta l. si videatur hoc limitare, vt locum habeat solennitatis relaxatio, vbi liberi sunt in testamento patris æqualiter honorati & pares: attamè locum habet etiam si dispares essent in portionibus, dummodo iure institutionis fuerint relicta: quia satis erit, quòd sint pares in succedendo, quamuis æqualiter nò succedat, cum pater non teneatur vltra legitimam cis relinquere. l. cum queritur. & Authent. nouissima. C. de inoffic. testa. vt plenè dicam super verbo, *in eodem testamento relinquens*. j. Plus dico, quòd etiam valebit testamentum minus solenne, etiam si alter ex liberis esset exheredatus propter ingratitudinē, dum tamen fuerit ritè exheredatus, vt dicam super eodem verbo.

73 In eodem testamēto relinquens. j. ¶ Quia cum exheredatus ritè propter ingratitudinem habeatur pro mortuo. l. j. §. si pater. ff. de coniugen. cū emanci. lib. & plenè decidit Bal. in iij. q. in d. Auth. nouissima, & Alex. in l. planè. §. si duobus. iij. col. ff. de leg. j. Certè talis quo ad æqualitatem succedendi nò venit in consideratione ad testamentum patris inualidandum ex defectu solennitatis. Præterea sicut de substantia testamenti est, quòd filij grati instituuntur, sic etiam quòd ingrati exheredentur. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. Quo casu nò minus dicitur testamentum factum inter liberos valens & potens, defectu numeri testium non obstante, donec per querelam rescindatur non probata ingratitudine, vt dicto §. ex imperfecto. qui loquitur in distinctè nullam facies differentiam si qui fuerint exheredari vel omnes institui. Nec obstat, quòd talis relaxatio solennitatis fuit fauore liberorum concessa, & in fauore non venit exheredatio. l. cum quidam. ff. de libe. & posth. quia vt dixi, exheredatus nò est de numero liberorum, cum sit l. eo mortui. sicut dicitur de eodem nato. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui iuris. vbi text. not. Et sic non est odiū, neque fauor ac si nunquam fuisset natus. ¶ Postremò in testamento inter liberos non requiritur solennitas iuris positui in testamento numerum septem testium requirētis, sed tantum solennitas iuris naturalis, quo in ore duorum aut trium stat omne verbum. c. in omni negotio. de testi. Quod etiam ius nò distinguebat qualitates personarū nec causarum, & antequàm esset ius ciuile & tanta solennitas testium requisita in testamentis, erant liberi grati, & ingrati sicut hodie, & instituuntur, & exheredebantur, sicut nunc, & valebat testamentum quo ad omnes sine tãto numero testium. Ergo idem erit hodie. Nec videtur introductio solennitatis tanta testamēta inter liberos in clusisse: imò expressè exclusit illa, relinquens omnia in dispositione iuris naturalis quo gentes humanæ antea reg. bantur. Et cum dicitur, quòd ad testamenti imperfecti validitatem requiritur liberis esse pares saltem in succedendo, vt dicta l. si. hoc intelligitur de liberis viuis, nò de mortuis, qualis est exheredatus. Et de capacibus ad succedendum qualis nò est ingratus exheredatus, qui velut damnat. à dignitate & honore liberorum est per patrem à lege deputatum iudicè priuatus, quòd est not. Testamentum enim inter liberos

valet cū duobus testibus, siue fuerit factum per mortuum testamēti aut epistolæ, vel cuiusque generis scripturæ, dum tamè per duos testes cōstare possit illam fuisse patris & matris voluntatē vel aliorum ascendentium. Et ratio est, quia & talis scriptura testamentum nò esset, tamen liberi hæredes futuri essent. Idcirco legalis solennitas nò attenditur, ita dicit text. not. in l. j. C. de his qui sibi ascri. per quem text. idem putant doct. seruari in liberis legitimis tantum, putà adoptiuis, vel arrogatis, qui cū aliis ab intestato succedunt, vt l. cum in adoptiuis. C. de adopt. & idè in naturalibus legitimatis, vt concludunt omnes Alex. & Ias. in dicto §. ex imperfecto. vt dixi super verbo, *Et uxorem nomine Adelaßam*. Et præmissa sunt verba, siue tales filij naturales & legitimi tempore testamēti paterni sint in potestate, siue emancipati. Nā utroque casu valet testamētum minus solenne per dicta iura inter solos liberos. Si autem forent permixti extranei hæredes aut extranei legatarij. quo ad ipsos nò valeret tale testamētum, vt d. §. ex imperfecto. etiã in foro cōsciētia, vt latissimè disputat Ias. in l. si post diuisionem. post Bal. libi. C. de iur. & fac. igno. & clarè Alex. in l. nemo potest. vij. col. ff. de lega. j. de quo dicatis vt ibi. & per eundem in l. cum quis. eo. tit. Sed duntaxat valebit quatenus cōcernit liberos. ¶ Et tale testamentum minus solenne inter liberos factum nò solum habet effectum testamēti, vt ex eo succedi possit. Quinimò habet effectum derogatoriū & reuocatorium primi testamenti solēnis per patrē prius fortè facti inter extraneos: quod ipso iure tollitur per secundum minus solēne inter liberos factum, etiã si in primo testamēto solēni institui fuissent alij successores ab intestato, qui post filios ad successionem vocarētur. Ita eleganter cōsultuit Paul. de Cast. cōsi. cccxliij. vers. nec obstat. §. si quis. quod est verū, etiã si tale testamētum inter liberos minus solēne nò fuerit factū in scriptis, sed nūcupatiuè corā duobus testibus tantum, de quo nulla fuit facta scriptura, vt post omnes cōcludit Alex. in l. hac cōsultissima. v. col. C. qui testamētum face. nò pos. & plenè cōsultuit Barb. in prima parte consi. xix. vj. col. in fi. Nam etiam cōuerso testamētum primum imperfectum inter liberos factum derogat sequētibus solēniter factis inter alios, quàm liberos. [De quo plenè §. super verbo, *Testamentum*. ij.] Et sic nò mirum, si prioribus deroget, vt dictum est. ¶ Plus dico, quòd non solum valet testamentum minus solenne ad effectum rumpendi primum solenne, quando tale minus solenne fuit factum inter liberos, sed etiam si nò stantibus liberis factum fuerit inter vltiores consanguineos ab intestato succedentes, Nam etiã per tale testamētum minus solenne rumpitur primū solenniter factū inter extraneos, per tex. in l. hac consultissima. §. si quis autem. C. eodem. Prouiso tamen, quòd sequentia in tali testamento minus solenni concurrant. Primò, quòd interueniāt quinque testes, & quo ad hoc differt à testamento minus solenni factò inter liberos, in quo sufficiunt duo, vt dicto §. ex imperfecto. Secundò, quòd illi quinque testes, & notarius si interuenit, fuerint à testatore rogati: quia text. in dicto §. si quis autem. videtur solum relaxare solennitatē quo ad numerum testium, sed non quo ad rogatum: ita singulariter cōsultuit Lud. Rom. circa fi. decisionis primi dubij, cōsi. cccvj. incipiente, Proposita cōsultatio. & in hoc etiam differt à testamento factò inter liberos, vbi nò requiritur, quòd duo testes fuerint rogati, vt communiter concluditur in d. §. ex imperfecto.

Cogitatis, quia tex. in dicto §. si quis autem. requirēs quinque testes, nō facit mentionem de rogatu. Tertiō requiritur, q̄ in primo testamento solēni fuerint instituti hāeres extranei: quia si in eo erāt instituti aliqui de succedentibus ab intestato, tunc per secū dum testamentum minūs solenne non rumpetur primum solenne, posito quōd in secundo minūs solenni essent instituti alij ab intestato succedētes, quā liberi testatoris, quod intelligo si omnes tam in primo, quā in secundo testamentis instituti, sint in pari gradu succedendi, si autem instituti in testamēto minūs solēni, essent proximiores primum locum succedendi tenentes, per tale testamētum rumpetur primum solenne, in quo remotiores fuerāt instituti, per rationem dicti §. si quis. & ita vult tex. à cōtrario sensu in dicto §. si quis autem secundum Alex. ibi & Iaf. Quāto requiritur, quōd in secundo minūs solenni sint instituti tales succedētes ab intestato, qui teneant primum locum, secūs si alij remotiores, secundum Bart. in l. si duobus. §. si prius. ad fi. ff. de bo. pos. cōtrata. in fi. quē ibi, & in dicto §. si quis autem. sequitur moderni. Quintō requiritur, quōd in tali testamēto minūs solenni fuerint instituti omnes ab intestato succedentes primum locum succedendi tenētes. Secūs si aliquis ex ipsis, & nō omnes, vt probat tex. in dicto §. si quis autem, qui vitur in definita, * quā equipollet de iure vniuersali, & ita tenuit Alexand. & Iaf. ibi. Sextō requiritur, quōd illud testamētum minūs solenne factum inter succedētes ab intestato sit solū imperfectū ratione defectus numeri rogatus, aut subscriptionis testiu, vt dicto §. si quis autē. fecus si ratione preteritionis filij testatoris: quia tunc esset ipso iure nullum, secundum glo. & Doct. in l. si filius q̄ in potestate. ff. de liber. & posthu. Nec obstat dicto §. si prius. quia loquitur in preteritione filij emancipati. Et pari modo non valeret testamētum, si esset imperfectum ratione personae testātis, secundum Ludouicum in dicto consilio. Septimō requiritur, quōd in primo testamento non fuerit instituta hāeres aliqua pia causa, quia eo casu quātuncque in testamēto minūs solenni forent instituti venientes ab intestato, per tale testamentum non censetur primum esse ruptum, in quo pia causa fuerat instituta, nec habet tunc locum dispositio dicti §. si quis autē. Cū hoc casu sit magis fauendum animā testatoris, quā agnatis. Et ita singulariter cōsultuit Panorm. in prima parte consil. xj. incipien. in causa quā vertitur. & Rapha. Cuma. consil. clxxvij. incipiente, & idē ego Rapha. quos sequitur Iafon in dicto §. si quis autē. subiungēs, quōd etiam si in testamento imperfecto secundo instituti essent liberi testatoris corā quinque testibus, per hoc non censetur primum reuocatum perfectum coram septem testibus factū, in quo est pia causa hāeres instituta. Quia tex. in dicto §. si quis autem. volens primum solenne reuocari per secundum imperfectum, est lex imperialis, quē praiudicare non potuit ecclesiis, & piis causis. Secundō, quia, excepta legitima, magis fauetur ecclesiis, quā liberis, secundum Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccl. in l. vlti. quāstio. principali. & Petr. de Ancha. consil. xlv. incipien. prima facie videtur. [De quo plenius super verbo, *si absq̄ liberis moreretur.* j. in xj. limita.] Restat ergo, quōd prāmissis concurrentibus testamentum minūs solenne, in quo sunt venientes ab intestato instituti hāeres, rumpit primum solenniter factum, in quo extranei, aut ab intestato remotiores fuerant instituti. Quod

est verum nō solū si tale testamentum minūs solēne fuerit in scriptis factum, siue nuncupatiuē simpliciter coram quinque testibus, secundum doct. communiter in dicto §. si quis. quos ibi sequuntur Alex. & Iaf. Et non solū tale testamentum minūs solenne valet & rumpit primum, si in eo fuerint venientes ab intestato specialiter nominati & expressi, sed etiam si testator solū coram quinque testibus dixerit, volo intestatus decedere, neminē expressē institucendo. Quo casu, tollitur primum testamentum, & veniētes ab intestato ex hac vltima voluntate succedent. ita eleganter decidit Barto. in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testamē. mili. de quo videtis Alexād. in l. si ita scriptum. §. regula. in vlti. colum. ff. de liber. & posthu. & l. sancimus. penul. col. C. eo. tit. Et non solū per testamētum imperfectum, de quo dictum est, tollitur primum, vbi extranei erāt instituti. Sed etiam per codicillos, in quibus sunt instituti venientes ab intestato, secundum Barto. in l. ij. ff. de in iur. rup. testa. [De quo latius super verbo, *testamentum.* iij. circa fin.] ad quod facit quod nūc dicam de substi. ¶ Vnum tamen teneatis menti, quōd illud quod dictū est, scilicet, quōd testamētum postrius minūs solenne inter liberos factum rumpit primum solenne factum inter alios, est verum: nisi tempore quo tale testamentum minūs solenne fuit inter liberos factum, testator fuerit cæcus. Quoniam eo casu, tale testamentum non valeret, neque reuocaret primum, nisi haberet solennitatem requisitam in testamento cæcorum, de qua in l. hac cōsultissima. C. qui testa. fa. non pos. etiam si haberet clausulam codicillarem. Ita cōsultuit Raph. Fulgo. per multas rationes consil. xcj. sed Bald. Salice. Paul. & Alexād. in dicta l. hac cōsultissima. qui testamen. facere non poss. contrarium dicunt tenentes testamentum cæci inter liberos imperfectē factū valere, per dictum §. ex imperfecto. idem cōsultuit Franc. de Zabarel. Card. consil. cxlix. incipien. casus talis. * Ex prāmissis decidit Bart. in dicto §. si quis. quōd testator potest filio in codicillis pupillariter substituere venientes ab intestato, & reuocare substitutionem pupillarem, quam prius fecerat in testamento, in quo extraneos filio pupillariter substituerat. Et valebit talis substitutio in codicillis facta iure directo, licet in codicillis hāereditas dari vel adimi non possit, vt l. Scæuola. ff. ad Trebellia. & in situ. de codicil. §. si. idem tenet Bartol. in dicta l. ij. ff. de in iur. rupto testamen. & in l. militis codicillos. ff. de testamē. milita. Quam opinionem sequuntur Paul. & Rapha. Fulgo. in dicto §. si quis autem. l. hac cōsultissima. C. eodem. & ibi Alexand. & Iaf. respondent ad iura allega. per Bald. & Salice. qui contrarium tenebant. [De quo plenius habetur super verbo, *Testamentum.* iij. ver. postremo vt finis.] Vnum tamen circa prāmissa memoriā commendabit, quōd testamētum minūs solenne, nedum valet inter liberos ab intestato succedibiles factum, vt dictū est: sed etiam valet inter liberos ab intestato non succedibiles, putā inter filios, aut filias, quā dotatæ erāt, & ex forma statuti aut consuetudinis, aut propter renuntiationem iuratam exclusæ erant à paterna vel materna successione. Quoniam si tales liberi exclusi in testamento minūs solēni à patre hāeres instituantur, tale testamentum minūs solenne valet, secundum Rapha. Fulg. in d. l. hac cōsultissima. §. per nuncupationem. C. eod. Nam posito, quōd tales filia sine exclusæ ab intestato, non tamē sunt exclusæ condito testamen-

to, si

to, si patris voluntatem habeant, vt plenē dixi supra eod. in verbo, *duas habens filias.* Pro quo Fulgo. allegat. quōd in simili habetur in l. nō putauit. §. in adoptione. ff. de bo. pos. cōtra tab. Et hęc opinio cōmuniter tenetur, & secundum eam cōsultuit Ludo. cōsil. clxxxix. quem refert & sequitur Iafon. in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. vj. col. eo. tit. & ibi Alexand. licet Bald. secundum Fulg. tenuerit contrariū, & non bene. Et adēdē valet tunc tale testamentum, quod portiones hāereditariæ, in quibus fuerunt tales liberi instituti, nedum in eos trāseunt si hāeres esse velint, aut relictum habere, quo ad dominium, sed etiam in eos trāseunt quo ad possessionem, quæ in puncto, quo moritur testator in eos trāsit ipso iure sine aliqua reali traditione, ita quōd sicut sui sunt, coipso sunt possessores ex generali huius regni consuetudine, quā mortuus moriendo sayit viuum. Ita & isti exclusi, quando sunt hāeres instituti. Nec obstat text. iuncta glo. in verbo, parens. in l. fi. C. familiar. eriscun. quia loquitur secundum tempora illius legis, secundum quā ex testamento imperfecto solū vacabatur sui, id est, liberi in potestate testatoris cōstituti, & non vocabatur emancipati, nisi iure pratorio. Et talis filia propter dictum statutum, aut renuntiationē definit esse sua, vt not. Bart. in l. j. §. sciēdam. ff. de suis & legitimis hāredi. & Bal. in l. fin. ad fin. C. de liberis præt. vel exhære. Sed postea per tex. in dicta l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. eod. facta est ampliatio, vt scilicet testamētum minūs solenne valeat inter omnes liberos factum, etiam non suos, sed emancipatos, & non emancipatos. Nec pariter obstat quod not. Bald. in l. si quādo. in fin. princip. C. de in officio. testamen. quia Bald. ibi loquitur in eo, qui de iure communi vel municipali, nō poterat succedere ex testamento, sed ex priuilegio tantum. Et in hac ratione fundata est eius iactio, & determinatio. Sed filia de quibus loquimur iure communi ex testamento succedere possunt, vt dictum fuit latissimē in dicta notula super verbo, *duas habens filias.* in tertio membro principali. Vnde cōcluditur testamentum minūs solenne valere inter liberos etiam ab intestato exclusos. ¶ Testamentū enim inter liberos conditum semper censetur habere clausulam, quōd valeat omni meliori modo, quo valere potest, vt est glo. nota. in l. cohæredi. §. cū filia. super verbo, valuit. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. quam ibi, & hęc multum ponderauit Ioan. de Imol. qui dat similitē ibi Rapha. Fulgo. in l. filij. verfici. intestato. iuncto text. C. familiar. eriscun. Sed clarius hoc dicit glo. in d. §. cū filia. & erit pulchra limitatio ad legem non codicillū. C. eodem. & l. j. C. de codicil. Taliter, quōd dicemus in testamento factō inter liberos semper inesse clausulam codicillarem, etiam si non apponatur. Et hoc propter ardorem liciti amoris inter patrē & filios existētis, qui clausulam codicillarem tacitē inducit, secundū Bald. in l. si iure. C. de testamē. manu. quod non est tradendum obliuioni. [Propter illa quā dicuntur super verbo, *Testamentum.*] ¶ Et prāmissa intelligatis vera esse, videlicet, quōd testamentum minūs solenne valet inter liberos naturales & legitimos, sed non inter naturales tantum, veluti bastardos. Quoniam eo casu non sufficerent duo testes, quinimo requireretur integra iuris solennitas secundū aliquos, per tex. in dicta l. fina. C. familiar. eriscun. quæ nō loquitur nisi in suis & emancipatis, quasi dicat fecus esse in naturalibus tantum, qui nunquam fuerunt

Tom. i.

sui nec in patria potestate, cū non sint ex nuptiis procreati, instit. de patria potestate. §. primo. Et per consequens non possunt emancipari. Et sic tanquā extranei non succedunt ex testamento minus solenni. Et ita multi Doct. cōsultuerunt, & tenent Alexand. & Iafon in dict. §. ex imperfecto. fecus autem si essent legitimi, quia tunc essent veri filij, licet nō legitime nati. Ideo solennitas testandi inter tales naturales legitimos relaxatur patri. Et ita in priuilegiis terminis decidit Bald. in cap. de causis. de officio delegati. & in l. si qua illustris. vbi plenē. C. ad Officia. Nam legitimatus est suus. & habet iura suorum hāredum, secundum Bald. in l. eam quam. C. de fidei. commis. j. colum. Et prateritus per patrem, vel non debite exhæredatus, potest dicere testamentum nullum, ac si legitime fuisset natus, secundum Ludouicum consilio xxxiiij. incipiente, Licet naturalis filius, & priuilegium authenti. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. locū habet in talibus legitimatis, vt latē probat Iafon ibi in dicta auth. x. colum. & nō in naturalibus non legitimatis. Hos enim naturales tantum prator ad successionem nō vocat paternam, quia licet meram æquitatem consideret, nō tamen fauet iniustis, secundum Bald. in d. §. ex imperfecto. Praterē in his naturalibus deficit ratio l. j. C. de his qui testamen. sibi ascri. quia ab intestato non succedunt, vt plenē dictum fuit supra eo. cap. su per verbo, *Et uxorem nomine Adalafam.* in secundo principali articulo. & ita tenent Alexand. & Iafon. in dicto §. ex imperfecto. Alij verō Doct. tenuerunt contrarium, inter quos fuit Specul. in titu. de instru. edit. §. compendiosē. vers. quid si pater naturalis. dicentes testamentum minus solenne, etiam inter liberos naturales tantum valere de iure, per text. not. in l. fin. C. de confir. tuto. ibi dum dicit tex. quā quocunq̄ modo eis dederint. per quem tex. apparet, q̄ filiis naturalibus tantum quocunq̄ modo potest relinqui, & dari. Ex quo enim dicit quocunq̄, apparet quōd omnis solennitas videtur remissa, facit l. iij. & l. humanitatis. C. de natur. liber. Praterē ius ciuile inter liberos imitatur ius gētium, seu naturale, & tamen certum est, quōd natura communis est, vel hos accusare. §. omnib. ff. de accusat. Facit quod eleganter determinat Bart. in l. ij. illo eodem titu. Naturali enim intuitu iura mouentur ad remittendum solennitatem testamentariam inter liberos, vt patet in ratione literæ. in authen. de testamē. imperfect. post principium. Ex quo videtur non esse differentiam, quo ad legalem solennitatem inter legitimos, & naturales tantum. Quintimō inter vtrosque valere debet testamentum minus solenne. Sed aduertendum est, quia glo. in dicta l. final. huic opinioni nō applaudimō sentire videtur primam opinionem: quia exponit dicta verba quocunq̄ modo. non respectu solennitatis, sed respectu ipsius iudicij, quasi dicat, licitum esse patri filio suo naturali portionem assignare legibus taxatam, siue ex testamento, siue ab intestato, siue inter viuos, siue in vltima voluntate sit. ff. de iure dotium. l. promittendo. in princip. ff. de lega. j. l. nō quocunq̄ modo. in princip. Ad hoc facit, quia naturalibus videtur quodammodo relinqui ex quadam dispositione legali, vt dicta l. ij. & l. humanitatis. C. de natura. & legi. liber. Vnde non possunt simul concurrere duo specialia, vnum respectu personæ, aliud verō respectu solennitatis. arg. l. si quando. C. de in officio. testamen. & l. ij. ff. de pollicita. Nam ille qui capit ex dispositione nō debet iura

V iij priuilegiū

priuilegiatus esse, sicut ille qui capit sine dispositione per iura suprã dicta. Et harum fortè rationū motu & aliarum, quæ in præsentiarum adduci possunt, Bal. in dicto §. ex imperfecto. hanc quæstionem non determinauit, promittens se dicturum in l. ge. 86 neraliter. §. final. de instit. & substitutio. sub conditio. fact. ubi postea nihil dicit. Sed in dicta l. final. C. famil. erciscund. ita distinguit. Aut bastardus instituitur hæres, vel ei relinquitur à matre, vel linea materna. Et tunc valet dispositio etiam minus solennis: 84 * quia quantum ad matrem bastardi habent iura aliorum. ff. de inofficio. testamen. l. si suspecta. §. de inofficio & instituit. ad Orsitia. §. nouissimè. Et in hoc concordant omnes, nisi mater esset illustris, vel filius esset natus ex damnato coitu. Aut bastardus instituitur, vel ei à patre, aut linea paterna relinquitur, & tunc refert, aut testamento in scriptis, aut in nuncupatio. Primo casu, aut obseruatur forma subscriptionis, iuxta authent. super dicta l. final. positam. C. famil. erciscund. & authent. quod sine. de testamen. & tunc valet testamentum, licet testamenti solennitas non adiciatur. Et ita loquitur text. in authent. de testamen. imperf. cto. in princip. Si verò illa solennitas scripturæ subscriptionis non adiciatur, tale testamentum non valet, si deficit alia ciuilib solennitas. Secundo verò casu, quando testamentum est nuncupatiuum, plerique Docto. consulerunt testamentum non solenne hoc casu non valere inter bastardos. Et hoc modo intellexerunt dicta §. ex imperfecto. qui venit ad supplementum dicta l. fin. in iustis liberis vel in his, qui habent iura legitimorum, non autem in naturalibus, quibus non debetur paterna hereditas, nec debitum bonorum subsidium in bonis patris, nec paternæ lineæ, nec mirum si iustis liberis magis faueatur: quia in eis ius naturale, & ciuile concurrunt. Præterea bastardi appellari possunt extranei, quia quantum ad testatorem nullo modo obtinent iura agnationis. ff. vnde cognati. l. si spurius. & l. hac parte. * Item liberi non possunt instituere parentes in minus solenni voluntate, vt dicta l. hac consultiissima. §. si quis autem. C. eodem titul. & not. Specul. in titul. de instrumen. edit. §. compendiosè. versic. quid si filius. & Bald. in dicta l. si qua illustris. C. ad Orsitia. & dicto §. si quis autem. & dicta l. fina. & ibi Sali. C. famil. erciscund. Est tamen certum, quòd plus fauoris debetur parentibus legitimis, quàm filiis bastardis, vt patet ex authent. licet. C. de natura. libe. iuncta l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamen. Ex quibus resultat, quòd in hoc pñcto diuersæ sunt Docto. opinioniones, an testamentum nuncupatiuum minus solenne factum per patrem inter bastardos valeat, quod Bald. in dicta l. fin. reliquit cogitandum. Sed si ibi clarus Doct. Sali. determinat, quòd valeat: quia quo ad portionem, quæ eis de iure communi relinqui potest, de qua plenè habuistis suprã eodem cap. in verbo. *Et uxorem nomine Adelasiam.* in secundo principali articulo. lex eos approbat, sicut approbat legitimos, quo ad totam hereditatē. Et sic illa portio eis relinqui potest in minus solenni testamento, sicut potest tota hereditas relinqui filiis legitimis, cum eadē sit ratio de parte ad partem, quæ de toto ad totum. Et hanc puto veritatem, de quo plenè per Bartol. Salic. & Paul. in dicta l. si. C. famil. erciscund. & Bal. in l. parentes. ff. de in ius vocat. & in l. humanitatis. C. de natu. lib. & in l. si qua illustris. C. ad Orsitia. & in dicta l. fin. C. de confir. tuto. & Angel. in l. filium. ff. de his

qui sunt sui vel alien. iur. & in l. filio præterito. & ibi Ioan. de Imo. ff. de iniusto rupto testa. Et eundem de Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Et ita consuluit Ludo. Rom. consi. clxxix. vj. col. incip. Amplissime doctor. &c. * De spuriis autem non quero, cum illis nihil queri possit præter alimenta, vt plenè dictum fuit in dicta notula super verbo, *Et uxorem nomine Adelasiam.* Et sic habetis, quòd sicut inter legitimos liberos testamentū valet coram duabus mulieribus, vel vno masculo, & aliis muliere vel hermaphrodita factum, vt dicit glo. quam ibi tenent Bald. & Docto. in dicta authent. quod sine. C. eodem titu. Ita in filiis naturalibus tantum in casibus iam dictis, quibus vt dictum est, solennitas relaxatur. Et ratio est, quia quòd requiritur in testamento masculi testes, est de mera solennitate iuris ciuilib, vt l. qui testameto. §. mulier. ff. eodem titu. & insti. co. §. testes. Quæ quidem iuris solennitas in testamentis inter liberos est remissa, per dictū §. ex imperfecto. Ita quòd non requiruntur testes esse rogatos; nam inter liberos præsumitur patris deliberatio, argu. l. nec in ca. ff. de adult. Naturalis enim stimulus patre hortatur. & vrget ad cogitandum pro liberis, vt l. amicissimos. §. fina. ff. de excus. tut. Ita pulchrè dicit Bald. in dicta authent. quod sine. subiungens ibi, * quòd si in arca testatoris reperitur schedula testamenti, quæ etiã contineat diuisionem bonorum inter liberos suos, manu patris scripta, quamuis sine testibus, dicta schedula itãdem est inter liberos: secus, si manu alterius foret scripta etiam notarij. Vos autem plenius cõsiderate tres casus circa talem schedulam, quæ reperitur in arca patris. Si quidem illa scriptura appareat scripta manu ipsius patris, tunc Bald. verum dicit, per text. in dicta authent. quod sine. Et idem tenent Bartol. & Paul. in l. si is qui. ff. eodem. & Alexand. in dicto §. ex imperfecto, quicquid ibi teneat Sali. Quãdo ergo scriptura appareret, quòd est scriptura manu propria ipsius patris, ibi nõ requiruntur testes, quod est verum, quantum ad ipsos filios. Sed si in tali scriptura essent aliqua relicta, etiam ad pias causas, vt dicit text. in dicta authent. quod sine. in fin. loquens de legato libertatis. & sic pio. tunc quantum ad hoc, vt talia legata valeant de necessitate requirantur duo testes, per text. in cap. relatum. supra eodem. Et ita intelligit, & declarat text. in dicta authent. Alexã. in tertia parte consi. cccclx. incipientes, Ponderatis his, de quibus in themate. vj. col. post Bald. & alios per eum relatos. Secundus casus est, quando talis schedula, quæ reperitur in arca patris sine testibus, nõ est scripta manu propria patris nec subscripta, & in hoc communiter concluditur, quòd etiam inter liberos nihil probat, secundum Bald. & Paul. in dicta authent. Petr. de Ancha. & Imol. in c. ij. supra eodem. Et in hoc reprehenditur decisio Bar. in l. fideicommissa. §. j. ff. de legatis ij. Tamen hunc casum limitat esse verum Iason. in dicta authent. nisi probaretur, quòd talis schedula esset scripta à notario, vel tertio, de mandato ipsius testatoris. Quo casu valeret tanquam testamentum nuncupatiuum inter liberos, per dict. §. ex imperfecto. qui in hoc nõ est correctus. Sed non valeret tanquam testamentum in scriptis, per text. in dicta authent. quod sine. Et vtilitas est propter legata relicta extraneis, quæ in testamento nuncupatiuo imperfecto nihil valerent secundum aliquos. Et tamen valerent si esset testamentum patris imperfectum in scriptis, vt dicta authent. in fin. Et in his terminis saluat Bar. in dicta l. fideicommissa. **Quid**

Quid autem hoc casu, si talis schedula sine testibus contineret dispositionem ad pias causas, ponit Bart. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. libet. Bal. in repetitione l. penul. in vj. quæst. iij. partis principalis. C. de sacrosan. eccle. & in l. si iure. C. de testament. manumif. Paul. consi. cccclx. incipien. Super eo quod queritur. Ludouicus in Authen. similiter. in xvij. special. & Bartol. in dicta l. si is qui. ff. eodem. Tertius casus est, quando est dubium, an talis schedula fuerit scripta manu propria ipsius patris, & negetur scriptura patris. Tunc debet probari per duos testes. gl. est super verbo, Diuisionē. in §. j. in Authen. de test. imperf. cto. sed in isto casu sufficeret probare scripturam patris per cõparationem aliarū literarū ipsius patris, ponit plenè Alex. d. cõsi. cccclx. Restat quòd vbi schedula apparet scripta manu patris vel alterius tamen est subscripta manu patris, aut ipsorum filiorum, valet vt testamentum inter liberos sine alia testium solennitate, vt in Authen. si modo. C. famil. erciscund. Ad præmissa facit, quia videmus, quòd in testamento ad pias causas sufficit testes interuenisse nõ rogatos, vt plenè dictū fuit suprã. Ergo fortius hoc erit inter liberos, cum fauorabilior sit causa liberorū, quàm pia causa. xvij. quæst. vlti. can. quicunq; & not. glo. in l. si quis autem declinandum. C. de episco. & cler. * Et talia testamenta inter liberos facta non reuocantur per alia testamenta postea facta, nisi in istis postremò factis ad sit solennitas iuris ciuilib, & testator delectaret expressè nolle primum testamentum valere. Ita dicitur in Authen. hoc inter liberos. C. eodē titu. de cuius intellectu dicam statim in sequenti notula. * Sanè tamen intelligatis præmissa, quòd testamentum minus solenne valet inter liberos, si deficiat in solennitate extrinseca, puta probatoria, sicut in numero testium. Quo casu cum vitium sit extra rē, testamentum non vitatur: secus autem esset, si testamentum deficeret in solennitate intrinseca, puta, quia testator præterisset vnum de liberis in potestate cõstitutis. Nã tunc propter vitium præteritionis testamentum esset nullum. Quia illud vitium erat in persona seu consensu testatoris, & sic intra rem, id est, in tra veritatem & æquitatem actus testandi. Ad hoc facit quod consuluit Ludouic. cõsi. cccvj. & quod dixi suprã eodem capi. in verbo, *In extremis positum.* pro fine. Vnum tamē scire debetis, quòd ad probationem cuiuscunque testamenti etiam nuncupatiui in prædictis casibus sufficiunt duo testes, vt tenet gl. in dicta l. finali. C. famil. erciscund. & dicta Authent. quod sine. C. eodem. & in Authent. de testa. imperf. §. j. & in Authen. de trien. & semif. §. & quod sæpe. & plenè consuluit Barba. in prima parte consi. xxix. vj. columna. Nec requiritur, quòd tales testes sint rogati, vt est gl. not. in dicta l. fina. C. de codicil. Et notat Bal. & Saly. in dicta Authent. de testamen. imperf. Sed in testamento, vbi extranei essent hæredes, requireretur quòd essent rogati, vel à testatore, vel à notario testamentum scribente, aut alio ibi præsentē, secundum glo. in Authent. rogati. C. de testamen. & tenet Iason in dicta l. hac consultiissima. §. primo. * Et nisi probentur rogati, non præsumitur, cum sit solennitas extrinseca, secundum Bartol. in l. diuus. ad fin. ff. de testamen. mili. & in l. sciendum. ff. de verborum obligatio. Sed Ioan. de Pla. cõtra in l. generali. circa finem. C. de tabula. lib. x. Puto primum verius in testamento, nisi in instrumento testamenti diceretur conuocatis: quia tunc præsumitur, quòd essent rogati, vt dicta l. diuus. Et idem si testes in testamento se

subscriperint, vel subscribi passi fuerint, argumto l. cum ostendimus. §. final. ff. de fideiussorib. tuto. Et idē si notarius, aut testator esse peritus in rure, & essent instituti illi, de quibus est verisimile, secundum Bal. post Odrore. in l. §. j. ff. de hæredibus instituen. * Plus dico, quòd si testamentum factum perfectè, & solenniter inter extraneos, quo solo casu valet, fuerit perditum casu fortuito, totus tenor talis testamenti probari poterit per duos testes testatarios, per tex. singularem in l. testium. C. de testibus. quem ad hoc ibi ponderant Bal. & Ange. ac Saly. quos sequitur Alexan. in l. ij. C. de bonorum possessio. secundum tabu. & in l. si vnus. C. eodem titu. Prouiso tamen, quòd illi duo testes non solum deponant de tenore testamenti, sed etiã de perfecta solennitate, quæ interuenit, vt ibi plenè deciditur. Nam si solum deponerent, quòd testator ita disposuit, nisi dicatur, quod coram testium numero sufficienti disposuerit, non probarent. Secundò probari potest testamentum per duos testes, vbi testator filium instituit, quo casu valet testamentum imperfectum quo ad filium, & à suo hærede stipulatus fuit legata solui legatariis, & sic in testamento admiscuit contractum stipulationis, quòd fieri potest, secundum glo. & Bart. in l. hæredes palam. §. fina. ff. eodem. Nam hoc casu etiã si hæres totum negaret, sufficerent duo testes ad probandum illa legata: quia cum non agatur nisi de probando contractu, duo testes sufficiunt. l. vbi. ff. de testibus. capi. in omni. eodem titu. Cum enim legatarius censetur esse vna, & eadem persona quo ad rem legatam cū testatore, potest ipse testator sicut pro se ipso stipulari, vt colligitur ex verbis Barto. in l. nemo potest. j. colum. ff. de lega. j. dum respondet ad legem fina. C. de fideicommiss. & ita tenent Imo. & Alexan. in dicta l. nemo. & Bartholo. de Cepol. de caute. aduocato. cautela clxxvij. Et hunc casum decedit Iason vltra omnes in dicta l. ij. C. de bonorum possessio. secundum tabu. iij. colum. in fin. * Et hæc vera de iure ciuili, secundum quod requiruntur testes septem rogati & masculi, vt dicta l. hac consultiissima. De iure autem canonico vel in terris ecclesiarum, duo testes sufficerent cum presbytero parochiali, vel quatuor sine presbytero, secundum Panormita. in dicto cap. cum esset. suprã eod. per illum text. qui etiam locum habet in foro seculari, velut legem ciuilem in hoc corrigens secundum eum. Nescio tamen si eius opinio seruaretur, licet eam teneat Ludouic. in dicta Authentica, similiter. C. ad legem Falcid. Et sic habetis, quòd si testamentum deficiat in solennitate extrinseca, puta in numero, aut rogatu testium, nisi in casibus iam dictis, tale testamentum est ipso iure nullum, tanquam imperfectum, ita quòd ex eo bonorū possessio non potest peti, nec hereditas adiri, vt suprã dictum est. Nec legata aut fideicommissa debentur, vt l. j. C. de posthu. hæredi. institui. Nisi in tali testamento esset adiecta clausula codicillaris, puta, quia testator in testamento dixit: Si testamentum meum non valet, valeat iure codicillorum. Secundò probari potest testamentum per duos testes, vbi testator filium instituit, quo casu valet testamentum imperfectum quo ad filium: sed alia relicta peti non possunt, nisi fuisset à suo hærede stipulatus, vel nisi clausula codicillaris habeatur in testamento pro adiecta, vt puta, quia legatum relictum fuit tali personæ, quæ erat relicta testatori. [Vt plenè dicitur super verbo, *testamentum. iij.*] Quoniam tunc testatoris voluntas sustentaretur vt codicillus: dum tamen in ca

interuenerit numerus quinque testiu, qui in codicillis requiruntur, vt determinat Bart. in l. prima. ff. de iure codicillo. & per l. codicillis. ff. de legat. iij. Nam talis clausula si apponatur in secundo testamento etiam in alido, reuocat primum quo ad legata, vt determinat Bartolus. in l. si iure. ff. de legatis. iij. Quod intellige semper verum, si testamentum sit nullum ex defectu solemnitate, quod secus esset, si testamentum esset imperfectum ratione deficientis voluntatis, veluti si ante quam testamentum compleretur mortuus est testator, quo casu omnino talis voluntas nihil valet, per l. fideicommissa. ff. de legatis. iij. & l. ex ca scriptura. ff. eodem titulo. Vnde habetis ex his plenè de solemnitate testamentorum iure ciuili requisita, præsertim quo ad numerum testium. Hodie autè de iure canonico sufficiunt duo testes cum parochiali presbytero in testamentis communibus, vt in c. cum esles. s. cod. titu. Vel sufficiunt quatuor testes sine presbytero, secundum Panormita. ibi. In testamentis verò ad pias causas sufficiunt duo testes, vt superius fuit demonstratū, vt est casus in cap. relatum. s. cod. de quo plenè per Panormita. in dicto cap. cum esles. in repetitione & Ludouicus in repetitio. Authent. si milititer. C. ad legem Falcii. Ex præmissis sequitur, quòd Raynuius perfectum condidit testamentum. 93 Imperfectum dico omni perfectione, quæ secundum Bal. in l. j. ff. eodem. est quadruplex. Prima, quæ consistit in perfectione voluntatis testatoris, quæ dicitur perfecta, quado est completa, & plenè declarata. l. si is qui. & l. ex ca. ff. eodè. Nam si testator decederet, prius quam declararet suam voluntatem, testamentum esset imperfectum, nec valeret quauis ad piam causam factum, vt supra habuistis. xj. casu fallentia in fine. Alia est perfectio, quæ consistit in forma substantiali, scilicet in hæredis institutione, quæ caput dicitur testamenti, & sine qua testamentum esse non potest. l. j. ff. de vulga. & pupilla. & institui. de lega. s. ante hæredis. Alia est perfectio, quæ consistit in solemnitate formali, quæ legum diligentia appellatur, qualis est debitus numerus testium, subscriptio, signacula, descriptio nominis hæredis, institutio eodem. s. j. & l. iubemus. iuncta l. hac consultißima. C. cod. facit l. codicillis. s. fina. ff. de lega. iij. Quarta & vltima est perfectio in effectu testamenti, & hæc est duplex. Prima, quando testamentum transit in irreuocabilitatem, quod solum contingit per mortem testatoris, vt dicit Apostolus, ad Hebræos ix. & text. in c. cum Marthæ. de celebra. missa. & l. iij. ff. de adim. lega. Alia est effectualis testamenti perfectio, quando testamentum ita perficitur, vt ad causam instituti redigi non possit, quod contingit adita hæreditate ex testamento per hæredem institutum. l. si alienum. s. in extraneis. ff. de hæredi. institui. & l. quãdiu. ff. de acquiren. hæredi. [De quo plenè dicitur super verbo, Mortuo itaque testatore.]

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Testamenta plura quis habere non potest.
2 Testator non presumitur fecisse nisi vnum testamentum.
3 Reiterationem actus alleganti incumbit onus probandi.
4 Testamentum vltimum praualeat, nisi sit deceptio.
5 Contractus in testamento factus est reuocabilis.
6 Testamentum primum etiam reuocatum debet notarius seruare.
7 Testamentum secundum, licet non sortiatur effectum, re-

uocat primum, etiam non facta de eo mentione.
Panormita sola non reuocat testamentum.
Testamentum secundum non reuocat primum in certis casibus, nisi facta de ipso mentione. & sequen. nu. c. que ad 18.
Iuramentum in testamento habet vim clausula derogatoria ad precedentia & sequentia.
Littera debitori contra creditores concessa, non extenduntur ad debita iurata.
Iuramentum vim habet specifiçi consensus.
Testamentum secundum in sanorem persone dilecta, an habeat vim reuocandi clausulam derogatoriam.
Testamentum secundum sine reuocatione clausula derogatoria primi, est imperfectum.
Clausula, omnia pro expressis habentes, statim operatur, ac si singula specificarentur.
Libera semper presumitur voluntas Venetiis.
Testamentum irreuocabile an fieri possit. & nu. 26.
Testamentis duobus eodem die factis, vtrum preferatur.
Ordo scripture prelationem inducit.
Velicissimum omnium est intellectus.
Præcedere contingit tribus modis.
Testamentis duobus ita eodem die factis ita, vt nesciatur prius, neutrum valet, nisi in casibus.
Codicilli plures si appareant eadem hora ab eodem facti, quis preferatur.
Mandata si sint duo eiusdem data, cui procuratori creduntur.

Testamentum II.

D I C I T in numero singulari. Nam ex hoc datur intelligi, quòd Raynuius non potuit, nec aliquis alius potest cum duobus, aut pluribus testamentis decedere, sed sufficit vnum: quia non potest quis cum pluribus testamentis decedere, vt omnia valeant, nisi esset miles, qui mori potest cum pluribus testamentis validis, scilicet vno in bonis castrensibus, altero verò in bonis paganicis. l. j. C. de testamentis. milita. & dixi s. in verbo, testamentum. j. in nono casu fallentia. Sed paganus, qualis erat Rayn. decedere non potest, nisi cum vno testamento. ideo decidunt Docto. Quod testator non presumitur fecisse nisi vnum testamentum, adeò quòd aduersarius allegans testamentorum pluralitatem, necesse habet eam probare. l. omnium. iuncta gl. in verbo, comprobatur. & ibi Bartol. C. cod. & l. fin. eam inducendo, vt ibi per Bald. C. de rebus credi. & Saly. in l. ij. C. de errore aduoc. Nunquam enim presumitur pro pluralitate actum, secundum Bald. in l. testium. C. de testi. & in l. neq; natales. C. de probat. & l. edita. C. de ed. & plenè Ant. de But. in c. in præsentia. de proba. Ideo alleganti reiteratione actus incumbit onus probandi, vt ibi deciditur. Sicut in testamento dictum est, quod non presumitur reiterationem, sed semel factum, secundum Iason. in l. ij. iij. col. in fi. C. de bon. poss. secundum tabu. Si autem paganus decepsisset probaretur cum duobus, aut pluribus testamentis, vltimum testamentum duntaxat valeret, prouiso tamen, qd testator non fuerit deceptus in causa mutationis primi testamenti: quia si deceptus esset, primum testamentum praualeceret, & non secundum, nisi quo ad legata. l. si. ff. de hære. institui. facit l. cum mater. ff. de inoff. test. Aliter & aliàs. vltimum testa

testamentum semper praualeat, & rumpit primum in totum. Nam cum vltima voluntas sui natura sit semper ambulatoria vsq; ad mortem, adeò quòd etiam contractus quicunq; qui in testamento, secundum communem opinionem fieri possunt. l. hæredes palam. vbi glo. in fi. ff. eo. pro qua est tex. in l. ex sctetia. ff. de testat. rute. & qui sui natura sunt irruocabiles. l. sicut C. de actio. & obli. mod. & confessio in testamento facta, omnia casta celsentur testamento, in quo talia continentur, reuocato expressè, vel tacitè per factionem testamenti sequentis, nisi pars ibi dum testamentum fiebat præsens fuisset, & contractum not confessionem acceptasset, vel alter pro ipso, putà notarius, de quo latè Cy. Bal. & Sali. in l. generaliter. C. de nò nume. pecun. & Ludo. egregiè consilio clxxj. Nam quo ad omnia est talis voluntas vsq; ad mortem ambulatoria, vt dicit l. iij. ff. de adim. leg. in tantum, quòd quantum primum testamentum fuisset à principe confirmatum, vel ad pias causas factum, etiam si statutum ipsum reuocari prohiberet, aut eum episcopi auctoritate, vel alterius superioris, factum probaretur: tamen semper vltimo testamento stamus, per quod præcedentia testamenta celsentur omnino reuocata, secundum Bal. & Fulgo. ac Pau. in dicta l. omnium. Bal. & Fely. plene in c. cum accessissent. j. col. de cõstit. & Bal. in c. ij. de cõsue. quem sequitur Bar. per plures rationes in c. fi. xij. colum. de succes. ab intest. Potest enim testator testamentum semel factum expressè cassare, & reuocare, & aliud facere, vel aliud faciendò tacitè à primo recedere, quod remanebit inutile, adeò quòd si relicta in illo testamento nunc reuocato per testatorem soluta vel bona tradita fuissent in eius vita, sicut aliquado fit per testatores. l. Lucius. ff. de lega. i. tamen reuocari poterunt per testatorem, secundum Bal. in l. si. C. de vsu. & fru. leg. Et etiam repeti poterunt fructus ante reuocationem percepti, vbi qd fructus sint reuocabiles, sicut seruatur in re donata causa mortis, & tradita in vita donantis, quæ repeti potest cum fructibus. l. cum quis. ff. de cõdictio. cau. dat. & l. videamus. s. j. ff. de vsu. Nam taliter soluta comparatur donationi causa mortis, vt singulariter dicit Bal. in rubri. C. si quis omnia causa testamenti. & in dicta l. si. vt testamento reuocato restituatur. Tamen quantum primum testamentum fuerit expressè vel tacitè reuocatum, non tenetur neq; debet tabellio etiam de mandato testatoris illud dilacerare, vt reperiri omnino non possit, quia fortè intererit nostra, qd in futuro reperitur, quia fortè secundum testamentum redarguetur de falso. Et sic licet fuerit reuocatum primum, adhuc notarius tenetur facere copiam. Ideo quauis ad mandatum testatoris cancellari possit, non tamen dilacerari & rumpi, sed cancellatum in protocollo conseruari, vt singulariter decidit Bart. in l. ij. s. si plura. ff. quemadmo. testa. ap. Et aded per vltimum testamentum præcedentia omnia censentur esse reuocata, etiam si de prioribus mentionem non faciat, institui. quibus modis testam. infir. s. si quis posteriore. Et etiam si vltimum testamentum non sit primo contrarium, sed illum contineat hæredem, & legata, quæ continebantur in primo. l. ij. s. item si ipsa ff. si cui plus quam per legem Falc. & l. si iure. in principio. ff. de lega. iij. Vnde posito etiam quòd effectus vltimi testamenti non duraret: putà quia conditio, sub qua fuit hæres institutus non contingit, aut adimpleta non fuit: vel quia ex eo testamento non aditur hæreditas, nihilominus priora omnia testameta per hoc vltimum censentur reuocata. Quia satis est

ad tollendum primum testamentum per secundum, quòd illud secundum factum semel fuerit perfectum & absolutum, & quòd ex eo poterit adiri hæreditas, licet adita non fuerit: fortè quia hæres noluit vel non potuit, quia conditio non euenit, vt l. pater filio. ff. de hæredib. institui. & l. cum in secundo. ff. de iniustorup. testa. & dicto s. posteriore. institui. quibus modis testa. infir. Et hoc verum, quòd priora testamentata per vltimum infirmetur, si fiat. Quoniam aliàs sola nuda voluntas testatoris, quauis cunq; prioris voluntatis declararet pœnitere, aut nolle testamentum suum valere, non induceret testamenti iam facti reuocationem, nisi testator ad factum procederet testamentum aliud faciendo, vel prius factum incidendo, vel cancellado, institui. qui mo. testa. infir. s. ex eo autè solo. vel post nudam voluntatem in actis vel coram tribus testibus declarata effluxisset decennium, quod currere incipit non à tempore declaratae nudæ voluntatis, sed à tempore prius cõditi testamenti, secundum magis communem opi. Prout de his omnibus est tex. singularis in l. sancimus. vbi gl. & Docto. C. eo. cū modificatione, de qua ibi per Ias. in v. notabili. Sanè tamen intelligatis per secundum testamentum rumpi primum, quauis de ipso nulla mentio fiat in secundo, nisi in duobus casibus. Primò si primum testamentum factum esset inter liberos, quo casu licet sit minus solenne, non reuocabitur per secundum, quantumcunq; solenne inter extraneos factum, nisi de primo etiam minus solenni inter liberos factum fiat expressa mentio, illi primo expressè derogando. C. eo. Authent. hoc inter liberos. Nam testamentum primum etiam minus solenne inter liberos factum censetur in effectu semper habere clausulam derogatoriã ad testamentata sequentia. Ideo non tollitur per secundum quantumcunq; solenne, nisi in eo priori derogetur testamentum, per tex. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. i. j. vt dicã statim in secundo casu. Et præmissa, scilicet, quòd per secundum testamentum non reuocetur primum inter liberos factum, nisi expressè tollatur, sunt vera quatuor concurrentibus. Primò si in secundo testamento sint instituti hæres extranei, quo casu (vt dictum est) non reuocatur primum, nisi expressè tollatur. Si autem in eo essent instituti liberi testatoris, sicut fuerant instituti in primo, & illud secundum esset magis fauorabile liberis, tunc secundum tolleretur primum, quauis esset minus solenne, nec de primo faceret mentionem. Nam cum dicta Authent. hoc inter liberos. facta sit in fauorem liberorum, non debet retorqueri in eorum damnum. Ita singulariter decidit glo. in Authen. de testa. imperfect. s. j. quam ibi sequuntur Docto. & Ludo. cõsi. clxxix. incip. amplissime docto. v. col. & consi. cccclxxv. incip. In casu præmissis. & Alex. in secunda parte cõsi. clxvj. incip. Viso themate. Et in quarta parte cõsi. ev. incip. viso & diligenter considerato. Secundò est hoc verum, quòd primum testamentum inter liberos factum non reuocatur per secundum inter extraneos factum, nisi expressè tollatur, vbi primum testamentum inter liberos cõditum fuit in scriptis, i. manu propria testatoris, aut sua manu subscriptum, iuxta terminos Authent. quod sine. C. eo. tunc enim secundum, quauis perfectum, non tollit primum, nisi expressè ipsum tollat. Si autem primum testamentum inter liberos sit nuncupatiu, putà coram duobus testibus vocaliter factum, tunc tollitur per secundum, quauis inter extraneos coram septem testibus factum, licet de primo non faciat mentionem. ita singulariter decidit Aug. in dicta

in dicta Authē. hoc inter liberos. quem ibi sequitur Iason. Et ita etiam secundum eum cōsultuit Alexan. dicto consi. cxlvj. & Barba. prima parte, cōsi. ij. Tamē omnes in lectura dicta Authē. & inter ceteros Alex. ibi tenent contrarium, licet in oppositum cōsulerit. ¹² Tertio intelligatis verum, quod per secundum testamentum, quamvis solenne nō cōsetur tacite reuocatum primum inter liberos factum, nisi in secundo expresse tollatur, vbi agitur de reuocando primum testamentum. Si autem ageretur de reuocando codicillos prius factos, in quibus pater filios æqualiter vocasset, tūc per testamentum solenne postea factum censentur tales codicilli tacite reuocati, licet de eis in testamento nulla facta fuerit mentio, secundum Alex. in d. consi. cxlvj. Nam cum illa Authē. hoc inter liberos. sit exorbitans à iure communi volente primum testamentum rumpi per secundum de primo mentionē non faciens, nō debet extendi extra casum suum. Et sic cum loquatur in reuocatione testamentorum, extendi non debet ad codicillos. ¹³ Quarto intelligatis testamentum primum inter liberos factum nō reuocari per secundum de primo mentionem non faciens, nisi in secundo instituta esset hæres pia causa & liberi testatoris in aliqua instituti, ne tale testamentum sit propter filiorum præteritionē nullum: quia tunc licet in tali testamento nulla fuerit mentio facta de primo, tamē primum censetur reuocatum, quāuis inter liberos factum. Et ratio est, quia de iure communi secundum testamentum tacite tollit primum absque commemoratione ipsius, vt dictum est, vnde dicta Authē. hoc inter liberos. quæ dicitur lex imperialis, locum nō habet in ecclesiis vel ecclesiasticis personis, cum lex ciuilibis aliquid statuendo, quod præiudicare potest ecclesiis & ecclesiasticis personis nunquam eas comprehendit, nisi ab ecclesia foret approbata, secundum Hosti. Ioan. And. & alios in c. si. de solu. & singulariter cōsultuit Alex. in iij. parte. allegato consi. cv. incipi. Viso ac diligenter considerato. vj. col. & tenet Iason in dicta Authē. hoc inter liberos. Facit quod dixi s. in verbo, *testamentum* j. in xij. casu fallē. Restat ergo, quod nisi hæc quatuor concurrant, testamentum secundum quantumque solenniter factū non reuocat primū inter liberos passatū, nec quo ad institutionem liberorum, nec quo ad prælegata liberis facta, secundum Ludou. in dicto cōsi. clxxix. ¹⁴ Plus dico, quod sicut primum testamentum inter liberos factum non tollitur per actū verbi, scilicet faciendo simpliciter secundum testamentū, sic etiam nō tollitur per actum facti, scilicet per primi testamēti cancellationē, aut incisionem. Cum ad ipsum tollendum sint duo necessaria, videlicet secūda solennis voluntas, & quod sit expresse derogatoria primæ, secundū Ange. & Alex. in l. nostrum. C. eo. ¹⁵ Secundò principaliter testamentum secundum tacite non reuocat primum, nisi de ipso primo faciat mentionē, vbi testator expresse in primo testamento legem testandi in futurum sibi dixerit, seu imposuerit, puta clausulam derogatoriā ad futura testamenta apponēdo, vt quia in primo testamento dixit, *Si aliud testamentum fecero, non valeat.* Nam hoc casu non valebit secundum postea factum, nisi in illo secundo fiat expressa mentio de primo expresse, illud tollendo. & dictam clausulam reuocādo, quod qualiter fieri debeat, & specifica ac indiuidualis reuocatio fieri, docet tex. melior totius iuris, secundum Bal. ibi in l. j. si. C. de lat. libe. tollen. vbi singula sunt specificè reuocāda, subiuncta in si-

nē generali cæterorum reuocatoria, ita quod nō sufficeret generaliter dicere, nō obstante quocūque testamento qualitercūq; facto volo istud secundū valere, secundum Pau. consi. cccxj. ¹⁶ Per text. in l. si quis in principio testamēti. vbi plenē Bart. & Doct. ff. de leg. iij. ita dicit glo. in c. cum quidam. xvij. dist. quā reasumpsit glo. in c. j. de cōsi. lib. vj. facit l. si ita scriptū. ff. de leg. j. Et nō plenē Dy. in c. quod semel. de re. iu. lib. vj. & Barba. in c. cum esset. xvj. col. vsq; ad finē c. s. cod. vbi post longā ad partes disputationē concludit, tunc non sufficere in secundo testamēto generalem facere mentionē de primo, nisi fiat specifica mentio, & indiuidualis de clausula derogatoria, & qualitate illius in primo testamento cōtentis, arg. ca. ij. de dolo & contu. ¹⁷ Vbi in secundo rescripto nō sufficit facere generalem mentionem de primo, sed opus est facere mentionē specificā, de qualibet notabili clausula in primo cōtenta. Subiungens singulariter in dicto c. cum esset. præmissa esse vera, vbi verisimile est clausulam derogatoriā in primo testamento contentam fuisse appositam ex certa scientia testatoris: quia tunc illi expresse derogandum est in secundo testamento, secundum Sal. in l. sancimus. C. eo. vbi autem nō esset verisimile clausulam fuisse in primo testamento appositam, tunc ad tollendū primum testamentum per secundum, non requireretur expressa, & specifica derogatio dictæ clausule, sed sufficeret generalis, dicēdo nō obstante meo primo testamēto: quia interdū testatores non apponūt dictas clausulas derogatorias, sed tabelliones postea grollando vel testamenta extrahendo ex sua ceruice eas apponūt. Ideo dicit cōsultuisse testamētū primū cuiusdam rustici de Romandiola (qui vix sciebat, Pater noster, clausulam continens, quod testamentū aliud si quod per ipsum fieret, nō valeret, nisi in eo esset scriptū totum Credo in Deum) fuisse per secundum reuocātū, in quo specificè nō tollitur dicta clausula, sed solū in eo reuocauerat generaliter quæcūque alia testamēta per ipsum facta. Nam quod in secundo testamēto specificè tolli debeat clausula derogatoria in primo testamēto cōtenta, nō procedit ex virtute & autoritate dictæ clausule, sed hoc operatur sola voluntas testantis in primo testamēto cōtenta, quæ nisi ex certa scientia fieret, nō esset volūtas. Vnde cum hoc operetur sola testatoris volūtas, non solū tollitur primū testamētum per secundum, in quo primum expresse tollitur, & clausula derogatoria derogatur per testatorem specificè: sed etiā si aliter appareat de illa prima voluntate testatoris mutata in secundo testamēto. puta quia testator in secundo testamento expresse primum non reuocauit, sed solū iurauit. Nam eo tunc iuramētū in secundo testamento præstitū perinde, & tantū operatur, vt primum testamētū censetur reuocātū, ac si in secundo specificè eū reuocasset, ac de ipso, & qualibet eius clausula mentionē fecisset, secundum Bal. in dicta l. sancimus. C. eo. Secūdū quem ita reperio fuisse de cōsilio per Arrestum in Parlamēto Delphinatus, secundum Guid. Papæ decisio. cxxvij. & cxxviii. in impressis. Et pro dicto Bal. qui nihil allegat, facit quod elegāter dicit Ioan. An. in mercurialibus, in c. quod semel. de re. iu. libro vj. & Bar. in l. omnes populi, in iij. quæstio. principali. in si. ff. de iusti. & iure. & in dicta l. si quis in principio testamēti. ff. de leg. iij. vbi expresse voluerūt, ¹⁸ *vt iuramētum appositū in fine testamēti habet vim clausule derogatoriæ ad sequētia.* Et taliter ¹⁹ *vt gl. singularis in c. cum nō deceat. in si. de electio.*

elec. lib. vj. dicit, quod clausula non obstāte vel alia clausula derogatoria non tollit actum præcedētem iuratum. facit cap. constitutus. de rescri. & glo. not. in verbo, pacta. in cle. dudum. §. pen. de sepul. quas valde commendat Iason in l. quoties. C. de prec. imperato. offer. & per illas cōsultuit elegantier Alexad. in iij. parte, consi. xxxvij. incipien. Visa petitione Ant. de Roma. ²⁰ *vt quod literæ salui cōductus debitori cōcessa, ne infra certum tempus pro debitis inquietetur, non extenduntur ad debitum iuratum.* Et ita etiam tenēt Cy. & Saly. in l. si. C. si cōtra ius vel vtili. publi. vbi Iason circa hoc duas ponit singulares limitationes. Ergo è contrario, pari ratione, quoties iuramentum apponitur in sequenti testamēto, vim habebit clausula derogatoriæ ad testamentum præcedens, arg. l. cum pater. §. filius matrē. vbi bonus tex. ff. de leg. iij. quod iuramentum habet vim clausule codicillaris, seu quod actus valeat meliori modo, quo valere potest. [*Vt plenē habetur infra super verbo, Testamentum. iij.*] Vnde secundum testamētum, licet expresse non reuocet primum, dum tamē continet iuramentum, medio, & virtute iuramenti tollit ipso iure primum, quancunque clausulam cōtineat derogatoriā: quia per iuramentum satis apparet de prima volūte testatoris mutata, prout eleganter cōsultuit Pau. consi. cccxij. Sed aduertatis, quia contra hanc limitationē fortiter vrget: nam ideo secundum testamentum simpliciter factum nō tollit primum clausulam derogatoriā continens, quia lex præsumit, quod in secundo deficiat voluntas testatoris, vt fatetur ipsemet Bal. in dicta l. sancimus. Sed certum est, quod vbi deficit cōsensus, iuramentum non supplet ipsum cōsensus. l. si. C. de nō nume. pecu. Præterea, vbi deficit cōsensus, locū non habet dictus §. filius matrem. nec tunc iuramentum aliquid operatur, secundum Ludou. consi. ccccc xvij. incip. in casu propositæ consultationis, & Fran. Arret. consi. xxiiij. incip. Quatuor dubia. Ad hoc facit quod notat idem Bal. in l. j. C. cōmo. vbi dicit, *vt quoties actus nō valet ex præsumpto defectu cōsensus, iuramentum nihil operatur, nisi ad effectū cōsensus saltē in genere.* Facit quod nō idem Bal. in l. sed & si quis rei capitalis. §. quæsitū. ff. si quis cau. vbi dicit iuramētum generale nihil operari in his, quæ specificari debent. Ex quibus videtur dicēdum decisio nem Bal. in d. l. sancimus. C. eod. stare non posse, nisi dicamus, prout dicendum puto, quod vbi testator in secundo testamento generaliter reuocaret omne aliud testamentum per eum factum, & iuraret, tunc licet hæc generalis reuocatio de per se non valeret, nec sufficeret propter clausulam derogatoriā in præcedenti testamento cōtenta, tamen cum iuramento sufficeret. Ex quo adest saltē in genere consensus reuocandi primum testamētum. Et idem esset, si testator diceret cum iuramento, quod vult hoc secundum testamentum omnibus aliis testamētis præualere. secundum, quando faceret secundum testamētū simpliciter cum iuramento, absque eo quod aliqua fieret commemoratio præcedentis testamēti, nec in genere, nec in specio: & hoc modo verificari possunt, quæ proximè in contrarium allegata fuerunt, secundum Iason in dicta l. sancimus. Restat ergo quod per secundum testamentum generalem primi testamēti continens reuocationem cum iuramento reuocatur primum, quantumcunque clausulam derogatoriā continens, ac si specificè derogatū esset. ²¹ Quia iuramentum vim habet specifici cōsensus, secundum Bal. in

dicta l. j. C. comoda. Et idem esset secundò, secundum Bal. in dicta l. sancimus. C. eo. si testator post testamētum primum clausulam derogatoriā continens, motus esset noua ratione ad faciendū sequēs testamētum. puta propter offensam hæredis instituti in primo testamēto sibi testatori factā, aut propter aliam indignationem. Quoniam eo tunc secundum testamentum præualeat primo, quāuis illud non tollat expresse, arg. l. si cum Cornelius. ff. de sol. facit ff. de confir. tu. l. vtilitate. ff. de adi. l. iij. §. nō solū. & l. ex parte. Idem esset & terriò, secundū Bald. vbi §. si testamentum secundum esset coram principe factū, vel apud acta iudicis insinuatū. l. omniū. C. eo. nā vi actorū valebit, licet de primo clausula derogatoriā continens nō faciat mentionē. Quia secundū Ful. in dicta l. sancimus. nō est verisimile, vt testator voluerit fallere principē, aut publicas personas. Idē cum Bal. tenet ibi Pau. qui dicta Bal. reputat singularem, secundum quæ cōsultuit Ludou. dicto consi. clxxix. circa fin. Sed hanc decisionem impugnant moderni Alex. & Ias. ibi in dicta l. sancimus. C. eo. Idem forte esset & quartò, si post factū primum testamentum clausulam derogatoriā cōtinens cucurrerit decēnium, & simpliciter fecerit secundū testamētum sine cōmmemoratione primi. Quo casu primum satis censetur reuocatum: quia tunc propter longinquitatē tēporis testator non potuit ita faciliter recordari de clausula derogatoriā in primo testamento cōtenta. Et quia etiam decēnium debet de aliquo operari, per dictā l. sancimus. & ita cōsultuit Alex. in iij. parte allegato consi. cv. Sed Fran. Ar. eam reprehēdit in dicta l. sancimus. per illum tex. vbi eū cursu decēnij requiritur cōtraria volūtas in actis, aut corā tribus testibus declarata. Idē esset & quintò, si in primo testamēto fuissent iustitiam hæredes extranei eū clausula derogatoriā ad futura testamenta, & in secundo testamēto essent simpliciter instituti liberi testatoris: quoniam eo casu reuocatio dictæ clausule nō requiritur in tali testamento secūdo, cum eo ipso quod factum est inter liberos, semper subintelligatur clausula derogatoriā seu primi reuocatoriā, glo. est singulari in §. & si quidem. in auth. de testa. imperf. quam sequuntur Bar. & Bal. in dicta auth. hoc inter liberos. C. eo. & Lud. conti. prædicto clxxix. v. col. Vnde postquā clausula derogatoriā sit implicita in omni testamento inter liberos facta, tale testamētum habebit vim clausule reuocatoriæ derogationis cōtentæ in priori testamēto. Et idem secundum aliquos, si in secundo testamēto instituta foret hæres alia persona testatori valde dilecta: quia tūc sicut affectio, quam habet testator ad personam sibi clarè dilectam inducit clausulam codicillarem, sic etiam habet vim reuocationis clausule derogatoriæ in primo testamēto cōtenta, secundum Lud. in dicto cōsi. clxxix. Sed dubito quod hoc non sit verum: quia licet affectio & dilectio personæ valere faciat legata in testamēto imperfecto relicta, secundum gl. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. libert. Tamē non facit valere institutionem hæredis, cum sit hoc speciale, vbi liberi testatoris sunt hæredes instituti, quod testamētum imperfectum valeat. Et ita expresse sequuntur moderni, & Iason in l. non dubium. in si. C. eodem. ²² *vt testamentum secundum, in quo non reuocatur clausula derogatoriā in priori testamento cōtenta, est imperfectū, per tex. in dicta l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. ergo & c.* Idē esset & sextò, quādo præcederet vnicū testamētū tantū habens clausulam

fulam derogatoriam, quo casu valeret secundū ab-
que derogatione illius: & perinde esset ac si illi pri-
mo foret specialiter derogatum, ex quo non præce-
dit nisi vnicum testamentum, argu. l. ij. ff. de liber. & 24
posthu. vt singulariter decidit Bar. in dicta l. si quis
in principio testamenti, quem sequitur Ludo. consil.
ccclxxv. incipi. Præuiso themate. & de Zabarel. in
clemen. j. quæstio. iij. de sepul. & Barb. in dict. capit.
cum esset. s. eo. Sed hoc non videtur verū, secundū
Docto. quia nunquam dici potest, quod præcesserit
nisi vnicum testamentum validū reuocatione indi-
gens, cum semper omnia alia præcedentia sint per il-
lud ipso iure reuocata, vt dicta l. sancimus. Præterea
hoc esset cōtra tex. apertum in dicta l. si quis in prin-
cipio testamēti, vbi (quod fortius est) si in vno eodē-
que testamento proponatur clausula derogatoria in
primo, certē in cōtrarium disposita in illo testame-
nto non valent, nisi tali clausulæ specialiter dero-
getur, prout formaliter contra Bart. & sequaces de-
cidunt Ange. Imo. & cæteri in dicta l. ij. ff. de liber. &
posthu. & Bald. in l. humanum. C. de legi. & in dicta
Authen. hoc inter liberos. C. eodem. & cōsultuit Ange.
cōs. cccxiiij. incipien. Quædam domina. Et ipse-
met Alexan. sibi ipsi contrarius consuluit contra Bar-
to. in tertia parte, consil. xxv. incipien. Viso testamen-
to condico. & in iij. parte consil. vij. incipien. videtur
prima fronte. & Iason in dicta l. sancimus. vbi simili-
ter reprobat Bal. qui consulendo dixerat sufficere in
secundo testamento dicere, quod testator vult secū-
dum testamentum omnino valere, & contenta in eo
fortiori effectum. Quia hoc dicendo satis videtur cō-
stare de voluntate testatoris, quod primum mutare
vult testamentum, ac si clausulam reuocasset dero-
gatoriam, secundum Ioan. Andræ. in capi. j. de constit.
libro vj. Sed non est verum secundum ipsum, & Pau.
consil. cclxj. incipien. quædam domina. Præterea
idem esset & se primò, scilicet quod tolleretur primū
testamentū, quamuis clausulam contineret dero-
gatoriam, si in secundo testator dixit, quod volebat il-
lud secundum esse præcisum: quia dicta verba vim
habent clausulæ derogatoriæ, secundum Iacob. de
Are. in Lonnes populi. ff. de iustitia & iure. quæ re-
fert & sequitur Panormita. in capi. ij. de rescriptis. &
Bal. in l. clari. C. de fidei cōmi. Facit quod voluit Ioan.
Andræ. in c. t. ad finē. de excessibus prela. in subdi.
libro vj. Idem esset & octauò, vbi in secundo testa-
mento diceretur, cassans & irritans omnem aliā vl-
timam voluntatem, non obstantibus quibusunque
verbis derogatoriis in ea positis, etiā si de ipis & to-
to testamento tenore esset de verbo ad verbum fidei
mentio specialis. Quoniam tunc hæc clausula, non
obstante, his verbis cōcepta sufficeret, ac si singulis
fuisset sigillatim derogatum, secundum Federic. de
Senis consil. xlviij. incipien. habita super casu prædi-
cto. Ad hoc facit quod de dicta clausula not. Bald. &
Ange. per illum tex. in l. omnes C. de præscript. xxx.
vel xl. annorū, qui est totius iuris melior clarè deci-
dens clausulā, omnia pro expressis habentes, tantū
operari, ac si singula specificarētur. De quo potestis
videre satis, & abundè per Fely. in capi. nonnulli. de
rescrip. Addatis & non idem esse in alio casu, qui
colligitur ex verbis Bart. in l. qui in aliena. §. fina. ff.
de acquiren. heredit. in vltimo notabi. Ultra præ-
dicta dicatis idē esse & decimò, si in primo testame-
to clausula derogatoria fuisset apposta ex causa, quæ
verè aut præsumptiuè esset falsa. Quoniam tunc per
secundum testamentum simpliciter factum reuoca-

tur primum, quāuis de primo vel clausula derogato-
ria in eo cōtenta non fuerit mentio facta in secūdo,
ita singulariter determinat Pet. de Anc. in repetitio-
ne cap. si propter tua debita. de referri. lib. vj. vbi ele-
ganter cōmemorat diebus suis dubitatū fuisse apud
venerandum Venetorum conciliū, de quadam mu-
liere plurimum à marito molestata, vt illum scilicet
eius maritum institueret hæredem. Quæ quidem mu-
lier post nonnullas sibi à marito illatas molestias ad
domum accessit cuiusdam sui consanguinei, cui hæc
narravit, & ibi testamentum suum voluntariè fecit,
adiectis clausulis ad futura testamēta derogatoriis,
in quibus causam expressit molestiæ. Deinde mariti
domum rediit, in qua aliud testamentum pro mari-
libito voluntatis fecit, absq; alicuius clausulæ ad pri-
mum testamentum derogatoria adiectione, & decef-
sit. Quæ mortua dubitatio nō mediocriter exorta fuit,
an scilicet secundum testamētum reuocasset primū
vel nō. Et refert fuisse decisum per illum venerandū
conciliū in fauorem secundi testamenti, & potis-
simè moti fuerūt, quia in illa ciuitate viuunt cū sum-
ma puritate & plena libertate, ideo non præsumeba-
tur metus à marito illatus vxori, & sic causa propter
quam fuerat in primo testamento apposta clausula
derogatoria, erat præsumptiuè falsa. Sed extra illam
ciuitatem aliter esset dicendū secundum eum. Cū
quo eum recitando transit Barb. in cap. causam ma-
trimonij. de offic. delega. iij. colum. & in capit. cum
esse. xxviij. colum. s. eo. quod est not. pro intellectu
gl. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio nō
datur. quæ loquitur de metu reuerentiali vxoris ad
virum, aut filij ad patrem. An autem dari possit
remedium, quod testamentum reuocari non possit,
videatis in locis supra allegatis, maxime per Barto.
in l. si quis in principio testamenti. & Bal. in dicta l.
sancimus. Et non possit dari securum remedium, ne
tollatur homini liberum arbitriū. Quia, vt dicit Se-
neca in suis Tragediis, lib. iij. Omnia entia natu-
ralia in certis legibus stabilia sunt, quas nō possunt
relinquere, homo autem leges nullas habet, quas in-
fringere non possit. Tamen vnum remedium men-
ti tenebitis, quod singulariter sentit Archidia. xij.
quæstione secūda. can. vltima voluntas. circa mediū,
vbi decidit, quod testamentum primum efficiatur ir-
reuocabile, si hæres institutus in eo priuilegium im-
petret à supremo principe de consilio, & cōsensu tes-
tatoris, quod ille amplius non possit testari, nec pri-
mum testamentum mutare, aut reuocare. Quoniam
eo tunc tale testamentum erit reuocabile. Quia licet
per pactum, quamuis iuramento si matum tolli
non possit liberum arbitrium vltimæ voluntatis,
imò tenebit testamentum contra testatoris iuramen-
tum, nec testator tenebitur ad interitæ hæredis in
primo testamento scripti, secundum Ioan. Andræ. in
regula quod semel placuit. de regulis iuris. in sexto.
Tamen restringi potest per priuilegium à Papa cō-
cessum. Et ita cum refert, & sequitur Bartholo. de Be-
len. in additione Panormita. in sexto notabili. in ca-
pitu. cum Martha. de celebra. missa. Sed dubito,
quod hoc nō sit verum, per ea quæ superius dixit in
principio huius notulæ. Quia non potest dari casus,
in quo testamentum, vt testamentum, sit irreuocabi-
le, quia esset contra naturalem substantiam vltimæ
voluntatis, quæ sui natura est vsque ad mortem re-
uocabilis, & inde dicitur vltima voluntas. Præterea
hæres, qui imitaretur contra voluntatem testato-
ris, esset indignus. l. ex parte. ff. de adimēd. legatis. se-
cundum

26 cundum Bal. in capi. ij. de confus. ¶ Si autem testa-
tor institueret ecclesiam, & iurare non reuocare, &
si contingeret testamētum reuocare, donaret eccle- 29
siale pactum cum iuramento valeret, cum eo tunc
reuocabile transiret ad irrevocabilitatem, quia hoc
pactum est permittum. l. vbi ita donatur. ff. de dona-
tioni. causa mort. secundum Bal. in capi. in presentia
de proba. Nec censeretur esse pactum contra bonos
mores, cum donatur monasterio vel alteri loco pio,
cum speciale sit fauore religionis. vt dicit tex. in l. lo-
cum. ff. de usufructu. in principi. & l. sunt persone. ff. de
releg. videatis latissimè Barba. in capit. relatum. xxx.
colum. s. eodem. vbi plenè disputat pro & cōtra per
septem colum. ¶ Et præmissa sunt vera, vbi appa-
rēt plura testamēta, de quorū prioritare & poste-
rioritate cōstat, quo casu, (vt dictū est) posteriori sta-
tur. Si autem apparerent duo testamēta eadem die
cōfecta, nec appareret quod prius, nec quod posterius:
tunc si quidem illa testamēta facta fuerint sub vna
& eadem sigillatione, erit vnum & idem testamen-
tum. Ita quod ambo instituti æqualiter venient ex
testamēto, ac si in vno essent instituti hæredes. l. j. §.
si quis in duobus. ff. de bono. posses. secundum tabu-
facit. l. vnum. ff. eodem. & l. locum. §. j. ff. de tabul. ex-
hiben. Si verò sint diuersæ sigillationes, non tamen 30
apparet, quæ fuerit prior, nec quæ posterior respectu
horæ aut momenti: tunc si quidem ambo testamēta
fuerint eodem libro notarij descripta, illud censetur
fuisse prius, quod in ordine scripturæ fuit priore lo-
co descriptum, secundum Bald. in l. rebus. C. de dona-
tioni. ante nu. & est text. in l. si duas. §. j. ff. de excusa-
tuto. & plenè Iason. in l. ij. colū. ff. soluto matrimo-
nio. & Ioan. de Pla. in l. ij. colum. versicu. nunc quæ-
ro. C. de iure fisci. libro x. facit tex. in cap. penulti. de
electio. libro vj. §. verum. & in capi. mādato. de præ-
28 ben. eodem libr. & l. quoties. de usufructu. ¶ Ordo
enim scripturæ vel nominationis titulū confert præ-
lationis, vt ibi. facit l. generaliter. §. si quid. ff. de fidei
commis. libro. Nam ex ordine verborum vel scriptu-
ræ præsumitur ordo intellectus, vt quod prius est in
voce aut scriptura, præsumatur prius esse in intelle-
ctu, secundum Bal. in dicta l. si duas. ex ordine chari-
tatis & dilectionis, secundum Ange. & Imo. in l. qui
soluendo. ff. de hæredi. institu. (Additio.) Et per hæc
aliàs cōsului in causa Cancellariæ præsentis vniuersi-
31 sitatis Caturcæ. quæ dum vacauit per obitum domi-
ni quondam Caroli Alamandi, sede tunc episcopali
vacante, fuit per Papam collata duobus eadem die,
ita quod non apparebat de prioritare datæ alicuius.
Consului, quod videretur registrum supplicationū
cameræ Apostolicæ, quod factum extitit, & demū
ille cuius signatura fuit in ordine scripturæ reper-
ta prius descripta & registrata, hoc anno domini M.
cccc. in mensē Septēbris obtinuit in Parlamēto To-
losæ Arrestum pro se in possessore, secundum quod
consulueram, & latissimè, papyro non parcens nec
atramento. Si autem in eodem libro non fuerint
descripta, aut à duobus notariis fuerint recepta, tūc
si contenta in illis duobus testamētis habent ordi-
nem à natura, sicut priuatio & habitus, priuatio sem-
per iudicabitur posterior: quia sui natura præsupponit
habitum. l. nam & si sub conditione. ff. de iniusto
rup. testamē. & in §. j. versicu. seruis. institu. de capi.
diminu. Idem si in vno testamento reperitur ali-
quid Titio relictum, & in alio reperitur legatū ad-
emptum, testamentum in quo continetur ademptio,
censetur esse posterius, secundū Bal. in §. quibus. C.

de nouo Codice componen. post Bart. ibi. Et idem
si prioritas vel posterioritas appareret ex ordine in-
tellectus. ¶ Consideretis ex hoc, quod velocissi-
mum entium est intellectus, vt ait Thales Milesius.
Vnde vbi tempus nō inuenitur in motu distinctum,
tamen in intellectu reperitur distinctum. Præcurrit
enim intellectus omnem temporis velocitatem. Et
ideo videmus, quod intellectus ordinat etiā futura,
quia præcurrit antè, quàm ipsa fiant. Et sic appareret
prius, & posterius posse esse in intellectu, licet in tē-
pore naturali sint vnum & idem instans. Ita eleganter
dicit nobilis Bal. in l. Arcula. in prima lectur. in
fine. ff. de statu hominum. Potest enim generosus
intellectus procedere ad infinita, quia intellectus per-
tingit vsque ad cælum, secundum Bal. in lecturā in
l. Barbarius. ff. de offi. prætoris. x. colum. Et nihil est,
quod non efficere possit ille vigor animi, illa celeritas
mentis, illud acumen ingenij, quo omnium glo-
riam haud dubiè aut æquauit, aut excessit. Ideo dice-
bat Themistius Philosophus, quod inter omnia mi-
randa in rebus naturalibus mirandum est de anima,
cuius potentia prima est intellectus. hoc idem dicit
commentator Auerrois in primo de anima, & Bald.
in capi. auditis. de electio. ij. colum. de hoc egregiè lo-
quens dicit, quod præcedere contingit tribus mo-
dis, scilicet tempore, secundò ordine naturæ, vt l. li-
cet. §. ea obligatio. ff. de procura. vbi licet obligatio,
& actio eodem instanti nascantur, tamen quia obli-
gatio dicitur mater, secundum ordinem naturæ dicitur
præcedere actionem. Similiter contingit, quod
prius natura est ignis, quàm calor, & Sol quàm splē-
dor, & mors patris, quàm successio filij. Et generali-
ter de necessitate est, quod d causa præcedat effectum.
Tertio præcedere contingit iuri fictione, seu inge-
nio intellectus. l. talem. §. j. ff. de hæredibus institu-
tuen. & l. singularia. ff. si certum petatur. Nam ratio
facit prius aliquid imaginari, id est, per prius, quàm
occurrat sensibus humanis, vt dicit pulchrè idē Bal.
in capitu. præterea requiritur. de appellatio. Si verò
ex ordine scripturæ vel naturæ, aut intellectus appa-
rere non potest de prioritare, aut posterioritate testa-
mentorū, eo tunc neutrum testamētum valet. Ad eò,
quod neuter institutorum hæres erit, quia cum sit dubiū
de veribus testamēti, non possit dari hæreditas. l.
sed & si de sua. ff. de acquirenda hæreditate. Hæc
tamen conclusio sequentes capit. limitationes. Pri-
mò, vt hoc sit verum, vbi neuter hæredum instituto-
rum hæreditatem possidet, quoniam si alter hæredū
hæreditatē possideret, ille obtineret, & actor succu-
beret. Nam actor probare debet testamentum, in
quo fuit institutus, esse posterius, quo non probante
succumbit. Cū hoc sit suæ intentionis fundamen-
tum. l. quia accusare. C. de edēdo. Secundò limitatur
dicta conclusio esse vera, quādo hæredes in vtroque
testamento instituti essent paris conditionis. Si verò
hæredes instituti in vno testamento, essent extranei,
& instituti in alio essent de venientibus ab intestato,
tunc in dubio testamentum illud, in quo instituti
reperirentur venientes ab intestato, præsumitur
esse posterius, & sic validius. argumento l. si duc-
bus. §. si prius. ff. de contra tabu. & l. hac consultis-
sima. §. si quis. C. de testamē. & l. si. C. de codicillis.
Præterea si neutrum illorum testamentorum va-
leret, venientes ab intestato succederent testatori.
Ergo multò fortius venient ex testamento secun-
dum defuncti voluntatem. Ita eleganter dicit textus
in l. prima. C. de his qui sibi ascri. in testamen. Ter-
tiò

tid limitatur dicta conclusio, vt locum habeat in pagano, qui sicut decedere non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus, sic nec cum duobus testamētis validis. l. si certarum. & l. quarebatur. ff. de testamen. milita. secus, si esset miles, qui potest de iure militari decedere cum duobus testamētis validis, vt in puncto decidunt gloss. Barto. Bal. & Saly. in l. fin. 12 C. de edicto diui Adria. tolten. gl. & Dominic. in capitu. duobus. de rescriptis. libro sexto. Idem esset & quartò in pagano, sicut in milite, vbi statutum ciuilitatis, aut patriæ consuetudo vel priuilegium habet, quem posse cum duobus aut pluribus testamētis decedere: quo casu omnia illa testamēta valerēt, & hæredes in talibus testamētis instituti venirent æqualiter ad hæreditatem in concursu, secundum Angelum, Imo. & Alexan. in l. moribus. in secundo notabi. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. Quintò limitari potest dicta conclusio, & singulariter, si in altero de duobus testamētis eodē tempore factis esset pia causa hæres instituta. Quoniã eo tunc tale testamētum præsumeretur esse posterius, & per consequens validius. Et ratio est, quia quæadmodum fauore piæ causæ in contrahētibz præsumimus prioritatem ad instar fisci. per tex. in l. j. C. de iure fisci. sic etiam in vltima voluntate, vt singulariter decidit Ludouic. in repetitioe authenticæ, similiter. prima pars. verficul. Duodecima, quod licet & c. C. ad legem Falci. quod est notandum. Ad hoc facit, quod singulariter decidit Bal. in l. j. ff. soluto matrimonio. vbi si duo reperiantur instrumēta eodem die confecta cū hypotheca, de quorū prioritare dubitabatur, & in quorum vno promissum erat ab aliquo salarium doctori, & in alio erat promissum alicui priuato, certè illud præsumitur anterius, in quo promissum reperitur doctori. ¶ Quid, si reperirentur duo contrarij codicilli eadē die facti? Glo. est in l. cum proponas. C. de codicil. dicēs, quod ambo valent. Ita quod illi quibus in vtrisque relinquitur, veniunt in concursu, & simul admittuntur ad relictum. l. vnica. §. si autem disfunctionem. C. de caducis tollendis. Et ratio differentie, quare quis facere potest valide plures codicillos, & non plura testamēta, est secundum Ioan. Fab. in §. fina. in l. i. de codicil. quia testamētum est plena voluntas, & sic non compatitur aliam pœnam. Sicut videmus, qd habenti tutorem tutor dari non potest, institui. qui dari tuto. testamēt. pos. quia tutoris datio est plena prouisio, cum tutor detur principaliter per sonæ pupilli, & consequenter suis bonis. Sed codicilli sunt minùs plena voluntas, & sic aliam patiuntur. ¶ Sed quid si appareant duo mandata eiusdem date, cui standū erit, & quis dicitur verus procurator. Bal. in l. falsus. C. de furtis. & in cap. quia propter. de electio. iij. colum. & Alexā. in l. si quis autem. ij. col. ff. de acquir. heredita. & Fely. in capitu. imputari. in princ. de fide instrumē.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Codicilli non veniunt appellatione testamēti, sed vltimæ voluntatis.
2 Statutum diminuens numerum testium in testamento, non extenditur ad codicillos.
3 Testamētum secundum non tollens primum, tollere potest eius codicillos.
4 Codicillus largè est testamētum.
5 Testamētum venit appellatione codicillorum, & econtrà largè.

- Testari permittitur codicillari potest.
Codicilli quid, & vnde.
Codicillorum ius ante Augusti tempora in vsu non fuit.
Codicilli duobus modis fiunt.
Codicilli in testamento fiunt tripliciter.
Codicillo relicta non valēt sine aditione, nisi ad pias causas.
Clausula, si non valet iure testamēti, valet iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, quid operetur.
Donatio causa mortis non requirit hæreditatis aditionem.
Testamento infirmato, infirmantur codicilli.
Testamento rupto, quando rumpantur codicilli.
Codicillum ex testamento facit clausula codicillaris.
Clausula codicillaris quid operetur.
Codicillaris clausula quadrupliciter inducitur tacitè, licet non exprimitur.
Clausula, quod testamētum valet omni meliori modo, idem operatur quod codicillaris.
Iuramentum operatur clausulam codicillari, & nu. 21.
Iuramenti extraiudicialis vis.
Substitutio iuramento firmata, si directo non possit, valet iure obliquo.
Fiduciosus iurans ad plura tenetur.
Confessio extraiudicialis etiam absente aduersario valet, si sit iurata.
Cap. ex rescripto, de iure iurando, singulariter inducitur ad quatuor.
Cōductor, vel emphyteuta, qui iurauit soluere annis singulis, si per annum cesserit, potest expelli.
Iuramentum sine interpellatione constituit in mora.
Falsus qui iurauit, non potest feudo renuntiare, vt ad seruitio liberetur.
Iuramentum an impediatur dominij translationem.
Iuramentum impedit remissionem contractuum.
Iuramentum accumulatur foris foro.
Iuramentum habet vim garentigie.
Compenfare non est soluere.
Arbitrium licet non pariat actionem iure ciuili, tamē iure can. propter iuramentum est locus officio iudicis.
Iuramenti ratione lex loquens de contractu, extenditur ad quasi contractum.
Iuramentū habet vim insinuationis in donatione cecoc. aureos excedente.
Iuramentum excusat à presumpcia calumnia & expensis litis.
Feudi causam non cognoscit ordinarius, nisi interfuerit iuramentum.
Societas perpetua & ad hæredes transitoria an pacto fieri possit.
Iuramentum impedit prescriptionis cursum.
Alexander iuramentum obseruauit.
Iuramento non seruato, multi principes perire.
Marcus Attilius vt iuramentum seruaret, morti se sponte obtulit.
Aegyptij periuros capite plecebant.
Clausula codicillaris tacitè inducitur ex magno testatoris amore.
Suorum appellatione veniunt amici.
Amicitie perfectæ sunt quatuor leges.
Alexander medico fidit.
Amicitia & parentela æquiparantur, & nu. 51.
Amicus admittitur sine mandato sicut coniunctus.
Volo aut vellem, quando inducat dispositionem.
Clausula codicillaris statim vel consuetudine inducitur.
Testamētis & codicillorum differentia.
Codicillis dari non potest hæreditas directè, nisi in casibus & nume. 57.
Testari inter liberos quis liberè potest.
Filius necessariò est in aliquo instituendus.

Codicillis

- 60 Codicilli non potest hereditas adiri, nisi in casibus.
61 Restituendi verbum est indirectum.
62 Clausula derogatoria potest in codicillis reuocari.
63 Legatorum generalis ademptio ad pia legata non extenditur.
64 Exhereditatio non fit in codicillis.
65 Substitutio in codicillis non potest.
66 Codicillis quare non ea sicut in testamento.
67 Codicillis quinque testes sufficiunt.
68 Codicillis pluribus, non testamētis, quis potest decedere.
69 Codicilli fieri possunt ab eo, qui post factum testamētum reddidit est instabilis.
70 Codicillus quid, & qualiter confirmatur.
71 Hæreditas eadem non potest simul ex testamento, & codicillis peti nisi in casibus.
72 Hæreditarij creditores & legatarij vna actione tentata, possunt ad aliam redire.
73 Ignoranti qua via succurratur.

Testamentum III.



AM ex hoc datur vobis intelligi, quod Raynuius tanquam nobilis vir & egregius testari voluit, & non codicillari. Licet enim appellatione vltimæ voluntatis veniant codicilli, ita quod fieri debent cum ea solemnitate, quæ ex forma statuti requireretur in vltimis voluntatibus, secundum Baldum in l. hac consultissima. C. qui testamēta facere possunt, non tamen veniunt appellatione testamēti, vt infra dicitur. Nec sunt testamētum: imò differunt à testamento, l. non codicillum. C. eodem. & l. si idem. C. de codicillis. idem dicit Bart. quem ibi sequitur Alexand. in l. j. ff. de leg. j. ¶ Quod statutum diminuens numerum testium in testamento, putà quod valeant facta coram quinque testibus, locum non habet in codicillis, vt valeant facta coram tribus testibus. Vnde consuluit Alexā. in ij. parte. consil. cxvj. incipien. Viso themate, penult. col. quod licet testamētum secundum solennem in quo extranei sunt instituti, non tollat primum testamētum inter liberos factum, nisi de ipso fiat mentio in secundo, per tex. in authen. hoc inter liberos. C. eodem. & dictum fuit supra testamētum 3. ij. ¶ Attamen bene tollerit codicillos prius factos inter liberos, posito quod de illis mentionem non faceret: quia cum dicta authen. à iure communi fauore liberorum exorbitans loquatur de testamento, non comprehendit codicillos. Bene tamen dicitur, quod largo modo capiēdo codicillum est testamētum, & eius appellatione venit; cum sit mentis testatio, institui. eodem §. j. in gl. & in l. j. C. communitia de lega. & ibi Bald. & glo. in l. j. C. de conp. stitut. pecunia. & in cap. quanquam. in fine de vltimis. libro vj. Idem dicit Salicet. in dicta l. ij. C. communitia de lega. in fin. quod pro relicto in codicillis in testamento confirmato vel per se, sine testamento factò competit actio saltem utilis ex testamento contra successores ab intestato. Et idem Salicet. in l. filij. in primo nota. C. familia: circūscundæ. dicitur, quod habens fundum in emphyteutim ab ecclesia cum potestate relinquendi in testamento suo vollet, poterit eum relinquere in codicillis. Et ita ibi refert aliàs consuluisse Ferrariz. pro quo facit textus in lege finali ff. de iure co-

Tom. 1.

dicil. Similiter dicit Paul. in l. proximè. ff. de his quæ in testam. delen. respondisse interrogatus, quod si quis septem conuocatis testibus & rogatis, vt essent testes in suo testamento, plura reliquerit legata & fideicommissa, tamen nullum hæredem instituerit, & dispositio vt testamētum valere non potest, tamen valebit vt codicillus, quantumcunque testamētum facere velle declarauerit. Cum appellatione testamēti largo sumpto vocabulo veniat codicillus, vt etiam sequitur Iason in dicta l. non codicillum. C. eodem. Et tamen erit econtrà, vt largo sumpto vocabulo appellatione codicillorum, veniat testamētum. Ideo non ineleganter decidit Ioannes Andre. in additio. Spec. tit. de instrumen. edi. §. compendiosè. in additione incipiente, Ad intellectum, quod si testator conuocatis septem testibus filios instituat hæredes, & legata faciat, quantumcunque dicat, ego facio codicillos: vel dicat, volo meam dispositionem valere iure codicillorum, tamen valebit vt testamētum, & erit testamētum, non obstante quod talem dispositionem codicillos appellauit. & ita refert ibi Dynum terminasse. Plus dicunt Baldus & Salicetus per illum text. in l. testamētum non ideo. C. eodem. quod si testator diceret coram septem testibus: sitis testes huic meo contractui, tamen erit testamētum, secundum Alexand. in dicta l. non codicillum. & plenè Fely. in cap. significante. secunda col. de rescript. inde dicit Angel. in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. quod si testator instituat hæredes, quamuis notarius scribat, talis volens facere codicillos & c. talis scriptura notarij enuntiatua non impedit, quominus sit testamētum: & ita etiam consuluit Alexander in prima parte consil. cxlj. incipien. maturè. Ad hoc facit quod decidit Bald. in l. imperator. la. j. ff. de statu homi. dicens quod si notarius rusticanus dixerit, Martinus volens testatus decedere, fecit hos codicillos, in quibus Titium hæredem instituit: talis dispositio valebit vt testamētum. Quia potius valet quod testator aperte scit, quam vitiet quod profert notarius ineptè, vt no. in l. si librarius. ff. de reg. iuris. Sed in statutis & dispositionibus à iure communi exorbitantibus, vbi proprio vimur significato, testamētum non comprehendit codicillum, nec econtrà, vt vidistis supra. Ad prædicta facit quod dicit Bartolus in l. vt tantum. ff. de seruo corrupto. volens, ¶ quod qui testari potest, etiam codicillari poterit. quod facit ad statuta testari permittentia secundum eum, ideo dicit idem Barto. in dicta l. secunda. ff. de legatis primo. quod statutum prohibens minorem viginti annis testari, videtur etiam eum prohibere codicillari per rationes, de quibus ibi per eum. Et licet Bald. in l. fina. C. eodem tenuerit contra Bartolum, tamen Alexander in dicta l. ij. post longam disputationem tenet cum Barto. & Barba. supra eodem in rubrica. Subiungens quod vbi lex adhiberet maiorem solennitatem in testamento, prout fecit in testamēto cæci, illa eadem maior solennitas requireretur in codicillis. casus est singularis in dicta l. hac cōsultissima. ibi, quæ & in eadem modum. C. qui testamētum facere possunt. Sunt tamen codicilli quædam parua & minima scripta volūtas. Qui ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori scriptura vel codice quam testamētum, scribebant. Adeo, quod solum in eis fideicommissa relinquebantur, & tales sunt ad testamētum sicut scapha ad nauem. Nec olim fieri poterant absque scriptura: hodie verò fieri possunt sola nū. upatione. C. de bonis libertorum. l. si in principio. ita dicit

X

dicat glossa, institutio, de codicillis super rubrica. Sciendum tamen est ius codicillorum ante Augusti tempora in usu non fuisse. sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fidei commissio coeperit) codicillos introduxit. Nam cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos: quibus ab Augusto petit per fideicommissum, ut faceret aliquid. Et cum diuus Augustus voluntatem eius impleisset, deinceps reliqui eius auctoritatem secuti fideicommissa praestabant: & filia Lentuli legata quae iure non debebat, soluit. Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, & quaesivisse: an hoc iure recipi posset, nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset. Et Trebatium suavisse Augusto, quod diceret vtilissimum & necessarium hoc iuris esse propter magnas & longas peregrinationes, quae apud veteres fiebant: ubi si quis testamentum facere non posset [propter forte impotentiam, testibus scilicet deficientibus] tamen codicillos facere posset. Post quae tempora cum Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium fuit, quin codicilli iure optimo admitterentur [adeo quod ex post vsus codicillorum viguit, prout viget de praesenti]. Ita eleganter dicit textus, in situ. de codicil. in princip. Pro tamen huius siquidem materiae latiori demonstratione, scire debetis, quod codicilli duobus modis principaliter fiunt, uno modo sunt, nullo penitus condito testamento, & sic ab intestato. I. conficiuntur. ff. de iure codi. l. non idcirco. C. de codicil. & institui. illo eodem titulo. §. non tantum. ut puta si aliquis nolens, aut non valens propter impotentiam facti, veluti testium defectum, testari: coram quinque testibus declarat suam voluntatem, quod cuidam Titio suam velit restituere hereditatem, aut alio modo legat, vel relinquat: talis voluntas dicitur codicillis. Ad cuius validitatem seu confirmationem requiritur, quod venientes ab intestato codicillantis hereditatem adeant & illam demum restituunt Titio, quarta Trebellianica iure restitutionis debita relictata. l. ij. ff. de fideicommiss. liber. aut legata seu relicta solvant. T. Secundo modo fiunt codicilli condito per codicillansem testamento, & hoc fieri potest tripliciter. Nam aliquando fiunt ante testamentum, & postea fit testamentum: quod fieri potest etiam per eum, ut not. Bal. in dicta l. hac consultiissima. C. qui testament. facere possunt. Aliquando fit prius testamentum, & postea codicilli. Et his duobus casibus etiam si in testamento ante vel postea facta, de codicillis nihil dicatur, tales codicilli censentur tacite per testamentum confirmati, dum tamen alias non appareat codicillansem in testamento codicillos expressè reuocasse, ut dicto §. non tantum. Requiritur tamen ad validitatem seu confirmationem talium codicillorum, quod adeatur hereditas ex testamento, si tale testamentum valeat. Quo casu haeredes scripti in eodem, tenentur relicta in codicillis adimplere. Si autem testamentum non valeat, requiritur, quod succedentes ab intestato adeant hereditatem: quia semper haeredes ex testamento vel intestato succedentes censentur in codicillis rogati adimplere contenta in eisdem secundum Bart. in l. prima. ff. de iure codicillo. glo. Bar. Ang. & Imo. in l. qui filio. §. seruus. ff. de haeredi. institui. T. quia sine additione non valent relicta in codicillis, nisi ad pias causas secundum Bal. ibi. Et quod relicta in codicillis, nullo facto testamento, vel eo nulliter aut inutiliter expedita facta, non

valent sine additione, est tex. in l. secunda. ff. de fidei. commissa. liberta. quam ibi ad hoc ponderat Barto. contra Roscedum, qui in suis libellis oppositum tenuerat & male in titulo de actionibus ex testamento, quia non valent nisi ad pias causas, ut dixi, ut probatur in dicta l. secunda. Et eodem modo sine additione valent, si in testamento vel alia voluntate fuisset clausula: Si non valeat iure testamenti, valeat iure cuiuslibet alterius ultimae voluntatis. Quo casu talis clausula eum valere facit iure donationis causa mortis. Et operatur quod legata debeantur etiam non adita hereditate secundum Bald. in l. eam qua. C. de fideicommissa. Quia tamen donatio causa mortis non requirit hereditatis additionem, ut plene per Alexand. in dicta l. secunda. ff. de lega. j. ij. & ij. colu. Sed codicilli nullo modo valent non adita hereditate. Et ratio est, quia testamentum ex quo hereditas non aditur, remanet inualidum & infirmum, & per consequens codicilli, qui ex testamento dependent, sine testamento valere non possunt. Cum eorum robur & validitas aut infirmitas a testamento ante vel postea facta dependeat, sicut accessorii a principali. Adeo quod tamen testamento stante valido, validi erunt codicilli, eo autem infirmato, etiam infirmantur codicilli. Ita quod, rupto testamento natiuitate posthumi, ut habetur in §. j. in sti. quibus mod. testam. infirmant. Etiam rumpuntur codicilli ab eo dependentes. l. j. C. de codicil. Et notanter dico a testamento dependentes, quoniam si defunctus nullum testamentum fecisset, sed solum codicillos, tunc codicilli non rumpuntur natiuitate posthumi. l. si quis cum. §. qui graui. & l. ab intestato. & l. penult. ff. de iure codicil. & tenet gl. in dicta l. prima. C. de codicil. Subiungens ibi codicillos ad testamentum pertinere, & ex eo dependere, siue ante testamentum facti fuerint, siue post, siue expressè confirmati, siue non. Praeterea notanter dixi, quod rupto testamento, rumpuntur codicilli, puta natiuitate posthumi. Quia cum testamentum in quo posthumus fuit praeteritus, valere coeperit, & valuerit, donec posthumus natus fuerit viuus, codicilli dicuntur habuisse dependentiam ab eo. Et sic rupto postea testamento posthumi natiuitate, etiam rumpuntur codicilli, ut dict. l. prima. secus, si testator qui testamentum fecit & codicillos in suo testamento praeterisset filium iam natum. Quo casu cum propter talem praeteritionem testamentum fuerit illico nullum, codicilli qui a testamento ipso iure nullo dependentiam habere non potuerunt, non rumpuntur. Quinimò valent ac si nullum factum fuisset testamentum. l. tertia. §. fin. ff. de liberis & posthumis. secundum Bartol. in l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Cy. & modernos in dicta l. prima. C. de codicillis. Et idem esset, scilicet quod codicilli valerent etiam rupto testamento posthumi natiuitate, si expressè facti fuissent ad hunc finem, ut rupto testamento valerent. Ideo videmus, quod testamento in quo continetur clausula codicillaris rupto, tale testamentum sustinetur, ut codicillus virtute dictae clausulae. l. qui filio. §. j. iuncta glo. fin. ff. de haeredibus institui. secundum verum intellectum Bal. & Imo. ibi: reprobo intellectu Bartol. qui diuinat. Unde tamen testat. quod tunc solum rupto testamento etiam rumpuntur codicilli, quando fuerunt ante vel post testamentum simpliciter facti, & non ad finem praedictum, & ita intelligitur dicta l. prima. C. de codicillis. secundum doctores, ibi: & clarius patebit ex dicendis. T. Aliquando & tertio fiunt codicilli condito testamento, non quod

quod fiant ante, neque post testamentum, sed fiunt in ipsometestamento, scilicet per clausulam codicillarem in testamento appositam, puta si testator dicat in testamento: si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, ut communiter hodie solet fieri. Quo casu, si tale testamentum non valeat ut testamentum, puta ob defectum solennitatis, tale testamentum confirmatur per adiectionem clausulae codicillaris in subditum, ut valeat tanquam codicillus. de quo plene per Bag. in d. l. j. Bald. & Salic. in d. l. fin. C. de codicillis. T. Verum tamen necesse est, quod testator expressè talem clausulam apposerit: quia alias non subaudiatur, nisi apponeretur per se, vel per aequipolens, ut quod idem significat, ut infra videbitis. & de hoc est text. in dicta l. fin. in tertia sui parte. Et talis clausula codicillaris duo operatur. Primum, quia si apponatur in secundo testamento inualido, tollit primum testamentum quo ad legata, ut not. Barto. in l. si iure ff. de lega. tertio. Secundum operatur legatorum repetitionem a venientibus ab intestato, quod verum intelligatur quo ad eos, qui in primo gradu sunt. Non autem quo ad alios sequentis gradus. Ideo si priores in gradu ab intestato repudiarent hereditatem, & sequens admitteretur, non teneretur ad dicta legata ex dicta clausula codicillari, ut est gl. singularis secunda in Ang. l. in non iustam. C. ad Trebellian. Et est haec clausula tantae virtutis & efficaciae, quod nedum suos operatur effectus, testamentum existente nullo propter defectum debiti numeri testium, ut quia seipsum non fuerit adhibiti testes, aut quia non fuerit rogati, vel non sunt masculi. in st. hoc. t. §. testes. seu propter defectum cuiuslibet alterius solennitatis. Sed etiam operatur effectum testamenti stante nullo propter filij ipsius testatoris praeteritionem, vel testamenti rupto agnatione posthumi in testamento praeterito, ut supra dictum est. [Et pleniùs dicitur super verbo, in eodem testamento relinquens. primo. ultima limitatione.] Nihil tamen operatur si testamentum esset imperfectum, & deiceret ratione deficientis voluntatis, ut l. fideicommissa. ff. de legat. tertio. & dicta l. ex ea. ff. de testa. Nec etiam operaretur testamentum stante nullo ex defectu personae codicillantis, vel cui codicillatur. puta quia non habet testamenti factionem aetiuam, de quo per glo. in l. si quatuor. ff. de leg. j. Barto. & Panor. supra eod. in rubri. vel non habet testamenti factionem passiuam, de quo per glo. in st. de lega. §. legari. in his enim talis clausula nihil operatur, nisi solum ubi esset solennitatis defectus, secunda dum Bal. in l. senium. qui testament. face. non possit. Praeterea circa hanc clausulam codicillarem sciendum est, quod aliquando in testamentis expressè apponitur, quo casu indubitanter operatur suos effectus, ut dictum est. Aliquando in testamento non apponitur expressè, sed tacite inducitur. Et hoc fit quadupliciter, Primum haec clausula inducitur ex aliis verbis aequipollentibus, puta si testator in suo testamento minus solenni talia aut similia dixerit verba: Volo tamen testamentum meum valere omni meliori modo quo valere poterit. Nam ex his aut similibus verbis inducitur clausula codicillaris. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo. Cum sensus dictorum verborum sit, quod si non possit valere ut testamentum, saltem valeat ut codicillus, secundum Bald. & Angel. ibi. Ad hoc facit textus optimus in l. codicillis. §. fina. & ibi Barto. ff. de lega. j. per quem tex. deciditur, quod idem est, si testator in testamento dixerit, quod sequi non vult miseram legum subtili-

ratem: sed quod disposuit, vult haberi pro legitimo. Nam talia verba vim habent clausulae codicillaris. Idem dicit ibi Imo. si testator dixerit, volo testamentum meum haberi pro legitimo, quoniam eo tunc haec clausula comparatur clausulae omni meliori modo, ad similitudinem inducendum clausulam codicillarem. Secundò inducitur haec clausula codicillaris tacite ex facto testatoris, puta si in testamento minus solenni testator iurauerit. Quia tunc tale iuramentum vim habet clausulae codicillaris & operatur: quod si testamentum valere non potuerit ut testamentum, valebit ut codicillus: aut alias meliori alio modo, quo valere poterit. T. Iuramentum enim semper importat clausulam, ut actus valeat meliori modo quo fieri potest. T. textus est multum singularis in dicta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. secundo. ubi Bart. ad hoc not. illum text. Eleganter subiungit, quod siue testator legata reliquerit, & iurauerit quod darentur, vel dixit haeredi, quod iuraret dare legata. Tunc licet testamentum ex defectu solennitatis non valeat, tamen iuramentum vim habebit repetitionis legatorum ab intestato: taliter quod legata debeantur ab intestato, ac si clausula codicillaris fuisset expressè in testamento adiecta. facit quod ipse plene dicit in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Et hoc verum siue testator iurauerit, siue eius haeres, ut ibi dicit. quamuis idem Barto. contrarium senserit in iuramento haeredis. in l. j. C. communia de lega. volens innuere, quod dispositio dicti §. filius matrem. locum habet tantum in iuramento testatoris, & non haeredis. Sed prima opinio, scilicet quod etiam locū habeat in iuramento haeredis, est verior, quam tenet Bal. in dicto. §. filius matrem. qui est textus notabilis alibi non repertus secundum eum, per quem eleganter dicit Bart. in l. si quis maior. C. de transac. T. quod si in transactione interuenit iuramentum, & transactio valere non possit ut transactio, tamen valebit ut pactum propter iuramentum: quod alias secus esset. l. si causa cognita. ubi etiam hoc sequitur Angel. C. de transac. & in l. si vnus. §. penult. ff. de pact. & Bal. in repet. l. j. C. de rescinden. venditio. Et quod iuramentum habeat vim clausulae codicillaris, tenet Bart. in l. eam quam. C. de fideicommissis. & l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. tertio. subiungens ibi, quod habet vim clausulae derogatoriae, ut plene dixi §. cod. in verb. Testamentum. ij. Nam etiam habet vim clausulae rato manente pacto. Adeo ut contraueniens teneatur soluere poenam, & nihilominus seruare pactum iuratum sub poena, secundum Bar. in dicta l. si quis maior. Ad quod facit quod singulariter dicit Bald. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari & pupilla. T. quod substitutio iuramento firmata, si valere non possit iure directo, saltem valebit iure obliquo propter iuramentum. Idem tenet Bald. in l. si iure. C. de test. manumiss. quam opin. sequitur Ludo. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. Praeterea per illum §. filius. dicit Bald. & post eum Salice. in l. j. C. commoda. quod iuramentum vim habet expressi & specfici consensus, ita quod ubi non sufficeret generalis consensus, prout est videre in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. & casu l. sed & si rei capitalis. §. quaesitum. ff. si quis cau. iuramentum supplet specficum consensus, secundum Ludo. in dicto. §. si quis ita. Similiter etiam supplet causam legitimam insertionem, adeo quod cautio non causata, si tamen fuerit iurata, velut si promittens sine causa iuret praemissa vera esse, aut in futurum seruare, talis promissio valet propter iuramentum, ut plene

consuluit Barb. in j. parte consi. xxv. ix. col. quod intelligit verum, dummodò promittens sine causa cum iuramento sit aliàs prudens & sagax: quo casu iuramentum vim habet expressionis causae: secus tamen esset in rustico, muliere, & minore, vt ibi plenè probat. viij. col. referens Ludo. idem consuluisse per dictum §. filius matrem. notabiliter dicit Bart. in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & q. licet fideiussor non teneatur si in duriorè causâ fideiussor, aut si aliud quàm principalis p. miserit. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiussor. Tamen his casibus iurando tenetur nò vt fideiussor, cum forma deficiat, sed tenebitur vt principalis promissor. Quia iurando voluisse videtur tene ri omni modo quo potest. de quo per Bal. in l. si p. dium. C. de iure dot. Per illum §. filius matrem. com muniter reprobatur bpi. Ioan. Fab. in §. si quis aliq. in l. si. de inuti. stipu. volētis promissionē facti alieni quāuis iuram non tenere: quoniam imò tenet etiam de iure ciuili per tex. in dicto §. filius, quia cum iura mentum importet clausulā, q. actus valeat meliori modo, quo valere potest. l. cū pater. §. filius. ff. de leg. ij. Promittens factum alienum cum iuramento, intel ligitur promittere se facturum, & curaturum: & ita promissio valebit. cap. ex literis. l. ij. de spōsa. iūcta gl. & in c. sicut ex literis. de iurciu. ita pulchre com mentauit dictum §. filius matrem. Iason in §. si quis postulat. in l. de actio. vltra quem in hoc puncto de iurante factum alienum, habetis glo. sin. vbi Bal. in c. ex rescripto. de iureiu. & Panor. ibi. & gl. in can. quoties cordis oculus. j. q. vij. & gl. in c. vnico. verbo, nihil. xxx. q. vij. Panor. in c. gemma. de sponsa. & in c. significationib. in fi. de offi. de lega. vbi idē tenet contra Io. Fab. & etiam contra eum consuluit Frac. Aret. consi. lxxx. & cōsi. cxliij. glo. in c. tibi domino. lxiij. distict. Ad præmissa facit tex. not. de iuramento testatoris loquens, in l. cum quis decedens. §. codi cillis. ff. de lega. ij. per quem determinat ibi Bar. & q. confessio extraiudicialis licet non valeat absente ad uersario facta, tamē valebit, si fuerit iurata, nec reuo cari poterit, etiā si in testamento, quod sui natura est reuocatorium vsq; ad mortē fuerit facta per text. in d. §. codicillis. per quē ita consuluit Paul. cōsi. cxlj. & Barba. in secunda parte consi. liij. Ad hoc facit tex. elegans in c. ex rescripto. de iureiu. qui singulari ter inducitur ad quatuor. Primò, quia licet per debi to ciuili non possit quis detineri inuitus. l. ob æs. C. de actio. & oblig. & in c. ij. de pig. Tamen si detētus iurauerit non recedere, donec satisfactum creditori fuerit, licet iurans sit liber homo, obligatur, & iura mentum seruare tenetur. Secundò inducitur, quia li cet mulier fideiubens iuuetur Velleiano senatuscō sulto. l. j. & per totum tit. ff. ad Velleia. Tamē si mulier fideiussor sit cum iuramento, tale iuramentum fa cit eam teneri, ac si ad plenum certiorata de suo be neficio illi renunciaasset, aut bis fideiussisset: quibus casibus tenetur de iur. l. pen. ff. ad Velleia. & in auth. siue à me. C. ad Velleia. Nam iuramentū supplet de fectum renuntiationis aut secundæ fideiussionis, se cundum Bal. in dicto c. ex rescripto. quem sequitur Iaf. in l. fin. C. de iur. & fac. igno. Tertio inducitur ad id quod supra fuit conclusum cōtra Ioan. Fab. cuius opi. vltra ibi allega. confunditur per dictum c. ex re scripto. iuncta glo. sin. Quarto inducitur, quia licet fideiussor conueniri non possit, donec excusso prius debitore principali, vt in auth. præfente. C. de fidei usso. Tamen virtute iuramēti poterit fideiussor cō ueniri vnā cum debitore principali. & ad hoc pōde-

rat Bal. illū tex. in dicto cap. ex rescripto. Quod ta men an sit verum, videatis Barba. in ij. parte. consilio xliij. vbi post longam disputationem videtur consu luisse contrarium, vt etiam tenet Alexā. in l. fin. iij. col. ff. si cert. peta. Ad hoc facit, quia licet promit tens factum propriam non obligetur præcisè ad fac tum: sed liberetur soluēdo interesse. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. & l. stipulationes non diuiduntur. §. j. verfi. Celsus. ff. de verb. obliga. Tamen si promit tens iurauerit, cōpelleret præcisè ad factū, nec libe ratur soluēdo interesse, glof. singularis in l. ij. in princ. ff. de cōdi. causa data. de quo plenè Panor in cap. veniens. de iureiu. ad. pei. illum text. quem con sulendo sequitur Alexan. in j. parte cōsi. xxvj. incipi. non puto. & Iaf. in l. ij. C. de iure emphy. vbi dicit, q. iuramētum accelerat pœnæ commissiōnē, ad eod q. pœna quæ aliàs non cōmitteretur ante biennium vel triennium, vt in casu ca. propter sterilitatē. de loca. & conduc. & in cap. potuit. eodem titu. & Si condu ctor vel emphyteuta qui iurauerit soluere annis sin gulis, per annum cessauerit, ilico expelli poterit. Fa cit glof. supra allega. in dicta l. ij. ff. de cōdict. causa data. in verbo, necesse. vbi licet in cōtractibus inno minatis sit re integra locus pœnitentiæ, tamē non vbi interuenit iuramētum, per quod desinit res integ ra: & illam gl. in hoc sequitur Imo. in l. secunda. §. sed & si quis. ff. de donat. & Barba. in cap. iurauit. de proba. & est communis opin. licet ipsemet Barba. su per rubri. de iureiu. voluerit contrarium per tex. in l. fina. C. de non numer. pecu. Ad hoc facit, quod decidit Salycet. in l. si pacto quo pœnā. C. de pactis. vbi dicit, quod quoties in actu aliquo apponitur iur amentum, non habet locū purgatio mora: quāuis aliàs admitteretur, vt dicto capitulo, potuit. & l. & si post tres. ff. si quis caut. allega. text. in l. si quis maior. C. de transactio. vbi per iurē est ilico infamis: & sic contra executionem non admittitur contrarium in fo ro contentioso: secus in foro animæ. glo. singularis in capitulo, apud miser. ordem. xxij. quæstione pri ma. Ad hoc facit, quia vbi apponitur iuramen tum, ibi nulla requiritur interpellatio ad constituen dum debitorem in mora, vt singulariter decidit Spe. tit. de aduo. §. j. verfi. sed nunquid is qui iurauit. & vi detur tex. iūctis ibidem not. per doc. in l. cum qui. §. si iurauero. ff. de iureiu. Ioan. And. & Panor. in c. bre ui. de iureiu. & Iaf. in l. quod teix. col. ff. si cert. pe ta. licet ibi Alexan. contra. Et per hoc decidit Barba. in cap. fina. iij. col. de emptio. & veditio. quod si vē ditor iurauit d. vendere emptorem in lite mota, tepe tur de euictione, si litem sciuit motam, & non venit ad defendendū: quāuis aliàs non teneretur, nisi em ptor litem motam ei denuntiaasset. l. emptor. vbi Bar. C. de euict. & Dyn. in cap. eum qui certus. de reg. iur. lib. vj. quia quando iurauit, satis requisitus censetur à stimulo iuramēti, quod eum impellat pro empto re, quod est menti tenendum. Quia ex consuetudine notariorum in omnibus instrumentis emptio num apponitur iuramentum. Pariter decidit Bal. in præ ludiis feudorum. verfi. sed statim queritur. & quod vafallus si recipiendo feudum iurauerit, non poterit feudo renūtiare, vt à domini seruitio liberetur: quod aliàs facere posset, secundum gl. in cap. quæ in eccle siarum. de constitut. vbi Panor. circa fi. de quo tamē ibi Fely. xxxj. col. Similiter decidit Bal. in authen. habita. C. ne filius pro patre. verfid. sed cōtra oppo. quod scholaris coram rectore vniuersitatis conuen tus, eum declinare non poterit ratione possessionis, cui

cui affectus est vinculo iuramenti. Ad hoc facit quia iuramentū translationē dominij impedit, quod omnes non fatentur. Tamen resolutio est, q. quoties iuramentum habet pro se ius cōmune & assentiā illius, tunc iuramentū translationem dominij impedit. Sicut est videre in rebus de mēsa ecclesiæ aut regni existētibus, quæ iure cōmuni prohibentur alienari. Vnde iuramentum à prelato vel rege præstitū de non alienando impedit dominij translationē: vt si postea alienentur, nō valeat, quod factum est. cap. intellecto. de iureiu. & cap. si quis presbyterorū. de rebus eccle. non alien. Et idem in muliere iurāte non alienare rem dotatam, aut non cōsentire aliena tioni, eum de iure communi res dotalis sit prohibita alienari. l. j. & ij. ff. de fundo dota. non tenebit aliena tio, quāuis iurata, secundum glo. in cap. licet. de iure iuran. lib. vj. de cuius intellectu vidētis in verbo, *duos habens filias*. loquendo de pacto de non succedendo. his enim casibus primum iuramentum de rogat secundo, vbi primum iuramentum non habet ius cōmune pro se, vt plenè no. in dictis iuribus. facit quod plenè decidit Panor. de gestis cōtra iura mentum in cap. dilecto. iij. col. cū sequi. de præben. Ad hoc facit, quia licet in materia cōtractus non sit locus remissioni. cap. Romana. §. cōtractus. de foro compet. lib. vj. & Tamen focus vbi appositū esset iuramentum, vt pulchre dicit Ang. in l. hies absens ff. de iudi. per tex. ad hoc singulare in auth. de exhi ben. reis. §. si. verò etiam quidem iuret. in verb. omni modo coll. vij. & Ad hoc facit, quia iuramentum ac cumulat forum foro, adeo quod laicus cōtrahēs cū iuramento poterit etiam conueniri coram iudice ec clesiastico ad obseruationē iuramēti. cap. fin. de fo ro compet. lib. vj. Ad hoc facit: quia licet instrumētum cōtractus non habeat iure communi paratam executionē de se. l. minor xxv. annis. cui fidei cōmis sum. ff. de minoribus. Tamen si in iuramēto diceretur, & quia de prædictis posset dubitari, dictus pro missor iuramētum detulit stipulatori, qui iurauit si bi deberi. Tale iuramentum habebit paratam execu tionem ratione iuramenti volūtarij, secundum Bart. & Fulgo. in l. ij. ff. de iureiu. quos ibi sequitur Alex. & Iason & Barba. supra de iure iuran. super rubrica: volens dictum Bar. posse saluari, vbi iuramētum de latum fuerit corā notario, qui instrumētum recepit. Quia est iudex chartularius ex forma statuti, secun dum glof. in l. prima. ff. de iudic. & Et sic iuramentū habet vim garentigię. vide Bal. in l. j. C. de iureiu. & Iaf. vbi supra ponentem lex limitationes. Ad hoc facit, quia iuramentum mirabilem habet effectum, quoniam seruari debet in forma specifica. Ideo iurans soluere non euitare peritium, si compensare vellet debitum iuratum cum eo, quod sibi debetur. nec ad hoc allegandū & opponendū recipietur, & cū cō pensare non sit specificè soluere: & sic plus operat iuramentum, quàm conditio: quia licet conditiones sint in forma specifica adimplēdæ. l. qui hæredi & l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. & satis specificè sol uit, qui compensat. l. si peculium. §. j. ff. de statu liber. Tamen si quis soluere iurauerit, nō audietur com pensare volēs, nisi specificè soluat, & realiter rem de bitam tradat, per tex. in cap. ad nostram. de iureiu. tenēdo intellectum. quem glo. & cōmuniter doc. tradunt. Nam magis specificè impleri debet iura mentum, quā conditio, vt ibi plenè dicitur. Ad hoc facit: quia licet per pactum litigando coram incom petenti iudice, ille iudex non efficitur iudex compe Tom. i.

tens, saltem ante litem contestatam, imò admittitur pœnitentia, vt l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudic. Tamen si iurauerit, cogi poterit præcisè ad illius iuramenti obseruantiam, secundū Ange. & Fulg. Pau. Alexan. & Iaso. in dicta l. si conuenerit. quia per iura mentum res definit esse integra, vt dicta l. ij. in prin cip. in glo. ff. de condi. cau. data videatis Guid. papæ quæst. lxxvij. Ad hoc facit, & quia licet arbitriū non pariat actionē de iure ciuili, etiam si fuerit iuratum, in authen. decernimus. C. de arbit. vbi Bart. Tamen de iure canonico, cui standum est. cap. nouit. de iud. iudex ex officio coget iurantem ad illius obseruan tiam, vt not. in cap. ij. de arbit. & not. Bal. in dicta au thē. decernimus. quem sequitur Panor. in cap. Quin ta vallis. in iij. differentia de iureiu. & Ad hoc fa cit quia propter iuramētum lex loquens in contra ctu habet locum in quasi cōtractu: gl. est singularis in authē. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. in verbo, cōtractibus. p. riter locum habebit in di stractu, id est, liberatione & sic ligatur adolecēs fa ciendo tutoribus suis refutationem cum iuramento. gl. est singularis in l. quid ergo. in princip. in verbo, Contrarium. ff. de contra. iudi. tutelæ. secundū Bal. in rub. supra de iureiu. & in dicta authē. sacramēta. Iuramentum à minore præstitum supplet minorem ætatem, & facit eum videri maiorē, vt excludatur ab in integrū restitutione, & à iure dīcēdi cōtractum nullū. Et sic habet vim decreti iudicialis, vt ibi. Ad hoc facit, quia iuramentum validat donationem in ter patrem & filium, quæ aliàs obstante patria pote state non valeret, vt tenet Bald. in l. fin. C. de vsu. ap. pro dona. Et donationem inter virum & vxorem se cundum Gul. de Cug. quem sequitur Bart. in l. Scius. & Augerius. ff. ad legem Falcidiam, & dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Auto. de But. Imo. & Panor. in cap. cum contingat. de iureiu. & plenius Alexan. & Iason in l. si donatione. C. de collatio. Et refertur Gui do Papæ. quæst. cxlvj. in si. sic fuisse dicitū in parla mento Delphinatus in causa castri Rupis Chinardi, quod nunc pertinet reuerēdo in Christo patri & do mino meo domino Antonio Alemādi episcopo no stro Caturcen. vt dicam latius §. super verbo. *Quam adiecit & viro suo donauerat*. & Præterea facit, quia iuramentum in donatione summam quingentorum aureorum excedente interueniēs habet vim in sinua tionis, vt valeat non obstante immēsitate, secundum Ioan. And. in addi. Spe. tit. de instr. edi. §. porrō. sentit Bart. in l. Modestius. in fin. ff. de dona. Panor. tenet in cap. cum contingat. xvij. col. de iureiu. Floria. in l. quæ pater. ff. famil. ercisc. contulit L. Ro ma. consi. xxvij. ij. col. Fracif. Aret. cōsi. l. ij. Ang. conf. xciiij. & Alexand. in prima parte. consilio iij. vj. col. & consi. xij. ij. col. Et in secunda parte, cōsi. lxxxiiij. in fin. videatis plenè per Guido. Papæ. quæst. ccccl. de quo plenè dicam vbi supra. Ad hoc facit: quia iura mentum excusat à præsumpta calumnia, & per con sequens succumbentem in causa ab expēlis: & facit eum videri habuisse iustam causam litigandi. glo. est singularis in §. oportet. in auth. de iudi. Et tenet gl. etiā nostra. in c. si. de dol. & cōru. & in c. imprimis. ij. q. j. Gul. de Cug. Bal. & omnes in authen. genera liter. C. de episco. & cleri. Ad hoc facit, quia licet or dinarius cognoscere nō possit de causa feudali: quia hæc cognitio pertinet domino feudi. ca. cæterum. de iudi. Tamen si agatur de cōtractu feudali iurato, poterit iudex ordinarius ratione iuramēti cognosce re etiam de proprietate feudi, vt cōsuluit Io. Calder. X iij consi.

consil. secundo. sub titu. de iudi. & foro compe. que refert & sequitur Barba. in cap. nouit. de iudic. Præterea licet societas morte alterius sociorum soluat, & quo ad mortuum, vt non transeat ad hæredes, & etiam quo ad superuenientes, inlit. de societa. §. soluitur. Tamen non finitur si iuramentum intercessit, secundum Ioã. Fab. ibi singulariter in fin. vbi tenet, quod licet ex pacto fieri nõ possit, quod societas sit perpetua, vel ad hæredes transitoria: tamen fallit, vbi tale pactum esset iuramento firmiter, secundum eum. Præterea licet non valeat renuntiatio præscriptionis, imò ea non obstante præscriptio procedit, tamẽ bene valet & cursus præscriptionis impeditur, si fuerit iurata. Nam iuramentum etiam in contractu simpliciter præstitum impedit præscriptionis cursum, secundum Alexand. singulariter in l. nemo potest. ff. de lega. primo. quod dictum magnificat Fely. super rubri. de præscriptio. vj. col. in fine. dicens non fuisse ab alio tactum. An autem sit verum, quod debitum iuratum præscribi non possit, videatis Guido. papæ. quæst. cxcix. Postremò facit, quia licet dolus futurus remitti nõ possit, tamẽ valebit remissio si iurata fuerit. de quo plenè dixi super verbo. *Duas habens filias*. in tertia principali fallentia. loquendo de secunda specie pacti de futura successione, scilicet de hæreditate conferenda. Quæ omnia quo ad effectum iuramenti extraiudicialis sunt notanda. Qui quidem effectus, vt videtis, est maximus: ita quod veniens contra iuramentum conuentionale est eo ipso infamis. l. si quis maior. C. de tractat. Ob quod nõ sine causa Alexander (narrante Valerio) iuramenta sua violare noluit, imò postea seruauit. Ad eò, quod cum iret ad disipadum ciuitatè nomine Lapsacũ, obuium habuit Anaximenem præceptorem suum. Sciens igitur Alexander quod pro ciuitate eum interpellaret, iuramento preuenit, dicens se nõ facturũ quod petisset. Tunc Anaximenes postulauit, vt prelibatã ciuitatem destrueret. Quod audiens Alexander ciuitatè suã paci reliquit. Sed (proh dolor) nunc principis sua iuramẽta sic non seruauit, nec solũ frangit quæ ex voluntate personalis: sed etiam ea quæ ex iure regni vel dominij prædecessorum more fecerunt. Nimirum igitur, si proditorum aut infidelium seruitorum comitiũ habent. Suis enim periurũ talem promerentur, dicentes illud Ouidij:

Amplector sanctas. qua dant bona femina fraudes.

Per quod intelligere potestis iuramẽta esse in maxima veneratione, maximè apud catholicos propter eius mirabiles effectus: & non abs re dicebat Quintilianus l. ix. c. ij. Nam & in totũ iurare, nisi vbi necesse graui viro parum conuenit. Si tamẽ semel honestè iuratum fuerit, nõ solũ amico & familiari, sed inimico & ignoto existimabit mentiri non esse suum. Nec aliquãdo permittet, vt lingua à suo scũ discor-det: dicit Lactã. in lib. de vero cultu. & Tullius lib. j. de offi. Nullo inquit, pacto iurare habes, quod tenere nolis. Hodie autè principes pleriq; vsu habent, dum suis rebustimentis, iureiurando multa polliceri, mox verò tergiversari, si ardentiori fortuna inuentur, non aduertetes quod violatò à Laomedote Troiano rege Priamiq; patre iuramento, indignatis diis: Neptunus vrbem aquis repleuit, & Apollo pestem immisit. Et vt Ieremias xxv. c. prædixerat, ob causam periurij Zedechiæ regis qui fidẽ Nabuchodonosor regi promissam hosti suo non seruauerat, ipse populus Israel destructa Ierofolyma captiui in babylonẽ perduci fuerunt, Iere. c. fi. vbi, eo interfecto, annis

lxx. permanserũt, vt habetur ij. Paralippo. xxxvj. ca. Nunquid etiam præ manibus habetis de Astulpho Longobardorũ rege, qui ob violatum Pipino Francorum regi pro ecclesia bellanti præstitum iuramentum, turpiter expirauit. De quo Gagui. libro iij. cap. iij. sic dicit. Primo insequenti vere Pipinus in Longobardos exercitum ducit: quia ad Alpium angustias occurrens Astulphus, trãsitu Francos prohibere contendit. Sed irruentium in se Francorum impetum non sustinens, Papiam se receperit: vbi milite Frãco circumuallatus obsides xl. Pipino datũ: iurãq; Romano pontifici quæcunq; abstulisset restituere. Atque ita attribuit Stephano pontifici milium firmissimis copiis eum in sede Pipinus restituit. Cognito Pipini in Frãciam abcessu, Astulphus, neq; obsidum, neque iurandi curam habens nullis se promissis absoluit. Eam ob rem Pipinus superatis iterum Alpibus, Astulphum Papię obsidet. Obsidione pressus Astulphus Rauennã Pipino cum aliis quas pontifici abstulerat aliquot vrbibus, quæ in exarchatu erant, restituit. Receptas Pipinus Stephano assignat. Ipse verò Astulphus non multũ post equo forte delapsus cervicem fregit. Subiunges eo. cap. in fine. quod Gayfirus dix Aquitanus de certo contra clerum sacrilegio commissio delatus, cum legatis regis reddere cuncta promississet, & religione iuramenti sprete peiora attentasset, perfidia Gayfiri cognita Pipinus vicisci iurandi contemptorem pergit, castellis compluribus solotenus diruit. Borbonium Chantellam atque Claromontem recepit. Inde cum Lemouicas peruenisset, omnibus igne ferroque consumptis, crebras expeditiones in Aquitaniam duxit. Excurfa Aquitania, deficientibusq; ad Pipinum plurimis vrbibus, Gayfirus à suis necatur. Hæc ille. Videatis quæ dixi in verbo, *Et uxorem nomine Adelsiam*. in primo principali articulo, loquendo de Pipino. Non sic, domini, non sic Marcus Attilius Regulus nobilis consul Romanus fecit, de quo in l. postliminij ius. §. captiuis. ff. de capt. & postl. reuer. Qui cum per Afros cũ omni exercitu deuictus fuisset, ita vt duobus tantum Romanis fugientibus. xxx. millibus occisis, ipse cum quingentis captiuis in vinculis teneretur, deindeq; à Marco Aemilio Paulo, & Seruio Fuluio Romanis consulibus Afri superati essent, vt ducetis hostiũ millibus occisis, captisq; centum & triginta, per Carthaginienses cum legatis suis mitteretur, vt captiuorum permutationem à Romanis implorarent: iuramento tamen præstito, quod si Romani permutationi non assentiret, Carthaginẽ ipse rediret: Romamque venisset, & in senatu contraria legationi suæ afferes, nõ esse vtile Romanis, propter ipsum iam senem tot nobiles captiuos permutare, persuasisset Romanis permutationem offerentibus & ad moram eum hortãtib; quia iurauerat, redire prælegit, & Carthaginẽ rediit. Quem Afri confestim in angusto ligno clauis acutis confixo incluserunt, vbi palpebris circuncisum vsque ad mortem stare & vigilare fecerunt, diuo testante August. j. de ciui. dei. c. xv. & xxij. ac l. ij. c. iij. libròq; iij. c. xij. & lib. v. ca. viij. An autem Regulus ille in foro conscientiæ, vinculo iuramẽti redire teneretur in carcerem, videatis gl. in cle. pastoralis. de re iudi. Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. & Panor. in ca. inter alia. in fine. de immu. eccl. de isto Regulo & eius fide & religioẽ Vale. lib. j. ti. de seruata religio sic dicit: Sed in his quæ ad custodiã relig. attinet, nescio an oēs Marcus Attilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo

ssimo insidiis Afrubalis, & Xantippi Lacedæmonij ducis, ad miserabilem captiui fortunã deductus, ac missus ad senatum populũque Romanum legatus, vt ex se vno & sene, complures Pœnorũ, id est, Carthaginiensium iuuenes pensaretur. In contrarium dato consilio Carthaginẽ petiit, non ignarus ad quàm crudeles, quãque etiam meritò sibi infestos deos reueteretur. Verum quia his iurauerat si captiui eorum redditi non forent, ad eos sese rediturum. Potuerunt profectò dii immortales efferatam mitigare scuitiam. Ceterum quò clarior sibi infestos Carthaginienses moribus vti suis passus sunt. Tercio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati, vrbis eorum interitu, iusta exacturi piacula. Hæc ille. Ex quibus resultat, quod maximum vinculi est iuramentum, cuius infractores & periuri, pœna capitis apud Aegyptios multabatur, vt Diodorus Siculus lib. ij. c. iij. refert. Primum, inquit, periuri capite multabatur tanquam qui duplici teneretur scelere, vt qui & pietatem in deos violarent, & fidem inter homines tollerent maximum vinculum societatis humanæ. Hæc ille. Ideo non ineq; deciderit Anto. de But. in c. penul. vbi eum sequitur Panor. de iureiur. quod per licẽtiam datam notario aut iudici, vt instrumentum vel testamentum extendat prout voluerit, non poterit iudex seu notarius addere iuramentum, quod suppleri non potest sine consensu patris, cum habeat certam formam. Revertit ergo, quod iuramentum à testatore vel herede in testamento minus solenni præstitum, supplet solennitatem, scilicet inducendo clausulam codicillarem, ita quod talis voluntas valet vt codicillus, ac si dictum fuisset à testatore expressè. Quod est verum, vbi testamẽtum defecit ratione deficientis solennitatis. secus si deficeret ratione defectus substantiæ in persona testatoris, quod testari non poterat, vel consensus eiusdẽ. Quoniã his casibus iuramentum nihil operetur. Nec etiam si testamẽtum defecit ex defectu voluntatis, cum his casibus clausula codicillaris expressè apposita nihil faceret, secundũ Ludo. Ro. consi. ccccxxvij. incip. In casu proposito consultationis. & Fran. Arct. consil. xxij. incip. quatuor dubia. facit l. fi. C. de non nume. pecu. l. a. in l. eam quam. de fideicom. Tercio principaliter clausula codicillaris tacitè inducitur, & in testamento subintelligitur ex ardore amoris liciti, quem testator gerebat ad personas in eius testamento minus solenni honoratas. Ideo ex testamento minus solenni debebunt legata relicta personis ipsi testatori dilectis, & præstabitur à venientibus & testatori succedẽtib; ab intestato, perinde & ac si clausula codicillaris expressè fuisset in testamento apposita: quia ardor liciti amoris eo tunc clausulam operatur codicillarem, sicut filius. Ita singulariter post gl. determinat Bald. in d. l. si iure. C. de testa. manu. Facit gl. singularis in l. ij. C. in quib. cau. colo. cõfisi ve. lib. xj. volens quod appellatione suorum veniunt amici: imò veri amici parentibus etiam suis præferuntur. Vnde Seneca epistola ciiij. quendam plãgentem filium redarguit, dicens: Quid faceres, si amicũ perderes: ex quo periculum incertæ spei sic plangis, quasi velis amicum esse filio præferẽdum, si verus amicus fuerit. Et multò magis est rebus quibuscũque præferẽdus, iuxta illud Catonis:

Vtilius regno est meritis acquirere amicos.

Ad eò quod narrat Cæsar in commẽtariis suis de bello Gallico. lib. vj. olim apud Gallos adfuetum fuisse, omnes à defuncto dilectos in eius funere cremari,

quasi vnum corpus cum eo. Funera sunt, inquit, pro cultu Gallorũ magnifica & sumptuosa: omnia quæq; viuis cordi fuisse arbitrantur, in igne inferunt etiam animalia. Ac paulò supra hanc memoriam serui & clientes quos ab his dilectos esse cõstabat, iustis funeribus confectis vnã cremabantur. [Ad quod facit quod habetur infra super verbo, *qui cum alia matrimonio contrahens*. dum loquitur de amore mulierum ad viros prædefunctos.] Amicitia etiam, vt dicit Tullius in libro de amicitia, omnibus humanis rebus præponenda est. Nihilq; est naturæ tam aptũ, tamque conueniens ad res prosperas vel aduersas, quàm sit vis amicitia. Est autem amicitia omnium diuinarum humanarũque rerum cum beneuolentia & charitate consensus. Et idem rhetoric. ij. Amicitia, inquit, est voluntas erga aliquem bonarum rerum, illius ipsius causa quem diligit cum pari voluntate. nec aliud est amicitia, quàm æqualitas animorum, adeo quod amicus nõ es, cum bona aliqua dederis, nisi te ipsum animũque dederis. Ob quod dicit Seneca libro sexto de beneficiis, Nescis quantum sit amicitia: pretium, si non intelligis te ei datum quem diligis. Nam tanta est vis amicitia, quod res parificat ex se diuersas, cum alter ex amicis alteri voto complaciti operis administrat effectum, quia amicitia multos dispares coadunat, inter quos esse debet charitas sine temeritate, & communitas sine cupiditate. Quis enim diuisit angelos amicos? superbia. Quis fratres primos? auaritia. Vnde Seneca epistola xlvij. Consortium, inquit, rerum omnium inter nos facit amicitia. Et omnia cũ amico cõmunia amicus habebit. Imò fuit Pythagoricorum opi. Amicorum omnia esse cõmunia, & amicũ esse alterum seipsum, vt refert Hiero. contra Ruffinum. Quod etiam sentit Ouidius, lib. iij. de trillibus, dicens:

Hi duo corporibus mentibus vnus erant.

Et Philosophus nono ethiceorum, vbi etiam commẽtator, Amicis est anima vna, & omnia communia. Nec est amicus, nisi amico cor suum præbeat, secundum Tullium libro primo de Offic. & August. libr. secundo confessio. Amicitia, inquit, dulcis est propter bonitatem animorũ: ideo qui amicus est, amico omnia cõmunicat, scilicet cor suum & bona. Quinimò fertur (quod plus est) de duobus mercatoribus adeò se inuicem diligẽtib; vt vnus eorũ qui Aegyptius erat, uxorem propriam pulcherrimam alteri amico relinqueret, eo quod ipse amore langueretur, clarè sic ostendendo idem velle atq; idẽ nolle verã amicitiam esse, vt dicit Salust. in Catilin. Ad veram autem & perfectã amicitia quatuor sunt leges traditæ, sine quibus esse non potest. Prima est, dicit Tullius, vt ab amicis honesta petamus, & non rogemus turpia: nec faciamus rogari: quia omnis vera amicitia in bonis est, & non in malis: nec esse pòt, nisi inter habẽtes charitatem, iuxta illud Salust. in Jugur. Inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio est. Cui conuenit Tullius lib. iij. de Offic. Nec vlla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Vnde Hiero. in epistola ad Paulinum in princ. illam dicit veram esse necessitudinem, quæ Christi glutino copulata est, & quam Dei timor conciliat. q. d. quæ vera amicitia Christi glutino, id est, charitate & Dei timore cõciliari debet, secundũ glo. ibi. Ideo amico iniuriam petenti, non est assentendum. Imò dicit gl. super Matt. quam gl. refert super rub. C. de mendi. vali. lib. xj. Iustus feceris, si multè petenti correxeris, quã si ei dederis. Facit l. Attilicinus. ff. de serui. ruffi. præd.

Quæ omnia considerans Rutilius, de quo loquitur Valerius, cum amico indigna petenti non obediret, eidem conquerenti & dicenti, quid mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis? Respondit, Imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhonestè facturus sum? Ideo sapienter dicit Cato:

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum: Nam solum est petere, quod possit iure negari.

Tales enim qui iniusta petunt, sunt amici de quibus habetur Ieremiæ nono, Omnis amicus fraudulenter incedit. Secunda lex est, quod amicitia sit realis & effectualis, & non ficta seu adulatoria. Quia ut dicit Tullius præallegato libro de amicitia, In amicitia nulla pestis maior quam adulatio, & vitiosa simulatio, quæ verum iudicium tollit, & amicitiam aduleterat. Et August. lib. decimo confessio. Amici, inquit, adulantes amicitiam pervertunt, & semper in necessitate deficiunt. De hac pestifera adulatio dixi super verbo, Condidit. j. Tertia lex in amicitia est, quod sit discretæ. Nam vera non dicitur amicitia eorum, qui quodammodo admodum dilige, quod volendo uti amicitia, excessu doni & muneris seipfos damnificant & contumunt, quos Cato redarguit:

Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus: Sic bonus esto bonis, ne temala damna sequantur.

Quarta lex amicitia est, quod sit constantis & firma, quod nunquam deficiat, præsertim in adversis. Quoniam ut dicit Valerius lib. iij. tit. de amicitia, in princ. Sinceræ fidei amici præcipue in adversis reb⁹ cognoscuntur. In quibus quicquid præstatur, totum à constanti benevolentia proficiscitur, felicitatis cultus maiore ex parte adulationi quam charitati erogatus certè sit spectus est, perinde ac plus sepe petat quam impendat. Accedit huc, quod in fracte fortunæ homines magis amicorum studia desiderant, vel præsidij vel solatiij gratia. Nam læta quidem & prospera negotia (ut potest cum diuina suffragatione foueantur) humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui adversos amicorum casus non deseruerunt, quam qui prosperum vitæ cursum comitari sunt. Debentque amicitia omni suspitione carere. Quia secundum Tullium parum amicitia prodest, nisi amicorum constantis & fidelis cordium adheio fuerit. Sed non semper cunctis mortalibus idem animus est, ut dicebat Catilina in Ciceronem, quasi dicat: solis veris amicis eundem animum & constantem inesse. Et Sene. in Thieste. Quos, inquit, verus amor tenuit, semper tenebit. Vnde Augustus Cæsar (prout Suetonius refert lib. ij. de duodecim Cæsariibus) amicitia non facile admittit: sed constantissimè retinuit. Nec dicitur amicus qui cito amicum deserit, aut qui de amico cito male iudicat. Ideo Tull. vbi supra. Boni, inquit, viri & sapientis est, hæc duo tenere in amicitia. Primum, ne quid fictum aut simulatum sit. Nam apertè odisse magis laudabile est, quam occultare sententia: quia nullè sit (dicit Tullius li. de amicitia) occultiores insidias, quam hæc latet in simulatio ne officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam cum qui palam est adversarius, facile cauendo vitare possis. Hoc verò occultum intellinū ac domesticum malum non solum existit, verum etiam opprimit antequam prospicere atque explorare poteris. Quæ omnia complectens barbatus ille Hieroni. in epistola ad Paulinū superius allegata. Vera, inquit, illa necessitudo, id est amicitia est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpās adulatio,

sed Dei timor cōciliat. Secundum est, quod suspiciōsus amicus non sit. Nec existimet aliquid ab amico esse violatum, nepe cum suspicatur, iam amicum habere non arbitratur. Non sic domini, non sic fecit Alexander sapientissimus & omnium inuictissimus tunc infirmus ac graui febre correptus: qui à Philippo medico fidelis suo, de cuius cōiuratione, quod eum medicamento à Dario rege corruptus intoxicare volebat, literis Parmenionis nuntiatum fuerat: intrepidus medicamentum hausit, velut de amico non diffidens. de quo Valerius libro iij. titu. de constantia, in fine. sic dicit: Quod sequitur & rei ipsius admiratione, & claritate authoris illustre: Alexander Macedonum rex incluta iam pugna excellentissimis opibus Darij contusus, est & itineris seruore in Cilicia percalefactus, Cydno scilicet fluuio, qui aquæ liquore cōspicuis Tharsum interfluit, corpus suum immergit. Subito deinde ex nimio haustu rigoris, id est, frigiditatis aquarum stupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus, maxima exanimatione totius exercitus in oppidū castris propinquum defertur. Iacebat æger Tharsis: inque valetudine eius aduersa instantis victoriæ spes fluctuabat. Itaque cōuocati medici, attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant, qui cum ad vnam potionem, id est, medicinam, sententiam direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipse amicus & comes) porrexisset, à Parmenione missa literæ superuenerunt admonentes, ut rex insidias Philippij perinde ac pecunia corrupti à Dario, scilicet rege Persarū, caueret. Quas cum legisset sine vlla cūctatione medicamentum hausit, ac tū legendas Philippo tradidit. Pro quo tam constanti erga amicum, indicio dignissimam à diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis eius præsidij falso interpellari indicio noluerunt. Hæc ille. His enim quatuor cōsideratis legibus, & ut de cetero obseruatis, nihil amicitia in rebus humanis desiderabilius, nihilque dulcius, quam habere amicum cum quo omnia audeas: quem sic credas ut tecum sic loquaris ut tecum: & sic nil vera amicitia optabilius, per quam duo fiunt vnus & idem animus. Et de talibus amicis intellexit Bald. (ut ex suis verbis demonstratur) dū dicit, quod ardor liciti amoris clausulam inducit inter amicos codicillarem. Præualeat enim vera amicitia, saltem æquipollet coniunctioni sanguinis, quæ indubitanter clausulam illā inducit, ut dixi in verbo, Testamentum, primo. Contemplemur (inquit titulo de amicitia Valerius) nunc amicitia vinculum potens & præualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferior. Hoc etiam, scilicet amicitia vinculum certū & exploratius: quia illud scilicet amicitia vinculum sanguinis nascendi fortuitum opus, hoc vnus cuiusque solido iudicio inchoata voluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere quam amicum, quia altera diremptio, id est, parentum separatio vitæ iniquitatis, altera, scilicet amicitia, leuitatis crimini subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitia cincta præsidio, quasi dicat hominē desertum vitæ, si amicum non habeat. Tam igitur necessarium subsidium temerè assumi non debet, semel autē apprehensum rectè sperni non conuenit. Subiungens postea, Hæc sanè vires amicitia mortis cōtemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mafeaceret, odium in amorem cōuertere, pœnam beneficio p̄ferre potuerunt: quibus penè tantum venerationis, quantum deorum

rum

rum immortalium cæramoniis debetur. illis enim publica salus, his priuata continetur. Atque ut illarum ædes sacra domicilia, ita harum fida hominum peçtorā, quasi quodam sancto spiritu referta templa sunt. Hæc ille. Vnde restat, quod parentela & amicitia paria sunt. Ideo dicit glo. in ca. requisisti. supra eodem. quod de relicto facto clerico à suo consanguineo non debetur quarta episcopo, cum non dicatur factum intuitu ecclesiæ: sic etiam non debetur de legato relicto ab intimo amico. Facit tex. singularis in l. cum alienam. C. de lega. iuncta l. in testamento. ff. de fideicō. libe. vbi mirabiliter probatur, quod dispositio dictæ l. cum alienā. loquens de cōiunctis, locum habet in magnis amicis. facit pulchrum dictum Bar. in l. Titia. ff. de verbo. oblig. vbi voluit, quod sicut in causa matrimoniali non valet pœna apposta per coniunctū mulieris, ut ibi, & in cap. Gemma. de sponsa. Sic etiam non valet si promittatur per magnum amicū mulieris. facit quod idem voluit Bar. in l. hæres meus §. fin. ff. de cōdi. & demon. facit quod dicit Cyn. in l. exigendi. C. de procur. vbi dicit, quod sicut cōiunctus admittitur sine mādato ad agendum pro coniuncto, sic etiam magnus amicus pro amico suo. Quæ omnia corroborant dictum Bald. in d. l. si iure. Tamè dicit ibi, quod hoc non aueret extendere vltra legata libertatis vel alia pia relicta, propter tex. iuncta glo. in d. l. in testamento. ff. de fideicom. lib. & glo. in d. l. si in re. videre Barb. in c. nisi specialis. ij. col. de offi. lega. vbi idem dicit quod Bald. ad hoc facit quod dixi supra in verb. Testamentum. j. in xij. casu fallentia. vbi dixi quod in testamento per patrem facto inter liberos semper inest clausula codicillaris, propter ardorem liciti amoris inter patrem & filium existentis, ut valeat meliori modo, quo valere poterit, licet nihil expressè dictū fuerit. ut dicit gl. no. in verbo, voluit. in l. coheredi. §. cum filia. ff. de vul. & pupil. Et plenè decidit Ludou. cō sil. clxxix. vij. col. in fi. Ad hoc facit quod pulchre decidit Ias. in l. j. v. col. C. de sum. Trinita. vbi dicit: quod licet verbū, volo, de presenti prolatum vel de futuro, puta vellem, non inducat dispositionem in cōtrahebentibus, nec vltimis voluntatibus, secundum communem opin. de qua ibi per eum. Tamen vbi profertur in fauorem personæ verisimiliter dilectæ, inducit dispositionem per tex. singularem in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. vbi prolatum fuit per testatorem fauore sui contribuntalis, & sic intimi eius confocij, & cōsequenter fratris. Cum societas quædā dicatur fraternitas. l. verum. ff. pro socio. Sanè tamen intelligatis ardorem liciti amoris clausulam inducere codicillarem, ut dicit glo. in d. l. in testamento. & in l. eam quam. in decima fallentia C. de fideicommiss. quo ad legata & fideicommissa, ut ex testamento minus solenni debeantur dilectis personis relicta, ut est casus in d. l. in testamento. secundum verum intellectū. de quo pro doct. & ibi Iason in l. non dubium. C. eo. Non tamen inducit talis ardor amoris & affectionis clausula codicillarem, quo ad hæredis institutionem, ut eam valere faciat iure fideicommissi, sicut valeret si clausula codicillaris in tali testamento minus solenni apposta fuisset expressè. Ideo si aliqua alia persona, quam de liberis testatoris quantumcumquæ testatore dilectæ in testamento minus solenni fuisset hæres instituta, talis dilectio & affectio non faceret valere institutionem, cum speciale sit in liberis testatoris, in testamento minus solenni hæredibus institutis, ut virtute clausulæ codicillaris subintellectæ testamentū valeat iure

Tom. 1.

fideicommissi, ut plenè vidistis supra, Testamentum primo. in duodecima fallentia. Ita singulariter hunc passum declarat Matthæus de Mattheisilla. in suis notabilibus, notabili xlij. videatis Sali. in l. i. ij. col. C. de naturalibus liberis. vbi ponit, an sola affectio tacitum inducat fideicommissum. An autem resoluta, & sublata amicitia intima seu ardore liciti amoris, resoluetur etiam illud fideicommissum tacitum, quasi cessante causa, cesset effectus, videatis singulariter Bal. in l. si mater. C. de dona. ante nupt. vbi loquitur de donatiōe facta causa amicitia, quæ postea cessat.

Fortè secus esset in vltima voluntate, quæ expressè vel tacitè reuocatur vsque ad mortem l. iij. in fin. cum sequen. ff. de adimn. leg. gloss. in l. fororem. C. de his quibus ut indig. & in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. scilicet quando superuenit amicitia.

Quarto & vltimo clausula codicillaris in testamento non expressè inducitur ex statuto vel consuetudine ciuitatis, loci vel patriæ, puta si statutum dicat vel consuetudo habeat, quod in quolibet testamento intelligatur clausula codicillaris adiecta, quo casu perinde erit, ac si testator eam in testamento apposuisset, secundum Alex. in prima parte consi. xij. incipien. Vltio tenore allegati. facit quod not. Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & Alex. in l. moribus. in princ. ff. de vulg. & pup. ut statim dicam. Tanta est enim potestas legis, & consequenter statuti vel consuetudinis, quod fingit factum fuisse quod factum non fuit. l. j. C. de rei vxo. actio. & inst. de actio. §. fuerat. sicut econtra fingit non fuisse factum, quod verè factum fuit. glo. est singularis super verbo, Pro infectis. in clem. j. de im muni. eccle. Quæ omnia sunt notanda, velut quotidiana. De hac clausula codicillari videatis Guid. papæ. quæst. cccxxij. & cccxxij. Postremò ut finis correspondeat suo principio, scire debetis, quod longa est differentia inter codicillos & testamentum. Nam licet codicillus largo modo dicatur testamentum, ut dicit Bal. in l. fin. in ij. q. C. de edic. diui. Adria. tollit. & venit appellatione testamenti, secundum Bal. in l. fin. C. eo. ut dixi supra in princ. attamen propriè sumendo testamentum, de quo supra locuti sumus super verbo, Testamentum. j. Testamentum differt à codicillo in multis. Primum, quia in testamento solo fieri potest directa hæredis institutio. l. non codicillum. C. eo. Sed in codicillis fieri non potest directa hæredis institutio, saltem quæ valeat iure directo, cum in eis dari non possit hæreditas. inst. de codicil. in fin. Fallit tamen in seq. casibus. Primum, vbi esset consuetudo, quod dari possit vel adimi: quia tunc fieri posset sicut in testamento. Nam tituli successio num ex testamento sunt de iure positio: quod qualiter intelligatur habuistis supra in verb. Testamentum. j. in princ. Ideo per consuetudines & statuta alterari possunt, insti. de iure nat. §. ex non scripto. ver. ea verò. Et casu nostrū ita expressè decidit Bal. in l. de quibus. ff. de legi. vij. col. Secundo fallit inter liberos, quibus potest hæreditas directè relinqui in codicillis, & quolibet vltima voluntate. l. fin. C. famil. eriscum. & ita singulariter determinat Bar. in l. militis codicillis. ff. de testam. milit. vbi idem deciditur in milite. Ergo idem erit in patre inter suos liberos testante, vel alios ab intestato immediatè succedentes. Et idem in presbyteris, ac clericis, vel doctōribus, & aduocatis, quo ad hoc militibus æquiparatis, ut plenè dixi supra. Testamentum j. in ix. fallentia. Et quod libere testatoris dari possit hæreditas directè in codicillis, tenet Sali. in l. ij. C. de codicil. & Ang. in dicto

X v §. fina.

§. fina. institut. de codicil. Alexan. & Iason in l. hac
 consultiſſima. §. fina. C. eodem. & idem Iason in l. j.
 cum sequen. C. de codicil. & dixi supra testamētum.
 j. in xij. fallentia. Sed aduertatis quia Ludo. in dicto
 consi. clxxxix. tertia col. tenet contrarium, & pariter
 ante ipsum tenuerat Bal. in repetio. l. j. C. de facro-
 fanct. eccle. versic. Sed hic quæro, ubi respōdet ad di-
 ctum §. militis. Prima tamen opinio est magis com-
 munitis, vt videtis, quam etiam sentit idem Baldus in
 dicta l. militis codicillis. §. primo. in fi. vbi per illum
 textum dicit, quod quicumque potest de iure testari
 liberè, poterit in codicillis directè hereditatem re-
 58 linq̄uere. Or t̄ indubitanter potest vnusquisque in-
 ter suos liberos liberè testari, vt plenè dixi in dicta
 duodecima fallētia. ergo poterit in codicillis nos di-
 rectè instituire. Pariter & tertio eundem in pia cau-
 sa, putà libertate, vel si locus pius in codicillis dire-
 ctè instituitur per eandem rationem, vt plenè dixi
 supra *Testamentum*. j. in vndecima fallentia. Et ex-
 pressè tenet Iason in dicta l. prima. cum sequē. C. de
 codicillis. Tertio fallit, quia hereditas in codicillis
 dari nō potest directè, nec institutioni simpliciter &
 purè factè codicillo abiici. l. quidam in suo. ff. de cō-
 ditionibus institutionum. Tamen bene poterit heres in
 testamēto institutus declarari in codicillis, vt l. asse-
 toto. & ibi Angelus & Imo. ff. de hereditibus institu-
 tis. puta si testator in testamēto ita dicat: Illū quem
 in codicillis heredem fecero, aut declarauero, heres
 esto: & postea in codicil. Titium heredē instituit, ta-
 lis institutio valebit iure directo, cum satis censetur
 in testamento facta, licet in codicillis fuerit decla-
 rata, taliter q̄ talis declaratio in codicillis facta
 licet inualidis ratione deficientis solemnitate valet,
 & tenet secundū Ludouicū in dicto consilio cente-
 simo septuagesimo nono. iij. col. in princi. per text. in
 l. si. ff. de rebus eorū qui sub tute. & est glossa in cle-
 mentina, si religiosus. in fi. de procuratoribus. Pro-
 uiso tamen quod testator in testamento expressam
 fecerit mentionem de illa declaratione in codicillis
 fienda. secundum Bal. & Salyc. in dicta l. nō codicil-
 lum & Iasonē in dicta l. prima & secunda. C. de co-
 dicillis. prout etiam clarè elicitur ex textu dicta l.
 asse toto. Quinto fallit, vbi extraneus in codicil-
 lis heres institueretur in certa re particulari, quia
 talis institutio valeret iure directo, cum ille non ha-
 beat loco heredis, sed potius legatarius sit censē-
 dus. l. quoties. C. de hereditibus instituendis. secundū
 Bald. in l. omnimodo. C. de inofficioso testamento.
 Quod verum intelligatis, prouiso, quod in testa-
 mento fuerit aliquis heres institutus, & notanter
 extraneo in certa re in codicillis instituto, dixi, vt
 talis institutio directè valeat, quia extraneus cum
 non sit de necessitate instituendus, habetur omnino
 loco legatarij, vt d. l. quoties. quod sec⁹ esset in filio
 testatoris, quia quantumcunque heredem instituis-
 set, & postea in codicillis filium in re certa instituis-
 set, talis institutio non valeret: imò filius tanquam
 præteritus dicere posset testamētū patris nullum.
 59 quia t̄ filius de necessitate debet in testamēto patris
 in aliquo saltē vno numo aut obolo [De quo ple-
 nè habetur super verbo, in eodem testamento relinq̄.
 primo.] heres institui, aliās testamētum est nul-
 lum. Ita dicit Bal. in d. l. non codicillum. C. eo. & di-
 cta l. omnimodo. imò plus dicit Bal. in d. l. nō codi-
 cillum. quod licet persona heredis instituti in testa-
 mento possit declarari in codicillis, vt d. l. asse toto.
 Tamen relictum filio in testamento non poterit in

codicillis declarari relictum iure institutionis: quia
 licet persona declarari possit, non tamen substan-
 tia institutionis, nisi filius in testamento non insti-
 tutus acceptare vellet declarationē institutionis in
 codicillis factā, secundum Ludouicū in dicto cōsil.
 secunda col. Similiter è conuerso pater qui in testa-
 mento filium instituit in totū vel in parte, vel aliqua
 re particulari, prout de necessitate tenetur, non pos-
 set postea in codicillis illam institutionem reuoca-
 re, aut relictum filio iure institutionis cassare: cum
 cedat filio loco paternæ hereditatis, quæ in codi-
 cillis auferri non potest, secundum Bald. in authen-
 ti. ex causa. C. de liberis præteritis vel exhereditatis.
 & in d. l. omnimodo. & est communis opin. secun-
 dum Ludouicū in d. consil. ¶ Secundò differunt testa-
 mentum & codicillus: quia per testamentum adimi
 potest hereditas semel data: quinimò testator qui
 semel in testamento heredem instituit aliquem, pos-
 stea alium instituendo in alio testamento, tacitè ad-
 imit hereditatem primo. Cum semper per vltimum
 testamentum dicatur primum reuocatum, vt plenè
 dixi supra *Testamentum*. secundò, sed in codicillis
 adimi non potest hereditas, sicut nec dari, vt vidi-
 stis. Fallit in sequentibus casibus. Primò vbi in co-
 dicillis instituti essent liberi testatoris, vel alij im-
 mediatè ab intestato succedentes, si testator liberos
 non habeat. Nā cum per tales codicillos r̄ipatur tes-
 tamentum antea factum, in quo extranei fortè fue-
 rant instituti. l. hac consultiſſima. §. si quis autem. C.
 eo. & l. j. vbi hoc not. Bar. ff. de iniusto rupto testa.
 Certè eo casu per tales codicillos hereditas directo
 adimitur & auferitur hereditibus in testamento insti-
 tutis, secundum Bar. in d. l. militis codicillis. ff. de tes-
 tam. mili. circa quæ videatis quæ plenè dixi supra,
Testamentum. primo. in xij. fallētia. Et talis heredi-
 tas directè & sic integraliter pertinet hereditibus
 institutis in codicillis. Secundò fallit, vbi testator in
 codicillis heredem in testamento institutum decla-
 raret indignum. Nam licet quantumcunque testator
 in codicillis diceret, nolle heredem suū in testamen-
 to institutum aliquid habere de bonis suis: talia ver-
 ba non nocent heredi per text. in d. l. militis codicil-
 lis. §. veteranus. tenet Paulus, quem ibi sequitur Iason
 in l. hereditas. C. de his quibus vt in dig. tamen
 vbi testator declararet heredem indignum in codi-
 cillis: quia tunc hereditas illius indigni sisco pertine-
 ret aut venientibus ab intestato, iuxta ea quæ ple-
 nè habuisti supra *Conditio*. secundo. ante fin. talis de-
 claratio valebit, & hereditas ab illo indigno auferetur,
 & applicabitur sisco, vel venientibus ab intestato,
 quanuis indignitas nō fuerit specificata, secundū
 doctores prædictos. in d. l. hereditas. Idem dicit Azo
 in summa. C. de codicil. & Bal. in d. l. hereditas. quod
 heres in testamento institutus aut ab intestato suc-
 cedens, potest in codicillis declarari non mereri her-
 editatem habere, siue sit solus heres, siue vnus de
 pluribus. Tertio fallit, quia licet hereditas nō possit
 vltra casus prædictos auferri in codicillis directè, &
 sic integraliter. Tamen poterit adimi & auferri in-
 directè per obliquum, putà si testator dicat in codi-
 cillis, hereditatem meā restituui volo Titio. Quo ca-
 su heres institutus in testamento, si codicillis testa-
 mentum fecerit, vel heres ab intestato succedens, si
 nullū testamētū fecit, tenebitur mortuo codicillā
 te hereditatē restituere Titio retenta quarta Trebel-
 lianica iure restitutionis, ne heredis nomē habuerit
 in vāquū, sibi debita retenta, t̄ qui verbum restituui
 est indi-

est indirectū. Et idem puto si codicillās vsus fuerit
 verbis directis: quia ex natura codicilli obliquatur,
 ita quod talis hereditas iure fideicommissi pertine-
 bit Titio, quarta Trebellianica apud heredē legiti-
 mum vel testamentarium remanēte. l. Scæuola. ff. ad
 Trebellia. [De quo plenè habetur super verbo, Si
 abq̄ liberis moreretur. secundo. in materia fideicom-
 62 missi. substitutio.] Quarto t̄ fallit, quia licet in co-
 dicillis nihil possit quis directè disponere, vt dictū
 est, tamen clausulam derogatoriam ad futura testa-
 menta in primo testamento apposita potest testator
 in codicillis reuocare, & valebit talis reuocatio, a-
 deò quod si postea aliud faceret testamentū, tale tes-
 tamentum simpliciter factū absque primi derogato-
 rione valeret, ac si expressè fuisset derogatum,
 quod est menti tenendum pro limitatione l. si quis
 in principio testamenti. ff. de leg. iij. Ita singulariter
 decidit Sali. quem ibi sequitur Alexan. & Iason in l.
 ij. C. de codicil. & Ang. in §. penult. institutio. de co-
 dicil. de quo plenè habuisti supra *Testamentum* se-
 cundo. Quintò & vltimo fallit in legatis in testamē-
 to relictis, quæ directè & absque diminutione au-
 ferri possunt, & adimi in codicillis. instit. de ademp.
 63 lega. per totum. ¶ Vnum tamen singulariter menti
 tenebitis, quod ademptio vel diminutio relictorum
 in testamento facta in codicillis per verba generalia
 non extenditur ad ea, quæ in testamento relicta fue-
 rant ad pias causas. Quinimò integraliter reuocantur,
 nisi specificè fuissent reuocata. text. est singu-
 laris loquens in alimentis, quem ibi Nicolaus de
 Neap. propter rationis identitatem ad alia pia ex-
 tendit in l. libertis. la. ij. §. posthumus. ff. de alimen. &
 ciba. lega. quem refert & sequitur Ludo. in repet. au-
 then. similiter in iij. parte. C. ad legem Falcidia. cum
 64 quo transit Alexā. in d. §. posthumus. Tertio t̄ dif-
 ferunt codicillus & testamentum: quia exhereditatio
 filij fieri potest in testamēto, dicta l. nō codicillum.
 C. eo. Sed non in codicillis, instit. de codic. §. codicil-
 lis autem. Quarto differunt, quia heredi purè insti-
 tuto in testamento nō potest adici conditio in co-
 dicillis, instit. de codicil. §. directè autē. & sic quem-
 admodum hereditas à iure vel homine data, adimi
 non potest in codicillis, sic etiam nō potest datio il-
 65 lius seu heredis substitutio suscipi. ¶ Quintò, quia
 heredi instituto in testamento, aut venienti ab inte-
 stato, non potest in codicillis directè substitui, vt ta-
 lis substitutio valeat iure directo, quia hoc fieri non
 potest, secundum Sali. in l. humanitatis. in fine. C. de
 impube. & alijs substit. nec etiā substitutio in testa-
 mento facta, potest directè reuocari in codicillis. l.
 hereditatem. C. de codicil. præterquam in milite, vbi
 sicut institutio, ita & substitutio directè fieri poterit
 in codicillo militis. l. quærebatur. l. tribunus. & dict.
 l. militis codicillis. ff. de testamen. milit. secundum
 Sali. in l. in testamento. C. de testamē. milit. Et idem
 in personis militibus æquiparatis, de quibus dixi su-
 pra. Et quod dictum est substitutionem directam in
 codicillis pagani factam, non valere, intelligatis iure
 directo. Sed bene valet indirectè reuocari in fideicom-
 missi, vt d. l. Scæuola. ff. ad Trebellia. De hoc p̄cto,
 qualiter intelligatur videbitis infra super verbo,
 66 *Adiciens vt Alerocha*. ¶ Et hæc omnia vt fieri non
 possint in codicillis, non sine causa sunt statutum, vt
 testamentorum vsus non pereat, & ne iura testamē-
 torum & codicillorum cōfundantur inuicem, vt di-
 cit tex. in d. §. codicillis autem. insti. de codi. & d. l. si
 idem. C. de codic. Nam si omnia quæ possunt in te-

stamento fieri, possent & per codicillos expediri, te-
 stamēta abolerētur, atque in desuetudinem abirent,
 attento q̄ codicilli facilius sunt, & cū minore solē-
 67 nitate expediri possunt. Sextò t̄ differunt, quia in
 testamento requiruntur septē testes masculi, & roga-
 ti. inst. eo. ti. §. j. & §. testes. Sed in codicillis sufficiūt
 quinque; nō rogati, sed fortuito veniētes siue sint ma-
 sculi, siue mulieres. l. fin. iuncta glo. in fin. C. de codi.
 Sed aduertatis, quia glo. ibi dicit, q̄ mulier potest
 esse testis in codicillis, nō tamē dicit, q̄ omnes quin-
 que testes in codicillis requisiti possunt esse mulie-
 res. Imò si omnes essent fœminæ, codicilli non vale-
 rēt: quia fœminæ fragiles sunt & variæ, & corrupti-
 biles. cap. forus. de verb. signi. secus si maior pars tes-
 tium in codicillo requisitorum essent masculi. arg.
 l. si quis ex argentiarijs. §. sui autē omnes. & quod ibi
 voluit Iac. But. & Bal. ff. de eden. & Ang. cōsi. j. & ita
 hoc dubium ab alio nō tactum decidit Barba. in ca-
 relatum. ix. col. versic. Sed vnum considera, quod est
 nouum. §. co. tit. Ideo cum in testamēto mulier testis
 esse non possit, testamētū in quo non essent omnes
 testes masculi, sed clausulā cōtineat codicillarē ex-
 pressè vel tacitè, valebit vt codicillus, cum valere nō
 possit, vt testamētū, secundū Ioan. Fab. & Ang. in
 §. testes. instit. eo. tit. quos refert & sequitur Iason in
 d. l. si. C. de codicil. Septimò t̄ differunt, quia vnus
 & idem decedere nō potest cum duobus testamētis,
 vt plenè dixi supra testamētum. ij. Sed bene decede-
 re potest cum duobus, aut pluribus codicillis vali-
 dis, nisi sibi cōtradicerent. l. diui. ff. de iure codicillo.
 Quo casu, si sibi cōtradiceant, & essent eadem die fa-
 cti, ita quod non appareret de ipsorum prioritate vel
 posterioritate, nō valerent, vt not. gl. Bar. & Bal. in l.
 iij. C. de codicil. Aliās si de prioritate appareret, vlti-
 mus codicillus prævaleret. Et præsumitur vltimus
 in quo adimitur, quod in altero fuerat relictum.
 Cum priuatio præsupponat habitum, vt in simili no.
 Bal. in proemio Codicis. Octauò differunt quia si
 quis dum esset filiusfamiliās, fideicommissum in codi-
 cillis reliquerit, & postea filiusfamiliās factus in ea-
 dem volūate decesserit, valebūt codicilli, quod esse
 non potest in testamēto. l. j. §. sed & si filiusfamiliās.
 69 ff. de lega. iij. Similiter t̄ codicilli fieri possunt tem-
 pore medio inhabili, quo quis fit intestabilis, dum-
 tamen tempore testamenti, & mortis fuerit testabi-
 lis. l. conficiuntur. §. si post. vbi Bart. ff. de iure codi-
 cil. Ex quibus omnibus resultat, quod codicillus
 est quædam breuis sine heredis institutione dispositio
 vltimæ voluntatis, quæ sicut testamentum morte
 confirmatur. C. de caducis tollendis. l. vnica. & de
 celebratione missa. capit. cum Marthæ. & ab illo
 duntaxat fieri potest, qui testandi ius habet, & illi
 fit, qui ex testamēto capere potest, de quib⁹ habetur
 in l. si quæramus. in glo. ff. cod. & instit. quibus non
 est permis. facere testamen. §. fin. iuncto §. legari. in-
 stit. de lega. Ideo decidit singulariter Bald. in l. ne ca-
 su. C. de discussori. lib. x. quod licet aliās de facto ob-
 tinerit, non fore necesse codicillos simpliciter co-
 ram testibus nuncupatiū factos publicari per iudi-
 cem, sicut publicari debet testamentum. l. publicari.
 C. eod. Tamen aliter putat ipse esse tenendum, quod
 imò requiratur publicatio, sicut requiritur in testa-
 70 mento. ¶ His igitur differentiis inter testamentum
 & codicillum cōsideratis, non sine ratione fuit sin-
 gulariter decisum in d. l. si. C. de codic. quod quis nō
 possit ex eadem scriptura hereditatem petere, & ex
 testamento, & tanquam ex cod. cillo. Quinimo si
 71 semel

semel vnam viam elegerit, non poterit illam mutare ad aliam redeundo, quod procedit siue ista dicitur via, scilicet ex testamento, & ex codicillis non concurrant siue concurrant origine: ut quia in eadem scriptura dicitur fuerit, quod valeat iure testamenti & codicillorum, quo casu iste dicitur via electione tollitur, ut ibi. Ad id quod si institutus via elegerit ex testamento, & succubuerit, non poterit postea agere iure codicillorum, ut hereditatem habeat ex fideicommissis. Nam cum hac remedia sint contraria, scilicet petere hereditatem dicitur ex testamento, & postea iure fideicommissi ex codicillis, electione tolluntur. I. quod in herede. §. eligere. ff. de tributo. act. Et ratio est, quia postquam quis agere cepit ex testamento, acquisitum est ius venientibus ab intestato, casu quo testatum non valeat: ergo iure eis semel quæsito non licet ei variare in eorum præiudicium. I. fin. ff. de pactis. Ita dicit Lud. Rom. cō. si. cxxv. inci. mater & soror. Et idem esset si de cōverso heres via codicillorum elegerit, quo casu cum succedentibus ab intestato fuerit ius quæsitum, ut à cetero non teneantur, nisi iure fideicommissi, & sic retenta Trebellianica hereditate restituere, non possit postea heres variando ad viam testamenti redire petendo integram hereditatem directam, ut dicitur l. fin. C. de codicil. Et hoc verum intelligatis in herede, ut non possit vna via electa postmodum variare. Tunc tamen esset in creditoribus hereditariis vel legatariis, qui licet agere elegerunt contra heredes legitimos ab intestato succedentes, tamen postea si eis videtur testamentum valere, poterunt redire contra heredem testamentarium, & e contra, ut est text. singularis in d. gl. magna in l. si. vbi Bar. in j. col. quem sequitur Angel. & Paul. in l. controuersa. ff. de transactio. Præterea sanè intelligatis prædicta, scilicet, quod electa vna via præcluditur altera illi diuersa, vbi ambæ descendunt ex eadem scriptura & dispositione eiusdem testatoris, secus si ex diuersa. text. est in l. Aurelius. §. si. ff. de liberali, leg. vbi vxor cui maritus debitor per fideicommissum reliquerat debitum, egi ex præcedenti obligatione. Postea vero cum probare non posset, admissa fuit ad debitum petendum ex causa fideicommissi. Et proprie dicta l. si. C. de codicil. loquitur in principali herede, qui variare non potest, ut ibi est text. singularis qui fallit in duobus casibus. Primò, vbi heres in testamento institutus, ex iusta & probabili ignorantia viam elegerit incompetentem: quia tunc posset de iure quandocunque variare, & aliam viam eligere. Puta quia forte habuit iustam ignorantiam codicillorum, quibus non potest videri renuntiatum. Cum quis iuri quod ignorat, non videatur renuntiare. I. mater decedens. ff. de inoffici. testamen. vnde eo casu locum non habet dicta l. fin. secundum Bald. Angel. Sal. & Alex. ibi. Sed Barto. tenet contrarium, quod imò ignorantia ei præiudicet, cum quo tenet Paul. Tamen succurratur per viam restitutionis in integrum, saltem ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa videbitur, &c. l. j. ff. ex quibus cau. ma. Prouiso tamē quod heres eam putat infra quadriennium à tempore cognitiæ læsionis, & hæc opinio, quod heredi succurratur per viam restitutionis esset maior heredi, secundum Lud. in dicto cō. si. licet in puncto iuris teneat posset, quod ipso iure possit heres quandocunque ad aliam viam ignoratam redire, secundum Iaso. in dicta l. si. 5. Secundo fallit dispositio dictæ l. fin. in ascendentibus & descendentibus vtriusque sexus, & agnatis vsque ad

quartum gradum, & cognatis vsque ad tertium, quibus electa vna via datur singulare variandi privilegium, ut patet in quarta parte dictæ l. si. Quod est verum, etiam si in testamento non esset clausula codicillaris, quia forte codicilli fuerant ad partem facti, siue dicta clausula esset in testamento adiecta, prouiso tamen quod illi descendentes sint verè filij, de quibus proprie loquitur text. in dicta l. si. ibi, vero nexu, qui locum non habet in adoptiuis vel arrogatis, quia non dicuntur veri filij, sed filiorum imaginem habent. I. filio quem pater. ff. de liberis & posthu. secundum Ange. in dicta l. si. Præterea quod dictum est de agnatis, intelligatis solum habere locum in ascendentibus & descendentibus liberis, qui si sunt ex linea masculina, sunt agnati vsque ad tertium gradum. Et si sunt per lineam femininam, dicuntur agnati vsque ad tertium gradum, & de illis loquitur dictum variandi privilegium. Sed in alijs agnatis vel cognatis transfuersalibus, etiam si sint fratres vel sorores, non procedit dictum privilegium, secundum gl. in verbo, agnationis, in dicta l. si. quam ibi omnes sequuntur, & Lud. in dicto consilio. Nam illis transfuersalibus non competit querela contra testamentum. I. fratres. C. de inoffici. testa. Sed bene competit ascendentibus & liberis. I. nam & si parentibus. ff. de inoffici. testa. Similiter tale privilegium variandi non competit, vbi clarè constat iudici, quod filio competeret hereditas ex testamento: quia tunc electa illa via variare non posset, agere volendo ex codicillis, per text. in l. filium emancipatum. ff. de acquirenda hereditate. quem sic oportet intelligere. Pariter dictum privilegium in talibus ascendentibus vel descendentibus locum non habet, qui ab intestato non succederent, veluti si per statutum à successione exclusi essent, tamē in testamento instituti, vel si essent tales, qui in succedendo ab intestato non tenerent primū locum: quia forte alius eos præcedit in gradu. Quonia si tales in testamento heredes instituti semel intentauerint viam testamenti, non possent postea intendere viam codicillorum & fideicommissi, nec e contra, quia illi tales non dicuntur pati damnum, super quo fundatur dicta l. fin. sed potius certant de lucro, ut in dicto consilio cōcludunt singulariter Lud. Fulg. & Alex. in dicta l. fin. Et per eandem considerationem dicit ibi Ias. iij. col. quod licet pia causa in his testamentariis causis gaudeat privilegio liberorum, prout superior tetigit: tamē quia quando est heres instituta non certat de damno, cum alijs testatori non successisset ab intestato, sicut liberi & ascendentes, si heres instituta semel vnam viam elegerit, non poterit ad alteram postea recurrere, nec privilegium habebit variandi, quod solum illis competit, qui certant de damno, ut dicit text. in dicta l. fin. Tamen Iason ibi non figit pedem.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Donatio causa mortis non venit appellatione testamenti.
- 2 Vsurarius potest causa mortis donare, licet non testari.
- 3 Donatio causa mortis, in quibus codicillo conueniat.
- 4 Donatio causa mortis, & codicillo quando valeant cum duobus testibus.
- 5 Pupillus sicut testari non potest etiam ad pias causas, ita nec causa mortis donare.
- 6 Donatio causa mortis quid, & quare dicatur.

Donatio

- 7 Donatio causa mortis triplici ex causa fit.
- 8 Mors præuidenda.
- 9 Cautio constantia & innocentia.
- 10 Lucy Crassi integritas.
- 11 Cnei Carbonis mortem timentis historia.
- 12 Brutus in morte dedecus.
- 13 Cicero se occisoribus obtulit.
- 14 Sanctorum festa die, qua mortui sunt, non die qua nati celebrantur.
- 15 Xerxes propria mortis timidus.
- 16 Virtutis nomine simpliciter intelligitur patientia.
- 17 Anaxagore dictum nuntiatum sibi filij morte.
- 18 Caij Cesaris verecundia.
- 19 Eleazarum volens ibat ad supplicium.
- 20 Donatio causa mortis alijs sit modis.
- 21 Crudelitas alicuius potentis iustum inducit timorem mortis.
- 22 Donatio indicatur in dubio facta inter viuos.
- 23 Mortis mentio censori facit donationem causa mortis, nisi in casibus.
- 24 Pactum de non renouando facit donationem censori inter viuos, licet in ea fiat mentio mortis. & nu. 25. 26. & 27.
- 28 Donatio causa mortis legatis æquiparatur.
- 29 Promittens non contrahenire, intelligi debet secundum naturam contractus.
- 30 Donationis causa mortis triplex forma.
- 31 Donatio causa mortis an fieri possit absenti. & nu. 32.
- 32 Donatio causa mortis an contrahatur magis accedat, quam vltima voluntati.
- 34 Donatio causa mortis potest tripliciter considerari.
- 35 Statutum prohibens contrahere locum habet in donatione causa mortis.
- 36 Donatio causa mortis sola morte confirmatur.
- 37 Donatio causa mortis quando sit necessaria aditio hereditatis.
- 38 Actiones ex donatione causa mortis sunt instar actionum bonæ fidei, licet sint stricti iuris.
- 39 Donatio causa mortis quando pariat actionem ex testamento.
- 40 Cautio Mutiana locum habet in donatione causa mortis.
- 41 Donatio causa mortis tribus modis ipso iure renouatur.
- 42 Iniuria per donationem causa mortis remissa non reuincit, etiam si conualeat donans.
- 43 Mortis causa capio quid.
- 44 Mortis causa capio, & donatio in quibus differant.

Testamentum III.



X hoc datur vobis intelligi, quod si sicut egregius noster Raynutius codicillari non curauit, ita nec donare causa mortis, sed solenniter testari voluit. Licet enim donatio causa mortis species sit vltimæ voluntatis: tamen non est testamentum, nec codicillus: imò ab eis differt. Ideo consuluit Bald. consilio clxj. incipi. queritur, quod licet vsurarius manifestus non præstita cautione testari non possit nec codicillari, capit. quantiam, de vsur. libro sexto. Tamen donare causa mortis poterit, seorsum tamen à testamento. Idem voluit consilio clxvj. etiam incipien. queritur, & consilio cexxvij. incipien. Quidam Petrus in fine, quod qualiter intelligatur, videatis Dominic. de sancto Geminiano, in dicto capitulo, quanquam. §. omnes autem. super glof. fina. Conuenit in quibusdam cum codicillo: quia in ea, sicut in codicil-

lis sufficiunt quinque testes etiam non masculi, neque rogati. l. fin. in fine. C. de codicil. valeret tamen coram duobus testibus facta, & etiam codicillus vbi esset statutum vel consuetudo, quod testamentum fieri posset cum duobus testibus, prout est Tolofo, & in hac Caturci ciuitate, secundum Bald. & Saly. in l. fin. C. eo. arg. l. cum hic status. §. si miles. ff. de dona. inter virum & vxor. & l. si quis in principio testamenti, §. miles. ff. de lega. iij. Nam cui quod plus est licet, non debet quod minus non est licere. In id debet. ff. de reg. iur. & c. cui licet. illo cod. tit. in sexto. Idem tenet Alex. in l. j. ff. de leg. j. Si autem statutum diceret, quod testamentum valeat coram quinque testibus, tunc codicilli fieri non possent, nec donatio causa mortis coram minori numero, secundum Bart. & Alex. in dicta l. j. & dixi supra Testamentum. iij. in principio. Similiter valeret cum duobus testibus, si fieret in præsentia iudicis, secundum Bal. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & pariter si fieret iter duos milites, prout loquitur l. licet. C. de pactis. secundum Lud. singulari xxix. super litera d. incip. quæro tu scis &c. Præterea conueniunt in alio, quia sicut hereditas directè dari non potest in codicillis, & si daretur, valeret solum iure fideicommissi, ut plenè vidistis supra Testamentum. iij. Sic etiam dari non poterit directè in donatione causa mortis. licet. vbi Bart. & Doct. C. de pactis. quos sequitur Iason, in l. j. C. de codicillis. Et sicut quædo codicilli sunt in scriptis, requiruntur subscriptio quinque testium. l. fin. C. de codicil. sic in donatione causa mortis, ut ibi in fine. iuncta l. in donationibus. C. de donat. Tamen sigilla non requiruntur secundum Iaso. in dicta l. fina. Et sicut non potest pupillus. [De quo plenè habetur in verbo, Adiecte impuberi. & vide etiam ibi in fine.] testari etià ad pias causas, ita nec donare poterit causa mortis. l. j. post princip. ff. de tuto. & ratio. distra. quam ad hoc dicit singularem Imo. in dicta l. j. ff. de legat. j. & Bal. in c. cum omnes. xv. col. de cō. l. dicens per illud tex. l. j. §. q. prohibitus testari, etià prohibitus cõsuetur donare causa mortis. T Est enim donatio causa mortis quædam ex mortis vel alterius instantis vel futuri periculi consideratione vel metu dispensatio voluntatis. ff. de don. cau. mor. l. ij. Quod tamen intelligit Flost. d. modo si fuerit liberaliter facta, licet causa donandi fuerit ipsa mors siue spiritualis, scilicet anima: ut quia memor beneficij, aut seruitij suscepti timore ductus, ne anima sua paratur, donauit, valet donatio: quia talis timor ex virtute procedit, & sic appetendus, iuxta illud Eccle. j. Initium sapientiæ timor domini. Nec talis timor actum vitiat spirituales, puta professionem aut matrimonium, nec actum secularè veluti testamentum vel donationem. c. sicut. de regula. Et idè est in timore mortis naturalis, ut in grauiter infirmo. Idè in timore mortis accidentalis casualis, ut in timore periculum ruinæ, naufragij, vel incendij, aut hostij, ut bellum intraturo, ut in casu nostro. Secus tamen esset in timore mortis violenti ab homine sibi inferri: quonia talis timor actum inuvalidat, ut plenè dicit Pan. in dicto cap. sicut. Nam timor mortis spiritualis, aut casus à Deo procedit, violentiæ verò ab homine: ideo si causam mortis sibi comminanti rem suam cõferret quis, talis donatio non valeret, quantum periculum mortis immineret. l. metus. ff. quod met. causa. quod est verum si metus sibi inferretur, ut donaret, aliàs secus. l. ij. & iij. ff. de dona. causa mor. vbi dicitur, T quod hæc mortis causa donatio triplici ex causa fit. Vno modo, cum quis donat causa mortis nullo

nullo imminente periculo mortis. Sed est quis sanus mente, & intellectu ac corpore tamē cogitat se quandoque moriturū, & nescit quando, qualiter, nec ubi iuxta illud Ecclesiasti. j. Memorare nouissima tua, & in æternū non peccabis. Cū nil certius morte, nec incertius horā eius. l. j. ff. de condi. & demon. ¶ Ob quod mors propter illius incertitudinē timenda est, secundum gl. in verbo, mortis. insti. de dona. §. j. Timenda dico, id est, præuidēda, seu memorāda, vt oportūne vnusquisq; disponat, præsertim de cōscientia, aliās autē ubi aliquid virtutis exerceatur, timenda non est, nisi aliquid facinorosē agitur. [Videtur tamen August. lib. ix. de ciuitate Dei, cap. iij. quod vir tuosi plus mortē timere debent. Vnde Christus eā timens Matth. xxvj. Pater mi, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. de quo allegat exemplum August. ubi supra, de quodā discipulo Socratis, qui in periculo mortis cōstitutus multū timens mori, fuit à quodā derisorie interrogatus, cur tantū mori timeret, respōdit. Habeo animā sciētia & virtutibus nobilitatam, quā timeo perdere plus quā tu, qui forsā ita qualificatus non existis. Autamē peccatores eam summē timere debēt, timore pœnæ æternæ, quā corporaliter moriendo adipiscantur. Et e contra virtuosī patienter eā sustinere debēt: quia est eis principium vitæ æternæ, vt sequitur: vnde Christus, ubi supra, Pater mi, inquit, si nō possit hic calix trāire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.] Vnde Ouid. lib. de Ponto. Gēnus, inquit, est mortis malē viuere. Et ideo dicit Seneca, Vis bene mori, discē bene viuere, & ad Lucillum, Quid turpius, inquit, quā senex viuere insipiens? subiungens ad eundem dicit: Ante senectutem curauit vt bene viuere, vt in illa bene moriar. quā secundum Ouid. lib. de Ponto. Gēnus est mortis malē viuere. discas igitur quasi semper victurus. Sic viuas quasi statim moriturus, iuxta illud Ciceronis in lib. de Senectū. Quid quod sapiētissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimō, & in libro paradoxor. Mors, inquit, terribilis est his, quorū cum vita omnia extinguntur: non his quorum laus emori nō potest. quos Statius in Thebaidos lib. vij. excitat atque confortat dicēs, Ite alacres, vestri nunquā morientur honores. quia secundum Senecam in libro de quatuor virtutibus: Timidum nil facit animum, nisi reprehensibilis vitę conscientia. Vbi autem non potest vita reprehendi, timendū non est, prout non timebat Cato ille superior, qui teste Plinio quadragies quater, & Plutarcho quinquagesies accusatus cū magno discrimine vexaretur, & vltimo accusaretur, Tyberium Gracchum ei odiosissimū in suam iudicem habere voluit. De quo Vale. lib. iij. tit. de fiducia sui. ¶ Cato, inquit, superior se penumerō ab inimicis ad causā dictionem vocatus, nec vllō vnquam crimine conuictus ad vltimum tantū fiducię reposuit in sua innocentia, vt ab his in quæstionē publicā deductus, Tyberium Gracchū à quo in administratione reipub. ad multū odium dissidebat, iudicē deposceret. Quā quidem animi præliātia pertinaciā eorū infectandi se inhibuit. ¶ Pariter Lucius Crassus apud maiores eloquentia clarissimus, cū cōsul prouinciā Galliā obtineret, atq; in eam Cneus Carbo cuius patrē damnauerat, ad spectanda acta sua venisset, nō solū eum inde nō summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit. Nec vlla de re, nisi eo in consiliū ahibito cognouit. Itaque acer & vehemens Carbo nihil aliud Gallicā peregrinatione consecutus est,

quā vt animaduertēret, fontem patrē suum ab integerrimo viro in exiliū missum. Hęc ille. Quibus exemplis pater bonis viris nihil esse etiam in morte timendum. Nihil enim mali est in morte, dicit idem Cicero, propterea non timeas eam. Nam legitur de morte Socratis & Catonis, qui (vt refert Valerius lib. octauo tit. de sapiētē dictis & factis) nec ad iudicium capitis matrimonium quæsiuit nec iudicibus supplex. Ratio enim vitam diligere, & mortem non timere præcepit, vt dicit Valerius libro nono, tit. de cupiditate vitæ. ¶ Vbi Cneus Carbonem prædictū, & Brutum ad mortem accitos, quod breui momēto risu digno, cupiditate vitæ mori distulerint, reprehēdit. Cneus, inquit, Carbo magnæ verecundiæ est Latinis annalibus. Tertio in consulatu suo iussu Pompeij in Siciliam ad supplicium ductus, petiit à militibus demissē & flebiliter, vt sibi aluū leuare, id est, euacuare aluum, id est, egerere, & ventrem purgare, priusquā expiraret, liceret, quod miserimæ lucis vsu diutius frueretur, eōsque moram trahēs, donec caput fordido in loco sedētis abscederet. Verba talē flagitium narrantis secum luctātur, nec silentio amica, quia occultari non merentur, neque relatione familiaria, quia dictū fastididū sunt, & sequitur: ¶ Quid Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit, qui à Furio, quem ad eum occidendū Antonius miserat comprehensus, non solūm cernicem gladio subtraxit, sed etiam constantius eā præbere admonitus (vt scilicet vno ictu facilius moreretur) ipsis his verbis iurauit: Ita vitā dabo, vt tantisper dum iuraret, vitā prorogaret. O iurandi stolidam fidem. Sed hos tu furorē immoderata retinendi spiritus dulcedo subleuicis, sanæ rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcipit. Hęc ille. Non sic Cicero, qui in villa sua existēs occisoribus se obtulit, & Christus quem quæritis, inquit, & cū respondissent: Iesum Nazarenum: dixit eis, ego sum, scientes quod dicit Seneca de Naturalibus quæstion. Pusilla, inquit, res est hominis vita, sed ingens res contēptus vitæ. Hęc qui contempserit, securus videbit maria tui bari, securus respiciet horridam faciem fulminantis cæli. Quid ad me, inquit, quā magna sint, quib; pereor? Non immeritō Didymus scripsit ad Alexandrū, Nos incolæ non sumus mundi huius, sed aduenæ. Iuxta illud Apostoli ad Hebr. xij. non habemus hic ciuitatem manentem. Quod etiam & præclarus ille Latinorum orator Cicero in eodem lib. de Senectute prædixerat. Ex vita ista, inquit, discedo tanquam ex hospicio, nō tanquā ex dōmo. Cōmorandi enim natura diuersorium nobis non habitādi dedit. Subiungens mortem affictādo: O præclarum diem, cū in illud cōsiliū ceterūque proficiscar, & cū ex hac turba & colluione discedam. Proficiscar enim non ad eos solūm viros, de quibus antē dixi, sed etiam ad Caronem. [De isto Carone plenius habetur infra sup verbo, Mortuo itaq; restatore. j. loquēdo de his q; se interficiunt. In eū quo nemo vir melior natus est, nemo præliātor, cuius à me corp; crematum est, q; cōtra deuit ab illo mēu. Anim; verō nō me deserēs. sed respētās eā, p;fecto loca discessit, quo mihi ipse cernebat esse venēdū. Virtuosī p;fecto dōviri mortē potius affictāt, quā ipsam timeat, iuxta illud Apost. ad Phil. j. Cupio dissolui, & esse cū Christo. [De quo Baptista Matūa. Parthe. Marlanę, lib. j. sic dicit: Nā qd lōga dies hōis nisi longa dolorū colluies? lōgi patiētia carceris ætas lōgior est, curs; vitę Labyrinthus in

thus in ipsum ex vtero ingredimur, per limina mortis abimus, &c. Nā vt dicitur in ij. oratione ad Cæsarem senem de repub. in fin. Vivos interdum fortuna sape inuidia fatigat, ubi anima naturæ cessit dēptis obrectatoribus, ipsa se vitę magis magisq; extollit. ¶ Ideo festa sanctorum celebrantur ab ecclesia die, qua mortui, & nō die qua nati sunt: quia illa die qua moriuntur, nascuntur ad gloriā. dicit gl. singularis in l. cū quidā. ff. de annuis lega. adde gl. insti. de ingenuis in l. i. Et hoc intendit Ecclesiastes vij. ca. vbi in prin. dicit, q; melior est dies mortis, scilicet iustorū, qui tunc viuere incipiunt, quā dies natiuitatis. Propter quod vetus mos Gallorū fuit, pecunias aliquādo credere, & mutos dare, sibi reddēdas apud inferos. Quia cū ex doctrina Druidū pontificum suorum (de quibus Cæsar in commentariis de bello Gallico, lib. vj. plenē meminē) animas crederēt immortales, sicut Pythagoras palliatas, id est, Græcus pallio more Græcorū indutus, credidit. Et sic maius præmium ex charitate à diis immortalibus cōsequi sperabat post mortem perpetuū viuiri. De quibus Vale. lib. ij. ci. de institutis antiquis, sic dicit, Horum, scilicet Mafsilienfium (de quibus prædixerat) mœnia egressi, vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria p;ditū est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur dare, quia persuasum habuerint animas hominum immortales esse, dicerem stultos, nisi idem Bracchati sensissent, quod palliatas Pythagoras credidit. Hęc ille. [Triplex est Gallia, scilicet Comata, quæ Lombardia dicit. Alia Togata ab Alpibus vsq; ad mare Britanicum. Bracchata Gallia Narbonensem prouinciā, & omnem regionem continet, quæ adiacet Rheno fluuiō, in qua habitantes dicuntur Bracchati, aut Transalpini, vide quæ dixi super verbo, dotem quam ei dederat. prope fin. vbi dixi de ciuitate Mafsilie.] Et sic nō absre, quinimō prædictissimē & catholicē p;spexit ecclesia, q; mors sanctorū vocatur eorum natalitiū, secundum Lyram ibi. In cuius vestigium Cygnus cātat dum est moriturus, secundum Martialem Coccum, ibi:

*Dulcia defecta moderatrix carmina lingua:
Cantator Cygnus funeris ipse sui.*

Sic itaq; sapiēs letari debet, cū moritur melius viuiturus, sicut Barbari faciūt, vt refert Solinus. Quia quando pueri nascuntur, magnum planctū faciunt, & quando moriuntur magnum festum. Ob quod Thraciæ illa natio sibi meritō laudē vēdicauit, quæ natales hominū flebiliter, exequias verō cum hylaritate celebrat. Et pariter Mafsilienfes apud Romanos in hoc laudati fuere, q; in funere dolori humano non indulgebāt, de quibus lib. ij. ci. de insti. antiquis Vale. sic dicit, Dū autē ante portas eorū arcē, id est feretra iacent. Altera qua liberorum, altera qua feruorum corpora ad sepulturā locum plaustro deuehuntur, sine lamentatione, sine planctu funeris, dies domestico sacrificio adiectōq; necessariorum cōuiuio finitur. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgere, aut diuino numini inuidiā fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Nam & Perfarum admodū probabile institutū fuit, quod liberos suos non prius aspiciēbant, quā septimum implessent annum, quod paruulorum amissionem æquiore animo sustinerent. Hęc ille. Ob ¶ quod detestatur & reprehēditur apud veteres rex Xerxes, qui propriā mortem timens tristandō mortem aliorum fleuit, de quod idē Vale. tit. de cupiditate vitæ præalleg. sic dicit, Eadem Xerxes regem pro totius

Afīe armata iuuentute, quod intra centū annos effect obitura, profundere lachrymas cōegisti. Qui mihi in specie aliena, re vera suam conditionē deplorasse videtur, opū magnitudine, quā altiore animi sensu felicior. Quis enim etiā mediocriter prudēs mortalem se natum fleuerit? quasi dicat nemo. Hęc ille. Mortem fateor grauissimum omnium dolorē, atq; suppliciiū esse. l. vltimum, ff. de pœn. Quam nisi communissimā prouidens natura fecisset, qui eam tolleraret, reor neminē inueniri posse. Quod dum ita est, vt iaculatrix & falcigera illa nulli parcat, & propter hoc per antiphrasim cognominēct rectissimē parca, cedit prudentissimus ac modestissimus quisque necessitati, atq; naturæ, cui dolere aut irasci, & amentia & temeritas est: quod tamen non tolerabit, aut quidem moderabitur homo capax rationis, & ingenerati à natura cōsiliij, magnāq; ex parte vicinus & similis Deo, cui demissa ac porrecta patientia auxiliatrix cœlitus est, quā nec superare virtutem, nec iugo premere vis vlla nequitia: ceterum neque postrema mors ipsa vllō pacto iam queat, Quia in electis Dei virtute nihil firmius ac magnificētius, & ad assequēdam felicitatem commodius: imō in qua vna vel maximē summum bonum etiam Philosophi contineri voluerunt. Qui ¶ omnes virtutem abfolūtē cū nominant, sine delectu patientiam intelligi censent, quæ in vita plus quā cætera cuique sit necessaria: quoniam innumera & incuitabilia nos vndiq; circūsepiunt mala, atq; supplicia, quæ neq; euincit, neq; sustineri possent, nisi tantæ virtutis præsidio, à qua opinione fides certa, & catholica nostra neque recedit, sed gratiam auspiciūque diuinum superaddit humano conatu atque labori. Quid est per omniū qui sapiūt fidē, & rectē fruuntur cōscientia: quod Deo hominem æquē assimilet, atque cōsocio, vt in arduis fortitudo? in aduersis constantia? in infirmitatēq; latitudo? Hęc virtus primū libidines frænāt, iracundiā cohibet, factum deprimit, iniuriarum obliuiscitur, pacem populorum & ciuitatū seruat, priuatos focos in beneuolētia continet, paupertatē beat, oppugnationes veteratoris demonis eludit, persecutiōnem alit, artes & studia ad perfectum exitum ducit. Hęc, vt denique finiam, quicquid mali aduersive accidit homini, mittit sub iugū, & victori coronā imponit. De fortitudine & paciētia quas velut sorores, aut matrem, & filiam reputās, Valerius, lib. iij. tit. de patientia in prin. sic dicit, Egregius pariter virorum ac fœminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit, patientiamque in mediū procedere hortata est, nō sanē infirmioribus radicibus stabilitam, aut minus generoso spiritu abundātem, sed ita similitudine iunctā, vt vel ex ea, vel cum ea nata videri possit. Hęc ille. Nā fortitudinis partes sunt paciētia, & perseuerantia. Ergo ad propositum reuertendo tristandū non est de morte propria, nec aliorū etiam suorum filiorum. Iuxta illud Ieremiæ xxij. Nolite flere mortuū, neq; lugentis super eū fletu. Sed (vt dicit Valerius, ubi supra de insti tut.) remoueat naturalis omnium animalū dulcedo vitę, quę multa & facere, & pati turpiter cogit. Si id est, quia ea mortua, aliquādo eius felicior, & beatior reperitur finis. ¶ Præterea considerare debent parentes, quod Anaxagoras dixisse fertur, nuntiata sibi morte filij, de quo Valerius lib. v. tit. de obitu liberorum in fin. sic dicit, Nec Anaxagoras quidem suppressendus est, audita nāque morte filij, nihil iuquit, mihi inexpectatū, aut nouū nuntias, Ego enim illum ex

illum ex me natum sciebam esse mortalem. Has voces vtilissimis præceptis imbuta virtus mittit, quas si quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos esse procreandos, vt meminerit his à rerù natura & accipiendi spiritus, & reddedi eodè momento temporis legem dici, atq; mori neminem solere, qui non vixerit: ita nec viuere aliquem quidè posse, qui nò sit moriturus. Hæc ille. Quapropter dolendi non sunt parentes, neque liberi. Et si dicatur, quòd David filium suum Absalonem quanuis ingratum planxit, & fleuit amarissimè ij. Regum xvij. Certè hoc fecit, quia verisimiliter eum videbat etiam spiritualiter mortuum, velut in persecutione patris occisum, & sic in peccato damnatum. Quoniam de alio puero suo, quem ex Bethsabea susceperat, nò fleuit: imò eo mortuo de strato surrexit, hilarisque vultu panè comedit, & Bethsabea còsors còsolatus est. Quia sciebat eum velut innocentem viuere in æternum, vt habetur. ij. Regum xij. Et sic de illorù morte sola corporali gaudere debemus, vt patet ex supra dictis. Nam anima nunquam requiescet, donec suo iungatur creatori, secundum Philosophum in lib. de Pomo. iuxta illud Psalm. xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et hoc est quod dicit Bal. in capit. bonæ. el. ij. in princip. de postu. præla. quòd mors appellatur principium viatoris, quia tendit ad vitam. Et Cicero de somnio Scipionis, Omnibus, inquit, qui patriam auxerint, adiuuerint, atque serauerint, certum in cælo esse definitum locum, quo beati sempiterno æno fruuntur: imò tales post mortem in præsentia seculo adhuc viuere per gloriam intelliguntur. in situ. de excu. tut. §. j. in fin. & l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Nā homines virtute ac verecundia præstantes non mori dicuntur. Sed quia viucentes habitaculum spiritus sancti fuerunt, Deus immortalis in hunc modum sedes suam repetit. Prout de Iulio Cæsare viro vtiq; virtuoso valerius lib. iij. titu. de verecundia sic dicit. Quam scilicet verecundiam, & omnem virtutè præcipuam in Cæo quoq; Cæsare fuisse sæpenumero apparuit, & vltimus eius significauit dies. Compluribus enim patricidarū violatus mucronibus, inter ipsum illud tēpus, quo diuinus spiritus mortali fecerbat à corpore, ne tribus quidè & viginti vulneribus, quin verecundia obsequeretur, absterri potuit. Siquidem vtraq; togam demisit, vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hūc modum non homines expirat, sed Dij immortales sedes suas repetit. Hæc ille. Quasi dicat, quòd sic morientes repetunt sedes suas, scilicet celestes effecti dij immortales. Quia intellectus hominis est ad instar solis q. oritur, vadit & redit, sed nunquam moritur secundum Bal. supra in proæmio. Hos siquidè taliter defunctos idè Valerius lib. v. tit. de humanitate & clementia. in fin. sic alloquitur: Vos quoq; fortes ac piæ vmbra non pœnitendas fortitæ estis exequias. Nam vt optabilis in patria, ita speciosus pro patria collapsæ supremi officij decus infelicitate amissum, virtute recuperastis, vt de Lælio & Scipione loquit Cicero, interdum innuens animos bonorum corporibus exutos cōtinuò beatos fore, dicens etiam Socratem dixisse, animos hominū esse diuinos. Hisq; cum è corpore excessissent reditū ad cælū patere. Id si ita est, vt optimi cuiusquam animus in morte facillimè euolet, tanquam è custodia vinculisque corporis, cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quam Scipionis omnium virtuosissimo. Hæc ille. Ob quod Eleazarus vir ille insignis gloriosissima mortem magis, quam odibile vitæ cōplectens, voluntariè præbat ad supplicium. ij. Machab. vj. Pulchrius verè esset crudeli morte, si honesta sit, occubere, quam cum dedecore vitam perducere. Ex quibus concluditur, quòd vita contemnenda est, ex cuius contemptu sequitur contemptus mortis, iuxta illud Cato. Fac tibi propinas mortē non esse timendam. Quæ bona si nò est, finis tamen illa malorū. Non metuit mortē, qui scit contemnere vitā. Quoniam secundum Senec. lib. de remediis fortuitorū, Frustra timetur, quod euitari nò potest. Vnde restat, quòd primo modo sit hæc donatio per sanum, sola mortis cogitatione motum & inductum. Secundo modo sit donatio causa mortis, vbi quis donat occasione languoris mortis, in quo est cōstitutus, vt puta grani infirmitate detētus mortem timet. Tertio sit, si timens mortem sibi à prædone, vel aliud periculum [Quia multa sunt mortis pericula, & diuersi modi moriendi, vt plenè habetur infra super verbo, *Mortuo itaq; testatore.* primo in princip.] ab hoste de proximo sibi imminere, donec, vt dicta l. iij. ff. de do. causa mor. vbi est tex. not. quòd t. crudelitas alicuius poteris iustum inducit timorem mortis. Et sit interdū hæc donatio, ita vt res donata statim fiat accipiētis, quo casu tacitam habet conditionem, scilicet, si accipiens superuixerit. in l. de don. §. primo. Aliquādo verò sit, vt tunc fiat accipiētis: cum donator decesserit, vt dicta l. j. Et sic causa dictæ donationis est mors seu timor, aut saltè cogitatio mortis. Quod procedit indubitanter, vt scilicet iudicetur & dicatur causa mortis donatio, si donans causam mortis expresserit. Sed t. vbi non apparet, qualiter donator donare vult, an inter viuos, vel causa mortis, putà quia hoc non expressit, tunc in dubio iudicabitur donatio inter viuos, & sic irrevocabilis. Quod etiam est positò, quòd fieret in articulo mortis, quia nò eo ipso, quo cōstitutus in mortis articulo donat, videtur donare causa mortis. l. senatus. ff. de donation. causa mortis, & cōsultit Lud. Roman. consilio. cxxxix. Pro quo facit textus in l. Scia. §. lina. ff. de donatio. causa mortis, vbi infirmus donādo simpliciter, videtur donare inter viuos, etiā si fuerit in extremis vitæ cōstitutus, & per hoc reprobat cōmuniter dictum Ant. de Butr. in cap. secundo. de consuetud. vbi per illum textum dicit, quòd infirmus nò videtur in dubio facere actum inter viuos, sed vltimæ voluntatis. Pro quo faciebat gl. in l. prima. C. de fal. cau. adie. legat. quod est contra casum dictæ l. Scia. secundum Imo. in dicta l. secunda & Alexan. in l. quæ dotis. ff. soluto mari. vbi concludunt. t. quòd quantumcumq; sit aliquis in extremis vitæ cōstitutus, donādo videtur donare inter viuos, & nò causa mortis: nisi in tali donatione fieret mentio mortis. Quoniam eo tunc propter mentionem mortis in donatione habitā, censereur in dubio donatio causa mortis, positò quòd fieret in sanitate. l. Scia. ff. de dot. prælega. & dicta l. Scia. secundum Ludouicū in dicto consilio. Et hoc verū, scilicet quòd mentio mortis in donatione facta, facit donationem iudicari causa mortis, si mors fuerit causa, & occasio faciendi talem donationem. Quod perpendi potest ex cōiecturis, vt puta, si quis iturus ultra mare, vel ad bellū, aut cōstitutus in infirmitate, donec alicui post mortē suam. Quoniam eo casu, propter mentionem mortis in tali donatione factam, licet non expresserit se mortis causa donare, talis donatio iudicabitur causa mortis: quia præsumit eam fecisse timore, aut cogita-

tionem mortis, & per consequens erit reuocabilis ad nutū donātis. Si verò in donatione fieret mentio mortis, non vt mors sit causa, & occasio donationis, sed fortè est taxatio temporis, tunc donatio erit simplex, & inter viuos, ac per consequens irrevocabilis, secundum Bal. post Pet. & Cy. in d. l. quæ dotis. ff. solu. mat. & cōsultit Franc. Aret. consi. xlj. & consil. lxiiij. Idem tenet Io. Pet. de Ferrariis in forma libelli pro donat. super verbo, ex causa donationis inter viuos. & Oldra. consi. cxxxix. vbi plenè decidit, quòd talis donatio valet de præsentia, velut inter viuos & irrevocabilis. Tamen exactio rei donatæ differtur post mortem donatoris. l. j. C. vt actio. ab hære. & cōtra hære. Et idem de illo, qui dicit partem bonorum, & alteram partem post mortem suam, de quo est text. Thobia vij. capi. in fine. Idem si donator dixit: *Do tibi proprietatem talis fundi reseruatò mihi vsufructum in tempus mee,* secundum Bald. in addi. Specu. de instru. edi. vlti. colum. cum quo transit Alexan. in d. l. quæ dotis. Nam cum ibi fuerit tempus mortis adiectum verbis executiuis, non autem dispositiuis, tale tempus adiectum videtur causa demonstrandi, & non vt causa finalis donationem faciendi. Facit l. quidam testamentum. ff. de leg. j. quod nò. Bald. in l. j. C. de iure dotium. Ideo decidit elegantè Saly. in l. fin. iij. col. in fin. ver. iuxta hæc quæro. C. de pact. quòd si duo fratres ex causa donationis cum stipulatione inuicem promittant, quòd bona præmorientis sine liberis remaneant superuenientis: talis donatio nò dicitur causa mortis, nec reuocari potest. Secundò intelligatis commemorationem mortis inducere donationem causa mortis, si in ea interuenerit quinque testium præsentia, qui in tali donatione requiruntur. l. si. in fi. C. de codicil. & l. si. C. de don. cau. mor. Si verò donatio cum mentione mortis fieret coram minori testium numero, quam quinque, non propter hoc iudicaretur donatio causa mortis, cum in ea deficeret solēnitas in tali donatione requisita, secundum Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. vij. col. ff. de verb. obli. & cōsultit Ange. consi. cclij. iunctò princip. cum fi. Tertio intelligatis mortis commemorationem inducere donationem causa mortis nò procedere, quādo donatio fieret personæ coniunctæ, per text. in l. ij. & l. cum patrem. C. de iure dotium. facit l. cum maritus. §. si. ff. de pac. dota. secūdum Rapha. & Ludo. Imò eo tunc censēbitur donatio inter viuos, vt dicunt in d. l. quæ dotis. sed Alexan. ibi contra per plures rationes. Quarto intelligatis mortis commemorationem inducere mortis causa donationem, vbi dispositio facta est sub cōmemoratione mortis eius solius, qui post mortem suā talem dispositionem confert. Nam si cum illo concurrat alius disponens, cuius interfit dispositionem nò reuocari, tunc censetur donatio inter viuos, & sic irrevocabilis vt not. dicit Bal. in l. pro hæreditariis. in fi. C. de hære. actio. & ponit exemplum. Si mulier viro dotem dedit, & inter eos actum est, quòd post mortem mulieris in matrimonio prædecedentis relicti liberis dos marito teneatur pro ipsis liberis. Nam quia cum muliere post mortem suam concurrat vir, cuius interest fauore filiorum talem dispositionem non reuocari, valebit irrevocabiliter tanquā donatio inter viuos, quod est not. Sed dubitat Alexan. vbi supra hoc nò esse verum, per dictam l. Scia. vbi talis persona concurreret, cuius interest donationem non reuocari, & tamen ibi iudicatur donatio causa mortis. Nec obstat l. j. ff. de dote prælega. quia ibi donator voluit donare ex-

presè irrevocabiliter. Quintò intelligatis mortis commemorationem inducere donationem causa mortis, nisi aliqua alia causa irrevocabilis, & obligatoria præcesserit, secundum Barto. in l. nam & si cum moriar. in fi. princ. ff. de condi. indebi. sic intelligens illū tex. in l. j. C. vt actio. ab hære. & cōtra hære. & in l. hæreditarium. ff. de bo. auth. iudi. possi. & in l. penult. C. de contrahen. & commit. stipu. Sextò intelligatis mentionem mortis in donatione factam inducere donationem causa mortis, procedere, vbi facta est mentio mortis in specie, secus si facta esset in genere. secundum Alex. per illum text. in d. l. quæ dotis. secundum intellectu glo. & Docto. quòd ibi facta fuerat mentio, quòd quocumq; modo solueretur matrimonium & c. Et sic mentio mortis in genere cum sub illis verbis generalibus casus mortis comprehendatur, tamen nò dicitur donatio causa mortis, sed inter viuos. Septimò intelligatis mortis mentionem inducere donationem causa mortis, nisi in ea fuisset adiectum pactum de non reuocando eam. Quoniam si tale pactum in donatione fuerit appositū, talis donatio quæ propter mortis mentionem fuisset causa mortis alterat suam naturā, & transit in donationem inter viuos irrevocabilem, per text. singularem in l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. t. Or, domini, super hoc puncto quotidiano & fructifero est modicè insistendum. videtis enim donationem causa mortis, propter pactum de nò reuocando in ea appositum transire in donationem inter viuos, & sic donatio quæ sui natura fuisset ad nutum donatoris reuocabilis, in medio dicti pacti est effecta irrevocabilis, ac si fuisset inter viuos facta, t. vt dicta l. vbi. Quæ capit quatuor singulares limitationes. Nam debetis illud intelligere verum, Primò nisi tale pactum de non reuocando transferendo donationem causa mortis in donationem inter viuos, redderet ipsam donationem inter viuos nullam, & inuallidam. Quoniam eo casu dictum pactum donationi causa mortis adiectum nihil operaretur, neq; alteraret naturam donationis, nec faceret eam transire in donationem inter viuos, si transmutata non valeret, veluti si fieret donatio causa mortis omnium bonorū præsentium & futurorum, quæ cum sui natura sit ad nutum reuocabilis, valet quasi non auferens testandi facultatem, vt plenè habetur in l. si. C. de pact. Nam si in tali donatione inferatur pactum de non reuocando, etiam cum iuramento, tale pactum nihil operatur, imò talis donatio remanet causa mortis, ita quòd nò transit in donationem inter viuos irrevocabilem. Et ratio est, quia si propter dictum pactum transiret in donationem inter viuos, efficeretur irrevocabilis. Et per consequens cum sit de omnibus bonis præsentibus, & futuris auferret donatori testandi facultatem, quod de iure fieri non potest. Vnde illa alteratio & translatio redderet talem donationem nullā, vt plenè nò. in d. l. si. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. oblig. Ita singulariter reperio cōsultit Pau. consi. cj. incipien. notandum est, quòd præstatum statutum. Et hanc opinionem tenuit Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. x. colū. licet dictum consilium non alleget, nec suum dictum aliquāter probat, contentus sola eius auctorizabili determinatione. Tunc ergo tale pactum de non reuocando operatur donationem inter viuos, quando ex hoc non redderetur inuallida, & sic tale pactum operari possit suum effectum, ad quem factum fuit: prout operaretur si donatio causa mortis cum dicto pacto facta fuisset solū de

omnibus

omnibus bonis presentibus, vel de omnibus bonis simpliciter. Quo casu veniunt solum bona presentia. I. si quis ita. ff. de auro & argen. lega. facit cle. si. de rescrip. Aut si facta fuerit de certa parte bonorum, vel aliqua re particulari, cum tunc non auferat facultatem testandi liberam. & ita intelligitur d. l. vbi ita donatur. Ad hoc facit l. si iure. ff. de leg. iij. vbi dicit, quod licet per secundum testamentum censeatur primum reuocatum. in situ. quibus modis testa. infra. §. si quis posteriore. tamen illud verum, si sequens testamentum sit validum, quod ex eo adiri possit hereditas. Alias testator non censeatur ad primam recedere voluisse. Sed aduertendum est, quia licet cum Pau. transierit Alex. in d. l. stipulatio. Tamen idem Alex. in d. l. quae donatio omnium bonorum presentium, & futurorum valet quo ad presentia reiecta. mentione futurorum. Et sic cessante ratione Pau. cessare debet eius decisio. subiungens ibi, quod si in hoc casu consulere haberet non multum curaret de dicto Pau. qui nimium fuit promptus in consulendo. Et credo quod Alex. ibi veritatem loquatur: quia donatio modo praedicta facta valet quo ad bona presentia, vt plenè dicam infra eodem super verbo, *Ac viro suo donauerat.* Sed interim videamus gloss. pragmatica super verbo, cuiusque. in titu. de subla. cle. literis. de proba. Praeterea quia Alex. in d. l. quae dotis. magis deliberatè hunc passum tetigit, quam in d. l. stipulatio. ergo illam accipere debemus pro opinione sua quam diligentius examinavit, prout à simili de Bald. dicit Paul. in c. bonae. l. ij. in fin. de postu. prela. ¶ Secundò limitatur dictam. l. vbi ita donatur. locum habere in donatione causa mortis, quae sit per se, & principaliter, quo casu (vt dictum est,) pactum de non reuocando, eam transfert in donationem inter viuos. Si autem donatio causa mortis fieret in testamento vel codicillis, tunc quantuncumque adiecerit pactum de non reuocando, reuocari poterit, nec transibit in donationem inter viuos, & ratio est: quia talis donatio facta testando vel codicillando non differt à substantia vel natura meræ vltimæ voluntatis, in qua nullum pactum de non reuocando apponi potest. Cum sit ambulatoria vsque ad mortem. l. iij. ff. de adimen. lega. Et talia pacta impediunt, imò tollunt liberam testandi facultatem, quod fieri non potest. l. si. C. de pactis. plenè Bart. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. de hoc tamen dicendum, vt not. Bar. in l. si alienam. §. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. & clarius per Ludo. Roma. consi. cccxij. vbi pulchra per eum, glo. & Doct. in l. haeredes palam. §. si. ff. co. quae dicit, quod contractus fieri potest in testamento. Sed an tunc reuocari possit sicut testamentum, plenè consuluit Ludo. consi. cxxxj. & Barba. alto digito in c. relationum. la. j. xxx. col. vsque ad finem capi. supra eodem. Tertio limitatur dictam. l. vbi. non habere locum, vbi esset facta donatio causa mortis, & in instrumento diceretur, quod promissit omnia supra scripta firma habere, & in nullo contra facere, aut venire. Quo casu talis donatio remanebit simplex donatio causa mortis, & per poenitentiam reuocari poterit, non obstante generali promissione de non reuocando. Quoniam intelligitur, quod non possit eam donator reuocare, nisi per poenitentiam, secundum glo. in d. l. si alienam. §. Marcellus. quam ibi sequitur Rayn. de Forli. Et licet eam impugnaverit Iaco. de Aret. vt ibi refert Barto. Tamen Ang. eam consulendo sequitur consi. cclij. incipien. Domina Antonia de Florentia,

Nam quantum ad potentiam reuocandi, donatio causa mortis redacta est ad instar legatorum. l. Marcellus. §. Paulus. & l. si debitor. & Lillud. ff. de dona. cau. mor. & l. si. C. illo co. titu. vt latius infra videbitis. Sicut igitur legata non obstante quocumque pacto possunt per poenitentiam reuocari. Sic & donatio causa mortis eis aequiparata. Praedicta ergo lex modificationem capit, scilicet, nisi fiat reuocatio totius voluntatis ipsius donatoris ex poenitentia: quoniam tunc poenitentia totius voluntatis admittitur, non obstante dicto pacto. Vbi autem non interueniret reuocatio totius voluntatis, sed alicuius partis: tunc pactum de non reuocando stat firmum, & operatur quod illa pars voluntatis reuocari non poterit. Vnde si donator pactum adiecerit, quod non liceret reuocare, nisi in vno casu, vel sub certa forma, & postea vellet adiecere alium vel illud detrahere, vel alium cumulare, certè non poterit, per dictam. l. vbi. Et ratio differentiae est, secundum Ang. vbi supra, quia in hoc vltimo casu pactum de non reuocando praesumitur ex certa scientia donatoris appositum, attenda expressione vnius casus, vel formae per donatorem facta. Quo casu certum est ipsum voluisse in aliis casibus suam donationem esse irreuocabilem. Ideo tunc tale pactum operatur suum effectum. Sed quando simpliciter in donatione causa mortis reperitur appositum pactum de non reuocando, aliquo casu non excepto, tunc arbitrandum est tale pactum fuisse in instrumento appositum per notarium, potius quam per donatorem: quia notarij in omnibus contractibus tam perpetuis, quam temporibus solent ex sua ceruice sine scitu partis tallia pacta, & generales promissiones ac renuntiationes apponere, substantiam talium verborum ignorantes. Vnde praesumitur, quod fuerint potius talia verba apposta ex errore & imperitia notariorum, quam ex certa scientia donatoris, praesertim ignorantis substantiam & essentiam dictorum verborum, quod est quando esset imperitus & iuris ignarus. Haec ille in dicto consilio. [De quo vltimo plenè habetur super verbo, *in eodem testamento relinquens* j. versic. *Plus dico, quod ipsemet pater.* &c.] Hanc eandem limitationem tenet Alex. in dicta. l. vbi ita donatur. referens ibi dominum Salustium doctorem florentissimum, & Imo. ita in facto consuluisse. & idem Alex. in dicta. l. quae dotis. v. co. in si. Dicit Bal. ita tenere in l. cum quis. ff. de condi. ob. cau. ¶ Quia illa verba promissit non contrahere, intelliguntur secundum naturam contractus, super quo apponuntur, vt l. damni infecti stipu. ff. de dam. infecti. & l. si stipulatus. in princ. ff. de vsu ris. facit optimè l. si. C. de non nume. pecu. Quartam & vltimam limitationem ad dictam. l. vbi ita donatur. sentit Ange. in si. dicti consilij, singulariter dicens, quod propter pactum de non reuocando, donatio causa mortis non transit in donationem inter viuos, vbi talis donatio inter viuos esset aliquo casu nedom in totum nulla, vt vidistis in prima limitatione, sed etiam si in parte resularet nulla & inualida, puta si donatio causa mortis dictum pactum continens, summam excederet quingentorum aureorum absque insinuatione, quae in donatione causa mortis non requiritur. Cum nulla immèlitas cadat in mortem, certè talis donatio quantuncumque pactum de non reuocando continens, non transibit in donationem inter viuos. Ex eo, quia talis donatio inter viuos propter defectum insinuationis est nulla in parte, scilicet quatenus summam excedit quingentorum aureorum. l. sancimus. & l. si. na. C. de donatio. & l. illud. vbi Bal. C. de sacrosanct. eccle.

eccle. Quod est notandum pro intellectu dictae. l. vbi ita donatur. quae est singularis in hoc puncto. Ideo si hoc vltimo casu iuramentum in tali donatione fuerit appositum, quod vim habet insinuationis, secundum aliquos, & Ioan. Andræ in addi. Specul. titu. de instru. edi. §. porro. vt dixi plenè supra, Testamentum autem donationis causa mortis forma faciendi est triplex. Nam interdum fit traditione, aliquando fit pollicitatione, id est sola promissione, & aliquando solèni stipulatione, vt l. senatus. ff. de dona. cau. mor. & l. non omnis muneratio. §. j. ff. si cer. peta. Attamen sub quacumque forma fiat, semper in ea inseri debet, quod causa mortis vel alterius periculi sit. Alias (vt dictum est) censeretur donatio inter viuos, vt dictum est. Potest etiam fieri pacto nudo, vt dicit glo. secundum aliquos singularis in l. cum pater. §. M. uio. ff. de lega. i. j. cui Ang. consi. cxxxij. iij. colum. dat similem in l. i. j. C. de iure dotium. Et quod nudo pacto fieri possit, tenet Bal. quem ibi sequitur Alex. in l. i. j. ff. de lega. j. & plenius in l. tempus. ff. de re iudica. Praeterea fieri potest hæc donatio presenti, & non absenti. l. j. ff. de dona. cau. mor. aliam non valeret, vt ibi. Quod est intelligendum, quod non valeret directè, vt scilicet mortuo donatore donatarius integrè, & manu propria habere possit bona donata, nisi de illa factum fuisset instrumentum, in quo notarius pro absentem stipulatus fuisset, aut iuramentum interuenisset, vt decidit Guido Pape quæstio. cccxij. Et idem fortè esset, si donatio iudicialiter facta esset: quia calor iudicij stipulationem inducit, per tex. singularem in l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideiussio. tut. super quo cogitabis, quoniam repente nunc mihi venit in mentem. ¶ Tamen ultra illos casus bene valebit indirectè iure fideicommissi, vt scilicet donatarius bona donata habeat de manu heredis ex testamento, vel ab intestato donatori succedentis, qui iure fideicommissi tenebitur restituere donatario bona donata rectè Trebellianica. vbi ex fideicommissio expresso deberetur, vt per Bar. in d. l. Nec indigeret talis donatio aditione hereditatis sienda per heredem. secundum Bal. singulariter in l. j. C. de don. cau. mor. Sanè tamen intelligenda donationem absentis factam valere extra dictos casus vt fideicommissum, si facta fuerit per illum, qui est sui iuris. Si autè facta esset per filiumfamilias, etiam de & cum expressa autoritate patris, tunc nullo modo valeret, cum testari non possit, nec fideicommissum relinquere. l. qui in potestate. ff. eo. secundum glo. & Doct. in dicta. l. tam is. §. filius. ff. de donatio. cau. mor. Credo tamen, quod si postea exiret potestatem patris, & sui iuris efficeretur morte patris vel emancipatione, & talis donatio reconualesceret. l. j. §. sed si filiusfamilias. ff. de leg. iij. per ea quae dixi in verbo, *Matrem in super Cleram.* circa princ. & in si. Et in tali donatione sicut in testamento vel codicillo fieri potest substitutio. l. vnica. §. si autè aliquid. C. de caducis tollen. Et sicut ex legato rectè via ipso iure dominium rei legatæ in legatariu sine traditione vera vel ficta transfertur. l. si quis à Titio. ff. de furtis. Sic etiam transit ex mortis causa donatione presenti facta. text. est singul. in l. i. j. ff. de publ. in re acti. ¶ Cui autem magis accedit contractui, aut vltimæ voluntati? Dicunt aliqui, quod magis accedit vltimæ voluntati. Nam ferè per omnia comparatur legatis in testamento relictis, in situ. de dona. §. j. vbi bona glo. in quibus conuenit, aut differt cum legato. Facit tex. in situ. de lega. in princ. Bal. & Alex. in l. i. j. ff. de lega. j. vbi

34 Bal. de hac donatione loquens in hæc pulchra profiliit verba sic dicit: Donatio causa mortis potest tripliciter considerari. Primò quo ad suam ordinationem, ad quam magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati. Cum fiat stipulatione vel pacto vt dictum est, & ita intelligitur glo. in l. i. j. ff. de dote prælega. Et inde est, quod filiusfamilias donare potest causa mortis sicut inter viuos de expresso, & præcedente consensu patris, sed non testari, vt d. §. filius. quia contractus pendere possunt ex consensu tertij, non autem vltimæ voluntates, vt plenè dixi §. in verbo. *condidit*. j. Et ita etiam cum Bald. tenet Fulg. in dicta. l. i. j. ff. de lega. j. & Alberic. in j. parte statutorum quæstio. cxxx. incipien. sed pone statutum loqui, & consuluit Pet. de Ancha. consi. cccxvij. incip. dubium in hac quæstione facit. vbi concludit, ¶ Statutum disponens mulierem non posse sine consensu duorum propinquorum contrahere, locum habere in femina mortis causa donante. Idem Alex. in dicta. l. i. j. Ex quo secundum eum approbatur videtur, quod sub dubio fortè decidit Bal. in cap. j. §. item sacramenta. de pace iuramen. fir. vbi dicit, quod licet in vltima voluntate condita ab adulto minore xxv. annis non requiratur eius iuramentum, sicut nec auctoritas curatoris nec decretum iudicis. [Vt plenè habetur super verbo, *Adiectum puberi.* Pro quo facit l. Aurelio. §. Caius. ff. de liberat. leg.] Tamen aliud erit in donatione causa mortis, quæ quo ad sui ordinationem contractui aequiparatur, secundum glo. in dicta. l. i. j. ff. de dote prælega. Et sic in ea sicut in contractu requiritur sollemnitas, quæ adhiberi debet in contractibus minoru, vel iuramentum habens effectum dictarum sollemnitas, scilicet curatoris & decreti. C. si aduer. vendi. authent. sacramenta puberum. Ideo dicebat Bal. in l. hac consulti. si. ma. C. qui testa. face. non poss. quod statutum loquens in vltima voluntate, locum non habet in donatione causa mortis, quæ non est per omnia vltima voluntas. Secundo modo potest donatio causa mortis considerari, secundum doctrinam Bald. vbi supra quo ad ipsius confirmationem. Et dicit, quod quo ad hoc ad huc magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati: quia donatio causa mortis confirmatur sola donatoris morte, adeò quod nulla requiritur aditio hereditatis per heredem donatoris sienda, quod secus est in legato, & qualibet alia vltima voluntate, puta codicillo, vt plenè dixi supra *Testamentu*. iij. in primo. Et quod ad confirmationem donationis causa mortis non requiratur aditio hereditatis, est glo. singularis, secundum Imo. in l. post legatum. §. penulti. ff. de his quibus vt indig. quam opin. tenet Bart. in l. cum mortis. ff. de donat. cau. mor. & in l. qui Roma. §. Flauius. in fine. ff. de verbo. obliga. Bald. in l. i. j. C. quibus. res iudic. non nocet. & d. l. cum quis. ff. de condit. cau. dat. & Saly. in l. si. C. de pac. Et hæc vera, scilicet quod ad confirmationem huius donationis non requiratur aditio hereditatis, vbi facta fuerit à presente donatore presenti donatario, quo casu, vt dictum est, donatio valet directè. ¶ Sed si donatio causa mortis facta esset absenti, quo casu solum viru habet fideicommissi, eo casu necessaria esset aditio hereditatis ad confirmationem talis donationis. Sicut requireretur ad confirmationem legati vel fideicommissi. l. si nemo. ff. de testa. tute. & l. qui filio. §. j. ff. de hæredi. in situ. secundum Bal. in l. si mortis. C. ad legem Falcid. Alex. in dicta. l. i. j. de leg. j. & Iaso. in leam. quam. xiiij. colum. C. de fideicommissi. [Vt plenè habetur super verbo, *Si absq. liberis morere*. ij. in materia fideicom. substitit. l.

Ad præmissa facit glos.in l.cum pater. §. mater filii. super verbo.Falcidia. ff. de lega. ij. vbi habetur, quod licet legatum repudiari possit, non tamen donatio causa mortis, quæ in hoc sapit naturam contractus, qui postquam est confirmatus & perfectus, est irrevocabilis. l. sicut. C. de actio. & obliga. vt dicit illa glo. singularis, secundum Pau. ibi, quam etiam multum commendat Bal. in l. cum hi. ff. de trans. & Saly. in l. j. C. de secun. nup. Tertio & ultimo considerari potest donatio causa mortis, secundum Bald. vbi supra quo ad sui efficaciam & effectum, & similiter secundum cum magis æquiparatur contractui, quam vltimæ voluntati: quia non reperitur, quod pro ea oriantur illa tria genera actionum. scilicet actio in rem directa, ex testamento, nec hypothecaria, sicut competunt pro legato. l. j. C. communia de legat. Non enim parit hæc donatio actionem ex testamento directam, nec vtilem, aut hypothecariam, sed tantum oritur actio ex stipulatu, si in ea stipulatio intercesserit, vel si facta fuit pacto modo, oritur conditio ex l. si quis argentum. C. de donat. ¶ Quæ quidem actiones, licet sint stricti iuris, cum non sint enumeratæ in §. actionum. in lit. de actio. tamen habent instar bonæ fidei, sicut actio ex testamento, vt est casus iuncta glo. in l. Scia. §. bonæ fidei. ff. de donatio. cau. mor. ¶ Et quod dictum est, ex donatione causa mortis non oriri actionem ex testamento, est verum, vbi donatio facta fuit præsentis. Quoniam si facta esset absenti, quo casu donatio non valet, nisi vt legatum vel fideicommissum, tunc locum haberet vtilis actio ex testamento, prout locum habet pro legato in codicillis facta, vt no. in dicta l. j. C. communia de lega. Et idem si facta esset in testamento, vt declarat Barto. in l. j. ff. de donatio. causa mort.

Actio autem rei vendicationis indubitanter locum habet pro donatione causa mortis, postquam recta via dominium rei donatæ transit in donarium mortuo donatore, vt dicta l. ij. ff. de publ. actio. & in hoc sapit naturam legati, & vltimæ voluntatis, sicut quo ad ius accrescendi, quod sicut locum habet in legato quo ad coniunctos, vt l. re coniuncti. vbi plenè Bart. ff. de legat. iij. Ita etiam locum habet in donatione causa mortis. l. j. in fin. C. de adu. tol. secus in contractibus, in quibus coniunctio ius accrescendi non parit, præterquam in usufructu. l. j. ff. de usufruc. accere. & plenè Barto. in l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obligat. Et idem in alio: quia mulier habens infra annum luctus, sicut non poterat ab extraneo capere ex vltima voluntate, ita nec per donationem causa mortis, quæ ius secus inter viuos. l. j. iuncta glo. in verbo donationem. C. de secun. nup. vbi Bal. alleg. similem in l. cum hi. in prin. ff. de trans. Idem in alio, quia sicut in vltimis voluntatibus impossibilis conditio vitatur, & non vitatur. l. j. ff. de condi. in situ. Ita etiam crit in donatione causa mortis. l. quæ sub conditione. §. hoc edictum. cum sequen. illo eo. titu. quod secus in contractibus. l. impossibilis. ff. de verbo. obliga. Idem in alio, quia si res causa mortis donata alienetur per donatorem, tunc donatio reuocata censetur, per tex. sing. in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. quod dictum est aureum, secundum Bal. ibi, & tenet Ioan. Fab. in §. iudè referipserunt. in situ. de legatis. Idem in alio: quia sicut ratione ætatis minor quatuordecim annis testari non potest, in situ. quibus non est permis. facere testa. in princ. sic nec donare poterit causa mortis: tex. est singularis. in l. j. in princ. ff. de tutel. & ratio. distrahen. Pariter sicut ex defectu consensus quis testari non potest, sic nec causa mortis donare. l. discretis. C. qui testa. face. non pos. Facit gloss. in c. quanquam. de vsuris. lib. vj. Similiter licet cautio Mutiana communiter locum non habeat in contractibus, de quo plenè in l. j. C. de pact. & in l. sue apud acta. C. de trans. vbi glo. & Doct. tamen locum habet in hac donatione causa mortis, & in hoc magis accedit vltimæ voluntati. casus est singularis in Authent. de nup. §. quæ verò nunc, secundum Baldum in Authentica, cui relicta. de indic. vidui. Idem in alio: quia detrahitur Falcidia si donatum fuerit ultra dodrantem, sicut detrahitur de legatis. l. cum pater. §. eorum. ff. de lega. ij. l. si mortis causa. C. ad legem Falcidiam. Idem in alio: quia sicut accipiens legatum in testamento relicto non potest illud postea impugnare, l. nihil. ff. de inoffic. testamen. Sic etiam non poterit testamentum impugnare, si quis acceptauerit quod sibi debetur ex donatione causa mortis, etiam à testamento separata. casus est singularis in l. si verò. versi. & si mortis. ff. de bonis liber. Idem in alio: quia sicut minor xxv. annis faciens testamentum petere non potest integram restitutionem, vt habetur in l. Aurelios. §. Caius. ff. de liber. lega. ita nec contra donationem causa mortis, secundum Bal. in l. j. §. j. ff. de tute. & ratio. distrahen. Præterea secundum Albe. colonien. non possunt testari, nisi inter suos. l. j. C. in quibus cau. coloni. c. si. l. xj. nec codicillari, nec mortis causa donare. Alij verò casus, in quibus hæc donatio æquiparatur vltimæ voluntati, habetur per gl. in §. j. vbi Ange. in l. de donatio. & in l. fina. ff. de donati. cau. mor. Et videatis quæ dixi de hac donatione super verbo, *Mater in super Cleram*, prope finem. ¶ Et finaliter scire debetis, quod hæc donatio causa mortis quomodocumque fiat, tribus modis ipso iure reuocatur. Primò, si donans superuixerit, seu de periculo in quo erat reuocauerit. Nam eo ipso reuocata censetur donatio, adedò quod nunquam fortiretur effectum, quantumcumque donator de alia infirmitate decefferit postea, vt no. glo. & ibi Barto. in l. iij. ff. de donatio. causa mor. secus autem in testamento facta per sanum, aut infirmum, quod nunquam reuocatur testatore reuocante. l. fina. C. de posthu. heredi. in situ. secundum communem intellectum Bald. ibi, & Cyn. in l. fina. C. de dona. causa mortis. Facit quod no. Bart. in l. alumna. §. fina. ff. de adimen. lega. & in l. potest. ff. de heredi. in situ. & Bal. in dicta l. non omnis. ff. si certum petatur. imò tale testamentum durat, donec reuocetur. Et extenditur etiam ad bona post eam acquisita, quantumcumque longissimo tempore, vt dixi supra super verbo, *In extremis positus*, in princip. Secundò reuocatur si donatorem penituerit, vt dicta l. non omnis. Circa quod vnum singulariter menti tenebitis, quod licet hæc donatio per penitentiam reuocetur, tamen si donans sine hærede decefferit, non valebit talis reuocatio per penitentiam donatoris dum viuebat facta. Ita singulariter decedit Ange. in dicta l. ij. ff. de lega. j. & in quadam sua disputatione incipiente, *Astensis miles*, & idem Ange. & Imo. in l. circa. §. fina. ad legem Falcid. & in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verbo. obliga. vbi Ange. dicit hoc esse dictum in auditum. Cuius ratio est, quia hoc casu non est, qui mortuo donatore de reuocatione donationis obicitur, postquam nullus est hæres. Et hoc verum, secundum Alex. in dicta l. ij. de legatis j. & in dicto §. Flavius. vbi donator non solum donauerit, sed ad rei donatæ traditionem processerit. Alijs si sola stipulatio vel donatio intercesserit, non videt qua actione donatarius, qui nullum ius habet in rem donatam, agere possit, de quo

de quo plenè per eum in dicto §. Flavius. penul. & vltio. col. Tertio reuocatur, si donatarius prior donatore decefferit, in situ. de donat. §. j. Et si ambo simul ruina vel naufragio perierunt, præsumitur donator prædecesisse. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donationib. inter virum & vxor. vt donatio potius valeat, quam periat. Facit quod decedit Bal. in l. si possessor. §. si eodem. ff. de religio. & sumpti. fine. vbi vxor creditur prædecesisse, stante statuto, quod vir lucretur tertiam partem dotis. Et hæc vera, nisi causa mortis donata fuisset seu remissa iniuria: quia tunc siue remittens iniuriam reconualeat siue peniteat, aut donata rius prædecesserit, actio iniuriarum non reuincitur, secundum glo. & Doct. in §. si. in l. de iniuriis. de cuius intellectu videatis Iaso. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. ¶ Ultra præmissa scire debetis, quod præter & ultra testamentum, codicillum, & donationem causa mortis, adhuc habemus mortis causa capionem, quæ dicitur etiam species vltimæ voluntatis. Et dicitur mortis causa capio, quando aliquid confertur post mortem alicuius, vt puta vdo tibi pro decem, si post mortem meam dederis Titio Stichum. Ista est mortis causa capio. Tamen originem sumit ex contractu inter viuos, & sic fortè de ea hæres meus non detrahet Falcidiam ab isto Stichum. Si autem nulla facta mentione mortis dixerim, ego vdo si dederis Stichum Titio, non erit mortis causa capio, sed dicitur conditionis causa capio. Sicut si aliquid daretur in republica. l. ex his verbis. §. alumno. ff. de legatis iij. Et talis conditionis causa capio non venit appellatione donationis causa mortis aut legati, licet ei æquiparetur, secundum Bal. in l. si quis. C. ad leg. Falc. Et no. gl. in l. quod conditio. ff. de dona. causa mortis. vbi gl. dicit, quod in ea requiruntur eadem, quæ in fideicommissis requiruntur, ideo non potest in spuium vel alium incapacem conferri. Et pro illa glo. quæ singularis est, secundum Dy. est tex. singularis in l. Marcius. ff. de condi. & dem. o. l. Et in hoc æquiparatur donationi causa mortis, licet non sit idem cum ea, neque veniat appellatione donationis. Ideo non comprehenditur in statuto disponente de legatis & donationibus causa mortis in statuandis, secundum Bald. in l. ij. C. de iure dotium. ¶ Differt enim in pluribus à donatione causa mortis. Primò, quia mortis causa capio est genus, donatio verò causa mortis est species. l. mortis causa capimus. in principio. ff. de donationi. causa mortis. Secundò, donatio causa mortis pendet ex morte donantis, sed mortis causa capio potest esse ex morte alicuius. Tertio, donatio causa mortis pendet ex voluntate morientis: sed mortis causa capio esse potest contra voluntatem. l. qui pretio. vbi Bart. ff. de donatio. causa mortis.

Dos dicitur filia proprium patrimonium. Filij institui non possunt in dote matris. Narratiua verba non disponunt. Pater ultra dotem debet filiam in aliquo instituere.

Licet enim pater pro liberis semper

cogitare præsumatur, vt habuistis in continuatione verborum, *Dus habens filiam*, maximè tamen in actu testandi, in quo, vt ritè testetur, necesse habet testator de singulis suis liberis primum locum suatatis tenentibus etiam coniugatis expresse facere mentionem, eos scilicet nominatim instituendo vel exheredando. Inter cætera. ff. de liberis & posthumis. Cum matrimonio quo ad liberos patriam non dissoluat potestatem. l. si vxorem. C. de conditio. infer. Quod animaduertens noster Raynutius iuri volens satisfacere, ac paternæ affectioni, Alterocham eius filiam iam pridem matrimonio copulatam heredem instituit particularem, ob quod subditur in textu.

Alterochæ filia ultra dotem

NX H O C apparet quod Raynutius nedum reliquit Alterochæ eius filia domum & hortum, sed etiam videtur ei dotem legasse: propter dictionem vltimam, hinc positam, quæ sui natura includit dotem in legato. Adedò, quod etiam videt dos legata. l. si sic. ff. de legatis iij. & ita refidit omnes doct. hic: & Bal. in l. fina. C. fami. ereiscum. versi. vltimò quæro. ideo singulariter deciditur, quod si testator filio debitoris sui aliquid legauerit hoc adiecto: plus vel ultra tibi reliquidem, si pater tuus quod mihi debebat, soluisset, tale legatum inducit liberationem filij debitoris, si hæres patris fuerit. Quia illæ dictiones, plus & ultra, includunt debitum patris. casus est singularis in l. si §. j. ff. de doli excep. Hæc enim dicitio vltra, vel dicitio hoc amplius, nedum est repetitiua primi legati, vt dicta l. si sic. & l. si tibi pure. vbi plenè Bart. & Bald. ff. de lega. ij. sed etiam est confirmatiua priorum legatorum de se inutilium. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. & ibi glo. & Bar. Bal. & doct. Et idem si diceretur amplius vel ultra dotem lego decem: quoniam videntur eo casu dos & decem fuisse legata, vt hic, & l. qui ita ff. de dote prælega. Idem si diceretur, vltra ea quæ legauit & c. l. cum vltra. C. de fideicom. & l. Scio. §. vxori. ff. de annu. lega. Idem si diceret, Præter dotem vel supra dotem. ff. solu. matrimo. l. diuortio. Idem si diceret, lego domum plusquam Stichum. ff. si cui plusquam per leg. fal. l. j. in princip. Idem si dicatur in testamento. eo amplius lego decem. l. liberis. ff. de conditio. & demon. facit ff. si cer. peta. l. lecta. ¶ Secus tamen esset, si in legato reperiretur dicitio amplius, sola sine dictione eo, vel hoc, aut eis similibus. quia tunc reiterationem actus legandi inducit, veruntamè antiquum legatum non repetit. l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. ff. de lega. j. vt puta si testator dicat amplius quam Titio legauerim, Scio decem lego. Tunc enim Scius non habebit nisi decem. vbi si esset aliqua dicitio repetitiua haberet nedum decem, sed etiam partem legati Titio facti, vt dicta l. si sic. & dicto §. si ita scriptum. ¶ Et intelligo, quod hæc dicitio hoc amplius: etiam repetit qualitatem primi legati. Vnde si primum legatum

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A.

- 1 Vltra dicitio, quam habet vim & nune. 2.
- 2 Amplius dicitio, quid importet. & nune. 4.
- 3 Repetitiua verba in codicillis adiecta confirmant legata testamenti.
- 4 Dispositio vestris secunda, dicitur: depono, vt prius, an valeat.
- 5 Vltra dicitio inclusiva, aliquando excludit.
- 6 Vltra etiam iure civili sunt prohibita.
- 7 Patri an sufficiat, maritatus filiam in sola dote instituere.

erat conditionale, talis conditio videtur in sequenti legato repetita, secundum glossam in l. in repentendis. ff. de lega. iij. quam tenet Bart. in dicta l. si tibi pure. pro quo est text. in l. liberris omnibus. ff. de condi. & demon. str. & idem Bart. in dicta l. qui ita. ff. de dote prælega. Quod verum intelligatis, vbi conditio apposta in primo legato aliàs non inerit ex natura ipsius legati: secus esset, si conditio in primo legato apposta etiam tacite inerit ex natura legati: quia tunc in secundo legato diuerso, talis conditio non censetur repetita, vt singulariter consuluit Ludo. consil. cxxxiiij. incipien. Pro declaratione primæ dubitationis, vbi allegat de hoc casum expressum in l. si in diem. §. fin. ff. de condi. & demon. Ideo decidit ibi, quod si filia legatur pecunia pro dote, si nupserit, vel simpliciter nõ adiecta conditione nuptiarum, quæ tacite inest legato dotis, secundum Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demõstratio. Et vltius eadem filia legauerit mansum, in tali legato mansi repetita non censetur conditio nuptiarum. Ad eod quod mansu ilico debetur adita hæreditate, cum tale legatum sit diuersum à legato dotis, quod est notandũ. Quid autem si fieret repetitio in codicillis, videatis Bartol. in d. l. si tibi pure. ff. de legat. iij. pro quo est text. in dicta l. legata inutiliter. ff. de legat. j. ¶ vbi verba sui natura repetitiua, sicut dictio hoc amplius, etiã in codicillis adiecta confirmant legata, prius in testamento inutiliter relicta. Quæ omnia faciunt ad decisionem quotidianæ quæstionis. ¶ Testis fuit minus solenniter examinatus, postea verò secundo loco examinatur solenniter, & dicit, depono per omnia prout in alia examinatione deposui. An talis depositio valeat. facit text. quod sic in dicta l. legata inutiliter. vbi Bartol. hoc reliquit indecisum. Sed Angel. ibi refert Barto. hoc decidisse in eos. ff. de fal. dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis, an velit admittere talem depositionem. Et hanc opinionem tenet ipse Angel. in dicta l. legata inutiliter & tenuerat Bal. in l. gesta. C. de re iudica. & Pet. de Ancha. in clementina secunda, de testi. Anto. de Butrio. & docto. in cap. cum in tua. de testi. Salice. in l. iurifurandi. C. de testi. & Floria. in l. j. ff. illo eodem titu. sed Bal. in dicta l. iurifurandi. & l. fina. illo eodem titu. tenet contrarium: tamen opinio Bartol. communiter approbatur per rationes suas, maxime cum testis depositionem suam facere possit, licet specialiter eã voce non exprimat. l. Theo pompus. & ibi Bart. ff. de dote præleg. & not. plenè in cap. de testi. supra de testi. nisi iudex ad veritatẽ eruendam talem depositionem acceptare nollet: sed videre vellet, qua fronte aut trepidatione testis loquatur. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. quod sufficit pro respõsione ad rationes Bald. secundum Alex. in dicta l. legata inutiliter. Facit quæ dicit supra in verbo *Conditio*. j. versicu. Ex præmissis habetis. ¶ Restat de hac dictione ultra, quod licet ponatur inclusiuè, vt dictum est: tamen aliquoties excludit, scilicet vbi eam capiendõ inclusiuè resularet absonus intellectus & iuri contrarius, vt est glossa singularis super verbo, Facere. in clementina prima. de vsuris. vbi dicitur, quod si statutum ciuitatis dicat nõ esse licitum accipere pro vsura ultra duos denarios pro libra in mense, non capietur ibi dictio ultra, in clausurã, vt scilicet licitum sit capere duos denarios pro vsura: quia ex hoc resularet absonus intellectus, & vsura permitteretur contra iuris & veræ rationis dictamen. ¶ Cùm etiam vsura sintiure ciuili prohibita, secundum glossam & Docto. in Authent. ad hæc. C. de vsu-

ris. Et illam glossam in d. clemen. j. velut. singulariter sequitur ibi Card. Pau. de Eleaz. & Imo. & eam comendat Bald. in l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. vbi equiparat dictionem ultra, cum dictione præter. De qua pulchrè dicit Barba. in repetitione cap. cum Martinus. xxxvj. colum. de consti. & hic videatis Innocen. in capitulo. dudum. vbi glossa & docto. de electio. Archidia. in cano. Hebron. xij. quæstio. ij. Cyn. Bal. & alios in l. actione. C. de transact. Bal. in Authen. si rogati. C. ad Trebellia. Angel. in l. Titia. ff. de testa. manu. Oldra. consil. xlv. & plenè Roma. consil. xxxij. & ad præmissa est notandus ille textus. ¶ Præterea etiam notabilis in alio, quod si pater filiam maritandõ dotaui, postea testãdo debet aliquid ultra dotem filia relinquere iure institutionis. aliàs si in sola dote repetiretur instituta, videretur præterita. Ita quod testamentum esset nullum, cum in nulla re paterna seu de paterna substantia reperitur instituta: quod tamen est necessè. l. sancimus. & l. omni modo. C. de inoff. testa. Ideo consuluit fecit Raynutius ultra dotem Alterochæ eius filia: dotata relinquendo domum & hortum, considerans non sufficere filiam in sola dote instituere: ¶ nam dos dicitur propriè filia patrimonium: vnde filia in sola dote instituta videretur esse in re sua propria instituta, & non in re patris. quod tamen est necessarium, vt d. l. scimus. §. repletionem. vbi expressè deciditur, quod de substantia patris debet legitima filio dari, aut repleti. Dos verò (vt dictum est) dicitur filia patrimonium. l. iij. §. sed vtrũ. in si. ff. de mino. & l. Pomponius. Philadelphus. ff. si. ercif. facit l. doce ancillam. C. de rei vendi. l. in rebus. C. de iure dotium. Ideo sentit Bald. in d. l. scimus. C. de inoff. testa. quod sicut filius vel filia institui non potest in re propria sua, nec in re, in qua habet proprietatem, si patri pertineat vsusfructus: quinimò filius diceretur tunc præteritus, nec loco illius rei deberetur æstimatio. l. mea res. ff. de conditio. & demõstrat. ¶ Sic etiam non potest filius aut filia institui in dote matris. Idem tenet Imo. in l. suus quoque. in princip. ff. de hæredi. instituen. & consuluit Alexand. in iij. parte consil. xx. incipien. Ponderatis his quæ in themate. Et hanc opinionem, scilicet quod ultra dotem sit aliquid filia relinquendum, tenuerunt per huc text. multi docto. Alij verò appositum concludunt, dicentes sufficere patri filiam instituere in sola dote, aut filium in sola propter nuptias donatione. Nam certum est, quod filia in sua legitima vel parte illius instituta non dicitur præterita in Authen. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. viij. colũ. & l. cum quaritur. C. de inoff. testa. sed dos est pars legitima, cum in legitima computetur. l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. l. vnica. §. quo à nobis. C. de rei vxo. actio. vbi not. dicit Cy. quod sicut in legitima filij non potest iniungi onus fideicommissi, idem est in dote filia: quæ legitimam non transcendit. Item tenet Ioã. Andræ. in additio. Specu. titu. de instru. editio. §. vt autem. Bal. & Salice. in dicta l. quoniam nouella. tex. in l. fin. §. filia. ff. de leg. ij. vbi Bart. & idem Barto. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebel. Igitur si filiam in sola dote instituere, nec dicitur præterita, sed si non sufficit ad legitimam, supplebitur de substantia testatoris. l. omnimodo. C. de inoff. testa. Et hæc est vera & magis communis opinio. scilicet sufficere patri filiam in sola dote instituere, absq; eo qd in aliquo alio ultra dotem instituat, vt etiam post multos quos ibi refert, tenet Spec. in titu. de instru. editio. §. compendiosè. versu. seu super forma. & Bal. ac Spaly.

ac Sali. in d. l. quoniam nouella. dicentes hanc esse communem opinio. quam dicunt etiam tenuisse Odofre. per illam l. & glo. in dicta l. iij. §. sed vtrũ. ff. de minorib. quam etiam tenet Iason in repeti. Auth. nouissima. C. de inoff. testament. xiiij. col. vbi plus dicit, quod non solum potest institui in dote iam constituta, sed etiam in dote futura ac constituenda, cum erit ætatis nubilis, vel cum maritabitur. de quo per Bald. in l. si pater. C. de instit. & substitu. Sed an tunc de dicta institutione reiciatur onus seu dilatio temporis, ita quod dos ilico debeatur & peti possit patre mortuo, nõ expectato tempore nuptiarum, singulariter decidit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vbi videatis. Et dicam infra in verbo, reliquit. Nec obstat duo, quæ superius obstat viderentur. Primò, quia filia instituta in re sua propria cum dos dicitur proprium eius matrimonium. Quoniam respondetur secundum Anton. hic, quod dos non est verum patrimonium filia, sed est quasi patrimonium. & ita dicit intelligenda dicta iura. Præterea licet dos dicitur patrimonium filia: quo ad quid, non tamè est simpliciter verum, vt plene docet Salic. in dicta l. quoniam nouella. Quinimò, veritate inspecta, potius dos dicitur patrimonium patris dotantis. Et hinc est, quod patre moriente filia dicitur acquirere huiusmodi bona dotalia: ideo computantur in legitimam. vt dicta l. quoniam nouella. Et idem in donatione propter nuptias filio facta, vt ibi dicitur. Et si diceretur de quo proderit filia institutio in sola dote, quæ etiam sine institutione sua est, & sibi pertinet: dico quod proderit de multo, propter ius accrescendi competentes hæredibus institutis, ita quod si hæres vniverfalis à patre institutus hæreditatem repudiaret, vel ab ea aliter excluderetur, tota accresceret portioni, & sic doti, in qua reperitur filia instituta. vt plenè dixi super verbo, *Et uxorem nomine Adelsia*. In quarto præludio & dicam super verbo, in eodem testamento relinquens. primo. post. xxvij. limitationem. versu. Pro totali præmissorum declaratione &c. Secundò non obstat hæc litera, vbi ultra dotem fuit filia relicta domus cum horto. Nam respondetur, qd hoc dicitur in narratiua huius capitulo. Et certum est, quod ex narratis in facto consistentibus non inducitur iuris dispositio. Hoc enim ideo hic dicitur, quia sic contingit de facto, scilicet quod Raynutius ultra dotem filia domum & hortum reliquit. Sed propter hoc non sequitur, quod hoc facere tunc esset necessarium: ¶ cum ex verbis narratiuis non liceat sumere argumentum, quia non disponunt, vt dicit glossa. singularis in l. vnica. C. quando non peten. partes peten. accrescunt. & Ioã. Andræ. in cap. dilecto. de præb. Cum ergo hic simpliciter narretur factum, quod in testamento Raynutij contigit, non est de his verbis curandũ. & ita in no. etiã Sali. in l. iij. col. C. de eust. reo. Vnde restat sufficere patri filiam in dote instituere, ne dicitur præterita. Sed si dos nõ sufficit ad legitimam, agere poterit ad supplementum, vt dicta l. omnimodo. Imò plus dicit Bal. nouellus in tractatu de priuileg. dot. l. quod valet institutio facta de filia in dote incerta, quæ nunquam fuit cõstitutã: veluti si pater in testamento dixerit, instituo filiam meam in dote, aliàs per me ordinata seu constituta. valebit talis institutio. nec dicitur filia præterita per rationes quas ibi allegat. Facit l. si testamentum. C. de institut. & substitu. sub condi. factis. Nec obstat tertio dum supra dicebatur, quod non sufficeret filiam instituere aut filium in dote materna. quia Iason in dicta l.

scimus. C. de inoff. testa. decidit contrarium, subiungens, quod in re penitus aliena institui potest: quia si redimi non possit, saltem debetur æstimatio: & valet institutio, etiam si testator sciret rem illam esse alienam, secundum Barto. in l. suus quoque. ff. de hæred. institui. Bal. & Sali. in dicta l. scimus. Sed in re propria institui non posset, etiam si in ea pater vsusfructum haberet: quia cum morte patris finiatur, in nihilo videretur institutus, institui. de vsufruc. §. finitur. secundum Alexan. in iij. parte allega. consil. xx. Consilium tamen est propter opinionum diuersitatem, quod filia dotata in aliquo, ultra dotem instituat quantumcunque modico putã in quinq; solidis. secundum glossam singularem in dicto §. sed vtrũ in si. quæ singulariter loquitur de quinq; imperialibus, loco quorum hodie seruatur, quod filia instituitur in quinq; solidis, vt ibi refert Bar. ideo Ange. in l. Papinianus. §. si mortis. ff. de inoff. testa. dicit, quod licet sufficiat filiam instituere in sola dote, tamen securius est, vt saltem ultra instituat in vno denario. allegat singulariter in dicto §. sed vtrũ. & glo. pariter singularem de vno numo loquentem in dicto §. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appel. cog. Nam talis institutio quãuis in modica re, est exclusiua querelæ inofficiofi testamenti, secundum eum: qui allegat glo. singularem in l. si quis priore. ff. ad Trebel. Idè sequitur Bal. in l. non sine. C. de bo. quæ libe. idem Bal. & Salice. in dicta l. quoniam nouella. & Pet. de Anch. post Bal. in Authen. nouissima. C. de inoff. testa. Vnde potuit esse, quod nosser Raynutius vsusfructu consilio & cautela doctorum ad euitandum opiniones Alterocham ultra dotem in domo & horto instituendo, non quod hoc facere teneretur, sed hoc fecit pro abũdanti cautela, quæ nõ eorum non solet l. testamentum. C. de testa. vel dici posset secundum Barba. hic, quod hodie pater necesse habeat filiam in aliquo ultra dotem instituere, per tex. hic. Ita qd filia aliàs in sola dote instituta velut præterita dicere posset testamentum nullum, quod est hodie verum per text. quicquid fuerit antiquitus disputatum de iure ciuili. Et quod hodie ita sit per hanc decretalẽ, sic probatur, quia cum de iure ciuili essent inter doctores super hoc diuersæ opiniones, vt vidistis, & talis altercatio declaratione indigeret, postea per summum pontificem ad quem pro declarandis dubiis recurritur. c. per venerabilem. qui filij sint legi. hoc dubium fuit declaratum: ad eod quod voluit hic papa, quod à cætero pater ultra dotem aliquid filia relinquat. Sicut videmus à simili, cum apud legistas esset dubium, vtrum filius paternam hæreditatem restituere grauatus, posset duas quartas retinere seu detrahere: papa per hunc text. declarauit quod sic, vt infra videbitur suo loco. Nec obstat dum supra allegabatur, quod narratiua decretalium nihil disponit. Sed solum enuntiat, quod de facto contigit, secundum glo. in dicta l. j. C. quando non pen. par. petẽ. & Ioã. And. in dicto c. dilecto. de præb. quia illud intelligitur, quando est mera facti narratio. Sed in puncto nostro non erat pura facti narratio, quinimò habebat admixtã iuris ciuili dubitationem. Quare restat, qd hæc decretalis determinat dubitationem traditam in dicta l. iij. §. sed vtrũ. in si. ff. de mino. Scilicet: ¶ quod pater in suo testamento ultra dotem debet eius filia in aliquo instituere: non quod teneatur eam instituere in domo & horto, vt hic fecit Raynutius. Quia quo ad hoc hæc decretalis continet meram facti contingentiam: sed sufficit, quod eam ultra dotem instituat in aliquo quantumcunque modico, puta in

quinque solidis, vt communiter fit secundum Bart. in 46 d. §. sed verum. vel etiam in vno numo, vt dicit gloss. 47 in dicto §. aliud quoq; capitulum. versi. ceterum. in 48 authen. vt cum de appel. cog. hæc ille. Tamen ego pri 49 mam opinionem puto veriorē in harendo Bald. & 50 Salic. cōmuni opinioni, scilicet quod sufficiat filiam 51 institui in sola dote, vel filium in sola propter nuptias donatione.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M E.

- 1 Dotare tenetur pater filiam, & filium dotalitari. & nume. 2.
3 Dos data donationem propter nuptias requirit.
4 Dos & donatio propter nuptias quomodo differant.
5 Dos multipliciter accipitur.
6 Dorem spirituales debet pater filia religiose.
7 Filia post ingressum religionis potest petere dotem.
8 Pecunia maritandis puellis legata dari potest intranti religionem.
9 Relictum puella si nupsit, debetur si religionem intret.
10 Res prohibita alienari, alienatur pro dote carnalis & spiritali.
11 Filio religionem intranti non debetur dos.
12 Dos proprie & strictè quid.
13 Pater filiam etiam ab illo dotatam, aut virum sine dote inuenientem, dotare tenetur.
14 Matrimonium sine dote esse indignissimum, & causa repudiationis.
15 Dotem bis constituens, secundam tantum soluit.
16 Dos & alimenta differunt.
17 Viduam redotare tenetur pater.
18 Dos secundo constituta sola petitur.
19 Dote prima perita debet filia redotari.
20 Dos quando non computetur in legitima.
21 Filiam etiam diuitem tenetur pater dotare.
22 Dotare filiam presumitur pater de suis propriis bonis. & nume. 23.
24 Patre simul cum alio filia dotalibus solus pater obligatur.
25 Pater filiam dotare cogitur captione pignorum & arrestatione propria persone.
26 Filia contra patrem etiam coram iudice ecclesiastico agit videtur.
27 Ecce quare virum appetit.
28 Filie cognati patrem cogere possunt, vt eam dotet.
29 Donationem propter nuptias cogitur pater filio assignare.
30 Filiam in scio patre nubentem an dotare teneatur.
31 Pater filiam exheredare non potest, eo quod indigno nupsit.
32 Statutum quod pater filiam se in scio nubentem non dotet, an valeat.
33 Dotare pater non tenetur filiam indigno nubentem.
34 Filia quanto tempore expectare debet, antequam nubat.
35 Honesti viri non ducunt puellas sine consensu parentum.
36 Virgo patris quam vidua ducenda.
37 Meretricem filiam potest pater exheredare, & ei alimenta negare.
38 Mulieres plus decet esse pudicas quam viros.
39 Mater à meretricio reducta potest filiam adhuc meretricè exheredare.
40 Meretrix reduci volens debet à patre dotari.
41 Pater negligens dotare tenetur filiam se in scio nubentem, etiam si dotem nullam ipsi viro promiserit.
42 Pater tenetur filiam insufficienter dotatam magis dotare.
43 Spuriam tenetur pater dotare.
44 Spuriam an teneatur pater dotare, si ipsa habet bona vel artem unde viuat. & nu. 45.

- Bernardus propriis matris verbis fuit nutritus.
Nobiles laborare non tenentur nec viris filios lactare.
Ociosos tentat magis diabolus.
Augustus & Carolus Magnus filias laborare faciebant.
Familia educenda doctrina Bernardi.
Leberi delicate non nutriendi.
Nobiles aut clerici laborando non perdunt priuilegia.
Otiū est contra naturam.
Macrobij Carthaginensis in Assyrios stratagemata.
Inertiam Athenienses puniebant.
Viuere de vento nemo presumitur.
Pipinus rex pulso ignaio Childerico.
Theodorici regis ignaia.
Ludouicus ob inertiam nihil: e e s appellatus.
Mosis diligentia.
Negligentia sicut dolo deponitur rector publicus.
Solonis industria.
Ocium moderatum laudatur.
Scauola pila ludebat.
Scholaris retinet priuilegium, donec incipiat ociose viuere.
Pater an neptem dotare teneatur.
Lucra homicidiorum sisco cedunt.
Mater nec aui materni filiam dotare tenentur.
Indea mater tenetur dotare filiam ad fidem conuersam.
Filius an teneatur dotare matrem.
Frater an teneatur dotare sororem.
Clericus tenetur dotare sororem etiam de suo beneficio.
Soror à fratre dotata, si pereat dos, an redotari ab eo potest.

Verum, quia pater habens filias matrimonij seu nuptiarum capaces, nedum testando debet eis de aliquo iure institutionis providere, si morte præoccupetur, vt dictum est, & plenius dicitur infra: sed etiam cogitur & oportenter dotare, tempore testandi vel mortis minimè expectato. I. qui liberos. ff. de ritu nuptia. ideo ad demonstrandū qd Raynutius vir egregius ac prudens nihil horum quæ necessitatis aut honestatis essent, facere postposuit, subditur in textu.

Dotem, quam ei dederat.

EX QVO apparet, quod Raynutius priusquam ad mortem venisset, & testandi facultatem sibi captasset, iam pridem Alterochæ eius filia primogenita de competenti dote prouiderat, prout facere tenebatur de iure. Tenetur enim vnusquisque paterfamilias proprias dotare filias, sicut proprium tenetur dotalitari filium: seu de donatione propter nuptias providere, quæ dotalitiū vocatur. c. ex parte. de foro compe. Vnde sicut ex parte vxoris dos viro datur, sic e contra donatio propter nuptias à viro datur vxori secundum gl. ibi: id est super donatione, quam pater filio tempore nuptiarū fecit: filius nubendo, dotē quā ab vxore recepit, assecurare tenetur, secundum Pan. in c. peruenit. de emp. & vendi. & sicut solu. matri. dos ad vxorem reuertitur vel hæredes suos. l. iure succursum. ff. de iure dotium. & l. dos à patre profecta. C. sol. matr. Sic etiam donatio propter nuptias reuertitur ad virum & eius hæredes, secundum cum ibi. [Alibi donatio propter nuptias vocatur sponsalitia largitas. in authen. sicut à me. C. ad Velleia. hic alleg. quāuis propriè sponsalitia largitas sit illa, quæ fit ante matrimonium in localibus, & similibus, vt ibi dicit gloss. & vide quæ plenius dicta sunt super

super verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. in iij. artic. & in iij. cōclu.] Dos enim data donatione propter nuptias requirit, aded quod hodie est æqualitas tam in constituendo, quā in pactis lucrorum, vt quantum dat vxor in dotem, tantum dat maritus in donationem propter nuptias vxori. Et sicut dos potest, constante matrimonio, nedum augeri, quinimò & constitui de nouo, sicut & ista donatio. Ob quod non ante nuptias sicut olim, sed propter nuptias hodie vocatur. in l. it. de dona. §. est & aliud genus. Et sicut vir ex pacto vel consuetudine lucratur dotem, sic etiam vxor donationem propter nuptias, & sicut vir efficitur dotis dominus. l. doce ancillam. C. de rei vendi. Ita fit mulier domina illius donationis, vt domina maneat constante matrimonio & eo soluto: & durat super ea hypotheca pro dote, quādiu non restituitur ei dos. Sed dote restituta dominium rei donatæ ipso iure reuertitur ad donantem, vt dixi. Nec est opus, quod mulier eam restituat, nisi fuisset pactum vel consuetudo de lucrando talem donationem: quia valet sicut in dote. Quo casu quādiu viuat mulier, erit proprietaria, & patri, si patre habeat, pertinebit vsufructus. Quibus mortuis pertinebit pleno iure filijs ex illo matrimonio secundum Bald. in l. j. & l. quod scitis. C. de bon. quæ liber. Et differunt in hoc dos & donatio propter nuptias: quia vir lucratur fructus dotis, sed mulier nō lucratur fructus donationis propter nuptias constante matrimonio: quia si hoc non esset, onera matrimonij essent sine fructu. Et est talis donatio propter nuptias tacite obligata & hypothecata pro securitate dotis, vt dicto cap. peruenit. ita qd vir eam alienare non possit etiam de consensu vxoris, nisi cū iuramento vel bino vxoris consensu interuallato: & quod vir aliunde habeat, super quo vxor consentiens saluam possit habere dotem, per text. in Authen. sicut à me sicut ab alio. C. ad Velleia. Et est mirabile, quod vxor quæ domina est talis rei sibi donatæ, possit eam habere hypothecatam. Cū res sua sibi seruare & obligari non possit. Sed hoc est, quia non est domina iure proprio perpetuo. Vnde ratione possibilis reuocationis in casu soluti matrimonij vt dixi, res taliter donata dicitur quodammodo aliena. l. ex sextante. §. Latinus largus ff. de exceptio. rei iudi. & l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. & postliminio re. Et sic pater tenetur filias dotare & filios dotalitari, vt clarè per Bald. in dicta Auth. sicut à me. Et nedum tenetur pater filias suas dotare naturales & legitimas, vel legitimatas tantum, vt dicta l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Sed etiam naturales tantum, imò etiam spurias, vt plenè dixi in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. in secundo artic. & dicitur infra. Ideo pro intellectu dicendum sciendum est, quod dos multipliciter accipitur in iure nostro. Aliquando accipitur per modum largissimum, videlicet pro omni circūferentia ad sufficientiam alicuius rei vel personæ: vt cū fecundum cōmunem vsum loquendi dicitur: iste fundus est bene dotatus. Vel hæc domus est optimè dotata, id est habet omnes habitudines & commoditates ad domum vel fundum requisitas. & ita accipitur in l. Seia. §. Scio. ff. de fun. instruc. ibi: cum dotibus & reliquis colonorum &c. Sic etiam dicimus: hic iuuenis est bene dotatus, scilicet in virtutibus & bonis moribus. Aliquando accipimus dotem non ita largissimè, sed largè, vt cōtingit circa ecclesiam vel capellam nouiter constructam, quæ cū censetur sponsa futura rectoris in ea instituendi, opus est tali ecclesie

dotem constitui, aliàs non potest nec debet edificari nec consecrari, nisi dote prius constituta. c. nemo. de consecra. distin. j. & cap. cum sit. de consecra. eccle. vel alta. & in Authen. vt nullus fabricet orato. domum. §. j. Et si fundans prius eam non dotauit, poterit postea cogi ad eam dotandum, secundum doct. in dicto c. cum sit. vbi dicitur, quæ sit congrua dos. Et si fundans ecclesiam impotens sit ad eam dotandum, non debet talis ecclesia consecrari. Aliàs episcopus eam consecrando tenebitur ipsam dotare, vt not. in dicto c. cum sit. Ex qua donatione acquiritur ius patronatus ipsi dotanti, quāuis laicus fuerit. xv. q. vij. c. pia mentis. vbi bona gl. & c. placuit. vbi dicitur, quod si vnus ecclesiam fundat, alter verò eam dotet, ambo efficiuntur patroni, vt ibi not. Archid. ita quod de tali dote portio canonica nō debetur episcopo, per ea quæ habentur in c. si infra eo. & in c. j. vbi Panor. de cens. Si cur etiam non debetur Falcidia de legato dotis in matrimonio carnali. Aliquando & tertio accipitur dos circa matrimonium spirituale, non dico pro dote ecclesiæ, sed pro dote virginis. [Vide quæ dicitur infra super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. in prin.] religionem intrantis. Puta si puella intrare vellet monasterium, tenetur pater ei dotem assignare congruam, prout teneatur pro matrimonio carnali, vt d. l. qui liberos. Quia non minoris auctoritatis & fauoris est matrimonium spirituale, quā carnale, imò maioris. Cū tendat in fauorem animæ. c. inter corporalia. de transla. facit l. sancimus. C. de sacrosanc. eccl. Ideo matrimonium hoc spirituale quāuis vltimo logo contractum præfertur priori matrimonio carnali, & ipsum extinguit, dum tamē nō fuerit consummatum. §. de spon. c. commissum. & de cōuer. coniug. c. verum. & sic meretur dotem. Quinimò decidit Bal. in l. si. C. de dotis promissio. quod si filia ante ingressum vel in ingressu monasterij non fuerit dotata à patre, poterit post ingressum suum petere dotem, sicut filia quæ carnaliter nupsisset, vt sentit Bart. in l. j. §. si parens vel. ff. si à paren. quis sue. manu missus. vbi etiam dicit, quod illud quod parens ponit super altare, censetur datum pro legitima; ita quod filia facta monialis nō amplius poterit legitimam petere. Nam licet dos detur pro oneribus matrimonij supportandis, tamen monialis habebit dotem suam quam donabit monasterio pro supportandis oneribus, secundum Bal. in Authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & Petr. de Ancha. consil. c. iij. incip. In paucis verbis. Imò dicit Bald. in dicta Authen. nisi rogati. quod executor habens pecunias distribuere pro maritandis puellis, poterit dare puellæ religionem intranti. Quia etiam statutum pœnam imponens committenti adulterium; ad illum extēditur, qui carnaliter cognouit monialem professam, secundum Marianum in repeti. c. qualiter. l. ij. in ix. q. de accusatio. & Fely. in c. non satis. de simo. Et relictum puellæ si nupsit, debebit & si carnaliter nō nubat, sed monasterium intret, vt plenè per Fely. in c. presentia. xvij. col. de proba. tamen Bald. in dicta Auth. nisi rogati. ver. & per hoc soluitur quæstio, sentire videtur cōtra rium. [De quo videatis.] super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. circa princl.] Præterea dicit Fely. in c. ecclesia sancta Mariæ. de cōsti. si bene teneo, qd subditi qui ex cōtractu tenentur vel statuto aut cōsuetudine p filibus domini maritandis, etiam cōtribuere tenebuntur si spiritualiter maritentur religionem intrando, perinde & ac si matrimonio carnali iungerentur. Videatis eundem Fely. in d. c. in præ-

sentia xvij. col. Pariter decidit Bar. in Auth. res. qua.
 10 C. communia de leg. ¶ q̄ sicut res prohibita alienari
 potest pro dote carnali, etiā dari poterit pro tali dote
 spirituali, in qua etiā publica versatur utilitas. Cūm
 in sacris ius publicum consistat l. j. ff. de iusti. & iure.
 Et in his quæ publicam concernunt utilitatem, iura
 exorbitantia extenduntur ad similes casus, secundum
 Bart. in l. si constante. ff. sol. matr. Videatis Bal. in di-
 cta l. fin. C. de dotis promiss. Præterea, quia testator ad
 talem dotem tenebatur, & teneretur si viveret, ideo
 cūm non teneatur de necessitate ecclesiam ædificare
 nec dotare, non possent tales res pro dote ecclesiasti-
 ca alienari, vt concludunt omnes in dicta Auth. res
 qua. Quod verum intelligatis pro dote ecclesiastica
 filij hæredis, qui ecclesiam construxit: sed pro dote
 spirituali pro ingressu religionis debita alienari pos-
 sunt, vbi pater aliunde non haberet vnde solueret, vt
 dicta Auth. res qua. Et filius aut filia intrat regulam
 approbatam, secundum gl. in Auth. sed quamuis. vbi
 Cyn. C. de rei vxo. actione. secus autem dicit ibi esse
 in istis bezochariis, quod dicit habuisse à Ioā. Andr.
 Præterea hoc verum intelligatis in filia intrante reli-
 gionem, vt pater teneatur ei prouidere de dote. ¶ Se-
 cūs esset in filio intrante monasterium, qui licet in-
 trando contrahere videatur matrimonium spiritua-
 le, tamen non tenetur pater ei aliquid assignare pro
 dote. Cūm solum sponsæ & nō sponso debeatur dos
 assignanda pro patrem. Veruntamen si dictum mon-
 asterium esset debile in facultatibus, posset ex per-
 sona filij intrantis petere legitimam assignari per pa-
 trem. Nam licet regulariter nō debeatur legitima fi-
 lio viuente patre, vt plenè habetur in l. lex Cornelia
 ff. de vulga. & pupil. & in l. fina. ff. de libe. agno. & in
 Authen. vt liceat matri & auæ. §. præterea. Tamen
 in casu isto filius seu monasterium pro ipso eam pete-
 re potest. Cūm idem videamus in casu conuerso, scilicet
 patre monasterium intrante, vt filius legitimam
 petere possit ante mortem naturalem patris, saltem
 de æquitate canonica, vt est casus singularis in c. cūm
 scimus. j. de regulari. & tenet Bal. in Auth. si qua mu-
 lier. C. de sacrosane. eccle. quod maximè videretur
 procedere, si monasterium esset inops & impotens
 ad sustinendum talem filium. Quo casu videretur pa-
 trem saltem fore compellendum ad aliquid filio af-
 signandum pro alimentis. Quod non fieret, si tale
 monasterium esset potens, tamen in filia monasteriū
 intrante sine dubio tenendum est, patrem teneri ad
 eandem dotandum, quantuncunq̄ sit potens mona-
 sterium: per id quod notabiliter dicitur in l. fin. C. de
 dotis promiss. vbi eleganter deciditur, q̄ licet filia sit
 diues, ita q̄ ex suo patrimonio dotari possit, tamen
 12 adhuc pater eam dotare tenetur de suo. ¶ Aliquo-
 ties & quarto dos accipitur per modum magis pro-
 prium & strictum, scilicet quando constituitur pro
 matrimonio carnali. Et est secundum Bar. super rub.
 ff. solu. matri. Ius quoddam in se continens id quod à
 muliere vel eius parte, viro aut eius parti traditum
 est, vel pro tradito habitum, ad onera matrimonij sup-
 portanda. Et isto modo accipitur hęc. Nam Raynu-
 tius, vt tenebatur, Altero hæc eius filia certam dotem
 dederat, ad onera matrimonij supportanda: & bene
 fecerat, cūm de seipso filiam dotauerat. ¶ Ad quod fa-
 ciendum de iure cogi poterat, non ignorans dotis da-
 tionem esse de solennitate matrimonij & honestate.
 xxx. j. q. ij. can. Lotharius. Vnde indignissimū est ma-
 trimonium consistere posse sine dote. l. cūm pater. ff.
 de pac. dotali. xxx. q. v. c. aliter. & c. nostrates. imò qui

sine dote ducit vxorem, peccare censetur. iij. q. iij. c.
 consanguineorum, secundum Lucam de Penna. in
 l. quicunq̄. C. de apochis public. lib. x. in lxvij. præ-
 sumptione. Tenetur enim pater & cogi potest in sua
 vita. [Non autem cogi posset ei assignare nec filio
 legitimam: de quo plenè habetur infra super verbo,
 in eodem testamento relinquens. in xxj. limita.] filio pro
 dote certam partem sui patrimonij pro dote sua, vt
 dicta l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. Dotis enim dato
 dicitur nō de substantia, sed de solennitate matrimo-
 nij, vt dixi. xxx. q. v. c. aliter. & c. nostrates,
 adeò quòd dicit text. in l. cūm pater. ff. de pac. dotali.
 ¶ Indignissimū esse matrimonium sine dote: quia
 posset esse causa repudiationis vxoris. xxx. j. q. ij. can.
 Lotharius. in prin. & c. per vestras. in fin. de dona. in-
 ter virum & vxo. Ideo si pactum fieret in matrimo-
 nio de dote non petenda, ad vitam tantum patris, &
 nō perpetuò relatum videretur, scilicet contempla-
 tione paternæ pietatis, & ne diuersa sententia fructus
 dotis ab oneribus matrimonij separet, vt dicta l. cūm
 pater. quod est notandum pro dicta l. qui liberos. ff.
 de ritu. nupt. Sicut tenetur filius assignare alimenta, vt
 habetur. ff. de libe. agno. per totum. Et præsertim in
 l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. ff. & l. fin. §. ipsum au-
 tem filium. C. de bo. quæ liber. Ita quòd pater qui se-
 mel dotem filia constituit vel assignauit, postea non
 posset eam diminuere. Vnde si pater semel in testa-
 mento filia legauerit centum pro ea maritanda, quæ
 ex post pro nihilo maritauit, poterit talis filia delictū
 legatum petere, vel si eam maritauit pro quinquaginta,
 vel alius illam suis expensis maritauerit, filia
 petere poterit vel rotum legatum vel residuum, se-
 cundum Bal. Sali. Pau. & Iaf. in l. filia. C. de lega. Bal.
 & Moder. in l. huiusmodi. §. cūm pater. ff. de legat. j.
 Imo. & Petr. de Anch. in c. filius. supra eo. & cōsultuit
 Alexand. in ij. parte. incip. vij. incip. Vifis, & diligen-
 ter animaduertis. ¶ Si tamen bis pater filia dotem
 constituerit, nec soluerit, non tenetur ei soluere, nisi
 dotem secundo loco constituit, quamuis de prima
 constitutione non fecerit mentionem. l. dotem. ff. de
 iure dot. & tenet Cyn. in Auth. sed quamuis. C. de rei
 vxo. actio. ¶ Est tamen differentia inter dotem & ali-
 menta, quia non cogitur pater dare alimenta filijs,
 nisi successiuis temporibus, totā autem dotē assigna-
 re tenetur in princip. Ita quòd non posset dicere fi-
 lia, volo assignare marito tuo loco dotis cōgrua ali-
 menta de tempore in tempus, vel vsum fructum talis
 fundi: imò tenetur dotem assignare in plena prop-
 rietate sicut dicimus in legitima. per l. scimus. §. re-
 pletionem. C. de inoffic. testa. Ideo pater assignando
 fundum pro dote, quamuis simpliciter assignauerit,
 videtur eā assignare in plena proprietate. Adeò
 quòd post eius mortem vel post mortem filia daret
 talis assignatio, cūm in eam fiat reconciliatio mor-
 tuo patre, & etiam in eius hæredes tanquam propriū
 patrimonij filia, & l. filium emancipatum. ff. de
 colla. bo. & l. iij. §. sed vtrum. in si. ff. de minori. Secus
 tamen esset, si pater simpliciter assignasset filia fun-
 dum pro alimentis: quia tunc filia mortua fundus
 reuenteretur ad patrem vel eius hæredes, & non ad
 hæredes filia. Ex quo alimenta morte finiuntur. l. cūm
 hi. §. modus. ff. de transac. & not. Barto. in l. fin. ff. de
 his quib. vt indig. ¶ Plus dico, quòd pater tenetur
 ad redotandum filiam viduam, ita quòd compelli po-
 test officio iudicis secundum quod habetur in Auth.
 sed quāuis. C. de rei vxo. act. & l. si socius. pro filia. ff.
 pro socio glo. not. in l. si socr. in prin. ff. sol. mat. Et si
 filia

filia nollet nubere, sed potius religionem ingredi,
 pariter tenebitur pater eam dotare, vt commodè sta-
 re & viuere possit in seruitio Dei tanquam Dei spon-
 sa, & vt monasterium possit facilius onera alimenta-
 tionis subire, vt notabiliter voluit Bal. in dicta l. si. C.
 de dotis promissio. & fuit de mente Bar. in l. j. si pa-
 rens. ff. si à paren. quis fuerit manumissus. Quiniò
 si semel filia nupserit cum ampla dote, & nunc vidua
 ingredi vellet religionem, teneretur pater eandem
 dotem assignare monasterio, secundum Ioan. Andr. in
 addi. Spec. titu. de dona. inter virum & vxo. [Aliàs
 est in titu. qui filij sint legi. §. in hoc titu. in addi. inci-
 pien. Martinus de Fano.] & Cy. in dicta Authen. sed
 18 quamuis. ¶ Vnum tamen menti tenebitis, quòd si pa-
 ter filiam suam secūdo maritet, & sibi dotem consti-
 tuat non facta mentione de prima dote, petere non
 poterit filia nisi dotem secūdo constitutam in secū-
 do tractatu matrimonij, per text. in l. dotem. ff. de iu-
 re dot. secundum quem ita iudicatum fuisse refert
 Guid. papa. q. 6. c. cclxxv. in si. & tenet Cy. in dicta Au-
 19 the. sed quamuis. ¶ Præterea dico q̄ si dos primo vi-
 ro assignata perisset sine culpa mulieris, teneretur
 pater iterum dotem competentem, si posset, filia assignare,
 per dictam Auth. sed quamuis. cūm aliàs non
 posset filia facilius renubere, & sic impediretur ma-
 trimonium. l. j. ff. solu. matri. Per quam rationem di-
 cunt doct. q̄ si constante primo matrimonio dos pe-
 riisset, putā alluione aut chasmate, tūc pater tenebitur
 filia dotem nouam constituere. secundum Bar. in
 dicta l. si. dicens hoc idem esse, vbi deficerent faculta-
 tes mariti, vt quia rupit aut naufragauit in mari. Ta-
 men aliqui tenuerunt cōtrarium, quòd pater hoc ca-
 su non teneatur. Sed opiniones sic possunt concor-
 dari, scilicet vt dicamus, quòd durante tali matrimo-
 nio pateri non teneatur per viam cōstitutionis nouæ
 dotis prouidere filia, sed solum per viam alimento-
 rum, si potens sit ei subuenire, arg. d. l. fin. C. de dotis
 promiss. cūm alimentis futuris non posset filia renun-
 tiare, etiam cum iuramento, secundum Spec. tit. qui
 filij sint legi. vers. sed pone quidam. & Bal. in l. pactū.
 in vlti. q. C. de colla. quos sequitur Iaf. in Auth. quod
 locum. illo eo. tit. vj. col. in si. Et plenè dicam infra su-
 per verbo. si absq̄ liberis. In materia substitutionis si-
 20 dei commissariae. ¶ Vnum tamen singulariter menti
 tenebitis, quòd si dos data filia constante matrimo-
 nio fuerit absque culpa filia perditā, putā quia vir ef-
 factus est inops, talis filia dotem illam nō computa-
 bit in legitimam post mortem patris: siue maritus
 viuat, siue non. Cūm (vt dictum est) pater eam teneat
 redotare, vel ei prouidere de alimentis, si possit
 secundum Bald. Nouellum in tracta. de priuile. doti.
 licet aliàs secūs esset, per l. quoniam nouella. C. de
 inoffic. testa. Si autem matrimonium solueretur per
 mortem viri, pater teneretur filiam redotare, si renu-
 bere vellet, postquam dotem sine culpa sui perdidit.
 de quo plenè per Bald. Sali. Pau. & Iaf. in dicta Au-
 21 then. quod locum. C. de colla. ¶ Et in tantum sunt
 præmissa vera, videlicet patrem teneri ad dotandum
 filiam, q̄ si pater sit bonorū maternorum aut aduen-
 titiorum administrator filia, iuxta l. j. C. de bo. ma-
 ter. & l. cūm oportet. C. de bo. quæ liber. Tunc filia à
 patre simpliciter dotata, in dubio dotata intelligitur
 de bonis paternis, & non de bonis ipsius filia quam-
 uis emancipatæ: cuius bona pater fortè regit & admi-
 nistrat, licet ipsa filia sit de se diues, vt est casus singu-
 laris in dicta l. si. C. de dotis promiss. Et ratio est, quia
 onus dotandi patri pertinet & nō filia, dicta l. qui li-

beros. ff. de ritu. nup. facit l. & magis. ff. de solu. Quod
 secūs est in aliis administratoribus, putā tutoribus, &
 curatoribus, aut negotiorum gestoribus extraneis,
 qui in dubio de bonis administratis & non de pro-
 priis expendisse præsumuntur. l. Nefennius. ff. de neg.
 gest. Præterea etiā in patre secūs esset in alimen-
 tis, quæ pater non tenetur impendere de suo filio di-
 uiti se alimētare valenti & potenti. l. si quis à liberis.
 §. si filius. ff. de libe. agno. Et sic in dote filia est magis
 22 priuilegiata, quàm in alimentis. ¶ Plus dico, quòd
 si pater in promissione aut datione dotis expreserit,
 quòd dotem constituat de bonis tam suis, quàm
 ipsius filia, licet secundum veram vim verborum in-
 telligeretur dos promissa de bonis suis pro dimidia,
 & pro alia dimidia de bonis filia, per ea quæ habentur
 in l. reos. §. cūm tabulis. ff. de duobus reis. & l. j. C.
 si plures vna sententia condemnati fue. Tamen hoc
 casu fauore mulieris & matrimonij, & quia paternū
 officium est filiam dotare l. liberos: illa copula, & re-
 soluitur in disunctam. Et erit sensus, q̄ quatenus bo-
 na paterna ad dotem nō sufficeret, in eo quod restat,
 dos censetur promissa supplenda de bonis filia. quod
 est singulariter menti tenendum quia nō solum indu-
 citur ibi dicta interpretatio contra propriam & stri-
 ctam verborum significationem, sed etiam cōtra ve-
 rissimam patris intentionem dicta verba proferentis,
 per tex. in dicta l. si. de dotis promiss. Per quæ mul-
 ti plures incauti remanent illusi propter imperitiam
 tabellionum, qui in instrumento dotis apponunt:
 Quam dotem promissit dictus pater, computato in ea
 omni eo quod sibi filia deberetur, tam de bonis pater-
 nis, quàm maternis & c. Nam, dicta clausula non ob-
 stante, poterit filia post mortē patris petere bona ma-
 terna vltra dotem, nisi bonis maternis expressè re-
 nuntiauerit, dum tamen probet tot bona fuisse in bo-
 nis patris tempore dotis constitutæ, quæ sufficiebant
 ad dictam dotem constitutam, quamuis si pater hoc
 sciuisset, nunquam dotem ita amplam constituisset,
 23 nec promississet. ¶ Semper enim præsumitur pater
 de suo filia dotem constituisse, adeò quòd etiā si for-
 tē pater vltra condecensiam excessiuè filiam dotaue-
 rit, semper præsumendum est dictum excessum de
 suo promississe, & non de bonis propriis filia, vt di-
 cta l. fin. Per quam plus dicunt moderni, quòd si quis
 extraneus vel etiam ipse maritus filiam dotasset de
 suo, nihilominus tenebitur pater de suo eam dotare:
 24 vnde dicit Bal. in dicta l. si. ¶ Quòd adeò incumbit pa-
 tri dotare filiam, quòd si pater cum eius fratre aut cū
 extraneo simul eam dotauerit, videntur in dubio
 frater & extraneus solum & duntaxat gessisse nego-
 tium patris, & nihil de suo dedisse, aut promississe.
 quòd secūs esset, si sine patre fratre vel extraneis hoc
 faceret, vt Lex morte. C. de pac. conuen. tam super do-
 te. quā propter nup. donatione. Præterea concludunt
 omnes, q̄ si pater filiam dotare non vellet, congruè
 posset ad hoc cogi officio iudicis. Nam licet inter pa-
 trem & filium in potestate constitutū consistere non
 possit iudicium. l. his nulla. ff. de iudi. tamen hoc casu
 implorare potest filia cōtra patrem officium iudicis
 vt ipsam dotet. Quod est intelligendum venia à præ-
 tore petita. l. si. C. de in ius vocā. in si. de act. §. pœna
 les. quæ veniæ petitio etiam requiritur, quando offi-
 cium iudicis imploratur, secundū glo. in l. si socr. in
 prin. ff. solu. matri. & l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad
 Trebel. Et idem esset in casibus, in quibus pater tene-
 tur ad filiam redotandum, vt dictum fuit supra. Qui-
 bus casibus cogi poterit officio iudicis, vt dicta l. qui li-
 beros.

25 liberos. & dicta l. fin. Et taliter, quod condemnatus ad dotandum filiam, si hoc facere recusaret, compelli posset capitibus pignoris, & multa indicta. Imò (q plus est) detineri posset in carceribus, donec condemnati satisfecerit. Cum hæc sit quadam legalis condemnatio. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obli. Ratione cuius potest quis præcisè cogi ad factum, per ea quæ habentur in l. iij. §. tutores. ff. de suspe. tuto. Nam videmus similiter, quod cogi potest pater ad alimentum filio præbenda, vt dicta l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agnos. Et si pater animo indurato adhuc filiam dotare recusaret, magis in carceribus mori volens, eo casu posset index ex officio dotem congruam filia constituit de bonis patris, etiam nõ dato curatore bonis. l. iij. §. j. & ij. ff. de iure dotium. facit text. in Authen. vt cum de appel. cog. §. si alicui. Licet aliàs secus seruetur, quod bona alicuius regulariter non possunt distrahi, nisi prius dato curatore bonis. ff. de curato. bonis dando. per totum. Et contra patrem filiam dotare nolentem non solum potest filia insistere coram iudice laico, vt dictum est. Quinimò adire poterit iudicem ecclesiasticum contra patrem quamuis laicum, secundum Barbat. in capit. ex literis. iij. colum. de pigno. Quæ omnia indubitanter procedent, vbi filia dotari peteret prætorem ad eundem, & contra patrem querimoniam exponendo per modum honestum, putà cupiendo maritari, diceret: Cupio dominè index fieri mater & liberos procreare. prout similibus locutio ponitur in capit. j. de frigid. & malefi.

27 Nam cupit naturaliter scemina nubere, & viro sociari, vt fiat mater, quia ipsa præbet materiam conceptui. Et vir dat formam. Et ideo sicut materia naturaliter appetit formam, ita scemina appetit virum, vt suæ materiae forma imprimatur. Videatis quæ dixi supra in verbo, *Dum habens filias*. in principio. vbi posui bonas & malas mulierum conditiones. [vbi dicitur, quod maioris delectationis est coit⁹ in scemina quàm viro: & multo maior fuisset in vtroque si primi parentes permãssissent in statu innocenti, quàm sit nunc post peccatum: quia humana natura perfectior fuisset, & omnis præsertim ille humor velut ex perfectioni cibo & digestionem descendens, tamè maior illa delectatio nullomodo impediuisset vsum rationis. secundum Franciscum de Mayronis; in beatum Augustinum super Genesim, vigesimo tertio capit. de quo vide plenius infra super verb. *Cuidam Petro tradiderunt*. Dum loquitur de fidelitate in coniugio requisita.] Vnde hoc casu paritur filiae volenti nubere, quamuis honestius sit continere: quia facilius paritur vitio naturali filiae etiam contra patrem, iuxta illud Apostoli. primè ad Corint. vij. l. i. Si quis autem turpem se videri exultat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Tali enim casu audiretur filia. Et non abs re, cum maximum munus mulierum sit concipere, & partum tueri. l. quaritur. §. si mulier. ff. de ædilit. edicto. Et si verò filia præ rubore pudicitia non auderet per se ipsam comparere coram iudice, & petere cogi patrem ad eam dotandum, eo casu possent favore coniugij parentes, cognati, & amici adire prætorem, qui patrem ad dotandum filiam cogeret. l. si cum dotem. §. si autem. ff. solu. matrimo. Et si etiam parentes hoc petere non auderent, aut talis filia verecunda parentes non haberet, neque amicos, & ipsa est iam forti matura, omni auxilio destituta, tunc index ex officio posset, imò deberet suum impartiri officium cogendo patrem dotare filiam, vel ipse hoc facere

posset, per textum not. in dicta l. iij. ff. de iure dotium, Nam quoties versatur fauor publicus, vt in casu isto l. j. ff. soluto matrimonio. potest index suum impartiri officium, & de facto supplere, etiam parte non petente, secundum Barto. in l. iij. §. prætor. ff. de damno in facto. Panormi. in cap. bonæ. de postula. præla. & Florida. in l. quia magis. §. ad officium. ff. finium regund. Quod nedum habet locum in dote constituenda, sed etiam in dote repetenda, si soluto matrimonio pater dotem repetes esset improbatæ vitæ, seu dilapidator, & filia nollet aut non auderet contradicere propter reuerentiam paternam. Quia etiam tunc index ex officio supplere posset: causa tamen cognita, scilicet quod pater esset dilapidator. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio. Similiter etiam ad similitudinem dotis tenetur pater, & cogi potest assignare filio nubenti donationem propter nuptias in dotis recompensam, vt satis probatur in dicta l. final. C. de dotis promissio. Tum etiam, vt filius magis inclinetur ad matrimonium contrahendum, & vt facilius vxorem inueniat bene dotatã. Cum aliàs sine tali donatione nõ facilius inueniret dotem saltem amplam: quia talis donatio est vxori securitas dotis, secundum glo. Panor. & doct. in c. peruenit. de empt. & vendit. vt supra dixi in princ. Et hæc vera, scilicet patrem teneri ad dotandum filiam, aut filio assignandũ donationem propter nuptias, vbi filia vel filij nupserit patre sciente & consentiente. Et si autem filia nupserit patre ignorante aut inuito: quo casu, iure isto canonico, cui quo ad matrimonium standum est, tenet & valet matrimonium, ac si pater consensisset: an tunc pater possit filiae sic nubenti denegare dotem, dicendum est quod non, secundum glo. in l. Paulus. ff. de statu homin. & expressius in can. hoc sanctum. xxxij. q. ij. & consuluit Alexander in ij. parte consil. vij. incip. visis diligenter, & animaduertis. iij. colum. Nam propter hoc non possit hodie pater eam exheredare: & sic videtur hodie correctus. §. si alicui. in Auth. vt cum de appel. cog. Cum (vt dictum est) quo ad matrimonium standum sit huius iuri canonico, & nõ legali dispositioni, vt dicit glo. singularis in §. hæc tenus. in l. i. de gradibus. tenent Host. Ioan. Andr. & docto. in ca. j. de desponsa. impube. & plenè Iason in Auth. sed si post. C. de inoffi. testam. vbi concludit, et patrem non posse filiam suam exheredare pro eo, quod viro etiam indigno nupserit sine eius consensu. Sicut non possit hodie exheredari filius, qui turpes contraxit nuptias contra voluntatem patris, veluti capiẽdo suam famulam, vel eius filiam, vel ancillam, secundum Imol. in cap. accedens. de procurato. quem sequuntur Alexand. & Iason in Authen. non licet. C. de liberis præteritis. Quia tales dispositiones legales matrimonia intimidantes sunt omnes correctæ. capi. in vbi doct. de secund. nup. Et imò non valeret statutum ciuitatis vel consuetudo disponens patrem non teneri dotare filiam, que sine suo consensu nupserit. Aut si disponeret maritum eidem teneri dotem assignare super bonis suis, vt elegantissimè post seriosam dispositionem consuluit Alexander in prima parte consil. xcviij. incip. principalis dubitatio. quem sequitur Ias. in l. j. §. huius studij. vlti. col. ff. de iusti. & iure. Et minus disponere posset matrimonium non valere sine consensu patris, cum lex civilis nihil possit impedire do spiritualia secundum eos ibi. & sentit glo. in l. i. de nup. in princ. [Quod qualiter intelligatur, vide super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*. in princ.] Sanè tamen intelligatis esse verum, et quod pater tenetur

netur filiam dotare, quæ siue eius nupserit consensu, prouiso quod nupserit viro digno & honesto. quia de consensu patris in his causis spiritualibus parum curamus. capitul. final. de iudic. lib. vj. Si verò filia patre ignorante aut inuito nupserit viro indigno, & inhonesto, retenta sui conditione, & domus paternæ, vel si filia vitam elegerit inhonestam: putà meretricandoo: tunc pater non tenetur eam dotare, secundum glo. in can. de raptoribus. xxxv. quæstio. j. ad hoc facit glo. not. & quod ibi not. Barto. in l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de hono. posses. contra tab. per quæ text. & ibi not. Idem tenuit Bald. in dicta l. j. ff. so. matrimo. Videatis & dicatis. vt per Baldum in l. obligamur. in fine. & ibi glo. ff. de actio. & oblig. & Panor. in capi. cum causa. iij. colum. de rpto. vbi clarè decidit Alexander in dicto consilio. ac Iason. vbi supra.

34 Præterea intelligatis patrem non teneri ad dotandum filiam, quæ vitam inhonestam elegit, aut eo inuito nupserit, nisi pater fuisset in culpa, putà quia filiam non maritauit infra xxv. annum, vt dicto §. si alicui. Quoniam tunc si post xxv. annum patre ignorante aut contradicente nupserit viro indigno & inhonesto, vel vitam inhonestam elegit, tenetur pater eam dotare: nec poterit propter hoc ipsam exheredare, per textum in dicta Authen. sed si post. C. de inofficio testam. Idem voluit glo. & ibi Archid. in dicto c. de raptoribus. Et hoc procedebat olim: hodie verò si filia non tenetur expectare patrem, vsque ad xxv. annum. Quinimò etiam nubendo ante xxv. annos. Dicit tamen secundum morem patriæ expectauerit tempore congruo, putà vsque ad viginti annos, vel aliam ætatem in illa regione consuetam: infra quam ceteræ puellæ confueuerunt communiter maritari. Si pater intra illam ætatem non curauerit filiam maritare, & dotem constituere, si ipsa postea nubat, quamuis personæ sibi indignæ & ante vigesimum quintum annũ, etiam patre ignorante aut contradicente, nõ videtur quod propter hoc possit dote priuari, ne aliàs per indirectum tollatur filiae libera facultas matrimonij: quam ius civile tollere non potest: nec impedire, aut intimidare, vt plenè not. in cap. j. & cap. fin. per gl. & docto. in cap. statutum. de hæred. lib. vj. Nam certum est, quod filia contrahens matrimonium ignorante patre vel contradicente, vix aut nunquam reperiret virum honestum & sibi condecensentem. Et cum viri honesti omnia facere velint secundum debitam honestatem, & sic nubere de consensu parentum: vnde filia excluderetur ad matrimonium, si semper haberet nubere viro sibi cõdecensenti. Et idem videmus de filiabus quæ iam ætatem transuerunt maritandi, quæ vix maritum reperirent condecensentem. Et cum quilibet vir honestus & magnanimus vt plurimum velit teneram puellam sibi copulare, secundum morem regionis, & non cum annoa contrahere, præsertim vidua quæ alteri nupserat, quia dicit Iuuenalis: Semper habet rixas alternæque iurgia lectus, in quo nupta iacet. cum viduæ vt plurimum priores suspirant maritos. [Qui in eis claustra virginitatis aperuerunt. ex quo illos plus diligunt quibus primos amores iunxerunt: vt plenè habetur infra super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*. in princ.] Vnde salubre est illud Hesiodi philosophi consilium, Puellam accipere oportere, vt gratis eam moribus imbueri possis. Diueritates enim morum nequaquam ad dilectionem sunt aptæ, vt habetur libr. j. Oecon. c. iij. Et sic in annoa ætate per indirectum tollerentur seu impedirentur matrimonia puellarum. quod non est dicendum.

Maximè, quia vt dictum est, iure isto canonico in matrimonio non curatur patria potestas, aut consensus paternus. capitul. non est nobis. de desponsa. & not. glo. in l. i. de nupt. in princ. & Panor. in dicto cap. j. de desponsa. impuber. dicens ita pluries consuluisse: secus tamen esset, si filia non spectasset tempus consuetum secundum morem patriæ: vt quia nupserit personæ indignæ, & fortè idem si nupserit personæ dignæ, & condecensenti patre ignorante, aut inuito, non spectato dicto tempore consueto. Quia tunc pater non tenetur ei dotem constituere, ex quo præcessit culpa filiae sic imprudenter ac irreuerenter se habentis erga patrem. Nõ enim expectare debet quis auxilium aut iuuenam ab eo, quem contempsit. dicit text. in l. litigatores. ff. de arbit. Quod verum intelligatis, nisi fortè pater eam tractasset alicui personæ indignæ tradere in vxorem. Quo casu præpoderat culpa patris culpa filia, argumen. l. cum mulier. & l. viro. ff. soluto matrimonio. facit textus iuncta glo. in l. cum in fundo. ibi. quid si acciderit. ff. de iure dotium. Si autem filia infra viginti quinque annos vitam elegerit inhonestam meretricandoo, tunc non tenetur pater eam dotare: imò posset eam exheredare. Et hoc casu credo quod dicto §. si alicui. remanet hodie incorrectus de iure canonico: quia ius canonicum solum se intromittit de matrimoniis in libertate relinquendis, & non de meretriciis suadendis. Et vnde ex hoc posset pater filiam exheredare, alimenta ei denegare, & dotem. Quod est verum, etiam si pater esset magnus meretricator & publicus: quia etiam posset tunc filiam propter meretricium exheredare. Et cum magis deceat mulieres esse pudicas & castas, quàm mares. l. penultim. C. ad Orficiam. [Facit l. palam. §. quæ in adulterio. hic alleg. vbi glo. hoc ponderat.] secundum Rappha. Fulgo. in dicta Authen. sed si post. C. de inofficio testam. & Cyn. in l. si filiam. eodem titul. & glo. in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. Ideo mater meretrix propter meretricium filia nõ posset eam exheredare, secundum Bartol. Baldum, & Fulgo. in l. in arenam. C. de inofficio testam. & Bald. in dicta l. si filiam. Et nisi mater esset à peccato emendata: quo casu, filiam in meretricio perseverantem exheredare posset, nec teneretur eam dotare, argumen. l. imperialis. C. de nuptiis. vbi Bartolus & Baldus dicunt per illum textum quod qui deliquit, perinde habetur post peccatum penitentiam, ac si non deliquisset, iuxta illud Exechiel. xvij. quotiescunque ingemuerit peccator, amplius nõ recordabor iniquitatum eius. Ex quo sequitur, et quod etiam si filia meretrix reduci vellet ad frugem melioris vitæ, adeo quod si haberet dotem, inueniret maritum, tunc pater teneretur eam dotare, ne ob hoc impediat matrimonium, & vt ipsa à peccato retrahatur. Cui rei ius canonicum multum fauet. capit. inter opera. de desponsa. Nec dispositio dicti §. si alicui. ad hanc causam debet extendi, quia vt dictum est, ius civile esset tunc matrimonij restrictiuum & impeditiuum, & perseverandi in peccato induciuum, quod absit, vt nota. in dicto capitulo. statutum. & Baldus in l. in copulandis. C. de nup. & in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. nam filia penitenti nõ posset per patrem alimenta denegari, nec posset per acta penitentia ex præcedenti delicto exheredari. [De quo plenè super verbo, *In eodem testam. relinquitur*. secundo.] Et præmissa sunt vera, quod pater tenetur dotare filiam, quæ lapsa tempore nubendi nupserit sine consensu patris, siue filia nubendo dotem promiserit, siue non: vt quia fortè vir amore puellæ

puellæ filio captus, eam indotatam accepit. Quo casu, licet non sit timor impediendi matrimonium, cum sit iam contractum, & dissolui non possit, attamen pater tenebitur eam dotare. Nam licet cesset causa matrimonij impeditiva, aut retardativa, non tamen cessat causa conseruandi matrimonium in pace & sinceritate animi, secundum Paul. referentem ibi Angel. ita tenuisse in Authenti. res quæ. C. communia de legat. Licet enim maritus eam acceperit sine dote, & sic non possit eam repellere, cum scienti & consentienti non fiat dolus nec iniuria, tamen quia mulier indotata facilliter à marito sperneretur, & fortè de facto repelleretur, prout in hac ciuitate habemus exemplum. Et præterea onera matrimonij ita liberaliter, præsertim circa infirmitates & alia ibi necessaria vir sustinere non præsumitur, æquius est in prædicto casu eam à patre dotari, ne mulieres cernentes se ex defectu dotis odiosas, & onerosas viris, impellantur, & facilius inducantur ad meretricandum. Quæ de causa lex eis multum fauet in dotibus, vt dicta l. ij. ff. de iure dot. Et idem puto in filia, quæ nupsit cum parua dote, quam pater ei assignauit, vt quia maritus amore puellæ bacchatus non curauit de maiori dote, vbi pater poterat & tenebatur maiorem constituere secundum qualitatem suæ personæ & mariti, ac secundum quantitatem patrimonij. Quoniam talis pater compellitur constans, vel soluto matrimonio dotem augere, vel maiorem constituere, vt sentit glo. in dicta l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obligatio. & Bald. in l. j. ff. soluto matrimonio. quem sequitur Paul. Quam quidem opinionem velut æquiuocam amplector rationibus prædictis, licet Bart. post Guliel. de Cug. in dicto §. lege. tenuerit contrarium, dicentes in præmissis casibus patrem non teneri filiam dotare in primo casu, nec dotem ei augere in secundo. Et ita etiam tenuit idem Bartol. in dicta Authenti. res quæ. vbi Salice. Rapha. & Panormit. in dicto cap. j. de despon. impube. & in cap. j. de adule. mouentur per text. in dicta Authenti. res quæ. & in corpore vnde sumitur. §. hæc omnia. vbi dicitur, quod si filia hæreditatem restituere gratuita nupsit cum parua dote, non poterit postea fideicommissum diminueri de bonis restitutioni subiectis dotem sibi augendo. Sed respondetur illum textum non ob stare, quia procedit vbi filia post mortem parentis talem dotem paruam, sibi ipsi constituit, vbi maiorem sibi constituere poterat, iuxta contentiam suæ personæ & mariti: & sic habet filia quid sibi imputet: quia est in culpa, quare sibi plenè non prouidit cum poterat. Sed in casu nostro vbi pater viuens dotem paruam filia constituit, cum maiorem teneretur constituere, est ratio multum vgens & concludens, quod filia tunc posset agere ad dotis augmentum. Ex quo non potest ei culpa aliqua imputari, sed soli patri eam incongruè dotanti, secundum Alexand. in dicta l. j. ff. soluto matrimonio. Et omnia quæ dicta fuere de dotanda filia naturali & legitima, eadem intelligo in filia naturali tantum vel spuria, quam tenetur pater quamuis presbyter, dotare: quia talibus liberis saltem iure isto canonico debentur alimenta, secundum Bartol. in l. fin. ff. de his quibus vt indig. & in l. vxorem. §. pater. ff. de legat. iij. vt plenè vidistis supra in verbo, *Et vxorem nomine Adelsam.* Facit quod not. Barto. in Authenti. ex complexu. C. de incest. nupt. Bald. & Angel. in l. mater. C. de iure dotium. Et sanè tamen intelligatis patrem teneri dotare filiam bastardam, aut spu-

riam, si talis filia non habet aliqua bona: & teneatur eam alimentare, si bona non habet, aut nescit artem aliquam honestam, ex qua viuere possit. Si autem haberet bona vel aliquam sciret artem honestam, ex quibus posset sustentari, tunc locum non haberet hæc canonica æquitas, vt plenè deciditur, in capit. cum haberet, & ibi docto. de eo qui duxit in matrimonio, quam prius polluit per adulter. nec teneretur eam patre dotare, secus est in filia naturali & legitima, quam de suo tenetur, vt dictum est, dotare, quamuis diuitem. Tamen non teneretur eam alere, si sit diues. Ii quis à liberis. §. si filius. ff. de liberis agnoscent. secundum Baldum in dicta l. mater. Et illud quod dictum est, patrem non teneri filiam illegitimam dotare quæ aliquam scit artem exercere honestam, est verum, nisi esset filia alicuius magni nobilis, qui fortè non excusaretur dicendo, quod filia sua operando posset se alere, & sic etiam se dotare ex arte sua. Tunc enim non esset excusatio patris iusta, vbi non decet filiam artem exercere, argumen. eorum quæ not. Azo in sum. C. de patria potesta. in fi. vbi dicebat, quod licet mater teneatur filium lactare per triennium, tamen illud non procedit, si mater fuerit nobilis, cui fortè secundum morem patriæ indecens esset vel dedecus filium lactare. Quod an procedat iure isto canonico, est text. elegans in capit. ad eius verò concubitum. v. distinc. vbi damnatur ille mostanquam corruptela, ita quod matrem non excusaret à peccato. faciunt not. in cap. final. de conuer. in fide. Et vnde in legenda beati Bernardi habetur, quod Aaleth, eius nobilissima mater manibus propriis ipsum Deo offerbat, alienis vberibus ipsum nutriti refugiebat, quasi cum lacte materno, materni quodammodo boni infundens ei naturam. Ex quibus demonstratur, quod mater non excusaretur filium lactare recusans. De filia autem nobilis, quod marito non teneatur aliàs operari, tenent Petr. Cyn. Bald. & Salice. in l. si vxorem. C. de condi. infer. vbi deciditur, quod vxor nobilis nupta alicui non tenetur operari viro suo. Ergo à simili nec filia nobilis tenetur operari eius patri pro alimentis vel dote. Tamen sapientissimi parentes semper eas aliquid operari faciunt, non in recompensam alimentorum aut dotis meritum, sed vt aliquid faciendo diabolus eas inueniat occupatas, ne in voluptatem labantur & futuris infortunis consulantur. Sed dices tu: Si aduerteretur fortuna, quid prodest viuendi doctrina? Audi quid de hoc dicit Bernardus in epistola de cura & regimine domus, & rei familiaris. Vidi, inquit, stultos diligentiam omitentes, & tandem se excusantes sub fortuna declinare ad malum: sed falluntur. Nam seruans doctrinam raro accusabit fortunam. Raro enim diligentiam cum infortunio accusabis, sed rarius infortunium à pigritia separabis. Sperat enim piger sibi à Deo subueniri, qui in isto mundo vigilare præcepit. Et pariter legalis dicit autoritas in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. quod vigilantis & non dormientibus iura subueniunt. Quæ prouidi parentes filios docere non omiserunt, & prout de Octouiano inelyto Romanorum imperatore ponit Suetonius. lib. ij. de xij. Cæsariibus, quod filias suas in lanificio institui fecit, propter mutabilitatem temporalium, nendi texendisque non solùm artem, sed vsum habebant, iuxta illud Prouerb. vlti. Quæsiuit lanam & linum, & digiti eius apprehenderunt fufum, & operata est consilio manuum suarum &c. Quod prophetatum fuerat de virgine Maria,

Maria, quæ secundum Hieronymum a cu & colo acquirebat, vnde sibi & Christo eius filio necessaria procuraret. Et sapiens ille imperator ne filias viuere in otio permitteret, etiam eas ad se nisi vultu maturo sine omni vestium curiositate accedere permittebat. Ita quod huic adaptari posset quod dixisse aiunt Plinium secundum Vespasiano imperium adeptum. Non quicquam in te mutauit amplitudo fortunæ, nisi vt tantum prodesse possis quantum velis. Ob quod & ceteras ipsius virtutes plusquam excellentes, de ipso veridicè prædicabatur, quod humilitatis, clementiæ, ciuilitatis, sapientiæ, disciplinæ, quæ rarissime in tanta sublimitate conueniunt, exemplar ipse fuit. Adò quod propter eius singularem excellentiam omnes deinde imperatores Augusti dicti fuerunt: quia iustum est, vt ille nomen omnibus tribuat, qui cunctis viuendi formam & regendi normam tribuit. Et sub cuius imperio Christus natus fuit, Lucae ij. Id idem de filiabus Carolum magnum fecisse in noua historia Francorum translatione, lib. iij. cap. j. Gagui. testatur, sic dicens prope finem: Circa liberos educandos eam curam adhibuit, vt mares bonis disciplinis, feminas lanificio erudiendas summo opere studerit. Hæc ille. De familia educanda etiam tradit diuus ille Bernardus in epistola de regimine & cura rei familiaris. Familiam, inquit, eam grosso & non delicato cibo nutrias. Nam qui gulosus effectus est, vix aliter quam morte, mores mutabit. Gulositas & vilis & diligentis hominis puredo est, gulositas solliciti & negligentis hominis solatium est. Diebus tamen paschalibus & aliis festiuis temporibus [Quibus Christi fideles possunt & debent lautiùs viuere cum moderamine tamen iuxta illud Neemia. 8. Comedite pingua, bibite mulsam & mitte partes eis scilicet pauperibus, qui non præparauerunt sibi: quia factus dies domini est. Nolite contristari, gaudium etenim domini est fortitudo vestra.] abundantius, non tamen delicate familiam pascere: fac gulam litigare cum bursa, & caucas cuius aduocatus existas. Si autem inter gulam & bursum aduocatus sis, sapiens, sed non semper pro busto sentiamur feras. Hæc ille. Quæ optime seruauit Aegyptij: de quibus sic ait Dioscorus sicul. lib. ij. Natos adò parua educant facilliquè impensa, vt vix credi posset. Nam tum scitporum, tum aliis radicibus quas sub cineribus coquant, cum caulibus palustribus, quas partim coctas, partim asfas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt, discaleari nudisque maiori ex parte ob patriam temperiem vitam ducunt. Omnis sumptus in pueros quousque ad ætatem perueniant à parentibus impensus non excedit drachmas viginti. Quæ ex causa contingit Aegyptum, gentes ceteras, hominum numero excedere, plurimè in ea magnifica esse opera effecta. Hæc ille. Cauti ergo esse debent parentes erga liberos, vt scilicet eos delicate non nutriant, & aliquid operari assuefaciant. vnde Iob v. Homo ad laborem nascitur, sicut auis ad volandum. Et pariter dicit Apostolus iij. ad Theffalon. iij. Qui non laborat, non manducet. Et Hieronymus. Quamuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil tamen apud Christum pretiosius erit, quam quod manibus tuis ipse con feceris. vnde Sallustius in Catilinario: Non votis, inquit, neque supplicibus muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Vbi socordia te atque ignauia tradideris, ne quicquam deos implores, irasi infestique sunt. Quia secundum Augustinum lib. de vita christi-

fiana: Illam elemosinam Deus approbat; quæ de iustis laboribus ministratur. Adò, quod sine peccato moniales sibi appropriare possunt lucrum suorum laborum, & de eis viuere, vt faciunt Senis, secundum Panor. in cap. cum Martinus. de consili. in fine. Nec perdunt nobiles aut clerici nobilitatem nec priuilegia sua laborando propriis manibus suas proprias possessiones, secundum Spec. tit. de cler. c. iunga. §. j. vers. Veruntamen non prohibeo eos. quem sequitur Guido papa. quæst. xij. Et de Labcone habemus in l. ij. §. post hunc. ff. de origi. iur. quod studio operam dans totum annum ita diuiserat, vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset, & secederet sex mēibus, conscribendis libris continuè vacando: a deò quod quadraginta reliquit volumina, quæ inde libri semestres dicebantur, secundum glos. ibi. Per quæ omnia clarè ostenditur otium præsertim in mulieribus esse fugiendum. Nam sicut in terra nõ arata & inculta crescunt vepres, & in aqua stante vermes, sic in anima otiosa malæ cogitationes. Omnium enim inquit Bernar. cogitationum & tentationum malarum incrementum est otium: imò otiositas cõtra naturam est; & otiosus indignior est brutis animalibus, cum nullum ens naturaliter sit otiosum, secundum Aristotelem lib. xj. animalium. Ideo dicit Chryostomus super Matth. Qui habent spiritum Dei, non contentantur sedere otiosi. Sed ipse spiritus urget eos aliquid boni apprehendere. Et si Eua quam Deus in paradiso posuerat, vt aliquid operaretur, inuenta non fuisset otiosa, diabolus eam non tentasset, nec decepsisset. Nam otiositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miserarum animas captiuandas, iuxta illud:

Otia stollas. perire cupidinis artes.

Quia vt ecclesiastici xxxij. dicitur: Multam malitiam docuit otiositas. Ex qua somnolentiæ infectio procedit. Sunt profectò omnes otiosi communiter somnolenti, & faciles ad debellandum in viam perditionis suæ. Quibus merito dici potest illud Matthei xx. Quid hic statis vult dormientes tota die otiosi? non cogitantes, quod Troianis dormientibus capta fuit à Grecis ciuitas. de quo Poeta ij. Aeneid. Inuadunt, inquit, vitem vino somnòque sepulta &c. Et Roma diis suis & populo dormientibus, si anseres qui in capitolio erant, nõ vigilassent, capiebatur à Gallis, vt diuus narrat Ambro. in v. sui exameron. & Isio. xij. etymolo. quos refert glo. in cle. j. de reli. & yene. sanctorum. Pro quo facit historia Valerij lib. ij. dicens: Cives Carthaginenses Macrobius ducem belli misisse ad debellandum Assyrios, qui videns eorum exercitum præpotentem, & quod vi debellare eos non poterat, vltus arte habuit Mandragoras, quarum pulueres in vasculis vino plenis intus poni fecit: inducit enim Mandragora veneno proxima dormitionem irremediabilem. Hoc facto suis præcepit militibus, quod vigoroisè irruerent in hostes, prout fecerunt, & denique fugam simularunt. Hostes verò credentes campum obtinuisse, sarcinulas capientes, vinum copiose biberunt, statimque dormientes quasi mortui prostrati sunt. Macrobius autem in campum reuersus omnes gladio interemit, sequens dictum Ouid. lib. sine titu.

Sape soporatos inuadere proficit hostes.

Sic diabolus videns partem maiorem hominum otio deditam esse, & consequenter dormitioni, cum vino otij miscet Mandragoram carnalium voluptatum, scilicet diuitias, delicias, & honores, quæ sunt mors anime. Nam dixit Eua: Eritis sicut dii &c. Semper ergo

incurreret infinitate ex qua decederet. Quo casu viderentur ipsam necesse & occidisse. l. necare. ff. de libe. agno. Ideo non immerito exclusi essent a lucro successiois, per id quod habetur in l. si ab hostibus. §. si. ff. solu. mat. & dixi plenè supra in verbo, Condi- dit. ij. ¶ Luera enim talium, qui mortem alicui parant ac necem inferunt fisco applicatur, vt ibi plenè dixi, & tenent Bal. & Salic. in l. hereditas. in fi. C. de his quib. vt indig. & Bal. in l. ea quam. C. de fideicõ. licet Bart. aliud dixerit in l. cum ratio. §. si. ff. de bo. dam. ¶ Similiter nõ tenetur mater, neq; auus maternus, vel auia filiam, aut neptem dotare, vt d. l. mater. C. de iure dotium. glo. not. in l. fi. C. de dotis promiss. & l. a filia. ff. ad Trebel. Quod verum intelliga- 72 ter, nisi filia vel neptis esset inops: quia tunc sicut mater, ita auus maternus vel auia si habeat vnde, tenetur eas dotare, secundum Bal. in d. l. mater. ideo dicit Ang. in d. auth. ex complexu. C. de incest. nup. quod mater naturalis tantum tenetur dotare, & alimenta- 73 re liberos suos inopes, cum sit inter eos successio, nisi esset mater illustris habens filios legitimos. l. si qua illustris. C. ad Orfit. & in l. de success. cognata. §. vulgõ: vt plenè dixi. §. in verbo, & uxorem nomine 69 Adelsiam. ¶ Pariter tenetur mater Iudæa dotare filiam cõuersam ad fidem, secundum Bal. in d. l. mater. C. de iur. dotium. post gl. ibi, quem sequitur Ioa. de Ana. & Feli. in c. Iudæi. l. ij. de Iudæis. Idem est e contra in filio, vel filia naturali tantum vel spuria, vt tenetur matrè alere inopem & dotare, quãdo filius est diues habens vnde hoc faciat. Nam tali matri faciendũ est, quæ cupit a cætero honestè viuere, & re- 2 uendit ad frugem melioris vitæ, ne aliàs si esset iuue- nis & pauper, detur ei occasio meretriciãdi, quod nõ 3 est faciendũ, arg. l. in fundo. ff. de rei ven. ¶ Sed ma- 4 gis dubium est de filio naturali & legitimo, an eius patre mortuo tenetur matrem suã viduam, marita- 5 re & dotare, & Ang. in d. l. j. ff. solu. mat. dicit quod nõ, ne tenetur cõferre ad sui iniuriam, alleg. quod ha- 6 betur in authen. de nõ eligent. secũdo nubent. §. Gre- 7 goria Bal. in l. vnica. C. de inoff. dotibus. in fi. simpli- 8 citer se remittit ad not. per Guliel. de Cug. ibi, qui si- 9 militer tenet, qd nõ tenetur. idẽ tenuit Bal. in l. iij. C. 10 de long. tempo. præscrip. facit ad hoc text. no. in l. tu- 11 tor secundũ dignitatem. ff. de admi. tuto. quẽ pro sin- 12 gulari alleg. Bald. in proœmio Digestorum. Et hæc 13 opinioem suadet ratio: quia anima viri mortui, & sic patris sui contristaretur propter vxoris trãsitum 14 ad secũda vota, vt in authen. de nupt. §. soluto. & §. si 15 verò expectet. colla. iij. Ergo filius ad talia nõ tene- 16 tur, sed Imo. in d. l. j. ff. solu. mat. videtur residere in contraria opinione, scilicet qd filius dotare tenetur matrem suam inopẽ, sicut tenetur eam alimentare. 17 Vnde de æquitate dici possot concordando opinio- 18 nes, qd si per talem dotationẽ cõseruaretur honor fi- 19 lii, potius quam sequatur iniuria: putã, quia si mater non maritaretur, esset periculũ, & suspicio inconti- 20 nentia, vt quia fortè mater est iuuenis, pulchra, & 21 pauper, & tũc ipse filius eã dotare tenetur, ne aliàs 22 per indigentiũ inducatur ad meretriciãdũ. Et hoc ve- 23 rum, si filius sit diues, aliter quã ex hæreditate pa- 24 tris sui defuncti. Quoniam aliàs si superessent bona 25 paterna vxore existente inope & sine dote, tunc lo- cum haberet dispositio authen. præterea. C. vnde vir 71 & vxor. ¶ In fratre autem dicatis cum teneri ad do- tandũ sororẽ, si esset ex eodẽ patre nata: secus si so- 27 rum esset vterina, quod verũ intelligatis, quãdo non 28 posset aliter se dotare, vt dicit tex. not. in l. nõ omniũ


C. illo eo. ut. quia idem est in onere alimentandi, vt est text. in l. j. ff. de tutel. & ratio. dist. trahen. Nã etiam stante statuto, qd filia stantibus liberis masculis, non succedat, onus dotandi filiã quod viuenti patri incumbebat, nunc tranfit in filiũ masculũ, vel ut patris hæredem, de quo per Bart. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cõdi. & demonst. imò si pater filiũ ex- hæredaret, quãuis iustè, & sic nihil cõsequi posset in bonis patris, tamen filius ex debito fraternitatis si est ex eodẽ patre natus eã dotare tenebitur, si foror fuerit inops, licet tũc nõ tenetur iure hæreditario, vt probat tex. generaliter loquens in d. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admi. tuto. & ita tenet Panor. in c. peruenit. de arbi. Tũc idẽ esse in clerico, qui te- netur eius fororẽ inopem dotare etiam de sui benefi- cij redditibus, de quibus magis tenetur suis succur- rere si indigeant, quã alienis, vt dicit tex. in c. non satis. & clarius in ca. est probanda. lxxxvj. dist. & gl. in ca. omnino cõfitemur. xxxj. dist. ¶ Sed quid si so- 72 ror semel a fratre dotata perdat dotem, an frater te- neatur iterũ eam dotare sicut teneretur pater. Bal. in d. l. fi. C. de dotis promiss. allegat tex. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. Ex quibus omnibus supra dictis habetis, qualiter Raynutius bene considerans posse ad filiã dotandam cogi, ipsam cõgruè dotauerat. Et demum moriens sapientum ductus consilio, ei vltra dotem certa bona reliquit. Ideo sequitur in textu.

S V M M A.

- Adium & domus appellatione quid contineatur. Domus unde dicatur. Hospitium quid. Cain primus edificator. Iabel primus inuenit tentoria. Aegyptij Diospolim primam edificarunt. Magus Noë pronepos primus in Gallia edificauit. Aedificantium hodie vanitas. Verbis decus est edificiorum pulchritudo. Diogenis domus dolium. Domus columnas vel trabes quis non potest alienare. Dominus non potest de rebus suis in edificio posita libere disponere. Dominus materiam suam in alieno edificio positam vendicare non potest. Domum reparare an quis cogi possit. Iudicis officium est punire, & præcauere. Domum multorum potest vnus in solidum cogi ad reparandum. Clerici etiam per secularem potestatem cogi possunt domos suas, & ecclesias rescicere. Viam ante domum, & itinera publica reparare debent etiam clerici. Domum communem rescicere efficitur dominus, si alter sit in soluendo contumax. Pium opus est domos rescicere. Ecclesiam reparans fit patronus, sicut edificans. Domorum destructio odiosa & reprimenda. Domum discoopere etiam pro debito publico non licet. Domum destruere ob delictum solus princeps potest. Domus clericorum nec consuetudine nec generali mandato principis dirui possunt. Domos propter delictum destructas readificare non licet sine principis indulgentia. Domus aliquando citra delictum possunt destrui. Exercitus incommoda cuiusdam illata debent vicini pro quota soluere. Debitor

- Debitor ad sua domus destructione non potest se obligare. Domum alterius ingredi non licet, quatenus rem futurã. Domus legatũ nõ valet, si testator nullã habebat domum. Domus vel habitationis legatum quomodo soluat hæres. Rem in genere promittens intelligitur de suis. Habitationem vxori relinquens intelligitur vbi solebat habitare. Domum legans intelligitur in loco, in qua habitat. Domũ legans, an vnica, quã habebat legasse cõsuetur. Domos omnes, quas inhabitat legas, quid comprehendat. Habitu verbum est frequentatiuum, nec de momentanea habitatione intelligitur. Domum relinquens si nullam habeat, est inutile. Nã vnus legatum idem habet ius, quod legatum domum. Fundi generali legatum non valet.

Domum.



ICET ¶ appellatione ædium contineatur omne ædificium. l. j. §. deinde. ff. de cloacis. & l. qui ædes. ff. de incendio, ruina, vel naufrã. Non tamen appellatione domus, quæ est ædificium consistens ex solo, seu area, parietibus & tecto. l. solum. vbi not. ff. de rei vendi. Quæ multum hominibus ad habitandum est necessaria: præsertim tempore hyemis, secundum Bald. in l. veluti. ff. de rei. rusti. prædi. ¶ Sermo enim est nomen Græcum, nam Græci δῶμα τῆς τετῆς dicunt. Et inde dicitur domus a domate Græcè, id est, tecto Latinè. Et est domus vnus familie habitaculum, sicut vnus populi vrbs, secundum Archid. post Isidorũ & Papiã in c. omnibus. xxiiij. quaest. j. Ad quod facit l. j. §. illo videlicet. C. si qua præditus potesta. vbi appellatione domus continetur familia, genus, & tota vna cõsanguinitas. l. cum vnus. §. j. iun- cta gl. super verbo, Domus. ff. de alimen. & ciba. leg. Propriè autè secundũ leges domum nostrã dicimus, vbi sedes & tabulas habemus. l. in lege cenforia. ff. de verb. signi. de quo plenè per Bar. in l. j. ff. ad Silicia. in prin. & secundũ Lucam de Penna, in l. ij. C. de meta. & epidimet. lib. xij. Hospitium Græco sermone dicitur, ¶ vbi quis ab tempus hospitandi iure habitat, & iterum inde trãsiens migrat, vt idẽ dicit super dicta rüb. Et cõmuniter domus est, quæ cõstat ex parietibus, tecto, & fundamento, quasi protegès nos à cau- matibus & imbribus, & sic pro habitatione sumi- tur: quia licet secundũ cõmunem modum Lombardicæ dicendo omnes de domo, intelligantur omnes de eodẽ sanguine descendentes, tamẽ quãdo simpli- citer fit mētio de domo, capitur pro loco habitatio- nis, secundum Bar. in l. tutel. ff. de capi. dimi. & in d. l. j. ff. ad Silic. & hic. ¶ Et primus edificator in vrbe fuit Cain, qui primam ciuitatẽ condidit, vt habetur Gene- 4 nos. iij. Quam suis tantum & aliis cõmunicauit. Pri- mi enim homines De hac prima ætate quæque felicitate, & duabus sequentibus, quibus omnia fue- runt mutata in deterius, habetis plenè infra super verbo, Mortuo itaq; testatore. j. loquẽdo de iij. de ca- su in quo testamentũ morte testatoris nõ cõfirmat- 5 tur. ¶ (vt lib. j. de antiquorũ gestis refert Diodorus) nullo subsidio susti durã agebant vitam. Erant pro- 6 fectò nudi, nullo neque ædium neq; ignis adinueto Tom. i.

vsu, cibo in diem quæsito, cum ignorarent agrestes fructus in vsu futurũ condere & seruare ad egesta- tem, quo fiebat, vt hyeme plures aut fame, aut frigo- re interirent. Experimento deinde edoctos, & spelun- cas aiunt quæsiisse ad euitandã frigoris vim, & fru- ctus seruare cepisse. Hæc ille. Nam cum aliquo post tempore homines nudi essent & inermes, nec contra homines aut bestias tuti, nec receptacula contra fri- gus seu æstus haberent, naturali quadã solertia rece- ptacula excogitauere. Vnde & tuguria quædã, atq; casae sibi fabricantes, ex virgulis & arundinibus cõ- struxere, quibus eorum vita tutior haberetur, hæc Bergomensis. Etiam Prisci Aegyptij (vt idem habet lib. ij. Diodorus) domos ex arundinibus conficiebãt, cuius rei vestigia penes Aegypti pastores permãere hucusq; , nulla alia nisi ex calamis facta habitacula 5 probent. ¶ Nec ambigit Iahelem primò artem faciendũ tentoria inuenisse & tuguria. Ex quo fuit pa- ter habitantiũ & pastorum dictus, Genes. iij. Non cõrtè curabãt domos pretiosas, aut excellas sumptu aliquo facere. Imò Marusalem, de quo habetur Gene- 6 nes. v. c. Quingentos annos habes domino dicenti, ædifica domum si vis, quoniã adhuc trecentis annis viues. Respondit propter tantillum tẽporis nõ ædifi- cabo domum, & sub arboribus & circa vepres dor- miuit vt prius consueuerat, aded qd natio Aegyptio- rum (eodem teste Diodoro. lib. ij.) domos nostras diuerforia appellãt, tanquã breui tẽpore à nobis in- habitandas. Defunctorũ sepulchra sempiternas do- mos (quoniã apud inferos infinitum sit tempus) vo- cant. Vnde domos ædificandi curam cõtenuerunt cir- ca sepulchrorum magnificentia, in quibus sunt lon- gius mansuri, summum studiũ operamq; impẽdunt. Nondum præcipites cingebãt oppida fossã, vt dicit Ouid. lib. j. Meta. Et somnos dabat tũc altissima pi- nus. dicit Boët. lib. j. de consolatione, quasi dicat, nulla tunc oppida erãt. Ideo Abraham in domũcu- lis habitabat expectãdo paradisi grandẽ ciuitatem, secundũ Apostolũ & Greg. lib. viij. Moralium. c. li. Et Didymus Bragmanorũ Didascalus siue rex, mo- res eorum quo ad hoc narrãt ad Alexandrũ ita scri- psit. In construendis domibus igne saxa non volui- mus, nec admixtione pulueris cõponimus, sed in telluris speluncis montiumq; latrebis habita- mus. Nullos ibi ventorum fremitus, nullius turbis nis tempestatẽ formidamus, nam tutius nos defendit ab imbre spelunca, quã tegula. Cuius scilicet speluncæ geminis nobis est vsus. Mansionis dum viuimus, & sepulchræ dũ morimur. Hæc ille. Sic ali- quando vixerunt Caturcenses in latibulis, & spelun- cis montium & rupium cauernis habitantes, prout ruinosa talia habitacula ad longum fluminis Olti in hanc vrbe fluentis ascendendo patenter osten- dunt. ¶ Primi certè Aegyptij oppidũ Diospolim edi- ficasse narrantur. in Græcia autè Cecrops oppidum à se Cecropiam appellauit, quæ nunc est arx Athen- nis. Aliqui Argos à Phoroneo rege ante conditum volunt. Et cõmuniter concordant Dedalum fabrũ præstantissimi ingenij virũ, parietum & tectorum (quibus cõsistit domus) inuentorem fuisse. Et apud 7 Cretam insulam Labyrinthum extruxisse. [De isto Labyrintho, & illum extruendi occasione habetur infra super verbo, Quæ filium ex eo suscipiens. dum loquitur de Minotauro.] Quibus asistit Plin. lib. vij. naturalis Historia. cap. lvi. ¶ Et in Gallia Magus patriarchæ Noë pronepos secũdus Galliarum rex, anno ccc. post diluuiũ, & octauo à natiuitate Abra- anno ccc. post diluuiũ, & octauo à natiuitate Abra- Z ij hæ, duo

hæ, duo milleno. xvij. ante Christi aduentum oppi-
da, & domos primis ædificare cepit, vt nomen
suum esset rei consonans: quia Magnus in lingua
Seythica dicitur ædificator. Nam ante sua tempora
Galli in campis sub arboribus pauperrimè viue-
bant, de quo Berofus historicus sic dicit: Nini anno
Ij: apud Celas regnauit Sarnothis primi Galliarum
regis filius Magus, a quo illis opida plurima posita
sunt. hæc ille. Sed hodie in domibus ædificadis, va-
nitas vanitatum & omnia vanitas. De quibus audiat-
tis quid dicit diuus ille Bernar. in epistola de cura &
regimine domus. Si vis, inquit, ædificare domum, in-
ducatur te necessitas, nõ voluptas. Cupiditas enim edi-
ficandi ædificando nõ tollitur, sed augetur. Nimia,
& inordinata ædificandi auaritas parit, & expectat
ædificiorum venditione. Turris profecto completa
& arca euacuata faciunt tardè hominem sapientem.
Hæc ille. Sunt quippe nõnulli, qui in ætatis laborio-
sæ initio, quæstu omissio & agricultura, in eorũ vita
deliciarum sumunt auspicia, decorè domus excogi-
tant. Eam tandem laboriosè cõstructam vacuum ha-
bitare coguntur. Nõ aduertentes quod scribitur Pro-
uerb. xliij. Præpara foris opus tuũ, exerce diligenter
agrum tuũ, vt postea ædifices tibi domum. Aedi-
ficia quoq; incendio & ruinæ subiecta sunt. l. cum hi.
s. si. ff. de tran. fac. Ob quod plures relinquunt domos
reparandas: & quia etiam sunt impares sumptui. l. sed
an vitio. s. is autem. ff. de neg. gest. De his ædificiorũ
sumptibus habetur in l. inter quos. s. si. c. l. seq. ff. de
dam. infec. de quibus dicit Tul. lib. j. de Offi. Ornanda
est dignitas domo: Non ex domo tota quæreda.
Nec domo dominus, sed domus domino honestan-
da est; & in cunctis habenda ratio, nõ sua solum, sed
etiam aliorum. [Huic conuenit Seneca in libro de
quatuor virtutibus Cardinal. Si continenti q; inquit,
studes, habita non amone, sed salubriter. Nec domi-
num velis esse notum à domo, sed domum à domi-
no &c.] Sic in domo clari hominis in qua hospites
multi recipiendi, & admittenda hominum cuiuscun-
que generis multitudo, adhibenda cura laxitatis est:
aliter ampla domus sepe domino dedecori fit, si scilli-
cet in ea solitudo, & maxime si ab alio domino soli-
ta est frequentari. Vnde abstinentum est ab his. Nar-
rat enim Cæsar in commenta. suis de bello Gallico,
lib. vj. apud Germanos, possessiones omnium esse cõ-
munes, & annis singulis quantum cuiq; sufficit pro vi-
ctu tribui, ne loci amoenitate illecti ad domos excel-
sas ædificandum moueantur. Neq; inquit, quisquam
agri modũ certum, aut fines habet proprios, sed ma-
gistratus ac principes in annos singulos gentibus co-
gnationibusq; hominum, qui vna coierunt, quantum
eis & quo loco visum est, agri tribuunt: atq; nõ post
aliò trãssire cogunt. Ne accuratius ad frigora atque
æltus vitandos ædificent, ibique delitescant. Contra
ista sumptuosa ædificia fiãt cum iniustitiis, aut ma-
lè acquisitis, vel cum iniuriis proximorum, quorum
ædiculas vsurpãt, & suis vt ampliores sint, adiungit
vt habetur Ieremix xxi. c. Vã, inquit, qui dicit, ædi-
ficabo mihi domũ latam & cœnacula spaciõsa, qui
aperit sibi fenestras & facit laquearia cœdrina, pin-
gitq; sinopide. Vã qui ædificat domũ suã in iustiti-
a, & cœnacula sua non in iudicio. Et Esaiã v. Vã
qui coniungitis domũ ad domum, q; agrũ agro co-
pularis, vsq; ad terminum loci. Nũquid habitabit
vos soli in medio terræ? quasi dicat, q; non: cũ terra
data sit pro habitatione pauperum sicut diuitum.

Ideo cauenda est talis sumptuosa ædificatio, præfer-
tim iniusta: quia scriptum est Abacuc ij. Lapis qui
in pariete est, clamabit: & lapis qui inter iuncturas
ædificiorum est, respondebit. In quibus verbis præ-
dicta implicatur maledictio. Præterea qui altam fa-
cit domum suam, quærit ruinam. Prouerbio. xvij. vi-
deatis Luc. de Pen. in l. in his. C. de prædiis nau. lib.
xj. qui multum facit pro dicto Bal. per illum. text. in
l. si. s. in autè legata. C. de bo. quæ li. vbi dicit q; do-
mus pretiosa dicitur quasi sterelis, & ibi est text. cu-
ius reditus non correspondet pretio illius, ideo in
venditione rerum immobilium talis domus est præ-
ponenda, vt d. s. in autè. Quia potius est decor vr-
bis, quàm domino suo fructus, vt d. l. in his. Quod
prudenter considerans Diogenes continentissimus
philosophus, (vt Hiero. contra Iouinianũ refert) du-
plici pallio vsus fuit propter frigus. Perã pro cella-
rio habuit, & clauam ob fragilitatem & senectutem
ad membra sustentanda ferebat. In dolio volubili se
habere domum iocabatur, & in vestibulis portarum
morabatur, temporeq; frigoris os dolij vertebat in
meridie, & iuxta motum solis voluebatur; & cum
quendam puerum manu bibentem in fonte vidisset,
tunc vasculum suũ in terram proiecit, dicēs. Nescie-
bam q; naturã poculum haberet. Ecce quanta suffi-
cientia, & quàm lata paupertas. Humile tugurium
(inquit Quintilianus) cum sufficientia regnum fa-
cit. Neq; enim qui multam congeriem struit, & subli-
mes erigit moles, sed qui templa viuientia atque fan-
tissima, quæ fumus ipsi exadificat, alit, & pauperes
reddit & debita, ille quod summum, & verum est sa-
crificium Deo obtulisse, & acceptissimum illi ædifi-
cium posuisse videtur. Quæ omnia domini retrahere
vos debet à curiosa domorũ ædificatione, cõsiderã-
tes hoc ex vanitate, & pauco sèsu procedere, adeo
quod populi Romani iudicium Marcum Aemilium
Porcinã à Lucio Cassio accusatum crimine nimis
sublime extructæ villæ in Alsensii agro, graui mul-
cta affecto teste Valerio lib. viij. tit. de iudicijs publi-
cis. Non tamen dico, quod paupertatem & perfe-
ctionem Christi sequi necesse habeatis, qui in suo di-
xit euangelio, Vulpes foucas habent, & aues cœli ni-
dos, filius autè hominis non habet, vbi caput suum
reclinat, &c. Imò expedit & honestũ est vnicuiq; do-
mum vnam habere cõuenienter pulchram secundum
statum suum; quia pulchritudo ædificiorũ ad deco-
rem ciuitatis cedit, qui postea est cõseruandus
vt dicta l. in his. & l. prætor ait. s. hoc interdictũ. ff.
de noui ope. nũtia. & l. si. ff. ne quid in loco publico
fiat. & l. ij. C. de ædificiis priuatis. Nã tantus est ædi-
ficandi fauor, quod permittens vicino vel alteri do-
mum facere vel aliud ædificium construere cõstituit
seruitutem omnem, quam in solo habebat, remittere
l. si fillicidij. ff. quemadmodũ seruitu. amit. Et quod
plus est talis permissio non præcaria ad voluntatem
permittentis reuocanda, sed perpetua iudicatur, si
aliud expressè cautum non fuerit in ea. l. si præcario.
s. si. ff. commu. prædio. Et ratione est destruendo æ-
dificiũ vrbs deformetur, & status publicus decolore-
tur, vt consuluat Angelus consi. j. Et hinc est, quod
non potest quis videri cõlumnas vel trabes domus
sue. l. senatus. ff. de contrahen. emp. Nec valet legatũ
earum, sed debetur æstimatio. c. cetera. ff. de legat. j.
Nec domus legari potest, vt demoliat & destrua-
tur. l. filiusfamilias. s. ædes. ff. de legat. j. In quo duo
reperiuntur singularia. Primum est, quod non po-
test quis in bonis & rebus suis disponere, quarum est
domi-

dominus & possessor, vt d. l. senatus. & l. cetera con-
tra regulã. l. nemo. C. de Iudais & l. in re mandata.
Camanda. Secundum est, quod quis pro sua re, seu
materia alieno ædificio posita & iuncta, licet domi-
nus existat, agere non potest seu eam vendicare, vt
de ædificio tollatur & sibi restitatur, siue sint fin-
tes, siue lapides, aut alia quæcũque materia ad ædi-
ficandum apta. In l. in l. de rerũ diuis. s. cũ in suo solo
contra regulã. l. in rem actio. ff. de rei ven. Et hoc,
ne vrbs deformetur ruinis, vt dicta l. in fin. Et præterea
ne ruina damnificet vicinos, aut transeuntes per car-
rieras, t qui cogere possunt dominum ruinã, scilicet
vicinãdam damno infecto cauere. ff. de dano infec.
per totum. Et ceteros de dano suã personã, ne ruina
offendantur. Et (quod plus est) hoc fieri potest ad
requædam Syndici villã, cuius etiam interest securè
per carrieras, & itinera commeari. l. j. s. summa cum
vtilitate. ff. de his qui deiecerunt vel effuderit, & est
tex., optimus in l. ad curatorem. ff. de damno infecto.
Præterea dicit tex. in l. singularium vrbium. C. de æ-
difi. priuatis. & in l. præses prouinciã inspectis. ff. de
offic. præsi. quod propter decorè ciuitatis potest re-
ctor curialis cogere de nouo ædificare. Cũ propter
officium teneantur ibi perpetuò residere, & ceteros
priuatos cogere potest, non dico ædificare de nouo,
cũ inuiti residere non teneantur, imò possunt do-
micilium mutare. [De quo habetur super verbo,
Et vxorem nomine Adela. in j. artic. successioũ ab
intestato decili. ij. circa princ.] Sed cogere eos potest
domos suas reparare, quoties reparatiõ indigebũt:
prouiso tamen quod domus nõ sit totaliter destruc-
ta, & in solum seu aream redacta. Quia hoc non est
reficere, sed ædificare, ad quod priuatus nõ tene-
tur, nisi statuto aut cõsuetudine loci vel pacto esset
ad hoc ligatus. Vel tali domo nunc in aream redac-
ta prius fuisset feruitus oneris sedẽi imposita, quo
etiam casu teneretur eam reædificare ad onera debi-
ta sustinendum. l. cum debere cõlumnã. ff. de feruit.
vrba. prædio. Et idem si duo diuiserint domum com-
munem: quia vno petere alter cogi potest pro parte
ad parietem communem inter se nouiter constru-
endam, quia interest sua, q; extruatur cum aliter dano
in domo illatõ vni præsumitur illatum pro proxi-
miorum vicinum. l. si ita. s. si. ff. de fun. instru. & l. ne
quid. ff. de incen. rui. & naufra. & l. j. in fi. C. de falsa
moneta. & l. ij. s. domini, de his qui latro. Præterea
præsumitur domesticus furari, quod in domo perdi-
tur. ij. quæst. v. sepe cõtingit. adeò quod potest subij-
ci torturã, secundum Bar. in l. j. ff. furti aduersus nau-
tas caupo. Quia ergo sua interest ad fugiendum sini-
stram suspicionem, cogi potest facere quod sibi pro-
dest & vicino, cuius etiã interest parietem fieri, &
domum suam claudi, præsertim si pulchrã haberet
vxorem, & decoram familiã, quam labefacere pos-
set vicinus. Et ad officium iudicis pertinet nedũ
commissa delicta punire, sed etiam cauere & prouide-
re, quod non committantur: quia fraudibus non
potest promptius consuli, quàm si fraudandi facul-
tas adimatur. l. j. C. de fabri. lib. xj. Vnde prætor curã
agere debet reprimẽdẽ in improbitatis hominum. l. ij.
Deus iustissimus, qui dissipat cogitationes maligno-
rum, ne possint implere manus eorum, quæ ceperãt,
Iob. v. Et hæc est veritas, secundum Lucam de Pen-
na, in dicta l. ij. C. de metasis & epidimeticis. lib. xii.
aliã autem quis nõ tenetur priuatus ad nouiter ædi-
ficandũ, vt dicit. Sed ad simplicem reparatiõẽ qui-

libet cogi potest, vt dicta l. singularum. Aded,
quod si domus sit duorum, potest cõ dominus in sol-
dum conueniri ratione periculi ruinæ & solus con-
demnari: & ita fuit aliã Arresto Parlamenti, [De
quo meminit do. Auffer. in suo tracta. Arrestorum.
c. item not. q; vnus condominus.] dictum anno do-
mini M. ccc. lxxxix. Vel cogentur domum videri ta-
li, qui possit eam reparare, ne ciuitas eius destructio-
ne & ruina deturpetur, secundum Spec. titu. de fatif.
s. hoc quoque verif. circa hoc quæritur allegat. l. lege.
C. ad Silleia. & l. ij. & fi. C. pro quib. cau. ferui lib. acci-
pant. Imò etiam clerici & ecclesiastica persone
teneantur, & cogi possunt domos suas, & ecclesiã re-
parare etiam per secularem potestãtẽ, sicut cogi pos-
sunt reparare ecclesias, vt dixi super verbo, Et vxorẽ
nomine Adela. In primo artic. successioũ ab
intestato. & ij. decisione illius. Et quod plus est,
cogi possunt reparare viam ante domũ, & itinera pu-
blica, vt plenè decidit Barth. de Cæpol. in tract. de
ferui. rufi. prædio. tit. de feruitute viã, q. xxvj. Et sic
multò fortius tenetur, & cogi possunt singuli priua-
ti habitatores reparare domum suam Vel curator
reipublicæ eam de communi reparabit etiam inuito
domino, & ea reparata si infra tempus à prætorẽ sta-
tuendum dominus edium pretium reparatiõis non
soluerit, poterit reipublica domum illam videri, vt
dicit. l. ad curatorem in fi. vbi bona gl. Et si domus vè-
di nõ possit iusto pretio, dominus nõ eã videri cog-
eretur, sed sumptu reipublicæ ad cuius decorè re-
paratiõ cedit, onus reparandi seu reparatiõ fiet. Ne
vrbs deformitate decoloretur, aut trãseuntes periculi
tetur, vt singulariter decidit Spec. allegato tit. de fatif.
s. si. circa medium. Cuius dictum magni fecit Lu-
do. Ro. in singulari incip. Not. quod in pluribus lo-
cis faciet tibi honorem &c. Et Barth. C. p. in tract. de
ferui. vrba. prædio. tit. de refectione. Vterius
dico, q; si domus refectione indigens esset commu-
nis duorũ, & vnus altero socio antè, vel post de resi-
ciendo seu refectioni cõtribuendo debita requisita
& contumace, domum vel aliam rem cõmune re-
fecerit, prout cogi poterat, vt dixi: si socius cõtumax
opere perfetto infra quatuor menses, quã sumptus
ipsam concernentẽ cum vsuris centesimis non resti-
tuerit, eo ipso socius, qui opus refecit dominus effici-
tur rei reparatẽ in solidum, per tex. in l. cum duobus.
s. idẽ respõdit socius. aliã incipit. l. si fratres. ff. pro
socio. quem Bal. ibi extendit ad ædificia communia,
quod sequitur Cæpola. vbi supra. & est tex. in l. si vt
proponis. C. de ædifi. priuatis. & Bart. in l. quo mi-
nus. in fi. de fluminib. Et notate hæc reparatiõis
priuilegia in bono reipublicæ fundata, ad cuius de-
corẽ tendunt, vt dixi. [Habet etiam aliud priuile-
giũ reparatiõ, quia pro pecunia in reparatiõ expõ-
sita habet creditor in tali re reparata tacitam hypo-
thecam. l. creditor. ff. si cert. pcta. & l. j. ff. quibus mod.
pignus vel hypo. tacitè contrahitur. Pro quo præfer-
tur omnibus prioribus creditoribus, etiã expressã
hypothecam habentibus, vt ibi dicitur, per tex. in l.
interdum. ff. qui potio in pig. habcã. cum l. sequenti.]
Imò reparare domos etiam priuatas incendio vel
ruina collapsas dicitur opus pium, vbi dominus nõ
habet, vnde reparat. per tex. singularẽ in l. si quis pro
redemptione. C. de donat. Aded, quod causarũ pia-
rum executores, & piorum relictorum distributores
possent de relictis ad pias causas distribuere pro re-
fectione, & separatione domorũ. Facit gl. in c. quo-
niam. de iure patr. t q; sicut ex noua ecclesiã ædifi-
cacione

catione acquiratur ius patronatus edificanti, sic etiā reparati ecclesiam ruinofam, quod etiam tenet glo. in c. de fabrica. de conse. dist. j. De quo qualiter intelligitur, videatis per Doct. in d. c. quonia. & Lucā de Penna, vbi supra dicentem hoc esse verum, si ecclesiam quis reparauit de consensu episcopi diocessani. allegat. l. si. ff. de ope. publi. & in auth. vt nullus fabricet orato. §. j. versic. in autem colla. v. Præterea tendunt tales reparaciones in laudem, & magnificentiam edificantium, & reparantium, qui ex magnitudine, & pulchritudine edificiorum præsumuntur & iudicantur magnanimi, quod est notandum quia est optimum medium probandi, quem esse magnanimum, per tex. in dicta l. in his. in fi. C. de præd. nauicula. dummodò non sit excessus: quia vt dixi, altitudine domus timetur ruina & veterum periculum, ac ipsius edificantis depauperatio. Et attendere tam magna pericula non esset magnanimitas, quæ virtus est inter temeritatem, pusillanimitatem, sed esset temeritas, aut vana gloria, quæ vt extremum dicitur vitium, iuxta illud Senecæ in libro de quatuor virtutibus. Eris, inquit, magnanimus, si pericula non appetas vt temerarij, supple. faciūt. Nec formides, vt timidi. Et quantum est fauorabilis ædium, & modorum reparatio, & noua edificatio. Tantum etiam est odiosa & reprimenda earum destructio, & prohibita, nisi fieret ex causa, prout Publius Valerius Publicola dictus, qui videns populum Romanum iniuria aliquantulum incitari, quod domum in excelso loco construxerat, instar arcis seu castrum habentem, eam diruit, & inferiori loco collocauit. Quod faciendo quantum domo inferior, tantum gloria superior euasit, vt dicit Valerius, lib. iij. tit. de animi moderatione, in princ. Sed sine causa hoc fieri non posset. Ita quod dicit Bart. in l. nuu. §. fin. ff. de lega. iij. per illud tex. quod etiam pro debito publico non posset officialis publicus domum alicuius discio operire, vt te gulas, tigna, vel columnas habeat, & vendat pro pignore. Nec etiam fieri potest domorum destructio pro delicto quantumcunq; graui, ne propter delictum res publica cui satis fieri deberet, patiatur. Sed ipse solus, qui deliquit, puniri debet, & non domus, quæ nil mali fecit: in authen. de manda. principum. §. oportet autem. colla. iij. Sed vbi delictum in domo commissum esset atrox, & de atrocioribus, tunc ipsa domus confiscaretur. l. j. C. de fal. mone. & in authen. alearum vsus. C. de religiosis. quia præstas domum etiam solum ad commodius loquendum de maleficio, satis dat fauorem ad delictum & auxilium. l. & si amicis. vbi Bar. in fin. ff. de adulter. Et eo modo rei publicæ satis fit, & fisco læsis propter delictum. Non quod domus destruat in detrimentum & decolorationem reipublicæ, quod fieri non posset etiā pro pœnis fiscalibus, imò prohibetur expressè per ordinationem Philippi Pulchri Francorum regis, factā anno domini M. cccij. [Quam ordinationem situauit do. Auffre. secundum in ordine sub titu. de rescriptis.] Nisi esset consuetudo in contrariū, vt est text. in Authen. seu tit. de pace iuramen. fir. §. cōuenticulas. dum dicit, vt bona eius publicentur, & domus destruat. Per quem tex. ita fieri fuit solum in crimine læsæ maiestatis & cōspirationis contra imperiū, aut reipublicam. In signum cuius olim apud Romanos Manlius, qui Gallos Senonenses clangore anserum proditos de capitolio præcipitauerat, vt refert gl. super verbo, Omnium sanctorum. in cle. j. de reli. & venera. sanctorum. Postea Senonensis factus

contra ciuitatem, eo præcipitato domus suæ excelsæ ruinā decreto senatus passus est. Sic & Spurius Cassius [Vide quæ de his debentur supra in verbo, *Duas habens filias*, dum decidit, an sit licitū appetere dignitates.] propter concupitum dominationem: nec non Spurius Melius, & plures alij domorum euulsione in æternam corū notam multati fuere. De quibus libr. vj. titu. de seueritate sic dicit Valerius: Manlius vnde Gallos depulerat, inde præcipitatus est: quia fortiter defensam libertatem nepharicè opprime conatus est. Cuius iustæ vltionis (nimirum) hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi cum præcipites agebas Senonenses, postquam imitari eos cœpisti, vnus factus es ex Senonensibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit, ne quis patricius in arce, aut in capitolio habitaret. Qui domum eò loci habitaret, vbi nunc ædem monctæ, id est, templum Iunonis videmus. Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit, leui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senatus enim populūque Romanus non contentus capitali cum supplicio afficere, interepto domum superadecit, vt penam quoque, id est larium strage puniretur. In solo autem ædem Telluris, id est, Fanum Deæ Vestæ fecit. Itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiosæ seueritatis monumentū est. Eadem autem Spurium Melium consimili exitu patria multauit. Area verò domus eius, quò iustitia supplicij notior ad posteros perueniret, Acquimelji, id est, planicie appellationem traxit. Quantum ergo odij aduersus hostes libertatis infantum animis antiqui haberent parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant ruinas testabantur. Idcoque & Marci Flacci, & Lucij Saturnini seditiosissimorum corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt. Hæc ille. Quam penam scilicet demolitionis nedum propter rebellionem imponunt principes domibus singulorum, sed etiam cōmunitati, totam ciuitatem demoliendo & aratro subiiciendo, prout de Carthagine factum extitit per Romanos. l. si vstructus ciuitati. ff. quib. mod. vsuf. fru. amit. Et de vrbe Troiana per Græcos, vt ibi dicit glo. Et de vrbe Beniamin propter scelus nephandum, vt patet Iudicum xx. c. Et tempore nostro fieri vidimus. Hoc certè facere possunt principes, quia sunt supra legem, & quibus solis datum est ciuitates destruxere, sicut solis ipsis pertinet, eas de nouo cōdere. Sed alius inferior iudex non posset etiā domum priuati destruxere, vt d. l. j. de fal. mone. Nisi vbi esset consuetudo, vt dictum est, vel statutum: quia non sine causa lex hoc permittens posita est inter consuetudines feudorum. alleg. tit. de pace iuramen. fir. Nec obstat l. si is cum quo. ff. communi diui. quia ibi iudex hoc iniuste fecit iracundia vel aliis motus indebitè, vt ibi aperit tex. Vel erat consuetudo, qualis est in aliquib. partibus, quod domus lenocinij, vel ludij destruat. Quæ consuetudo vel mandatum non extenderetur ad domum clerici, & ecclesiasticorum virorum, quæ destrui non potest etiam ex generali mandato principis, pro emēda sua domos emēdatorum destrui, aut discoperiri mandantis, in quo mandato non veniunt domus ecclesiasticorum, vt deciditur per ordinationem Philippi Pulchri Francorum regis, factam anno domini M. cccij. Nec etiam extenditur talis cōsuetudo ad domum cōductam, ne pro delicto

delicto cōductoris puniatur locator, nec ad domū alteri hypothecatum, secundum Bar. in l. si seruus pignori. per illum text. ff. ad Silleia. & Ang. in §. si quis autē. in auth. de ecclesiasti. citu. colla. ix. Nisi delictū fecissent, & tolerassent, secundum eos ibi. Nec extenditur ad domum pupilli, aut viduæ. per tex. in dicta l. j. C. de fal. mone. Nec etiam ad domum delinquentis cum alio non delinquente communem, vbi inferior pars domus delinquenti pertinet, cuius destructione pars superior non delinquentis perderetur, nisi innocens puniretur. Quod qualiter intelligitur plenè decidit Flo. in dicta l. si is cum quo. & Bart. in l. Atteius. ff. de aqua plu. arcen. Et tales domos propter delictum destructas non licet reedificare sine principis indulgentia. l. j. ff. de cadauc. punitorum Etiam si castrum, aut aliud edificium publicum esset propter delictum destructum, secundū Bal. post Dy. in l. si quis adulterū. §. si quis adulterum. ff. de adulter. Quia pœnæ propter delictum impositæ sunt perpetuæ. l. seruus ibi perpetuū C. de pœnis. & plenè Panor. in c. ex literis. de consli. nisi principis indulgentia aliud permetteretur, quā principes concedere mera gratia possunt, & concedūt ali- quido propter merita & virtutes successorū, instit. de iure natu. §. sed quod princip. vers. planè. put cōcessum olim fuit hæredibus prædicti Marci Flacci, ob eorū in republica victoriā contra Cymbros, de quo vbi supra meminit idem Valerius subiungens: Ceterū Flacciana area, cū diu penatibus vacua mansisset, à Quinto Catulo cōsule Romano Cymbricis spolijs [De hac victoria per Romanos obēta cōtra Cymbros dicitur plenè super verbo, *qui cū alia maximo triumphum contrahens*, loquēdo de viduitate seruāda] adornata est. Et introducti talis consuetudo destruedi domos ad terrorē, ne quis leuiter cōspiret in reipublicam, quia tali nota patiuntur nedum delinquentes, sed omnes in posterum succedētes domum vidētes euulsam suorum maiorum, in qua defecit pater. Minor creuit, in qua maiorum imagines aut non vidēre fixas, aut seuulsas demolendo, dicitur lugubre, dicit tex. in l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. Pariter possent dirui ædes priuatorum, vbi decor ciuitatis hoc requireret. puta pro ampliando forum, aut plateas publicas. l. præscriptio. & l. si quando. C. de operis publi. Idem si periculum incendij vel prodigionis vel aliud in republica contingere timeretur, vt l. edificia. illo eod. tit. Et idem pro ampliando ecclesiam, vel eius domos, vel scholas, vt plenè per Cepollam in dicto tractatu seruitu. titu. de sepulchro. Et idem esset pro euitando maiori dedecore ciuitatis, vt orto incendio in aliqua domo domus media dirueretur, ne incendium vltro procedat, & totam viciniam vel fortè ciuitatem perdat. prout contigit Tolosæ anno domini M. cccclxij. Nocte enim sancti Michaelis mensis Maij combusta fuit maior, & nobilior pars ciuitatis. Sic à paucis anis citra tota ferè Biturica ciuitas cremata est. Quo casu potest domus intermedia destrui. l. si quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad legem Aquil. Quæ postea expensis totius vicinij est reparanda, vt cōsuetudine seruatur, secundum Bar. in l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clā: imò possent vicini de iure compelli, secundum Bald. per illum tex. in l. si laborate. §. j. in fi. ff. ad legē Rhodiam de iactu. Facit quod singulariter decidit Bart. in l. de vsu quoque. per illum text. ff. de variis & extratord. cog. in fi. quod si exercitus armigerum trahens per locum, fecerit hospitium in domo mea, aut

viam in meo agro singuli de loco pro quota sua me reparare tenentur, & officio iudicis ad hoc cogentur, cum damnum meum redundet in alleviationem cæterorum. Ex quibus omnibus sequitur, quod minus destrui possunt domus propter ciuile debitum, vt dixi: nec posset debitor ad hoc se obligare, scilicet vt domus sua in non soluendo destruat, cum interfit reipublicæ, quod vides non deformetur: cui pacto priuatorum præiudicari non potest. Ius publicum. ff. de pactis. & plenè in j. per Bar. & omnes. ff. solut. matr. Vnde restat, vnique necessarium esse domum vnā concedentem & honestam in sui tutissimum refugium. l. plerique ff. de in ius vocan. Equam nemo intrare possit cōtra sui voluntatem sub pœna iniuriarum. instit. de iniur. §. sed lex Cornelia. Cum non liceat pompam rei familiaris pandi. l. ij. C. quādo & quibus quarta pars debeat libro x. Ad eod. quod domum alienam non licet alicui ingredi, etiam causa perquirendi res suas furto amissas, instit. de oblig. quæ ex delicto. §. conceptum. Nisi dominus domus esset persona suspecta de illo furto, scundum Ioan. Fab. ibi. Vel esset talis res, quæ animo scipiam perdidisset, vt seruus a scriptitijs, vxor vel filia. l. requirendi. vbi Cyn. & Bal. C. de ser. fugit. Et quod tunc hoc fiat auctoritate iudicis, ne sit causa maioris tumultus, si aliter fieret. l. non est singulis. ff. de regul. iur. Et sicut posset quis vnā domum habere, ita etiā posset habere duas vel plures secundū facultatem familiaris, statum & conditionem, prout nosker Raynutius habebat. De quibus vltra dotem reliquit domum & hortum filijs, & valuit tale restitum, quāuis de domo & orto simpliciter factū: quia domos in suo patrimonio habebat. quarum electio tunc hæredum pertinebat. Si verò testator nullam domū habuisset, tale legatum non valuisset, velut derisorium. Cum dando domūculam quantumcunq; arctam & inutilē, tunc liberaretur hæres, vt infra dicitur. & probatur in l. si domus. §. j. iuncta gl. ff. de lega. j. Testator enim rem aliquam in genere legando videtur in dubio de his sentire, quas in patrimonio habet. l. iij. in prin. ff. de vino, tritico, & oleo leg. vbi Bar. hoc no. & Bal. in l. in annalibus. in fi. C. de lega. vbi dicit, quod si testator habens domos proprias, reliquerit alicui domū vel habitationem, non cogitur hæres ad pensionem conducere alienas, sed teneatur solum in vna illarū assignare legatario habitationem, in qua possit congruē, & competenter ac honestè morari: quia non auidetur volens ei assignare habitationem cæcam, aut in lupanari, cum verba debeant ciuili modo intelligi. l. si is qui binas. ff. de vsuf. & l. si cui. ff. de seruit. Et idem dicendum est in actu inter viuos, vt si quis rem in genere promitteret: quia intelligitur de his, quæ in eius sunt patrimonio promissæ. l. si quis argentum. §. j. quam ad hoc ibi ponderat Bald. C. de dona. & omnes Doct. in dicta l. si domus. vbi dicit, quod si testator vxori reliquerit domum vel habitationem in vna domo ipsius testatoris, qui plures habebat. Videtur in dubio ei reliquisse in domo illa, in qua solitus erat cum ea habitare, argu. l. vel vnuerforum. ff. de pign. actio. & l. j. §. si quis argentum. ff. de vino, tritico, vel oleo lega. & l. alio. in fin. ff. de alimen. & ciba. leg. Facit quod not. Doct. maxime Bald. in l. j. C. de lega. Tamen hoc casu æquius videretur, quod habitatio relicta cēferretur in tali domo, quæ magis congrueret qualitati suæ personæ, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. & l. verum. §. fin. ff. de rebus dub. Quæ omnia procedunt, vbi testator

stator plures habebat domos in eodē loco, vel ciuitate, aut patria: quoniam secus si haberet in diuersis ciuitatibus, quia eo tunc videretur in dubio reliquisse vnam de domibus ciuitatis, in qua habitabat. l. que conditio. §. j. & quod ibi not. Bar. & Angel. ff. de cōdit. & demonstr. & not. Barto. in l. libellorum. ff. de accusa. facit l. nulli. C. de episcop. & cler. & hoc casu hares non haberet electionem: imō eā haberet legataria, cui domus fuit relicta, scilicet an morari velit in ciuitate, vel extra. ¶ Si verò testator, qui reliquit domum, non habeat nisi vnicam domum, etiam illā videtur legasse, quauis filios & haredes reliquerit. Nam postquam vnicam tātū domum habebat, videtur perinde esse, ac si illam in legato specificē demonstrasset, arg. l. ij. ff. de liberis & posthu. & l. fundus qui locatus. ff. de fundo instru. Præsumitur enim in dubio testatorem legatum voluisse facere efficax. l. Titia cum testamento. §. j. & l. Mæuius in princ. ff. de legat. ij. Vnde filij testatoris seu haredes necesse habebūt aliam domum sibiipsis cōducere, aut aliud de habere, nisi aliter constaret de mēte testatoris, secundū Alexan. in dicta l. si domus. licet Paul. ibi voluerit tale legatum non valere, quando testator non habet, nisi vnam domum & filios reliquit haredes, qui illa indigebant. ¶ Sed pone, quod testator vel donator dixit, do tibi vel lego omnes domos meas, quas inhabitabo. Certum est per prædicta, quod domus in quibus habebat habitationē, comprehenduntur in tali dispositione. Sed pone, quod propter mortalitatem testator vel donator fugerat ciuitatem, & in comitatu morabatur tempore pestis, an in legato vel donatione veniat talis domus in comitatu existens? Et dico, quod non. vt l. j. §. habitare. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. ¶ Præterea verbum, habito est verbum frequentatiuum, ideo de rata & momentanea habitatione non est intelligendum: non enim singula momenta habitationem faciunt, sed residētia per annū, secundū Bal. in l. j. ff. de statu homi. ¶ Et prædicta vera existunt, vbi testator qui domū reliquit in suo patrimonio plures domos, aut vnam habebat in suo patrimonio. Si autem nullā domum habebat, & nihilominus domum reliquerit, tale legatum est inutile, neque valet tāquam derisorium, vt d. l. si domus. ff. de leg. j. Quod verum intelligatis, nisi testator expresse electionē dederit ipsi legatario, vt putā si dixerit domum, relicto quo Titio, quam ipse voluerit. Quo casu licet testator domum nō habeat in suo patrimonio, tale legatum valebit, per l. Titia. §. j. ff. de auro & arg. legat. Et tenebitur hares legatario habere domum. Et idē est, secundū Pau. in dicta l. si domus. in legato habitationis in genere relicto: quia licet testator nullā in patrimonio reliquerit habitationem, tamen præstabitur habitatio secundum qualitatem legatarij. Ita quod dādo domunculam, in qua habitaret mulca, non diceretur dare habitationem, arg. l. penult. ff. de adimen. leg. secundum Alexan. in ij. colum. ¶ Et quæ dicta sunt de legato domus, etiam habebunt locum in legato nauis, secundum glo. in l. quod in rerum. §. si. ff. de legat. j. quoniam nauis determinatio nem habet à natura vel factō hominis, sicut domus, ideo tale legatum valet quantumcunque generaliter relicto, vt supra dictum est. ¶ Si autem legatum relinqueretur generaliter in his rebus, quæ sola pariter familiaris destinatione determinationem capiunt & non à natura, vel hominis factō, sicut est fundus, vt dicta l. quod in rerum. §. si. tunc legatum nō vale-

ret, quia possit esse derisorium. Cūm hares liberetur dādo digium terra, in quo si vellet, possit destinare & constituere fundum, secundum glo. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. Vnde quantumcunque testator fundos habuerit in patrimonio, tale legatum non valet, secundum Bart. Angel. & Imol. in l. ita stipulatus la grande. ff. de verborum obligat. Sed aduertatis, quia quicquid dixerint glo. & Doct. præfati, vbi supra quod legatū fundi non valet, tamen communiter cōtraria opinio est verior, scilicet quod si cut legatū domus simpliciter relicte valet, si testator domos habebat in patrimonio, vt dictū est: sic etiā valebit legatū fundi, per tex. in dicta l. si domus. & d. §. gener. Nam licet testator sola eius destinatione fundum possit constituere, & taliter, quod erit derisorium, si velit, vt dicta l. quod in rerum. in si. Tamē hoc permitti non debet haredi in præiudiciū legatarij: imō debet intelligi, quod testator legando fundum sensit de vno ex fundis sui patrimonij ea forma & prout erat in vsu ipsius testatoris, vt dicta l. si domus. & l. damnas. §. j. ff. de vsu fruct. leg. argu. l. penult. ff. de alimen. leg. secundum Iacob. de Aret. Petr. Cy. Rapha. Imol. in l. legato. ff. de legat. j. & Alex. in dicta l. ita stipulatus. ff. de verborum obligat. dicens ibi, quod testator legando fundum vel quid aliud in genere, videtur dicere lego vnum de fundis meis, vt dicta l. si domus. & d. l. ij. ff. de vino, tritico, & oleo legat. facit l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij. Ergo ex consuetudine testatoris, prout ipse cōsuetus erat fundos habere, debet intelligi legatum esse relicto, argumen. l. si seruus plurium. §. si. ff. de leg. i. Sicut enim dum dico: lego vnum ex fundis meis, valet legatū, vel promissio. l. qui ex pluribus. ff. de verborum obligat. Sic etiam valebit si simpliciter dixerit, lego fundum. De hoc legato generis videatis glo. in l. legato. ff. de legat. j. & in l. de legat. §. generaliter. vbi Ang. per bonas rationes tenet legatum fundi generaliter relicto valere.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M A E.

¶ *Domo legata an hortus contineatur.*
Hortus cedit illi domui, ad quam testator eo vtebatur.
Domo legata an contineatur ergasterium.
Domo appellatione nō eniūt vtenstia, nisi domui affixa.
Ecclesia appellatione venit cœmeterium.
Ecclesia polluta, polluitur cœmeterium.
Hortus quando censetur causa domus, paratus.
Fundo vendito censetur vendita capella, sepulchrum, & ius patronatus.
Domus est in ea parochia, ad quam spectat pars anterior.
Legans filio canonista libros legales, quos legasse censetur.
Offium an veniat appellatione domus.
Boriam legans an territorium ei iunctum leget.
Legans uxori iocalia, qua ait valere centum, etiam si plus valeant, an sint uxoris.
Legans talem fundum, quem ait esse viginti iugerum, valet etiam si plus contineat.
Falsa demonstratio actum non vitiat.
Domus existente feudali nō propterea fit hortus feudalis.
Vnita per alluionē non sunt eiusdem nature cum fundo cui vniuntur.
Fenestra domus non impediunt parietum horti vicini adificationem, legitimo omisso spatio.

Et hortum.



Et hortum.

¶ *Notanter dicit, Et hortum.*
¶ quia si testator de hortu mentionem non fecisset, sed simpliciter domum reliquisset, ex relicto domus non inferretur relicto fuisse hortum: nec legata domo censeretur legatus hortus, nisi hoc exprimeretur per testatorem, prout hic in testamento Raynutij fuit expressum. Quoniam aliās Alterocha Raynutij filia ex simplici legato domus hortum non habuisset. Et ad hoc allegatur quotidie iste text. Pro quo est casus in can. si. quæstio. xij. vbi glo. ff. in hoc ponderat illum text. facit can. ego Lodoicus. l. xij. distinctio. facit text. not. in l. Olympico. in princ. ff. de seruit. vrb. præd. Vbi si testator legauerit habitationem vxori in domo, in tali legato non continetur hortus, ad quem itur per illam habitationem. Imō hares hortum retinet, & vxor cui est relicta habitatio, debet ei dare aditum ad hortum per locum consuetum. Sed aduertatis, quia in contrarium videtur text. in l. prædiis. §. balneas. & §. si. ff. de legat. ij. vbi legata, aut vendita domus tacite censetur legatus, aut veditus hortus. Ad quod facit l. si venditor. §. si. ff. de l. creditor. §. si. ff. de actionib. empt. & l. testatrix. §. j. ff. si seruitus vendicet. facit l. ij. C. de bonis vacanti. libro x. Pro concordia dictorum iurium dicendum arbitrator, quod vbi hortus cohæret domui, tunc hortus venit in legato domus, & in qualibet alia dispositione, vt d. l. prædiis. Hic autem in nostro tex. hortus cohærens non erat domui, ideo in legato non venisset, si de ipso expressa mentio facta non fuisset, secundum Io. Andr. hic, & Dominicum in dicto cap. si. & c. ego Lodoicus. Ad hoc facit l. penult. ff. de verborū significatio. vbi appellatione actiū non veniūt itatuz foribus domus affixæ, vbi glo. j. singulariter ponit exemplum de Leonibus, qui affixi sunt foribus sancti Petri ciuitatis Bononiæ, subiungens quod ea quæ non sunt de substantia domus, non cōprehenduntur in domo vendita: aliās secus. Ad hoc facit, quod voluit Nicola. de Neapo. in dicta l. prædiis. §. vltimo. dicens, quod ille qui vendit domum, etiam videtur hortum vendidisse. ¶ Ideo si duo fratres diuiserint bona communia, & domos inter quas erat hortus in medio, talis hortus cedit illi domui, ad quā testator vtebatur illo hortu. aliās cedit domui, per quam habebatur intrinsecus aditus ad dictum hortum. Aliter & aliās hortus cederet vtrique domui, subiungens, quod si cōsuetudo regni disponat, quod primogenitus habeat domum, intelligitur, quod etiam habeat hortum, quod intelligatis verum si cohæret domui, vel paratus sit causa domus, secundum Bald. in dicta l. ij. C. de bonis vacati. lib. x. Angel. & Bald. in dicta l. Olympico. per quæ decidunt Doct. in l. plerique. ff. de in ius vocado. quod licet ex sua vinea vel area quis citari possit re & verbo, tamen hoc fieri non posset si vinea vel area sub vna & eadem clausura foret cum domo. Quia tunc censeretur esse pars domus, vt in eis locum habeat dispositio dictæ l. plerique. sicut in domo. Pariter si in campo sit domus illa, domus veniet cum campo, in cuius dispositioe venit quicquid habet in se & super se. l. si quādo. C. de bo. vac. lib. x. secundum Bald. in quarta parte consi. cxxvij. Vbi autem hortus non

effet causa domus paratus nec domui accessorius, locum non haberet prædicta, vt dicta l. Olympico. secundum Ia. in l. beneficium. ff. de consi. principum. & Ioan. de Plat. in l. ij. C. de metatis & epidemicis. li. xij. vbi dicit, quod d. l. ij. allegari solet ad hoc, quod legato non videtur legatum ergasterium siue callianum, in quo merces recōduntur, vbi esset separatam à domo legata, arg. ff. de leg. ij. l. si cui a des. & ff. de damno infect. l. quod conclauca. & ff. vii. posside. l. si duo. §. Labeo. secus, si esset contiguū domui legata: quia tūc veniret in legato domus. ff. de fun. instru. l. Sei ex parte. §. tyrannæ. & l. pen. in si. ff. si seruitus vendi. & d. l. prædiis. in si. ¶ Et idē in supellectilibus & vtensilibus in domo legata, aut vendita repertis. Quia, nisi sint domui affixa, non veniunt appellatione domus, vt in dispositione includantur. l. Iulian. §. si. cum legibus v. sequētib. ff. de actio. empt. Nisi domus legata fuisset instructa, secundū Bart. in l. si. ff. de supelle. lega. & Bal. in l. ij. C. de nauti. fecno. vbi dicitur, quod talia mobilia non fixa etiam non veniunt in confiscatione domus simpliciter facta, veluti si domus confiscaretur propter ludum, vel lenocinium: quia in tali confiscatione non veniunt mobilia domus, nisi essent parata & apta instrumenta ad illud delictum, sicut scamna, & tabulæ in ludo, & lectus in adulterio, & lenocinio, secundum Bald. ibi. Et idem in casu nostro esset de ergasterio, si paratum esset. ¶ Sicut appellatione ecclesiæ venit cœmeterium ei contiguū. c. si ciuitas. de senten. excom. lib. vj. Ad eodē, quod habens gratiam in certa ecclesia acceptare potest beneficium in cœmeterio ambitu vel capellis contiguis, quibus eadem est seruanda honestas. cle. j. in si. de celebra. mis. quia sunt priuilegiata sicut ecclesia. xvij. quæstio. iij. quicquid, & de consecra. eccles. cap. j. libr. vj. de immu. eccle. cap. ecclesia. & l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. Ideo fugiens ad cœmeterium, vel porticum vel claustrum ecclesiæ gaudet immunitate. xvij. quæstio. iij. c. si quis contumax. ¶ Et polluta ecclesia dicitur pollutum cœmeterium, vt d. c. j. argu. sumpto de quolibet parato causa domus pro illius seruitio. Sicut dicimus hic de hortu causa domus parato, secundum glo. pragmatica. sancti. super verbo, In ecclesiis. titul. de concubinariis. Et idem de stabulo. vt pulchrè per Iaso. in l. fina. ff. de consi. princip. & Petr. de Anchara. consi. cccxij. incipien. super pluribus. & tex. in l. arbor. quæ §. de vestibulo. ff. cōmuni diuidend. ¶ Causa autem domus censetur paratus hortus ex multis. Primò, si fuit simul cum domo emptus vno eodēque pretio, vel si emptus fuit, vt domum amēntiorem redderet aut salubriorem. & idem si fuit ad vsū & seruitium domus per patremfamilias deputatus, ita quod de domo habeatur aditus ad hortum vel e contra, per tex. elegantem in dicta l. prædiis. §. penult. & fina. ff. de lega. ij. Idem dicit Bart. per illum tex. in l. si mercedē. §. si eū feudū. ff. de actioni. empt. ¶ Quod vendito fundo, in quo est capella ad quam non est aditus nisi per fundum, videtur capella vendita, quauis sit in se magis digna, sicut ibi dicitur satis venditū sepulchrum. Sed quid in iure patronatus, an dicatur venditum vedito palatio? videatis Panor. in cap. ex literis. de iure patro. in fine. Ex quo dicit idem Bart. in l. quod cōclauca. in fine. ff. de damno infecto. quod in tantum cōsideratur aditus fundi, vel domus, vt tāquā principale omnia ad se trahat. ¶ Quod si aditus & pars anterior domus sit in vna parochia, & posterior in alia, ille qui

Tom. i.

Z v ibi ha

ibi habitat, solvere tenetur collectas in illa parochia, in qua aditus domus situs est. facit l. si cui aedes. ff. de legatis iij. Tamen Masuerus tit. de tallis & colle. §. item nota quod si aditus. dicit de consuetudine seruari, quod in parochia illa soluat, in qua forū tenet & igne. Cūm ibi dicatur magis continuè habitare. Preterea tallia & collecte in hoc regno partiuntur & inducuntur per focos & belugas, secundum vulgare nomen. Similiter consuluit Pet. de Anchar. dicto consilio cccxiiij. incipiente, Super pluribus articulis. quod per easdem rationes, donata domo, donata videtur omnes eius stationes simul cum domo vno & eodē pretio empta, & ex post possesse, sub eodem fundamento & tecto. Pro quo facit dicta l. ij. C. de bonis vacan. ibi in l. si quando. que est prima, deciditur, quod si à principe donetur domus, censentur omnia adiacentia & supellectilia donata, puta illū tex. ad hoc singularem, secundum Bald. in cap. quanto. de iudi. & Archidia. in dicto cap. fina. xij. quæst. ij. videatis glo. Bart. & Iaso. in dicta l. beneficium. ff. de consti. prin. ij. & iij. col. vide bonum text. in l. Iulianus. §. adibus. ff. de actione empri. Præterea dicit Bar. in l. si vxori. ff. de auro & argento legato. ¶ quod pater legendo eius filio canonice libros legales, videtur solum ei legasse illos, qui ad eius usum erant parati, per t. xt. ibi in d. l. si vxor. Ad p. emissa facit, quod pulchre voluit Bal. in quodam eius consilio incipiente, Quid si quis legauit contenta in domo, vbi inter cætera post longam disputationem decidit, quod vbiq; hortus est causa deliciarum domus, vel est domui pedifese quis, tūc dicitur paratus causa domus. Si verò paterfamilias domum locaret alteri, & non hortum, tunc hortus non contineretur appellatione domus, secundum eum. Et idem si locaret hortum retinendo domū, vel vni locaret domum, & alteri hortum.

¶ De quo vide bonū tex. in l. cum fundus. ff. de leg. ij. Secus esset, si vni & eidem personæ solitus fuerat locare domum & hortum, sub vna & eadem pensione, vt singulariter dicit tex. in dicta l. prædiis. in fine.

¶ Quo casu appellatione domus venit hortus. ¶ Ostiū autem, & porticus, an veniant appellatione domus, ita quod delictum factum in ostiū, aut porticu vel statione domus, dicatur factum in domo, deciditur quod sic, si domui cohareat, secundum Bart. in l. me ministris. ff. de officio proconsul. Specu. tit. de iniur. §. j. vertic. pone in statuto. Panormit. in cap. j. de decimis. Ioan. Andræ. in capitulo. inter alia. de immunitate ecclesia. & Bart. in l. j. ff. de cloacis. Bal. in rubric. ff. soluto matrimonio. Ioan. de Pla. in dicta l. ij. C. de metatis. & alleg. glo. pragmatica in verbo, in ecclesiis. tit. de concubi. in principio. quæ allegat ad hoc tex. in dicta l. prædiis. §. vltimo. Per quem textum

¶ Alias consulo in questione facti: Cuius quidā Caturensis mansum habens seu boriā finibus certis limitatam, certum emit territorium illi boriæ vicinum: ex post boriā prædictam ad perpetuam tradidit locationem seu emphyteutin, sub vna & eadem pensione, ac sub talibus confrontationibus, quod illud idem territorium nouiter acquisitū comprehenditur. Postea verò in eius testamento, dictam boriā seu illius proprietatem simpliciter cuidam eius filio prælegauit, dubitabatur an illud territorium dictæ boriæ cederet. Et cōsultus respōdit, quod sic, per præmissa: quia testator præsumitur illud territorium emitte pro ampliando dictam boriā. Quod patet ex duobus. Primò, quia postea concedendo boriā in emphyteutin, & cam limitando, & confrontando,

amplexus est dictum territorium. Et sic videtur ipsum dictæ boriæ vniisse, & annexuisse. Nam quicquid plus clauditur sub cōfinibus demonstratis, venit in concessionē, per tex. in l. si fundum sub cōditione. §. si libertus. ff. de leg. j. Idem si minus reperitur infra limites demonstratos, vt dicto §. si libertus. Per quē dicunt ibi doctores. ¶ quod si testator legauit vxori suæ vestes & iocalia, quas estimat centum, si valeant plus fortè duplum, non poterit hæres diminuerē. Et sic mulier tantum habebit. Et idem si reperitur minor valere, quia nō poterit plus petere. facit l. cum pater. §. pater qui filio. ff. de leg. ij. Ad hoc facit quod eleganter consuluit Oldra. consilio cxcvj. incipiente, In concessione cuiusdam donationis. vbi decidit, ¶ quod si quis concesserit aliquam possessionem sub nominibus designantibus speciem vel corpus determinatum, quod postea mensuratur, puta, quia dicit concedo tibi tale prædium sic, & sic limitatum, quod est viginti iugerum: postea reperitur, quod intra dictos limites sunt viginti quinque iugera, certè etiam omnia illa quinque iugera veniunt in tali concessione, & ceditur lucro eius cui facta est concessio, aut venditio, absque eo, quod teneatur emptor pretiū augmentare, vel emphyteuta censum. Nam cōsignatio confinium rem designat, & quicquid est intra includit. l. aede sacra. §. primo. ff. de contrahenda emptione & venditione. Præterea verba illa, viginti iugerum, fuerunt enūciatiua, & non restrictiua: quæ potius facta censentur seu prolata causa demonstrationis.

¶ Et falsa demonstratio actum non vitiat: secus fortè si concedens rem, demonstrare incēpisset per verba nō denotatiua speciem seu corpus determinatum, sed numerum vel quantitatem, puta concessit prædium viginti iugerum infra tales confrontationes. Quo casu illud quod plus reperiretur, non veniret in concessione, de quo plenè videatis per Ioannē Andræ. in additione Speculato. tit. de emptione & venditione. Petrus de Anchara. in capitulo, per tuas. de donatio. Bald. super rubrica. C. de contrahenda emptione & Salice. in l. ij. illius tituli. Secundò, quia dictam boriā, & territorium illud nouiter acquisitum concessit simul vno & eodem actu, nec non vni & eidem pagedio emphyteute, atque sub vna & eadem pensione seu censu annuo. Quapropter dictum territorium cedere debebat boriæ, tanquam ei vniuersum, per tex. notabi. in dicta l. prædiis. §. finali. facit tex. in l. cum eiusdem generis. ff. de adilitio edicto.

Præsertim quia concedens dictam boriā poterat (si voluisset) dictum territorium excipere: ideo cūm legem aperitius (cūm poterat) non declarauerit, sibi debet imputari, & contra ipsum, & suum heredem cum representantem interpretari. l. veteribus. ff. de pactis. ¶ Vnum tamen menti tenebitis, quod licet in legato domus veniat hortus emptus ad causam domus, & illi contiguus, vt dictum est: tamen si domus erat feudalis, vel censualis, non propter hoc hortus erit feudalis, & si prius erat allodialis: imò remanebit liber ab omni censu, vt pulchre decidit Bal. in l. j. in vj. quæst. li. ff. de rerum diuisione. Et sic hortus non assumet qualitatem domus, cui vnitur & cedit: quod est not. facit tex. in §. si cui. Infit. de lega. vbi dicunt Ioan. Fab. & Angel. quod illa quæ consolidantur & vniantur, non censentur acquisita eo iure seu titulo, quo res cui consolidata antea vnita fuerunt, tenentur, imò censentur alia, & tanquam alia sunt de per se iudicanda. ¶ Ideo vnita per alluionem non eiusdem efficiuntur naturæ cū fundo, cui sunt vnita,

vnita dum tamen cōstet de diuersitate rerum: quia si 32 nō constaret, præsumeret in dubio tota res esse seu 33 dalis vel censualis, secundum Bald. in iij. parte cons. 34 cxcv. & in c. v. fallus. si de feu. fue. cōtro. inter domi. & agna. & in cap. j. §. cūm autem. de contro. inuesti. 36 & consuluit Alexan. in prima parte cons. cxxxvj. ij. 37 col. cum seq. De horto videatis Bal. in laltius. C. de 38 seruitu. vbi dicit, quod tibi possum constituere serui- 39 tatem, ne in domo mea faciam fenestram, per quam 40 prospiciam in horto contiguo parieti meo. Nam 41 secundum Angel. habens domum iuxta hortum vel 42 pratum aut claustrum sui vicini, non potest ex illa domo quicquam proicere in hortū vel solum vici- 43 ni citra seruitutem constitutam. Videatis eundē An- 44 ge. in l. foramen. ff. de serui. vrbano. prædio. & clarius 45 in l. qui luminibus. eo. tit. ¶ si habeo palatium iuxta 46 hortum tuum, licet in pariete versus hortum tuum 47 habeā plures fenestras, quas, vt sunt, tenui mille an- 48 nistam: legitimo spatio intermissio inter tuum ædi- 49 ficium & meum, vbi paries non est communis, ædifi- 50 care poteris liberè in horto tuo, quāuis ex tali ædifi- 51 cio lumina mea obscurēt in totū vel in parte. alle- 52 gat. l. j. C. de serui. Idem consuluit Alexā. in ij. parte 53 consil. clxxxij. incipien. oportunè cōsideratis. Nisi 54 tu aliās volēs ædificare fuisses à me prohibitus, & le- 55 gitimo tēpore tacuisses, & nunc ædificare velles, se- 56 cūdum Ioan. Fab. in §. flumina. in l. itū. de rerum di- 57 uisio. De his omnibus videatis latè per Barthol. C. 58 pol. in tracta. de serui. vrb. prædi.

SVMME SECTIONIS.

In eodem testamento relinquens.

- 1 Institutionis titulo an debeat aliquid filio relinquere. ¶ nu. 2.
- 2 Relinquo verbum adiectum vniuersitati importat institutionem.
- 3 Dos & peculium vniuersitatem notant.
- 4 Lego verbum non est tam efficacia sicut relinquo. ¶ nu. 6.
- 5 Relinquo verbum an importet hæredis institutionem. ¶ nu. 8.
- 6 Testator presumitur velle testamentum valere.
- 7 Filio an sit secundum omnia iura aliquid relinquendum titulo institutionis.
- 8 Filio non adstringitur pater aliquid iure institutionis relinquere. de equitate canonica.
- 9 Filius an sit necessarius instituendus iure civili & num. 13.
- 10 Secure verbum intelligitur, id est in expugnabiliter.
- 11 Præterito est duplex.
- 12 Filius an sit iure Codicis instituendus.
- 13 Filius iure authenticorum est necessarius instituendus.
- 14 Leges priores ad posteras trahuntur.
- 15 Instituire sufficit filium in solo obolo.
- 16 Filio minus legitima relinqui non poterat iure veteri.
- 17 Institutio filij est de substantia testamenti.
- 18 Solemnitas in actu à lege requisita formam inducit substantialem.
- 19 Solemnitas substantialis qua dicitur.
- 20 Decretum irritans est pro forma substantiali.
- 21 Forma à iure tradita renouari non potest.
- 22 Testamento nullo ob filij præteritionem nec possessio haberi potest. ¶ nu. 29.
- 23 Institutus quare debeat filius. ¶ nu. 35.
- 24 Honor est filio succedere patri titulo & nomine.
- 25 Bastardum non tenetur pater instituere.
- 26 Hereditatem paternam seruare debet filius.
- 27 Minori etiam non lasso datur restitutio propter affectionem rei paterna.
- 28 Instituire aut iure institutionis relinquere idem est.
- 29 Tabellionis error quando non vitiat testamentum.
- 30 Institutio filij debet fieri in testamento patris.
- 31 Filius præteritus approbare quādo possit patris testamentū.
- 32 Institutionis verba dirigi debent ad filium.
- 33 Clausula à testatore prolata & scribi ommissa, probatur per duos testes.
- 34 Pater debet filium nominatim instituere.
- 35 Clausula institutionis sine consensu testatoris appesita nihil operatur.
- 36 Iuramentum à notario addi non potest.
- 37 Clausula que per notarios in instrumentis adduntur, quando valeant. ¶ nu. 17.
- 38 Testatoris voluntas talis presumitur, qualē lex mandat.
- 39 Notarius presumitur rogat apponere clausulas solitas.
- 40 Abbreniatura notarij recipit supplementum à iure vel consuetudine.
- 41 Notarius omittens iure requisita tenetur de falso.
- 42 Clausula institutionis presumitur de voluntate testatoris appesita.
- 43 Tempus intra quod notarius apponere potest in testamento clausulas consuetas.
- 44 Testamentum præterito filio valet in casibus.
- 45 Legitimam relinquens nō aliter tenetur filium instituere.
- 46 Dotem filia relinquere an sufficiat sine alia institutione.
- 47 Relinquo verbum quando importet institutionem.
- 48 Relinquens pro Falcidia an censetur instituere.
- 49 Clausula, quod valeat omni meliori modo & c. institutionem non requirit.
- 50 Pater aliquid relinquens, & plus petere prohibens non tenetur filium aliter instituere.
- 51 Latinitas incongrua non vitiat sacramentum.
- 52 Equitatis pretextu non licet facere contra iuris formā.
- 53 Equitas vrbalis.
- 54 Pater exheredans filium censetur demens.
- 55 Saliceti ius.
- 56 Ioannis Andree laudes.
- 57 Cadaner non est homo.
- 58 Præter & contra sunt synonyma.
- 59 Mandati fines diligenter seruandi.
- 60 Ambasciator acriter punitus.
- 61 Possimij in filium seueritas.
- 62 Forma etiā in minutis omisso totū vitiat ¶ nu. 73. & 74
- 63 Renunciari non potest iuri traditio certa forma.
- 64 Clausula omni alio meliori modo importat clausulam condicillarem.
- 65 Item, dictio inducit repetitionem præcedentis qualitatis ¶ nu. 78.
- 66 Institutionem potest titulus alius importare. ¶ nu. 80.
- 67 Statuto derogari potest iuri in institutione filij & quantitate legitima. ¶ nu. 82.
- 68 Statuta quando non interpretantur secundum ius commune.
- 69 Præterito filio iacente an maneat fixum testamentum. ¶ nu. 85.
- 70 Ebutia filiam præterentis testamentum validum.
- 71 Annulatio actus fauore alicuius introducta intelligitur ipso valente. ¶ nu. 88. 89.
- 72 Poena solum committitur volente eo, cui applicatur.
- 73 Irritans clausula actum non reddit nullum, nisi volens impetrante.
- 74 Testamentum erit nullum, si præterito filium dicat nullum, secus si tacet.

- 93 Testamentum an sit nullum, etiam tacente filio preterito. & nu. 94, 95, 96, & 97. *suetudine regnum deferatur.*
 98 Beneficium mihi competens ex tua persona an competat tibi. *150 Principes non testantur de suis dignitatibus.*
 99 Miles aut doctor an uxorem vocet dominam. *153 Vinea ecclesie dicitur regnum Gallie.*
 100 Filio preterito tacente, alij dicunt testamentum nullum. *154 Lesa maiestatis crimen incurritur etiam ecclesie prelati.*
 101 Filius preteritus an testamentum patris possit expresse ratificare. *155 Regnum etiam favore primogeniti non datur testamento.*
 102 Filio vno preterito an alij dicant testamentum nullum. *156 Primogenitus quis dicitur.*
 103 & nu. 103, 104, & 105. *157 Primogenituræ iura.*
 106 Decretum irritans non operatur, nisi eo volente cuius favore est appositum. *158 Consuetudo, quod primogenitus succedat, est omni iure fundata.*
 107 Ecclesie consuetudine derogari non potest decreto aliorum quam formam inducent. *159 Papatu est de iure diuino.*
 108 Legi prohibitive renuntiare non potest. *160 Dominandi cupidus nulla probitas aut fides.*
 109 Solennitas iuris tolli non potest per pactum. *161 Romulus fratrem interfecit, ut solus regnaret.*
 110 Decreto irritanti etiam favore partis appposito renuntiare non potest. *162 Reges in Gallia ambitione dominandi occisi.*
 111 Testamenta & eorum forma sunt de iure publico. *163 Regia dignitas per unum, non per plures regenda.*
 112 Filius preteritus nullo tempore approbare potest testamentum patris aly inuitis. & nu. 113. *164 Primogenitus regis non implens patris voluntatem non priuatur hereditate.*
 114 Filius preteritus approbare potest testamentum patris, si aliorum non interfit. *165 Primogenitura est dignitas.*
 115 Subtilitas facit interdum errare. *166 Primogenitus etiam viuente patre dici potest rex.*
 116 Matris preterito habetur pro exheredatione. *167 Gallia quando vni ceperim legibus.*
 117 Errans non consentit. *168 Salica lege solus primogenitus succedit in Gallia.*
 118 Postumo preterito an possit testamentum ab eo validari. *169 Primogenitus preteritur in feudis.*
 119 Filius preteritus testamentum comprobans non propter ea perdit legitimam aut Trebellianicam. *170 Consuetudo, quod primogenitus succedat, etiam errore vel metu introducta valet.*
 120 Iuramentum non porrigitur ad non cogitata. *171 Primogenitus ob bonum publicum solus succedit.*
 121 Iuramentum civilem, & equam interpretationem recipit. *172 Primogenitus plus diligitur parentes.*
 122 Franciscanus filius non est necessario instituendus. *173 Primogenito promissum, non debetur filie.*
 123 Renuntians bonis & future successioni cum iuramento non potest succedere. *174 Filium substituens intelligit primogenitum.*
 124 Religionem minorum intrans successioni renuntiauit. *175 Amagium in Gallia inter solos nobiles locum habet.*
 125 Statutum, quod masculis feminas excludant non habet locum in Franciscano. *176 Feudorum indiuiduitas non facit ea soli primogenito cadere.*
 126 Mendicantes quando succedant. *177 Duo reges erunt, si eodem impetu nascantur.*
 127 Franciscani tertij ordinis an succedant. *178 Reges duo, si non concordent, alternis temporibus administrabunt.*
 128 Filius statuto exclusus preteriri potest. *179 Feudalem consuetudinem sufficit esse probabilem.*
 129 Filia preterita si extranei sint institui, dicere potest testamentum nullum. *180 Voluntas pro ratione legis quando sufficiat.*
 130 Filia que bonis paternis cum iuramento renuntiauit, si preteratur, non agit. *181 Discordia in rebus publ. perniciosa.*
 131 Filius militis, doctoris, vel aduocati, preteritus non agit. & nu. 132. *182 Vetustatem etiam non iustam immutare periculosum.*
 133 Religionem ingrediens non tenetur filium instituere. *183 Constitutio rationalis cõsetur eo ipso, quod non est prohibita.*
 134 Clericus potest filios preterire. *184 Iustitia naturalis & positia differentia.*
 135 Liberè testari quis dicitur. *185 Feuda magna quo ad administrationem diuidi possunt.*
 136 Instituire non tenetur pater inter liberos testans. *186 Pactum, quod res transeat ad primogenitum, an valeat.*
 137 Filio sui favore preterito valet testamentum. *187 Primogenitura ius transmittitur etiam viuo patre.*
 138 Filium sui favore preteriens pater debet iustam causam inferere. *188 Primogeniti filius an alteri fratri preteratur.*
 139 Pia causa ratione preteriri potest filius. *189 Primogenitura vendi nedum transmitti potest.*
 140 Filius bannitus preteriri potest. *190 Vtilico vna cum predio legato, etiam filij & nepotes intelliguntur legati.*
 141 Banniti & deportati non sunt de numero ciuium. *191 Fœmina non succedit in feudo.*
 142 Bannitus non potest aliorum more rem venditã retrahere. *192 Primogenitum nominans dispositio facit omnes eius descendentes eo iure gaudere.*
 143 Statuto, quod primogenitus succedat, non cogitur pater alios filios instituere. *193 Otto litem pugna diremit.*
 144 Primogeniti bona primogenitura non tenetur alijs cõferre. *194 Patrum excludit primogeniti fratris filium secundum aliquos.*
 145 Legum non petunt filij stans consuetudine, quod primogenitus succedat. *195 Carolus magnus secundogenitum pretulit filio primogeniti.*
 146 Primogeniti iuri nil officit, si alij fratres bonis se simul immiscant. *196 Carolus magnus in sanctorum numerum relatus.*
 147 Primogenitura iuri non potest pater detrabere. *197 Sententia principis ius facit.*
 148 Rex testari non potest de regno. *198 Primogeniti filius quando secundogenito preteratur. & nu. 199.*
 149 Rex non potest filium grauare, cum non ab ipso, sed a consuetudine stante quod primogenitus succedat, an ingratu exheredari possit. *200 Filius natus antequam pater esset rex, an aliis regi natus preferatur.*
 201 Nobilitas non transit ad liberos ante adoptionem nobilitatis natos. *202 Bafardus regis per matrimonium legitimatus, an alio preteratur.*
 203 Consuetudine stante quod primogenitus succedat, an ingratu exheredari possit. *204 Rex an minorem filium ex causa possit preferre maiori.*
 Pater

- 205 Pater olim ingratum filium etiam vna priuabat. *accrescendi.*
 206 Ingratus filius semper male successit. *268 Ius accrescendi locum non habet inter succedentes iure diuerso. & nu. 269.*
 207 Legitima ingratu priuatur. *270 Notarius semper presumitur apposuisse clausulas consuetas.*
 208 Primogenitus humana nature Cain damnatus. *271 Bartoli landes.*
 209 Delphinus Gallie an propter ingratitudinem regno possit priuari. *272 Ius accrescendi an prohiberi possit.*
 210 Vltimogenitura ius. *273 Ius accrescendi an transmittatur ad heredes.*
 211 Frater minor eligit primo diuidente herede. *274 Filio an sufficiat relinquere aliquid sine titula institutionis de equitate canonica.*
 212 Pater totu patrimoniu filijs distribuens, nemine instituit. *275 Relinquo, verbum additum vniuersati operatur institutionem. & nu. 276.*
 213 Benedictionis iure relictum valet ut institutio. *277 Filio sufficit relinqui aliquid vniuersum, in terris ecclesie.*
 214 Pater qui pro filio condemnato coactus soluit legitimam, eum non amplius tenetur instituere. & nu. 215.
 216 Iudei ad fidem conuersi sunt melioris conditionis, quam qui fuerunt semper Christiani.
 217 Statutum quod pater & agnati teneantur pro delicto filij, valet.
 218 Statutum quod dominus teneatur pro delicto famulorum.
 219 Pater soluens voluntarie pro filia tenetur adhuc eam instituere.
 220 Filius qui legitimam acceptam dissipauit, an sit a patre adhuc instituendus.
 221 Liberi in potestate patris de legitima eis assignata possunt inter se contrahere.
 222 Filio qui legitimam deuorauit, debentur adhuc a patre alimenta.
 223 Dolo & delicto perdit quis alimenta.
 224 Institui non oportet filium in testamento facto iuxta Gallici consilium.
 225 Institui non oportet filios in testamento furiosi.
 226 Posthumus preteritus, qui viuente patre decessit testamentum non rumpit. & nu. 227.
 228 Preteritus filius cui iuste cause inferuntur, excluditur.
 229 Institui non oportet filium, ubi est clausula codicillaris.
 230 Preteritio filij quo ad sola institutione vniat testamentum.
 231 Legata an seruetur, sine pater sciret, sine ignoraret se habere filium, quem preteritit. & nu. 232.
 232 Legata quando seruentur rupto testamento.
 233 Preteritio filij legata non vniat. & nu. 235, & 236.
 237 Fideicommissum vniuersale seruatur rupto testamento ex filij preteritione.
 238 Pupillaris substitutio seruatur rupto testamento ex preteritione filij. & nu. 239.
 240 Tutela seruatur rupto testamento ex filij preteritione.
 241 Testamentum, preteritione rupto, quando non seruetur relicta.
 242 Testamento preteritione rupto seruatur clausula codicillaris. & nu. 243, 244, & 245.
 246 Clausula codicillaris in testamento nullo quid operetur. & nume. 247.
 248 Filius an teneatur patrem in aliquo instituere.
 249 Pater quo ad filium equiparatur patrono.
 250 Preteriti quis dicitur.
 251 Correctoria iura licet extendere.
 252 Mater an teneatur filium in aliquo instituere, & contra. & nu. 253.
 254 Frater an fratrem instituere teneatur.
 255 Institui quare debet filius in re aliqua.
 256 Institutus in re certa an sit loco legatarij. & nu. 257.
 258 Institutus in re certa quando sit loco heredis. & nu. 259.
 260 Heredum appellatione qui veniant.
 261 Ius patronatus non transit, nisi ad heredes vniuersales.
 262 Institutus in re certa habetur pro herede vniuersali. & nume. 263.
 264 Substitutus in re certa non trahitur ad totum.
 265 Herede vniuersali repudiante an accrescat institutio in re certa.
 266 Ius accrescendi est transmissibile ad heredes.
 267 Filius semper habens in hereditate quotam, habet im-

In eodem testamento relinquens.

Hoc colligunt doctores, & semper ad hoc allegatur, quod sufficit patri vel alteri ascendenti, filio vel alteri descendenti primum locum in successione tenenti, aliquid simpliciter relinquere in testamento: & valebit tale testamentum, ac si filius fuisset expresse institutus, aut ei relictum titulo institutionis. Nam hic Raynutius Alterocha filie sue maritate ultra dotem reliquit simpliciter domum & hortum, eam alias in aliquo non instituendo: & tantum valuit testamentum, ac si iure institutionis fuisset ei relictum. Quod an sit verum, quia articulus est summe utilis, intendo ipsum plene attingere, ideo aduertatis, quia in contrarium est text. apertus. vt in Auth. vt cum de appellatio. cogn. §. aliud quoque capitulu. collatio. viij. vbi dicitur, quod pater debet filio relinquere aliquid iure institutionis, aut ipsum formaliter instituere. Alias testamentum est ipso iure nullum. cap. si pater. in principio eodem titulo libro sexto, vbi pater filias instituit. Et ita fieri debere tenet gloss. hic super verbo, *relinquens.* & gloss. in dicto capitulo. si pater. Quod adeo est verum, quia licet per licentiam liberè testandi a principe testatori habili concessam, videatur solennitas quæcunque esse remissa, secundum glo. in l. si quando. §. primo. C. de inofficio. testamen. Tamen remissa per hoc non censetur solennitas filium instituendi, cum illa non possit citra iniuriam filij pretermitti. argum. l. nec ams. C. de emancipatio. libero. & l. ij. §. si quis a principe. & §. merito. ff. ne quid in loco public. fiat. & ita tenent Cy. Bald. & Salice, quos ibi sequitur Iason in dicta l. si quando. Vnde per hæc & plura alia hic punctus non est sine difficultate: quapropter reducendo ad ordinem verba doctorum maxime repetentium infinita, quæ quandam hæctenus animis iuuenum videbantur inducere difficultatem, pro habendo huius articuli verum & punctualem intellectum scire debetis, quod vna opinio fuit, quod filius debet per patrem in testamento in aliquo institui, vt dicitur textus in dicto §. aliud quoque capitulum. Aut ei debet taliter relinqui, quod habeatur pro instituto, veluti si ei relinquatur aliquod vniuersum per hoc verbum, relinquo. Nam verbum relinquo, adiectum vniuersitati bonorum, trahitur ad institutionem, vt est casus rotundus in præsentis cap. Quod etiam procederet, si tale verbum adiceretur vniuersitati patris bonorum, vtputa, si testator diceret, relinquo tertiam, vel quartam partem bonorum: quoniam eo tunc intelligeretur iure institutionis relicta, secundum

4 **Anto. de But. hic.** Dos enim & peculium sunt nomina importatia vniuersitatem, secundum glo. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re dotali. fac. & Bar. super rubri. ff. sol. matrimo. Vnde verbum, relinquo, his & similibus vniuersitate importatibus adiectum trahitur ad institutionem, & eam inducit, taliter qd si pater in testamento assignet eis peculium, nec dicit iure institutionis, testamentum valet secundum Iac. de Arcet. quem sequitur Bar. in l. si. ff. de penu. leg. Et est casus hic vbi Alterocha fuit dos relicta, & sic qd vniuersum. Nam ex hoc fuit habita pro instituta in dote, & testamētum tantum valuit, ac si expressē instituta fuisset. Quod secus esset, si solū ei relicta fuisset domus cum orto: quia tūc verbum, relinquo, rebus particularibus adiectū operari nō potuisset institutionem: imō Alterocha velut praterita testamētum patris dixisset nullum. Et pramissa intelligatis vera, videlicet quod verbum, relinquo, adiectum vniuersitati patris bonorū operatur institutionem, vt dictum est. Quia satis ex hoc videtur fuisse adiectum vniuersitati bonorū, aded quod illi cui relicta fuit pars bonorū habebitur pro instituto ad com-
5 moda & onera illius partis. Quod si vñ esset in verbo, lego. quoniam si adiceretur parti bonorū, intelligeretur pars bonorum legata deductis oneribus. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis j. Nam maioris est efficacia verbum, relinquo, quod est commune, quam verbum, lego: quod non est directū nec commune, sed potius obliquum. [De quo plenē super verbo, eidem impuberi succederent.] Ad pramissa facit, quod pulchrē not. B. in l. j. ff. cod. vbi loquitur de verbo fieri. dicit, qd si testator fieri mādauit monasterium de omnibus suis bonis, illa verba operantur institutionem, allegat Barto. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. vnde saluari posset instrumentum notarij, in quo dicitur: talis sanus mente suum condidit testamentum, in quo reliquit Petro decem. Quia licet non sit ibi institutio haredis, vt dicta l. his verbis. ff. de haredib. in l. i. Tamen saluatur scriptura: quia licet hoc vocabulum testamentum, sit generale ad omnem speciem vltimæ voluntatis sequendo alusionem vocabuli: non tamē sequēdo propriam significationem, secundum quam importat talem voluntatem, in qua sit haredis institutio. l. non codicillam. C. eodem. Si ergo ita est, quod dicta verba trahantur ad institutionem, multo magis verbum relinquo, adiectū rei vniuersali operabitur institutionē. Et per hac parte allegatur tex. in l. cum vñ. §. fin. ff. de aliment. & ciba. lega. ibi, pro modo legata dotis. vbi pater reliquit filie dotem: nec apparet, quod aliās eam instituerit: tamen validum fuit testamentum. Et ratio alia non fuit, nisi quia verbum, relinquo, doti adiectum trahitur ad institutionem, velut rei vniuersali adiectum. Sed an iste intellectus sit verus, pro nunc non decido, sed infra videbitur. Veruntamen contra ipsum adduco elegans dictum Bal. in l. & in epistola. vers. sic. modō quæro. C. de fideicommissis. vbi dicit, quod verbum relinquo, adiectum vniuersitati relictorum, nō trahitur ad institutionem haredis. Sed trahit à codicillis, & actus valet iure codicilli, cum valere non possit iure testamenti. Quia secundum eū verbum relinquo, aut verbum lego, quantum rei vniuersali adiectum nullatenus importat haredis institutionem, dato alio haredē vniuersali, vt videbitis infra eodem. in verbo relinquit. Et maximē quia idem Anto. de Butri. consilio xv. consuluit, verbum relinquo, non importare haredis institutionem, nisi filius

cui relinquitur expressē hares instituat secundum Barto. in l. cogi. §. j. ff. ad Trebellia. Secunda opinio doctorum fuit: ex qua elicitur secundus intellectus per hūc textum, quod licet verbum relinquo, de se non importet institutionem in filio cui per patrem relinquitur, non est necessaria clausula institutionis, nec tanquam prateritus testamentum dicit nullum, iuxta §. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appel. cog. colla. vij. & de hoc est casus in presenti capitulo. vbi licet Alterocha non fuisset per patrem instituta, sed ei simpliciter esset domus cum orto ultra dotem relicta, tamen, quia verbum relinquo, adiectum fuit & relatum ad talē personam, quæ de iure institui debebat, quia testatoris erat filia. Ideo tractum fuit ad institutionem, perinde acti Alterocha fuisset expressē instituta in domo & orto. Ita eleganter decidit hic Panormi. dicens, quod quoties verbum, relinquo, refertur ad filium, vel filiam, vel aliam personam descendentem, primum locum suatatis tenentem, & sic ad talem personam, quæ de iure debet institui: tale verbū relinquo, operatur institutionem, nec remanet in vi simplicis relictū: quia testator videtur in dubio relinquere iuxta qualitatem conuenientem personæ, cui relinquitur, & sic titu. institutionis, vt hic fecit Raynuius, qui simpliciter ultra dotem domum & hortū Alterochæ reliquit: nec apparet ex textu, quod eam aliter instituerit. Et tamen valuit testamētum: quod non valuisset, nisi filia fuisset instituta hares saltem in aliqua re, vt in dicto §. aliud quoque capitulum. & licet Barto. secundum eum in l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebellianum, tenuerit contrarium, tamen Bald. sequitur primum dictum in l. quoties. C. de haredibus instituen. dicens hoc probari per hūc textum subiungēs ibi hoc esse tolerandum ex æquitate: quoniam indocti nesciunt dicere, relinquo iure institutionis, vel filium instituo: imō vt plurimum dicunt, relinquo: & verba sunt intelligenda secundum qualitatem personarum, inter quas referuntur. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habitatio. capitu. magnæ. de voto & voti redemptio. allegat capitu. requiritur. supra eodem. & huius opinionis refert fuisse Hostien. & Cardinal. Aded enim verba adaptanda sunt personis, ad quas referuntur, taliter quod validus intellectus eliciatur, argumento. l. ex militari. ff. de testamento milita. & capitu. abbate, de verborum significatio. Nam vulgares vt nesciunt alio verbo, quam relinquo. Cum quilibet dicere nesciat, instituo, secundum glo. in l. quoties. C. familiarē circūfidæ. & ita dicit Panormitanus in quæstione facti respondisse, & Bald. etiam dicit in l. i. C. familiarē circūfidæ. doctores nostros Tolosanōs sic determinasse, scilicet verbum, relinquo, relatum ad personam necessariō instituentem, importare institutionem, per nota. in l. si quis prior. ff. ad Trebellianum. & in Authentico de hared. & Falc. §. primo. & in Authen. de ecclesiasticis titulis, §. si autem pro redemptio. & in Authen. vt cum de appellatione. cogno. §. ceterum. Nā cum verbum relinquo, sit aptum natum comprehendere institutionem, debet ita, vt dictum est, interpretari, vt testamētum valeat potius quam pereat, argumento l. quoties. ff. de rebus dubiis. Nec presumitur quisquam viam elegerit ad sua impugnamdum iudicia; dicit textus in l. iij. ff. de testamento milit. Neque foret æquum, si testator erat ita rudis, quod nesciret proferre verbum instituo: & pariter notariū est aded imperitū, qui nesciuit hoc verbū appone-
re, ca.

re, cuius significationem non nouit, vt testamentum propter hoc non valeat. Cum semper sit præsumendum testatorem voluisse suum testamentum valere, secus tamē esset, si verbum relinquo, adiceretur tali personæ, quæ institui non debet de iure: quales sunt extranei infra testatoris primū gradum suatatis non tenentes. Quoniam ex tunc quantum adiceretur rei vniuersali nullo modo operatur institutionem. Et si hæc vera existant, non est mirum si in presenti capitulo verbum relinquo tractū fuit ad institutionem, attenda qualitate personæ relinquentis & eius cui relinquebatur, quia filia testatoris, nec non cōsiderata natura rei, quæ relinquebatur. Nam relinquebatur dos, quæ (vt dictū fuit) est quid vniuersale: ideo intelligitur iure institutionis relicta, arg. dicta l. plenum. Tertia opinio doctorum fuit, quod inter hunc text. & dicta iura, vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque, nō est aliqua differētia. Quinimō omni iure filius vel alius primum locum suatatis tenens, est de necessitate in aliquo instituendus, aut ei iure institutionis relinquendum, aliās testamentum est nullum. Et hunc text. debemus intelligere, quod Raynuius iure & titulo institutionis reliquit Alterochæ ultra dotem domum & hortū. Ideo glo. hic in verbo, Relinquens. supplet clausulam institutionis, quæ causa breuitatis non fuit hic in text. posita, sed per Papam omiſsa: qui cum loqueretur in hac cōpilatione cum peritis in iure, vt pote cum doctoribus, vt patet in rubrica supra in proœmio. Causa breuitatis clausulam institutionis omisit, præsupponēs peritos & doctos viros satis intelligere in talibus clausulam institutionis necessariam fore. Et sic erit sensus, qd ad validitatem testamenti necesse est, quod pater filium instituat, vel titulo institutionis aliquid relinquat. Aliās si ei simpliciter relinqueret, testamētum esset nullū. Cum verbum, relinquo, dato alio haredē vniuersali non importet institutionem: & ita etiam sentit glo. super verbo, Institui. in fine. in capitu. si pater hoc tit. lib. vj. Sed hæc opinio communiter non tenetur: quia supple hūc clausulam institutionis esset diuinare, quod Raynuius eam in suo testamento apposuerit, cum aliās non constet ex litera. Or diuinare est resum miserorum. dicit glo. singularis in l. filium quem habet. C. fami. circūfidæ. Præterea dicere, quod Papa causa breuitatis hic omiserit clausulam inferre institutionis esset similiter diuinare. Nec est verisimile, quod hoc fecerit argumento eorum quæ not. Bar. in l. j. ff. eodem. vbi præseruat iurisconsultum de simili defectu dicens, nō esse verosimile legillatorem causa breuitatis aliquid de substantialibus omiſisse: nec est verum quod papa hic loqueretur cū solis doctis & in iure peritis doctoribus. Quinimō loquebatur etiā cum scholaribus, vt patet supra in proœmio huius compila. qui interdum sunt rudes & ignari, vt dicitur in §. his itaq. in l. de iusti. & iure. & in §. penul. in proœmio digestorum. Vnde restat quod non est verum, quod hic Alterocha fuerit in aliquo instituta aliter quam modo in text. descripto, & tamen valuit testamentum. Inde fuit quarta & vltima opinio doctorum differētiā in hoc puncto inter ius istud canonicum & ius civile facientium, vt scilicet dicamus, quod licet iure civili sit filio aliquid relinquendum iure institutionis per tex. in d. §. aliud quoque capitulum. Hodie tamen de æquitate canonica non requiritur tantus rigor, quod filio sit relinquendum iure institutionis: imō sufficit ei quocūque relicti titulo relinqui, per hunc text. ad hoc nota. Et iste

est verus intellectus huius decretalis secundum istos. Præsuppositis hic quatuor generalibus intellectibus, ex quibus habetis in hoc diffuso articulo intellectum vestrum aliquantulum apertum, causa latius inueſtigandæ veritatis, & vtriusque facultatis zelatores in copiosa quantitate hic presentes satientur, & vnusquisque in sua facultate quid tenendum sit, clarē cognoscat, hanc quotidianam difficultatem duas diuido in partes. Prima erit, an sit verū de iure civili, quod pater necesse habeat & teneatur filium in aliquo instituire, vel an sufficiat ei quocūque relicti titulo aut simpliciter relinquire. Secūda erit si rigor, & asperitas iuris civilis id exigat, scilicet quod filius instituat, an saltem de æquitate canonica sufficiat hodie filium ex testamento patris aliquid habere iure simplicis relictū, siue alio quocūque titulo, quam institutionis. Venio ad primum, circa quod tres fuerunt principales opiniones. Prima fuit vt distinguat: an pater voluerit solēniter testari, putā in scriptis faciendo testes subscribere, & testamētum clausum sigillare, & cetera solēnnia obseruare, de quibus insti. eo. in princ. & l. hac consultiſsima. C. eo. & tunc requiritur, quod filio aliquid relinquat titulo institutionis: nec valeret testamētū, si filio aliquid esset alio titulo quam institutionis relictum: quia postquam testator elegit solēniter testari, oportet quod obseruet solēnitatem institutionis, aut testator vult non solēniter testari, sed nuncupatiue, vt in §. si instituit. eod. Et tunc sufficiat quod filio relinquat simpliciter, vel alio quocūque relicti titulo: ita qd hoc casu necessarius nō erit titulus institutionis. Sed hæc opinio non tenetur: quia est contra text. in d. §. aliud quoque; capitulum. loquentem indistinctē, & indistinctē titulum institutionis requirentem. Ergo indistinctē est intelligendum in testamēto nuncupatiuo, sicut in testamento solēnni. l. iij. ff. de officio præsi. quia vbi lex nō distinguit, nos distinguere non debemus vt ibi. & l. de pretio. ff. de public. actio. maximē quia cum eandem vim habeat testamentū nuncupatiuum sicut solēne, sequitur quod requiritur titulus institutionis in vtroque. Secunda opin. fuit, quod aut testator voluit codicillari, & tunc titulus institutionis non est necessarius: imō sufficit patri codicillatū relinquire filio simpliciter. Aut pater vult testari, & tunc requiritur titulus institutionis. Hæc opinio est in se vera, quia in codicillis non est necesse filio iure institutionis relinquire, cum in eis fieri nō possit directā institutio. l. Scæuola. ff. ad Trebel. & instituit. de codicil. §. si nā. facit l. nō codicillam. C. eod. tit. & l. si idem. C. de codicil. Tertia opin. fuit quod aut testator testamentum fecit inter solos liberos, & tunc sufficit simpliciter relinquire vni ex ipsis absque eo quod expressē pater relinquire teneatur iure & titulo institutionis: & ita intelligitur hic tex. & in l. hac cōsultiſsima. §. ex imperfecto. C. eo. Aliquādo verō testamentum fit inter extraneos, qui per testatorem haredes instituuntur: & tunc ex filio de necessitate relinquendum aliquid iure institutionis, vt dicto §. aliud quoque capitulum. Et hanc opin. sentit glo. in Authentico. nouiſsima. C. de inofficio. testa. quam ibi sequuntur Iacob. Butri. & Matheſilla notabili cxi. quantum illam gl. non alleget. Et eam sequitur Iason in d. l. hac consultiſsima. §. ex imperfecto. ij. col. Et latius in dicta Auth. nouiſsima. in iij. col. vbi Alex. illam glo. commendat velut singularem, tamen non videtur hæc opi. vera, ppter tex. in d. §. aliud quoque capitulum. qui loquitur indistinctē, & requirit titulum

tolum institutionis. de quo plenius dicam infra in xliij. limitatione. Ita eleganter decidit glo. his tribus opinionibus recitatis. super verbo, Instituit. in dicto cap. si pater. co. tit. lib. vj. ¶ Veruntamen ut huius articuli plenior habeatur & fundamentalis enucleatio, & ut vestigia sequar imperatoris, in §. itaq. in proemio digefforum, vbi recitat vetera, vt noua appareat pulchriora, & in §. j. in sti. co. tit. Hac questione subdividuo in tres quaestiones. Prima erit, vtrum de iure ciuili antiquo, scilicet Digefforum, filius debuerit in testamento patris institui, vt testamētum valeat. Secunda, quid cōcludebat de iure nouo Codicis. Tertia, quid hodie seruatur iure ciuili nouissimo, scilicet authenticorum, quo vtimur. Quibus casibus secundum Imo. in l. inter cetera. ff. de lib. & posth. tota dubitatio remanebit clarè decisa. Venio ad primū quæsitum, vtrum de iure ciuili antiquo, scilicet Digefforum, filius debeat in testamēto patris aliquid habere iure seu titu. institutionis, vel an sufficiat quod ei aliquid simpliciter aut alio titulo relinquatur. Pro cuius decisione sciendū est, quod glo. in l. scimus. §. cum autē. C. de inoff. testa. dicit, quod de iure antiquo sufficiebat filio relinqui iure fidei commissi, quāuis hodie requiratur titulus institutionis de iure nouissimo, per dictum §. aliud quoque capitulū. Idem tenet glo. in l. nam & is. ff. de inoff. testa. & in l. Papi nianus. §. si quis mortis. ff. pro co. tit. in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. Contra dictas glo. etiā tenet summus doctor Florianus in l. si pater. C. de inoff. & substi. sub condi. fac. vbi refert vidisse plures repetentes illam legē dicentes se nunquam vidisse nec auduisse, quod iure ciuili antiquo digefforū filius habere deberet legitimā titu. institutionis. Ipse gloriatur se publicè dixisse, quod audiuit & vidit: lege de hoc in l. si emancipat. la. ij. de bo. pos. cōtra tab. & in dicta l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebellia. Quæ quidem iura fuerunt per Sali. allegata in dicta l. scimus. §. cum autē. Et priore loco per Bald. ibi hanc opinionem sequentem, licet de ipso nullam faciat Sali. mentionem. Vnde concludit iure antiquo digefforum in relicto filio facto requiri titulū institutionis. Idem sequitur Ang. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posth. vbi dicit quod institutio filiorum est de ordine & solēnitare testamēti paterni, per dictā l. inter cetera. illo co. tit. Ideo lex requirit institutionem in filio, qua omīssa testamētū est nullum l. j. ff. de iniusto rupto testamēto. licet gl. & malè secundum eum in dicto §. cum autē dicat contrariū. Hanc eandem opinionem contra glo. tenuit idem Ang. in dicta l. inter cetera. de lib. & posth. pro quo facit gl. in l. ex ass. ff. ad leg. Falc. dicens, quod ibi in eadē l. ex ass. quæ cōtrarium videtur velle, filius fuit exheredatus, quod sufficit per dictā l. inter cetera. Et ita dicit notari in d. l. Papi nianus. §. si quis mortis. Idē contra glo. tenuit Bal. in dicta l. inter cetera per tex. in dicta l. Gallus. §. omnibus. & in dicta l. inter cetera. vbi de iure antiquo Digefforū est text. quod filius debet in testamēto patris institui in aliquo vel exheredari. Hoc idē tenuit Bal. in dicto §. omnibus allegans no. in dicta l. si quis priore. ff. ad Trebellia. & in Authen. nouissima. C. de inoff. testa. & idem Bal. in l. omnimodo. illo co. tit. & Imo. in dicta l. inter cetera. vbi pro casu allegat dictā l. si quis priore. §. q. rogatus. ff. ad Trebel. & respondet ad tex. in dicto §. si quis mortis. vbi dicitur, quod sufficit titulus donationis causa mortis absq. alia institutione. Quoniā illa tex.

fuit ibi additus à compositoribus iuris noui, secundū quod sufficit quicunque relicti titulus, vt d. l. omnimodo. & latius dicitur infra. Vel potest dici secundum eum, quod filius ibi fuit à patre exheredatus. & sic facit ad titulū illū. de inoff. testa. vbi situatur. Vel tertio potest dici, quod ille tex. loquitur, quādo actualiter fuit data filio legitima in vita patris testantis. Quo casu iure antiquo sufficiebat quicūque titulus: secus, si per viam relicti in testamento: quoniā multi casus impedire poterant sciendū, qui non poterant impedire iam factū, & executioni mandatum. Hanc eandem opi. tenuit Imo. in d. §. qui rogatus. dicens ibi esse casum singularem, quod iure digefforum legitima debetur filio institutionis iure. Idem tenuit Bar. in l. si emancipatus. per illum tex. ff. de bo. pos. cōtra tabu. Et in hac opinione, vt videtis, quicūque cōmunis schola doctorum. Sed contra hanc communem doctrinam, nonnulli repetentes moderni non sine fundamento defendunt gl. contrarium tenentes, asserentes firmiter iure antiquo digefforum sufficere filio relinqui legitimā quocunq. relicti titulo, neq. fuisse necessarium illo tēpore titulum institutionis. Et de hoc dicunt fore casum, primò in l. qui filium. ibi filie dotis nomine. cc. legauerat. ff. vbi pupillus educari debeat. vbi pater titulo legati reliquit filia, & tamen testamentum valuit, licet aliter de institutione filia non appareret, vt ibi Nic. de Neapo. refert auduisse Rayne. de Forli. allegantem illam tex. pro vnico & singulari destruentem communem docto. opi. Nec obstat suppletio gl. ibi in prin. dū supplet, quod pater illam filiam exheredauerat. Quoniā cum tex. ibi hoc nō aperiat, eo modo supplere esset diuinare, quod (vt dictū fuit) est miserorū refugiu. Minūque curandum est dum glo. ibi supplet, quod filia fuit in aliquo instituta: quia illud nedum esset diuinare, sed contra tex. formaliter concludere, dū dicit, nec quicquam præterea. vbi clarè patet filia: vltra dotem nihil fuisse relictum. alleg. Barto. in l. cum vnus. §. s. na. ff. de alimen. & ciba. lega. ibi, pro modo legate dotis, est casus contra cōmunem doctrinam. Secundò adducitur tex. not. in l. etiam. §. si debita patrono. ff. de bonis liberti. vbi sufficit patrono suā habere legitimam in bonis liberti. tit. legati. & ibi dicit glo. quod ille tex. nō corrigitur hodie per dictū §. aliud quoq. capitulum. licet in filia sit hodie correctū. Et sic præsupponit, quod postquam filius debet hodie aliquid habere iure institutionis, sufficiebat, quod antequā hoc haberet quocunq. relicti titulo. Tertio inducitur dicta lex ass. ff. ad legē Falc. vbi patronus fuit institutus à liberto, & filio suo libertus titulo legati reliquit, & tamen præsupponitur ibi testamētū valuisse, vt ibi Angel. hoc tenuit in princip. licet postea per verbum forte, suam opinionē mutauerit, & malè: quia ad illum tex. non posset responderi, quod ibi filius fuisset exheredatus, prout ipse ibi præsupponit. Quarto inducitur l. pater quoque. ff. ad l. Falc. vbi pater de iure Digefforum habebat in bonis filij legitimam portionem titulo legati. Ergo idem erit eodē uerbo. argu. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testa. Quinto adducitur l. cum pater impuberi. ff. ad leg. Falc. ibi, quod ei legatorum nomine à patre obuenit. vbi pater aliam instituit hæredem, & filio legit. & tamen testamentum fuit validum. Sexto & vltimò pro hac parte cōtra communem opinionem adducitur dicta l. Papi nianus. §. si quis. vbi dicitur, quod si pater causa mortis donauerit filio partem quæ ei ab intestato obuenire debebat, tūc pater poterit securè testari

16 testari. ¶ Quod verbū, securè, intelligitur. j. in expugnabiliter, vt in c. ij. de treu. & pace. & in c. ij. de pac. & in l. j. ff. de præ. stipu. & in l. j. ff. ad legem Iul. ma. iest. Or dicere, quod pater ibi exheredauerit filium, esset diuinare. Præterea iuriscōsultus frustra expressisset verbum, securè, cum notorium sit de iure, patrem testari posse filio instituto vel exheredato. Ergo in dubio est ille intellectus sequendus, per quē lex decidit dubium. l. ancillæ. C. de fur. Nec obstat, si diceretur, quod ille tex. fuit per cōpilatores noui iuris additus, quo permittitur patri relinquere filio quocunq. relicti titulo: quoniā respicietur illud, non esse verisimile, attento, quod ille tex. solus hanc opi. nō fundat: imò fundatur per omnia iura superius allegata. Et alia plura causa breuitatis hinc recitari omīssa, per Barbatium hinc plenè relata. Præterea illud dicere aliud nō esset, quā diuinare: quod nō est dicendum: imò si phas & honestum foret diuinare, verosimilius esset credere, quod illa duo iura in cōtrarium allegata (videlicet l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. & l. si emancipatus. ff. de contratab.) fuerunt addita per cōpilatores nouissimi iuris, per quem fundatur contraria præcedens opi. quā illa iuriorum multitudine in qua fundatur hæc vltima modernorū sententia. Similiter nō obstat quod dicebat Imo. quod in dicto §. si quis mortis. fuit ad realē portionis debita traditionē in vita patris processum. Quo casu, secundum eum nō est postea in testamēto paterno necesse, quod filius instituat cum iā actualiter tradita sit ei legitima, vt l. si nō mortis causa. §. j. ff. de inoff. testa. Quoniā responderet quod in l. si nō mortis causa. fuit legitima quacitas per donatorem inter viuos tradita filio, & sic filius ilico effectus fuit dominus: sed in d. §. si quis mortis. portio dabat causa mortis filio ex qua donatione, quāuis. x. ea sequatur traditio nō trāsit dominu in donatariū, nisi secuta morte donatis. l. nō omnis. ff. si eer. pct. & plenè habuistis. in verb. Testamentum. iij. Sed demū secuta morte dominium ipso iure trāsit in donatariū, etiā nulla secuta traditione, sicut ex legato. vt est casus singularis in l. ij. ff. de pub. actio. vnde licet ex donatione causa mortis processum fuerit ad traditionē, tamen filius propter hoc non dicitur habere realiter legitimam, donec post mortem patris donatoris. Et sic dicere, quod propter illam traditionem quæ non sortitur effectum ante mortē donatis sicut nec legatum ante mortem relinquētis, ipse donator posset securè testari, esset nihil dicere: idēo non fuit hæc ratio in dicto §. si quis mortis causa. Sed illa sola fuit ratio, quæ iure antiquo Digefforum sufficiebat quicūque titulus. ¶ postremò non ob. inter cetera. ff. de libe. & posth. & l. j. ff. de iniur. rup. test. vbi dicitur, quod filius præteritus rumpit testamētum. Quoniā ad hoc respondetur, quod duplex est præteritio, scilicet larga, & stricta & propriè sumpta. Larga præteritio est quoties de filio nulla facta fuit mētio in testamēto, nec institutio, aut aliter ei quouis modo relinquēt do. Et isto modo accipitur in iuribus contrariis: quoniā si filius largo modo fuerit præteritus, taliter quod de ipso nulla facta fuerit mētio, etiam legando aut donando vel aliās relinquendo, tunc testamētum rumpitur, & caret effectu. Alio modo capitur præteritio strictè & propriè: veluti quando filius non est institutus nec exheredatus, sed legatus sit ei relictum: & tūc de iure Digefforum filius nō poterat testamētū impugnare: imò sufficiebat ei fuisse relictum quocūque titulo legati fidei cōmissi vel donationis, vt

dictū est. Et in hac opinione post longā suorum phylateriorū dilatacionem requieuit hic noster repetēs Barba. quā etiā videtur sequi Alex. in dict. l. inter cetera. qui vtrobique respondet ad dictā l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. & ad l. si emancipatus. ff. de bo. pos. cōtratab. Et hæc opi. puto veriorē, vt scilicet cū opinioe gl. in d. l. scimus. §. cum autē. C. de inoff. testa. concludamus, quod iure antiquo Digefforū poterat filio relinqui legitima quocunq. relicti titulo, ita quod nō erat necessarius titulus institutionis, prout ita mē, quod filio relinqueretur integra legitima. l. cū quaeritur. C. de inoff. testa. Si verò relinqueretur filio minus legitima: tūc erat necessarius titulus institutionis, ad eō quod non sufficiebat alius quicunq. relicti titulus: aliās dicebatur præteritus, & impugnare poterat testamētū: vt d. l. si emancipatus. vbi nihil fuit filio relictum à patre, vel fuerat ei relictum minus legitima. ¶ Præsupposita igitur hac opi. pro vera, venio ad secundū quæsitū: vtrū iure ciuili nouo esset filius de necessitate instituendus in legitima, vel alia res: vel an sufficere quicūq. relicti titulus. Et dico, quod iure nouo Codicis filius nō erat necessarius instituendus, imò sufficiebat ei relinqui quocunq. titulo relicti, scilicet legati, donationis, vel fidei commissi, aut simpliciter relicti. vt fecit noster Raynuti. qui Alterochæ eius filia: vltra dotē domū & hortum simpliciter reliquit. Et ita eo iure fieri posse decidit tex. in l. omnimodo. & d. l. scimus. §. cū autē. C. de inoff. testa. & in hoc ius nouū Codicis cōcordat cū iure antiquo Digefforū. Sed differēbat in alio: quia (vt dictū est) iure antiquo tenebatur pater relinquere filio integram legitimā, vt d. l. cū quaeritur. Sed de iure nouo sufficiebat filio relinquere minus legitima: nec propter hoc testamētū subuertebatur, sed ad supplementū legitimæ agebatur, vt d. l. omnimodo. & plenè not. gl. in l. nam & is. ff. de inoff. testa. ¶ Tertia quaestio nullam habet dubitationē: quia hodie iure nouissimo pater tenetur filio relinquere legitimā, vel minus legitima iure institutionis, siue sit masculus, siue femina. Cum quo ad ius succedendi non sit in sexu differentia. l. maximū. C. de libe. præte. & habuistis plenè in verbo, duas habes filias. Siue etiā sit in potestate partis, siue emancipatus, vt j. dicitur in puncto exheredationis. Siue etiā viuat naturaliter, & ciuilitate, siue sint ciuilitate mortui, vt quia religiosi: quia tales debent in aliquo institui, cum iura suarū retineant. l. si. C. de epil. & cler. Etiā si essent in tertio ordine beati Frācis. secundū Bar. quem sequitur Alex. in l. cōmodifimè. ff. de libe. & posth. vt clariū videbitis. j. in viij. limitatione: imò filij non nati, sed in vtero existētes debent institui, non quod propter eorū præteritionem testamētū patris esset ilico nullum, sed ne nascēdo rumpant illud. insti. qui. mo. testa. in fir. in princ. Restat, quod instituendi sunt quicūque liberi testatoris, aliter & aliās esset nullū, vt d. §. aliud quoq. capitulū. in Auth. vt cum de appel. cog. per quē tex. sūt hodie correcta quo ad hoc omnia iura vetera digefforū, & noua Codicis. Quinimò & tex. in Auth. nouissima. C. de inoff. testa. qui permittit videbatur patri posse filio relinquere quocunq. titulo relicti. Nā cum illa Auth. sumpta fuerit de corpore Auth. de trien. & semif. colla. iij. hodie remanet correctā per dictū §. aliud quoque capitulum. qui est in Auth. vt cum de appel. cog. colla. viij. ¶ Quia certū est priores leges ad posteriores trahi. Et per illas, si cōtraria fuerint, corrig. l. nō est nouū. ff. de legibus. Et differt ius istud nouissimū à veteri in omnib. & in modo relinquendi,

linquendi, quam in quantitate relicti. Sed conuenit cu iure nouo. Codicis in vno: qd sicut iure nouo codi. sufficiebat filio aliquid a patre relinqui, quauis minus legitima. Ita etia hodie permittitur iure isto nouissimo, quo vtimur. Taliter, qd sufficit patri filiu instituire in quinq; solidis, prout de quinq; imperialibus dicit glo. singu. in l. iij. §. sed vtrum. vbi hoc idē tenet Bar. ff. de mino. t. Vel sufficit eū instituire in vno solo numo aut obolo, vt dicit gl. sing. in §. ceterum. in auth. vt cū de appel. cogno. Quinimō sufficeret filium instituire in re aliena, vt valeret institutio etiā re illa euicta, nec cēferetur prāteritus, cū sibi debeatur æstimatio. Quod est verum, etiā si pater filium instituēdo in re aliena, sciret eam esse alienam, attēto qd filius cui res relinquitur, est persona cōiuncta l. cū rem alienā. C. de leg. secundum Barto. in l. suus quoq; ff. de hære. in l. Bal. & clarius. Salic. in d. l. scimus. C. de inoff. test. quos ibi sequitur Iason. in re autē propria filii in qua vsufructus esset patris, non valeret talis institutio, cū morte patris talis vsufructus sit finiturus. §. finitur. in l. finitur. Et sic post mortē patris reperiretur filius in nihilo institutus, & cōsequēter esset prāteritus. Et sic testamē. nullum secundū Bald. per illū tex. in d. l. scimus. Et idem Bald. & Imo. in d. l. suus quoque. Et cōsultit Alex. in iij. parte cō. si. xx. incip. Pōderatis his. t. Vnde ex prēmisis sequētes eliciuntur cōclusiones. Prima est, qd iure veteri nō audiebatur pater relinquens filio minus legitima. Secunda conclusio, qd eodem iure sufficiebat patri relinquere filio legitimā vel aliud acquipollēs quocunq; relicti titulo. Tertia cōclusio est qd iure nouo C. data fuit licētia patri relinquendi filio quocunq; titulo relicti, etiā minus legitima. Sed postea si relictu nō sufficiebat ad legitimā, agebat filius ad supplementū legitimæ. Quarta cōclusio est, qd hodie iure nouissimo authenticorum, quo vtimur, pater tenetur filio relinquere legitimā iure institutionis, vel minus legitimā: tñ filius agere poterit infra xxx. annos ad supplementū legitimæ. Et nisi titulus institutionis insertus fuerit in testamēto, filius cēsetur prāteritus: taliter qd testamētum erit ipso iure nullum quo ad hæredis institut. Cetera verō firma manebunt, in auth. ex caus. C. de libe. pater. vel ex hære. & dicam latius infra in xxvij. limitatione. Hoc idem intelligatis in aliis quibuscunq; descēdentibus tempore mortis testatoris primū locum iustitatis tenentibus, in quibus idem quod in filiis obseruatur, vt scilicet hæredes in aliquo nominati instituantur, quia in eis nō sufficeret titulus simplicis relicti, aut alius quicunq;. Nam multa sunt, quæ lex non patitur in finemō silentij constare seu cōsistere, sed requirit claritatē verborū, vt est hæredis institutio. Ita pulchrē ad propositū dicit Bal. in c. j. §. filia verō. in fi. de suc. cōf. seu. Et adeo requiritur hodie in filio titulus institutionis, qd eū instituire in aliquo est de forma substantiali paterni testamenti: sine qua, velut sine eo quod dat esse rei, testamētum consistere non possit: quia forma est ordinata series rem ad substantiā adducens, secundū Bal. tit. de no. fide. forma. in princ. 23 Et t qd filiu in testamento instituire sit de forma substantiali testamēti, est tex. in d. §. aliud quoq; capitulum. vbi postquā ibi dictum fuit filio nō posse relinqui titulo donationis si deicō misit alteriusve tituli si milis: postea subiungitur, Sin autē hęc nō fuerint obseruata, nullā vim huiusmodi testamētum quantum ad institutionē hæredum habere sancimus & c. Illa enim verba, N nullam vim habere, annullāt testamētū

ipso iure, per tex. in c. ad aures. de rescri. vbi per illa verba actus inficitur ipso iure. Ad hoc facit tex. in l. iij. ibi, nullas habere vires. C. qñ prouocanō est necesse. vbi talia aut similia verba actū reddūt nullū ipso iure, & in noitris propriis terminis est gl. in §. siue igitur. versic. sin autē. super verbo. Nullum in cadē authen. vt cū de appel. cog. t. Sed vbiq; lex certā requirit solennitatē in aliquo actū, talis lex videtur tradere formā substantialem, cui renuntiare non potest, vt elegāter decidit Bal. in cap. j. qui successores teneantur. Sed prius hoc voluerat Bar. post glo. in l. vniuersa. C. de preci. impē. offerē. vbi dicit, qd illa dicitur solennitas substantialis, quæ requiritur in ipso actu cū celebratur, cuius omisio actū vitiat ipso iure. Secus esset, vbi aliqua requireretur solennitas intercedere post actum iam celebratum & perfectū. Quo casu eius omisio non vitietur ipso iure, sed exceptionis opē: & sic in effectu. vt d. l. vniuersa. vbi gl. Et ratio diuertitatis est, quia quādo actus est in fieri, facilius impeditur, quā tollatur dum est perfectus. l. pater furioso. ff. de his q. sunt sui vel alie. iuris. cap. quemadmodum. de iurciu. Vnde singulariter dicit Bal. in d. l. vniuersa. secundū Aristote. & Auerrroyn. qd forma substantialis aduenit rei existenti in potentia: forma verō accidentalis aduenit rei iam existēti in actu. Idem dicit in l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo. Alibi dicit idem Bald. in rubr. C. de rescri. vend. t. qd illa dicitur solennitas substantialis, quæ requiritur tempore cōtractus, veluti consensus propinquorum ex forma statuti. & in cap. cūm adeo. de rescri. dicit qd defectus cōditionis expressæ vel tacite impedit actum, ne producat in esse: vbi cōditio inest a parte antē, id est, ante actū productū in esse. secus si ex parte pōst, scilicet postquam origo præcesserit: quia tunc opus est exceptione, per glo. in d. l. vniuersa. & hęc fuisse doctrinam Dei dicit Bal. in l. hi qui. C. de app. Ad hoc facit gl. in verbo, Inhibētes. in cle. j. de iure patronatus. volens, qd quoties formæ præfixio traditur a principio iurisdictionis, eius omisio vitiat ipso iure, secus si tradatur eius exercitio, quia tunc non vitietur ipso iure, sed in effectu. Facit gl. in verbo, denoluta. in clemē. causam, de elec. vbi per illam not. ibi Imo. qd illa dicuntur esse de substantia, quæ contemporanē cū actu introducendo cōcurrere debent, non quæ post actum ordinatum requiruntur, per glo. in d. l. vniuersa. vbi Alex. & Iason & Fely. in c. quoniam frequenter, vt lite nō contestata. Et t præmissa maximē locum habent, vbi vltra solēnitatis requisitionem subnectitur decretum irritans, quod tātē est efficacit, qd videtur datum pro forma substantiali, sine qua actus nō valeat, secundū Bal. & Ange. in l. j. ff. de libe. & post hu. Et cui solennitati partes obstantē decreto renuntiare nō possit, secundū glo. in verbo, Clausula. & ibi Panor. in cap. dilecto. de præben. & in c. statutum. §. j. super verbo, Committitur. de rescri. lib. vj. & Dominic. in cap. fin. super glo. in verbo, præsumant. de offic. deleg. in vj. Præterea dicit Bald. eleganter super rubr. C. si quis aliquem testa. prohibe. t. quod iuri traditio certæ formæ in actibus hominum renuntiare nō potest, ne proprio motu prout quisque vult, & non prout debet, procedi possit. Idem dicit Bald. primæ lecturæ. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. Nam omisio formæ in qualibet minima qualitate totum vitiat, secundum Anto. de Butr. & Panor. in cap. Pisanis. de rescri. spolia. & Panor. in ca. causam. de re iud. Quod est verum etiam si formæ omisio inducat

facilio

faciliorem negotij (de quo tractatur) expeditionem, prout de hoc allegatur gl. in ver. Superiore. in c. solet. de senten. excō. lib. vj. vbi Dominicus. de quo videbitis infra plenius prope finem tertij & limita. Cūm ergo lex nouissima in d. §. aliud quoq; capitulum, superius allegata, requirat filium debere institui a patre testante, & in ipso actu testandi nō ita sufficeret post. vt infra clarius demonstrabitur. Præterea, si ita non fiat testamētum, annullat ipso iure, vt vidistis. Et sic continet decretum irritans. Sequitur quod institutio filij est forma substantialis testamenti paterni, quam pater immutare nō potest, vt dictū est, nec illi renuntiare. l. nemo potest. ff. de leg. j. Ad hoc facit glo. singularis in c. non imputamus. de cōsue. lib. vj. volens consuetudinem disponere non posse contra substantiales actus. De quo plenē dicā infra ista cadem nota in septima limitatione. t. Et in tātum est testamētum nullum, omilla filij institutione, qd hęc res non potest ex eo præterdere aliquid habere in hæred. imō nec possessionem, attento quod huic formæ substantiali adiectum fuit decretum irritans: 28 quod tñ edum inficit titulum, sed etiam possessionē. Ita qd hæs in tali testamento institutus (si spoliaretur possessione hæreditatis virtute talis testamenti apprehensa) nullū haberet remediū possessoriū recuperandæ. [De quibus habetur super verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. artic. j. in ij. deci. loquēdo de iure & priuilegio, quod habet rex Franciæ in episcopatus vbi dixi in addi.] nec retinēdæ, si in ea turbaretur, quia talis possessio ex tali testamento nullo contra decretum irritans apprehensa est meri facti, nullum tribuens iuris adiniculum, secundū dominos de Rota, qui ita singulariter in simili decidūt in nouis, deci. xvj. incip. si contra agentē. & tenet Dominicus in c. ij. vt lite penden. lib. vj. [De hoc plenē per nos dictū est in repetitione c. j. de elec. declarando vltimam cōclusionem, & in cōsilio facto pro sustentatione confirmationis ecclesię Caturcē. deci. dependo dubium.] Or si tali hæredi denegaretur possessio recuperandæ, vel retinēdæ possessionis, quæ sunt magis fauorabilia. c. in literis. de rescri. spoliat. multo magis denegabitur ei remediū adipiscendæ possessionis, quale est remediū l. si. C. de edict. diu. Adria. tollē. & interdicti quorum bonorum aut 29 quorum legatorum. [Et est verū, qd decretum irritans inficit titulum & possessionem, quādo ille cuius fauore appositum est, vult eo vti, aliā nō: vt infra dicitur in vij. limit.] Et t huius formæ substantialis, scilicet qd filius in paterno testamento instituitur, est duplex ratio. Primò ratione honoris, quia titulus institutionis est magis honorabilis, quā quicunq; alius titulus. Ergo pater debet filios suos prosequi in honore, vt nō. in l. filium. ff. de lega. præstan. t. Nā maximus honor est filio succedere patri titulo & nomine, seu iure institutionis tanquam hæs. Ob quod dicit tex. in l. j. in fin. C. de his qui test. sibi ascribūt. qd pater filium instituendo & hæredem scribēdo, dicitur fungi dulci officio: quod tendit in fauorem & honorem filij, cū a patre dulciter tractatur, vt melior erga patrem omnibus extraneis fuisse demonstratur, iuxta illud Apostoli ad Hebr. j. Dū de Christo dicit, T anto melior angelis effectus, quantò differētius præ illis nomen hæreditauit. t. Et inde est, qd filium bastardum non tenetur hæredem instituire ipse pater, cū legitima ei non debeatur in bonis patris. l. vxorem. §. pater. ff. de lega. tertio. Nec aliquid capere potest præter voluntatē patris in hæreditate, secundū

glo. in l. j. ff. de bon. poss. cōtra tabu. Et sic in his quæ honoris sunt, nullum cum patre habet participium, vt plenē dixi super verbo, Raynutius. Nec possit pater filia bastardæ de bonis restitutioni & fideicommissio subiectis dotē cōstituire, sicut possit pro filia naturali & legitima, in Auth. res quæ. vbi hoc dicit Bal. C. cōmunia de leg. Ideo solis naturalibus & legitimis debetur honor institutionis per patrē in testamento. vnde dicebat Bald. in cap. ex trāmissa. de rescri. spolia. quod filium instituire in testamento aded conuenit filio, qd ex ipsius institutione per patrem in testamento facta, satis probatur filiatio. l. quidam cūm filium. ff. de verb. oblig. Ideo tex. in dict. §. ceterum. in authen. vt cūm de appel. cog. dicit patrē citra iniuriam non posse filiu præterire. inde dicunt Cyn. Bal. & Sali. in l. si quando. §. j. C. de inoff. testa. qd licet per priuilegiū liberē testandi videatur remissa solennitas, quæ sine alterius iniuria omitti potest putā numeri testium: tamen secus est de solennitate institutionis filij, quæ omitti nō potest sine ipsius iniuria, qui ratione honoris est institutus a patre. t. In cuius etiam honorē, & memoriam tenetur filius paternam cōseruare hæreditatem, cui lares paterni debent dulces videri, exēplo Naboth, de quo habetur iij. Regum penult. capi. qui cūm a rege Achab, vt vineam quam iuxta palatiū habebat, accepto meliori aut pretio iustiori, videret, accessit fuisse: respondit, Propitius sit mihi dominus, ne dem hæreditatē patrum meorum tibi, & mortem pati nō metuit. Sed Izabel regis vxor quæ occisionis causa fuit, impunitatem cum Achab non euasit. iij. Regum ix. in fin. & in can. Achab. de penitentia dist. ij. Melius enim est (vt diuus inquit Bernardus in epistola de cura domus. situ. de venditione bonorum) grauem pati famem, quā patrimoniū venditionē: ideo dicit tex. singularis in l. si in emptione. ff. de minoribus. t. qd propter affectionem rei duntaxat, quia fuit maiorū suorū, datur minori restitutio sine alia latione: præterea licet milites prohibeantur prædia comparare in his prouincijs in quibus militantiū paterna si vendentur aut distraherentur, emere possunt. l. qui officij causa. ff. de contrahen. empt. & l. milites. in princ. ff. de re milita. iuxta illud Psalm. xl. Hæreditas mea præclara est mihi: maximē domus, in qua defecit pater & filius creuit: in qua maiorū imagines aut nō videre fixas, aut reuulsas videri, satis est lugubre, dicit tex. in l. lex quæ tutores. §. nec verō. C. de admi. tut. Et in l. libertus qui soluedo nō est. ff. de bo. lib. dicitur quod prædia in quibus maiorum sepulchra sunt, magni æstimat patronus. t. Secūdo quod necesse sit filium instituire, est ratione commoditatis. Et hoc fuit introductum propter ius accrescēdi. Nam filius etiam in re certa quātumcunq; minima institutus habet ius accrescēdi, si hæs vniuersaliter institutus repudiet hæreditatē, ac si ipse filius solus ab initio fuisset institutus hæs in illa re certa. Quo casu esset hæs res in solidum. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. etiā in feudo & emphyteusi secundum Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liberto. & Bald. in l. liberti. C. de op. liberto. Sed si esset legatarius vel alius titularius, non haberet ius accrescēdi, vt dicit glo. singularis in l. si quis priore. ff. ad Trebel. de quo infra latius dicetur. Ideo dicebat & non immeritò Petr. de Ancha. in iij. opposi. in dicto cap. si pater. eod. tit. lib. vj. quod si Hostiē. has rationes cōsiderasset, propter quas filius legitimam habere debet titulo institutionis, non ita leuiter dixisset, hanc iuris ciuili subtilitatem

Tom. 1.

A a ij tatem

tur dicendum, qd testator in dubio voluisse presumitur testari secundum comunem tabellionum consuetudinem. Nam inter partes ea semper videtur adie...

nam falsi, ponit Bal. in d.l. iubemus, vbi Bart. & Pau. & Bal. in l. si post diuisionem. C. de iuris & facti ignoran. Bar. in l. si librarius. ff. de regu. iur. Bal. & Imo. in d.l. quoties. ff. de haered. insti. & Bal. in l. si veritas. C. de fideicommiss. & in l. fin. vj. opposi. C. de adic. diu. Adria. tollen. Ynum circa hoc meti tenebitis, quod si notarius sit excellens persona, omittendo illa solennia, non tenebitur de falso, secundum Barb. in repe. rub. supra de fide instr. xxxv. col. [Vt plene dicitur super verbo, Adiecta impuberi. loquendo quid operatur excellentia persona.] Vnde ex praemis re...

substit. Et hanc eadem opinionem sequitur doctor ille Seraphicus Ang. Are. in §. fin. insti. de inoff. test. dicens, qd in dubio opinio Bart. postquam approbata reperitur per Bald. in practica seruaretur. Et in hanc partem reperio consuluisse Bar. consi. cxlvj. Et Fran. Tigrini. cuius consilium habetur in volumine consiliorum Bar. consi. cxlvij. idem consuluit Pau. consi. cccxlvij. v. col. & consi. cccxcix. in princip. & tenet Bar. in l. si. ff. de pec. lega. & Bal. in d. l. humanitatis. Idem tenuit Rapha. in l. his verbis. ff. de haered. insti. & Cardi. hic, licet Bart. in l. filium. §. sed portio. ff. de lega. prestant. hoc indecisum reliquerit: tamen pro hac opin. consuluit etiam Bald. in ij. parte consi. x. Quoties enim testator mentionem facit de legitima, semper videtur considerasse ius. Et sic debito modo, scilicet titulo institutionis de iure requisito reliquisset, vt dicit Bal. in d.l. humanitatis. vbi allegat gl. & not. in l. quoties. C. fam. ercif. & Iac. in d.l. quoties. C. de haered. insti. Et dicit qd illa verba sapiunt iuris ministerium. Ergo multo magis si testator faciat de legitima mentionem per verbum, relinquo. Quo casu videtur considerationem habuisse ad ius, vt scilicet intelligatur iure institutionis reliquisset. Idem si testator aliquid filia legaret pro dote, quonia tunc valeret testamentum, perinde ac si esset dictum, pro legitima. Cum dos sit pars legitima l. quonia nouella. C. de inoff. test. & ita voluit Anto. de Butr. hic per huc tex. quod dictum non puto securu, scilicet qd haec verba pro dote, importent institutionem, secundum Panor. & Imo. hic. Super hoc passu est aduertendum, quia Bald. sibi ipsi ceteratis in repeti. l. j. C. de sacrosanct. eccl. vers. super quarto quod dicit praefat. doctor. tenet contrarium, dicens vt effectualiter ex suis resultat verbis vsque ad vers. super quinto. qd etiam si pauperes Christi essent haeredes instituti, & filio relicta legitima absque titulo institutionis, tale testamentum est nullum, quantumcumq; fuerit facta intentio de legitima. Mouetur tali ratione: quia fauore pie causa non derogatur iuri liberorum, vt notat glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & est tex. in cap. quicunq;. xvij. quaest. iij. licet Bar. in d.l. j. in repetitione tenuerit fauore pie causa testamentum non esse: nullum filij praeteritione, quod sequitur de Mathefilla, in suis not. xxxij. col. Idem contra Bart. tenet Sali. in dicta auth. vnde si parens. vbi dicit, qd filio relinquatur legitima sine titulo institutionis, alio haerede vniuersali relicto, testamentum non valet: quia cum tunc institutio sit de forma substantiali testamenti, vt superius ostensum fuit, eius omisio vitiat totum actum l. fin. C. de donat. & cum Sali. transit Alexan. in dict. l. his verbis. ff. de haere. insti. & in l. nam quod ad ius. §. no omnis. ff. ad Trebellia. vbi ponit bonas rationes allegas plures magistros hoc tenentes, videatis eum plene loquentem in d.l. humanitatis. Si vero alius non esset haeres vniuersalis, tunc testamentum valeret, & talis dispositio traheretur ad tota haereditatem, vt dicta l. his verbis. vbi Bal. plene distinguen do. Et idem, dicit Salic. effect. si testator diceret, relinquo filio legitimam de instituti vel substituti substantia. ff. de eo qd certo loco. l. iij. §. si quis insula. quoniam tunc filius non cesset institutus, sed praeteritus, nisi dixerit, instituo. Hanc eandem opinionem firmat Sali. contra Bart. in dicta l. quoties. C. de haeredi. insti. circa finem. vbi respondet ad legem diuus Trajanus. ff. de testamen. milit. & ad legem, quonia indignum. C. eod. quia loquitur quando filio effect. simpliciter relicto, no dato alio haerede vniuersali.

Similiter respondet ad dicta l. humanitatis. per Bald. allegatam, quia illa verba, legitima relicta, non sunt verba testatoris, sed sunt verba legis. Praterca illa lex loquitur de iure nouo C. secundum quod tempora non requirebatur titulus institutionis, vt l. omnimodo. C. de inoff. testamento. Nam genus prolatum in materia, in qua est necessaria expressio certae speciei, nunquam refertur ad illam speciem, nisi illam exprimat, maxime vbi profertur ab imperitis, cum ita bene sciant vulgares dicere: ego facio filium meum heredem, sicut dicere, relinquo legitimam. Igitur inter liberos necessarius est titulus institutionis, tum propter honorem: quia est titulus honorabilis, vt dicit l. filium. §. si legata. ff. de lega. praes. l. i. Tum etiam propter eodemum, scilicet iuris accrescenti, vt dicit Sali. in authen. nouissima. C. de inoff. testamen. & voluit Imo. in repeti. l. j. §. si ex fundo. ff. de haeredi. insti. al legat. tex. in dicto §. aliud quoque capitulu. & §. ceterum in authen. vt cum de appellatio. cog. vbi clare probatur necessariam fore expressionem verboru, quod filio relinquatur iure institutionis, & est de forma. Ideo si non exprimat, actus vitatur propter formam non seruata. Lis qui quadringenta. l. quaedam. ff. ad legem Falci. & cap. cum dilecta. de referri. Vnde finaliter concludit indistincte, testamentum non valere, quantumcumque pater relinquat filio pro legitima. Nec obstat secundum eum, quod sensus verborum debet in dubio capi, vt actus & res potius valeat, quam pereat: quia illud est verum, vbi forma a lege tradita reperitur seruata: alius secus. l. cum hi. §. sed si praetor. ff. de tract. Praterca si diceret, quod in dubio sciendum est testamento. l. siue pars. ff. de inoff. testa. & c. fin. de re iudi. respondetur, qd illud est verum, nisi communis opinio esset in contrarium, vt dicit Inn. in cap. ne innitatis. de constit. Ideo cum haec sit opinio communis in praemisso casu, scilicet testamentum non valere sine expressa filij institutione, non esset in iudicando ab hac opinione recedendum. Et ita dicit Sali. se apud Paduam consuluisse. Et hanc puto esse in hoc puncto veritatem: nam si ita esset, vt Bar. & Bald. dicunt, quod sufficeret patri dicere relinquo pro legitima, non posset dari differentia inter hunc casum & illum, in quo pater relinqueret filia dotem, quae est portio legitima, vt dicta l. quoniam nouella. Praterca quemadmodum verbum, relinquo, additum verbo, legitimam, importaret institutionem, cum adiciatur quotae & rei vniuersali, vt dicebant Barto. & Bald. ita etiam adiciatur quotae seu rei vniuersali, quando relinquatur dos. l. quod dicitur. ff. de impet. in rebus dotali. fac. Et tamen vbi relinquatur dos vel aliquid aliud, vniuersale verbum, relinquo, non importat institutionem de iure ciuili, alio stante haerede vniuersali, vt supra plene fuit decisum, & consuluit Pau. consi. cc. incip. Ad primum ergo breuiter, idem dicendum erit, si relinquatur legitima, aut pars legitima, vt etiam tunc non importat institutionem. Et in hanc partem consuluit Pet. Cyrensi de Eugubio, per plures rationes, cuius consilium hodie reperitur in volumine consiliorum Bart. consi. cxlvij. vbi videatis pulchram ad illud consiliu additionem Bernardi Landriani, in qua multa bona allegantur ac plura magistrorum consilia referuntur. Finaliter tamen viderur in hanc partem inclinare. idem tenuit de Mathefilla, in suis notabilibus. col. xxxvij. notabili incip. Nota, quod si pater dicit. Ex quibus sequitur decisio alterius quaestiois: videlicet si testator dicat, relinquo filio decem pro suo Falidia, Tom. 1. Aa iij. vtrum

utrum videatur iure institutionis reliquisse. & Bart. in dicta auth. vnde si parens dicit quod sic, quod ibi sequitur Bal. quia hoc verbum, Falcidia, verificatur in legitima iure naturae debita, vt est ibi gloss. sed melior est in can. resp. o. i. j. dist. in. Ideo intelligi debet iure institutionis, ac si dixisset, relinquo pro legitima. arg. l. sciendum. ff. de verb. obli. Solennitas enim quod filius in aliquo instituatur, est intrinseca, & sic in dubio praesumitur interuenisse. Facit quod notat Bald. in l. imperator. ff. de stat. ho. vbi dicit, quod si notarius scripsit in testamento, quod pater reliquit centum pro Falcidia, vbi scribere debebat, pro sua legitima, tale testamentum valet: quia error tabellionis vitare non debet actum. l. errore. C. eo. idem tenet Paul. consil. c. c. ix. incip. in casu praesenti. & c. o. ff. de c. c. l. v. j. incip. super primo puncto. v. col. in prin. vbi dicit, quod filius cui relicta est pro sua Falcidia, aut pro parte & portione sua, cesset legitime institutus, alleg. Barto. in d. auth. vnde si parens. & Bald. in d. l. humanitatis. Et cum hac opinione transit hic dominus Card.

Sed in hoc puncto sicut in praecedenti contrarium determinat Sali. in d. l. quoties. C. de hered. instit. & in authent. vnde si parens, per text. in dicto. §. aliud quoque capitulum. & per rationes superius allegatas. Et idem cum Sali. tenet Iason post plura Doctorum consilia, quae allegat in auth. nouissima, viij. col. C. de inoffi. testa. Nec obstat secundum eum dicta l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi praesumitur de solennitate intrinseca: quia illud est verum, nisi lex mandaret solennitatem intrinsecam debere exprimi. Sicut in casu nostro mandat filium debere institui, sine qua institutione testamentum erit nullum. Et idem erit, si pater dicat, relinquo filio centum pro sua substantia: quia tunc etiam non valet testamentum. Et hac opin. sequitur Imo. in d. l. j. §. si ex fudo. ff. de hered. instit. Et hoc puto esse de iure verum. Quoniam non esset possibile, postquam lex dedit formam substantialem, scilicet quod filius formaliter instituatur, quod filio relinqui possit per alia verba, quam per verbum, instituo. Cum homo priuatus mutare non possit formam a lege traditam. l. nemo potest. ff. de lega. j. & in cap. requisisti. supra eodem. Dicunt tamen aliqui moderati, quod opinio Bart. Bald. & Pau. superius relata verificari possit, vbi statutum ciuitatis, aut municipij disponeret, quod esset dote contenta pro sua Falcidia. Quia illo casu statutum tollere potuit, & mutare modum traditum a lege. Facit quod not. Barto. in l. j. in prin. ff. ad legem Falcidiam. Et idem in filio vt infra latius dicitur. ¶ Secundum limitabitur praedictam conclusionem, in qua dicitur, filium debere institui, non habere locum in testamento, in quo pater non reliquit expressè filio titulo institutionis. Sed in eo adiecit clausulam, quod testamentum valeat omni meliori modo & forma, quibus valere potest, & debet. Quoniam dicta clausula est tantae virtutis & efficaciae, quod testator censetur filio reliquisse iure institutionis, secundum Bald. in dicta l. quoties. C. de heredibus instituendis. Facit quod not. Barto. in dicta auth. vnde si parens. Satis enim tunc apparet de intentione testatoris per coniecturam, quod relinquare voluerit eo modo, quo tenebatur. Nam ad validum intellectum potius quam ad inuadendum dicta verba sunt trahenda secundum qualitatem personatum quibus loquimur. l. ex militari. ff. de testa. milit. allegat. Iaco. de Areti. in l. illa institutio. ff. de hered. instit. & Spec. titu. de instru. editio. §. instrumentum. vbi dicit, quid si a contrahentibus. Nam hoc casu si

gnificatio verborum generalium non repugnat, vt voluntas testatoris saluetur, arg. l. ab omnibus. ff. de legat. j. Vulgares enim homines & illiterati nesciunt vulgarizare aliud verbum, quam verbum relinquo. Et contra equitatem esset dicere, quod generale vocabulum non adaptetur speciei, in qua magis saluatur. Si autem expressè diceret, relinquo iure legati, tunc non valeret testamentum, secundum Paulum consil. c. c. xlviij. quod an sit verum, dicam infra. ¶ Tertio limitat Bald. dictam regulam non habere locum, vbi testator aliqui d. reliquit filio, titulo simplicis relicti, & ipsum prohibuit plus vel amplius petere posse vel habere. Quoniam hoc casu, licet filius non reperitur expressè institutus, tamen valet testamentum, vt singulariter decidit Bald. in l. si adulta. C. de hered. actio. vbi dicit, quod pater modo praedicto relinquens, videtur illud reliquisse filio animo recompensandi cum legitima. Et sic filius dicitur satis institutus, & perinde, ac si legitima fuisset ei expressè relicta. Quo casu erit institutus, non vt expressè institutionis, sed vt resolutae intentionis seu orationis Quod dicit fore notandum & menti tenendum, allegat l. si debitor. ff. ad legem Falc. Idem tenuit Raph. in d. l. his verbis ff. de hered. instit. & Ludo. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. & consuluit Paul. consil. allegato c. c. xlvij. v. col. Sali. verò in d. l. si adulta. tenet contrarium. Nam licet clausula prohibitionis plus petendi inducat compensationem cum legitima, vt d. l. si debitor: tamen illa lex non probat, quod propter hoc dicatur filius institutus, nec habeatur pro instituto, nec quod illa verba institutionem importent. Quam opinionem sequitur Imo. in d. l. his verbis. Ego nunquam potui capere, quomodo iam dictae duae clausulae possint testamentum conseruare, vbi filius non reperitur expressè institutus. Cum (vt supra saepe pluries conclusum fuit) institutio filij sit de forma substantiali paterni testamenti, sed quoties aliqua verba sunt de substantia alicuius actus, vel sunt de forma substantiali, ommissio illorum vitiat actum. arg. ca. j. de baptismo. vbi dicitur quod quibus puer fuerit ter meris in aqua: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti amen. Si non dicatur haec verba: Ego te baptizo, puer non erit baptizatus. Licet enim regulae diuinae regulis non subiciantur grammatilibus. c. indignus. xxxviij. dist. in. ¶ Ita quod falsa Latinitas casu non vitiat, vt ibi. & in c. retulerunt. de consecra. dist. in. iij. vbi illa verba, in nomine patris, & filia, & spiritus sancta, non vitiant baptismum. Tamen necesse est, quod verba interueniant, licet non consona rectae locutioni: quia qui corruptè profert verba ex ignorantia, vel lapsu aut defectu linguae, non impedit baptismi effectum, nisi hoc faceret ex industria, vel esset tanta verborum corruptio, quod sensum locutionis auferret, secundum beatum Thomam in quarta scripti. Cum igitur verbum, instituo, sit de forma substantialis, non potest videri, quod sub sigmento verborum omitti possit, licet sufficeret dicere, relinquo iure substitutionis vel restitutionis, vt supra dictum fuit. Quia per haec verba satis remanet sensus locutionis demonstrantis intentionem proferentis testatoris, filium instituere volentis, atque quod verba materialia proferuntur, alias testamentum non valeret. Cum valere non possit, nisi filius sit institutus nominatim, vel exheredatus. l. inter caetera. ff. de liber. & posthu. Ergo specificè debet institui: quae conditiones sunt in forma specifica implendae. l. qui heredi. & l. Mauius. ff. de condi. & demost. Nec intelligo equitatem, in qua se fundabat Bald. contrarium adstruere fatagens.

fatagens. Cum iudex non debeat esse clementior lege, in auth. de iudi. §. oportet. colla. vj. & ipsemet Bald. dicat in l. ij. prope finem, quod iniuriam facit legibus, qui vult se meliorè, quam ipsae leges videri. C. de sent. ex peri. recit. vbi ad hoc alleg. d. §. oportet. quia secundum August. in lib. de vera relig. in istis temporalibus legibus, quaquam de his homines iudicent, cum eas instituant, tamen cum fuerint institutae & firmatae, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. ¶ vt in cap. in istis. iij. dist. Sunt enim aliqui dicentes se amplecti equitatem sprete iuris forma, sed illa dicit non potest equitas, imò potius iniuriam: quia deuia ab eo quod bonum & iustum, atque equum. Cum lex fundata sit super equitate & ratione. Quoniam aliàs lex non esset. iij. dist. in. ca. erit autem lex. & j. dist. in. c. confuendo. ita pulchre dicit Panor. in c. ex parte. l. ij. de offic. deleg. Vnde alibi dicebat etiam idem Bald. & pulchre in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. in fin. vj. oppo. Tu tamen ex tuo capite non habes opinionem, sed ex tex. & glo. ordinaria, quibus inhæreas. Sicut Bononienses inhærent carotio, & sicut duceus nauem inhærent temoni. Alibi dicit in l. cum veterem. C. de dona. ante nap. ¶ Quod talia dicere, scilicet quod vna clausula aliam substantialem importet, non sunt nisi ambages, id est, friuolae rationes, & persuasivae ad placitum inuentiones, quae legibus non probantur. Proferendae aduersus talia dicentes has (sub velamine equitatis) extortas institutiones ad placitum, potius quam ratione inducentes, in propriis nostris terminis exclamat, imò quasi iracundè insurrexit Salic. (eorum opinionibus reprobat) in dicta l. quoties. in fin. C. de here. instituen. animosè dicens, Sileat igitur aequitas illa burfalis, & amplectatur legalis. Quoniam lex moderna volens filios expressè institui, fundata est super aequissima ratione, scilicet honoris, qui filio debetur per patrem. Ob quod lex dicit, quod vbi filius praeteritur, dicitur affici iniuria, in auth. vt cum de appellatio. cognos. §. caeterum. vbi dicitur, sola enim nostrae serenitatis intentio est a parentibus, & liberis iniuriam proferentis, & exheredationis auferre. Ideo dicit textus quod ¶ pater exheredans filium, censetur demens esse, & non sanae mentis. l. ij. ff. de inofficio. testam. Praeterea dicta lex volens ac iubens filium in aliquo institui, fundata est super ratione commoditatis, & utilitatis ipsius filij, qui si in testamento patris fuerit institutus haereditate vniuersali repudiante, tota haereditas sibi accrescit, vt supra dictum fuit, auferre filio titulum institutionis, esset ei auferre honorem & commodum, quod habere debet in bonis & haereditate paternis omni iure sibi debitum, vt plenè nota. in l. in suis. ff. de liberis & posthu. Ergo illud sibi auferre & tollere nullo modo videri posset aequitas, imò esset summa iniuriam, seu causa ingratitude, legitima, tollere filio gemmam tam pretiosam, qualis est titulus institutionis. His & aliis maturè, vt decet consideratis, reperietis Salicet. quem in hoc ego sequor fuisse & esse familiarem veridicum, ac in nullo veritatis aduersatorem. In cuius laudem aperuit os suum Petrus de Anchar. in repetitio. cap. j. de constitutio. dicens ipsam doctorem fuisse re, & fama excellentissimum. Vnde haec omnia ad rhombum intelligens glossator noster Bernardus hic in verbo. *Relinquens.* ¶ praesupponit, quod Raynutius in dote domo, & hortu Alterocham eius filium instituit, seu saltem iure institutionis reliquit, aliàs testamentum non valuisset. ¶ Necnon summus ille legitima Ioan. Andr. totius iu-

ris fundamentum, vt verbis vtar Bald. in capitulo cum olim de re iudicata, quem summè commendat idem Bal. in praedictis feudo. decima col. in fine primae diuisionis feudorum, praesertim in operae nouellae, in qua, vt nunc dicitur, idem tenet, qui vt dicit Panormit. in cap. de quarta. vj. col. de praescript. quando apponebat studium optimè decidebat: sed raro hoc fecit. Quod si fecisset multis scribentibus silentium imposuisset. Sed se accelerauit, vt multa scriberet, de quo refert etiam Antonius de Prato veteri, in prologo sui reperitorij in Bartolum. Quod cum in legationem ipse Ioannes Andr. profectus esset apud Romanum pontificem, hac pontificali salutatione decoratus extitit: Bene venerit, qui lux mundi cognominatus est, in dicto ca. si pater. super verbo, instituit. in fine eodem titulo. libro sexto, post multas opiniones quae fuerunt, dicens tutius esse tenere in testamento patris necessaria fore filiorum institutionem, per textum in dicto §. aliud quoque capitulum. Et non immeritò: quia vt dictum est, instituere filium, est de forma substantiali testamenti paterni, qua ommissa, testamentum non valet, velut carens forma, nec metur dici testamentum, ¶ sicut corpus carens anima non est homo, sed cadauer. Causa anima sit corporis forma, vt dicit gloss. in clem. j. de summa Trinita. ¶ Or, ea quae sunt non seruata forma, sunt ipso iure nulla, quinimò plus dicunt Doctores, quod non solum quod sit contra formam vitio subiacet nullitatis, sed etiam ea quae sunt praeter & contra formam, vt eleganter decidit Ioan. Andr. super verbo, circa formam, in cap. prudentiam. §. j. de offi. deleg. vbi refert Hostiè. ad hoc allegantè tex. diuinum. Deuter. xij. in fi. dicitur: Quod praecipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas. facit c. si cui. vbi glo. de elec. li. ¶ Nam contra, praeter, & contra sunt synonyma ad inducendum nullitatem actus, qui geritur contra, praeter, vel contra formam. hoc idem tenet Ioan. Andr. super gl. ij. in c. cum Martha. de celebra. mis. allegans ad hoc text. Apocaly. vlti. cap. dum ibi dicitur, Si quis apposuerit ad haec, &c. apponet Deus super ipsum plagas scriptas in libro hoc. Et si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de lib. vite. Ultra praedicta facit tex. Aposto. ad Timoth. v. sic dicit, Testor Deo vt haec custodias sine praedictio, nihil faciens in altera parte declinando. Subiungens ibidem. vj. cap. Praecipio tibi coram Deo, vt serues mandatum sine macula. Vnde Ambrosius in li. de paradiso. Si quid addas, inquit, vel detrahas, prauaricatio videtur esse quaedam mandati. Simpliciter enim & pura mandati forma tenenda est, vel testamenti series intimada, nihil igitur etiam quod bonum videtur, addendum est. Si quis vnum mandatum custodit, & aliud prauaricatur, nihil ei prodest. Haec ille. ¶ Similiter dicit lex civilis, quod diligenter serues mandati custodiendi sunt. l. diligenter. ff. mand. nec quouis modo praetermittendum, quantumcunque actus ita prosperè, & plenè succederet sine forma, sicut forma seruata. Ideo ad propositum referunt historiographi de Iulio Caesare, qui cum in domadibus hostibus, quinque annorum spatium sibi à Romanis permissum, seu praefixum pertransisset, licet gloriose triumphasset, honor tamè sibi debitus denegatus est, adeo quod verbum ingredi permissum non est, eo solo, quia vltra terminum sibi praefixum moram traxisset. ¶ Sic etiam legitur de Petronio Romano, quem cum Caius Calligula Imperator legatum misisset in Syriam cum mandato de debellandis Iudaeis eius simulachra recusatibus, videns stragem innumerabilem futuram, ob eorum

59

66

fixam pertinaciam, rescriptis imperatori imminere Romano imperio grauem infamiam, si mandatum impleret. Ob quod Caius ei rescriptis, vt confestim propria manu se occideret, vt diceret omnes, non esse imperatorum mandata paruipendenda. De quo plene habetur in supplemento Chronicorum libro viij. Pariter narrat Aurelius Augusti. v. de ciuitate Dei, de quodam qui non extraneum, sed proprium filium occidit, eod quod contra voluntatem imperij fecerat, licet pro patria pugnasset, atque vicisset. Nam aestimabat peius imperium contemnere, quam absque voluntate imperij, etiam pro patria gloriosè vincere. [Quod ego verum intelligerem, nisi ex aliqua noua causa superueniente, vel etiam veteri, quae latebat principem, talis capitaneus contraueniret mandato, per text. singul. in l. si hominem ad fin. ff. manda. quem Panor. saepe commendauit, & caeteri omnes.] Et Valerius lib. ij. tit. de institutis. Relatis, inquit, Quinti Fabij laudibus offerunt se mirifica constantiae viri, qui legati à senatu Tarentum missi, cum grauissimas ibi iniurias accepissent, vnus etià vrina respersus esset in theatrum, vt est consuetudo Graeciae, introducti, legationem quibus acceperat verbis peregerunt, de his quae passi erant quae non sunt, ne quid ultra, quam mandatum esset, loquerentur. Et idem Valerius eo. lib. titulo de disciplina militari, de Posthumio Tiburto, & Manlio torquato Romanis ducibus, qui in his, propriis filiis non pepercerunt, sic dicit, Tu nanque Posthumio dictator Aulio Posthumium, quem ad generis penetratimque sacrorum successione propagandam genueras, cuius infantiae blandimenta sinu atque oculis foueras, quem puerum literis, quem iuuenem armis instruxeras sanctum, fortè, amantem tui pariter ac patriae: quia non tuo iussu, sed sua sponte praesidio progressus hostes fuderat, victorem securi feriri insisti. Tu item, Manli Torquate, Latino bello consul filium (quod prouocatus à Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignorante descendit) gloriosam victoriam, & speciosa spolia referentem abripi à lictore, scilicet mortis executore, & in modum hostiae macchari iussisti, fari? esse iudicis patrem fori filio, quam patriam militari forma & disciplina carere. Aliud exemplum refert idem Val. lib. j. tit. de neglecta relig. cuius historia habetur infra super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. in v. casu, quo damnatus capitaliter potest facere testamentum. Sic vt ibidem refert ipse Valerius, Severitatem Papyrius dictator Romanus in Quinto Fabium Rutilianum magistrum Equitum & sic conestabilem Romanum formam & legem militarem transgressum exercuit, quae totaliter occidisset, si populus, quasi vi cum non eripuisset, quamuis feliciter fuis Samnitibus Romanis hostibus vicisset. Aspero enim & abscesso castigationis genere militaris disciplina indiget: quia vires armis consistunt quae vbi à recto itinere disciuerint, oppressura sunt nisi opprimantur. Qua ratione motus, & Saul primus Rex Israel filium suum occidisset, si à populo non fuisset prohibitus, vt habetur j. Reg. xliij. & xxij. quae l. ij. cap. fin. in fin. quod optimè seruant domini Veneti sub poena mortis, pro quibus est text. in l. iij. §. in bello. ff. de re militari. Ex quibus clarissime constat, nihil fieri debere contra, praeter, vel citra formam datam actui, aliàs talis actus vitio subiaceret nullitatis. Et ita etiam tenet Bald. in l. fin. vers. Ex hoc talis elicitur conclusio. C. de suis & legitimis haeredit. vbi dicit, quod formae nihil addi vel detrahi potest, allegat Bar. in l. Gallus. §. j. ff. de libe. & posthu. Quia quod perfectum

est, non suscipit in se magis vel minus. l. ij. C. de manum. vindicta. Nam omisio formae in qualibet minima quantitate totum vitiat actum & processum, secundum Anto. & Panormi. in cap. Pisani. de rest. spolia. & Panor. in ca. causam vlti. col. de sent. & re iudi. Et ad eod forma substantialis in actu requisita, seruari debet specificè, sicut iacet & concepta est à lege, statuto, vel homine, aliàs actus est nullus, quod non sufficeret eam seruari per aequipollens, nec locum haberet regula, quod non interest, quid ex aequipollentibus fiat. l. fin. C. de his qui veniam aetate impetra. secundum Bald. & Ange. in dicta l. j. & ij. ff. de liber. & posthu. Ita quod si statutum requireret per notarium in instrumento apponi nomen, pronomen, & agnomen, non sufficeret ad vtilitatem instrumenti, si solum nomen apponeretur vel agnomen, etiam si illud ita elegans & notum omnibus esset, quod de alio homine intelligi non posset, qualis erat Gallopressus Bidellus Azonis, de quo per glo. in l. hac consulti. ma. C. qui testamen. facere possunt. Aut ille de quo dicit text. in l. ij. §. fuit post eos maximè scienti. ff. de orig. iuris. quia veritas aliter expressa non excusat à forma. vt dicta l. j. & ij. secundum Bar. in l. prator. in princ. ff. de noui operis nuntia. & l. legitimos. ff. de legit. iute. vbi dicit, quod si lex requirat interponi auctoritatem pro forma actus, non sufficeret dicere per verbum consensus, cum forma specificè omisio vitiet. Quod est verum, etiam si omisio formae faciliorem induceret expeditionem negotij de quo tractatur, secundum glo. in verbo, superiorem. in cap. lolet. de senten. excom. lib. vj. vbi delegatus absolueret non potest ad cautela impetrantem, excedendo commissionem, licet facilius posset ex hoc sequi causae expeditione. & ibi expressè dicit Dominicus, quod licet in commissione veniant ea sine quibus causa expediri non posset. l. ij. ff. de iurisd. om. iudi. & c. praterca. de offi. deleg. Tamen non veniunt ea, per quae causa posset facilius terminari. Ex quibus ad propositum concluditur, quod licet actus testandi posset facilius expediri, si patri sufficeret dicere, relinquo, vel aliis modis supra deductis. cum tales modi sint magis in usu apud vulgares vt not. glo. in dicta l. quoties. C. fami. cercif. Tamen hoc dicere non sufficeret ad testamenti validitatem, nisi forma tradita in d. §. aliud quoque capitulum. seruaretur, scilicet filios instituendo, aut iure institutionis relinqueret, vel eos nominatim ex iusta causa exheredando. Cum illa sit forma à iure tradita, contra, citra, & praeter quam non licet procedere, aliàs actus testandi esset nullus, vt dictum est. Nec illi formae renuntiare potest per testatores, vt dicta l. nemo potest. ff. de leg. j. Iuri enim traditio certae formae in actibus hominum renuntiare non potest, ne proprio motu, put quisque vellet, & non prout debet, procedi possit. Ita pulchre dicit Bald. in suo diuino consilio schismatis hodie posito super rubri. C. ff. quis aliquem testari prohib. vers. praedictis quoque accedat. & idè Bald. in l. Barbarius. in vj. col. lectu. ff. de officio prae. & in cap. ex transmissa. de renun. & Bart. in l. de his. ff. de trasact. Ideo dicebat Imol. in l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig. quod si partes concordaret millesies, quod procedatur non seruata forma actus, vel quod talis forma habeatur pro expressa, talis conuentio nihil operabitur. Et ratio est, quia omnis solennis forma actus, est iuris publici, vt l. ij. ff. eo. cui renuntiare non potest, vt dicta l. nemo potest. Praeterea haec forma, vt dictum est, est substantialis, aduersus quam etiam consuetudo secundum aliquos nihil

nihil operatur, per glo. in c. no putamus. super verbo, officiali. de consuetu. lib. vj. Vnum tamen tenebitis singulariter menti de hac clausula, omni alio meliori modo, quod licet non importet institutionem, attamen perinde habetur, ac si in testamento apposta fuisset clausula codicillaris. l. cum pater. §. filius matrè. ff. de lega. ij. secundum Bald. & Ang. ibi, vt probat text. not. in l. codicillis. §. fin. eod. tit. de lega. ij. vbi Bar. & Imol. & dixi plenè supra testamentum. iij. Vnde hoc casu dicta clausula operabitur multa, non obstante filij praeteritione, vt plenè dicam infra in xxvj. & vltima limitatione. Quarto limitabitur dicta regula, qua dicitur testamentum, in quo filius non est institutus esse nullum, non habere locum, si pater alicui ex liberis testamento iure institutionis reliquerit, & deum in eodem testamento alteri relinquendo dixerit, item Francisco filio meo relinquo decem. Nam eo tunc licet non dixerit iure institutionis, tamen valet testamentum, attento quod titulus institutionis fuerat praecedenti filio adiectus, qui videtur tacite in Francisco repetitus. Quia quoties per dictionem item, adiecti oratio imperfecta ratione verbi, vel ex parte suppositi, vel apposti, semper inducitur repetitio praecedentis qualitatis, vt sequens oratio suppleatur ex praecedenti argu. l. eiusdem. §. ij. ff. ad legem Cor. de ficar. Eodem modo probatur. ff. ad legem Iulia de vi publ. l. iij. §. j. Et ita per multas & efficaces rationes reperio consuluisse Bart. consil. xxvj. in cipi. vifa facti narratione. de hac dictione, itè, videatis eundè Barto. & plenè in l. in repetendis. ff. de lega. iij. & Bald. in l. si Fortidianum. C. de legat. Quinto limitabitur dictam regulam non habere locum, vbi testator titulo legati, aut simplicis, vel alterius relicti re certam filio reliquerit, tamen voluit illum titulum certae rei adiectum importare institutionem, quo casu infallibiliter eam importabit, dum tamen apparere possit testatorem ita voluisse, puta quia hoc expressè, scilicet quod volebat illi titulum importare institutionem, & habebitur filius pro instituto, & idè si ex verbis testatoris illud appareat, aliàs quae expressè. Puta, quia testator primò legauit filij decem, & postea dixit, filiam meam quam in decem institui, vel cui decem iure institutionis legauit exhortor, quod habeat curam domus meae, quoadiu uiuet & c. Aut similia verba in testamento dixit ante legatum vel post, per quae apparet testatorem intellexisse quod eumque verbum institutionem importare. Ita eleganter con suluit Ludo. consilio clxxxix. in cipi. Ampliusimè do ctor. ij. colum. versu. Tertio probatur. Nam quaeunque verba legatum importantia vel alium relicti tituli potest testator disponere & alterare, quod institutione importet, vt est casus singular. in l. quoniam indignu. C. eo. ti. vbi dum dicit, verbis inflexis, & ibi, quibuslibet perfecta sententiis, vel quolibet loquedi genere formata institutio valeat, si modo per eum liquebit voluntatis intentio & c. Postquam ergo testator hoc potuit, praesumendum est quod ita voluit, ne aliter dicendo testamentum praeteritione filij rumpi cotingat. Cum non praesumat quis viam eligere ad sua iudicia subuertenda. l. iij. ff. de testa. mili. Semper enim quo ad verborum interpretationem & importantiã mens, & voluntas testatoris proprio verborum significato praeretur. [De quo plenè habetur super verbo, *Etiã impuberi succederent.*] Et haec vera, dum tamè testator illam verborum declarationem in testamento fecerit, ita quod ex his verbis testamenti elici possit, vt dictum est. Si autè talis declaratio fieret in co-

dicillis, non valeret, secundum Bald. in l. non codicillu. C. eo. tit. licet Ludo. in d. consil. prima facie videatur contrariu codicillis. Sed teneatis vt plenè declarauit supra hac eadè notula, versu. vltius circa praemissa puto aduertendum. Sexto limitabitur dicta regulam locum non habere, vbi statuto ciuitatis cautetur, quod pater teneatur filio relinquere certam partem bonorum, veluti quintam: quia tunc non esset necesse eam relinquere iure institutionis, nam tale statutum habet ad ius comune derogatiuè, & c. de iure comuni legitima filij sit triens, & semis, secundum numerum liberorum. Ideo cum statutum hoc casu deroget iuri comuni in quantitate legitima, nullam recipit interpretationem à iure communi, sed debet simpliciter intelligi, vt iacet, & verba sonant: cum verbis statuti nil addi, aut detrahi debeat. C. de iusti. codi. consil. §. huc ergo. & de em. iusti. codi. §. repetita. facit. C. de Lat. liber. tol. l. j. in prin. & ff. de ver. obl. l. in contentionalibus. §. deniq. ita singulariter decidit Bald. in l. maximum. in versu. vltius quaeritur. C. de liberis praet. vbi allegat ad hoc istud cap. quod sufficit statuari portionem filio relinquere quoquo relicti titulo, vt est casus hic in prin. & in verbo, Secundum Tusculanae ciuitatis consuetudine. Et cum hac opinione transit Pau. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. dicès hoc dictum Bald. esse singulare. Per quod limitatur regula generalis, in qua dicitur statuta fore interpretanda secundum ius commune. Quia hoc fallit, quoties statutum venit derogatiuè ad ius commune. Facit quod not. Ange. in l. no possunt. ff. de legi. Vnde ad propositum reuertendo, quoties statutum videtur verbo relinquo, sufficit simpliciter relinquere, non addendo titulum institutionis. Et ita etiam in casu proprio sentire videtur Pet. de Ancha. consil. ex. j. in fine. Sed aduertatis quia in hoc puncto contrarium tenuit Ludo. in l. si quis priore. ff. ad Treb. re. res se contra Bald. consuluisse apud Valentia, licet neminè reperisset contrarium tenuisse. Mouetur, quia statutum de quo Bald. loquitur, derogat iuri comuni, in quantitate legitima tantum, quia de triente, aut semisse facit quintam partem. Et in hoc tantu dictum statutum derogat iuri comuni. Sed in qualitate & modo relinquendi legitima, tale statutum non derogat iuri comuni, quamuis vtatur simpliciter verbo relinquo, apto nato comprehendere institutionem. In his verbis. ff. de her. insti. Ideo debet in dubio interpretari, quod sit conforme iuri communi. c. causam quae de rescri. c. cum dilectus. de consuetu. & c. ex parte. de ver. sign. Ergo in casu nostro tale statutum intelligendum erit loqui de titulo institutionis, eodè derata qualitate rei, quae relinquitur, & eorum à quo, & cui relinquitur. Vnde si consuetudo ita disponat, quod pater teneatur relinquere filio certam rem, talis consuetudo habuit considerationem ad iuris communis dispositionem, & per consequens debet intelligi, quod relinquitur iure institutionis. Quod est notandum, nam satis est, quod statutum operetur vnum, scilicet legitima diminutionem, & ipsius reductionem ad quintam partem. Et in hoc capere non debet declarationem à iure communi, cui derogat. Et ita intelligitur dictum Bald. Sed operari non poterit alium effectum contra ius commune, scilicet remissionem solennitatis institutionis filij, arg. l. si quando. C. de inof. test. in prin. & c. si papa. de priuileg. lib. vj. Preterea ille casus, scilicet modus relinquendi reperitur à statuto omisus. Ergo modus ille relinquendi remanet à dispositione iuris communis, ar. l. si cum dotè. §. j. ff. fo. matri. & l. comodissimè. ff. de liber. & posthu. Et plenè not.

nē not. Barto. in l. omnes populi. xx. col. vers. quartò
 84 quæro. ff. de iustit. & iure. ¶ Septimò limitabitur re-
 gulā nostram, in qua dicitur filium debere per patrē
 in alio institui, aliās testamentum est nullum, nō ha-
 bere locum, vbi filius præteritus testamentum patris
 non impugnaret de nullitate. Quo casu testamentū
 quod non impugnatur, manet fixum. Super quo ta-
 men fuerunt duę principales opiniones. Prima fuit,
 quòd eo tunc tale testamentū sit nullum, si filius præ-
 teritus ipsam impugnet de nullitate, petens ipsam
 85 declarari nullam, & non aliās. ¶ Ideo quando filius
 tacebit, tale testamentum tenebit, secundum glo. in
 verbo, tuebitur. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt.
 testamen. & l. is qui in potestate. ff. de lega. pign. aud.
 Et dicit Ange. in lectura Floren. in l. posthum. C. de
 bo. poss. cōtra tab. quòd hæc fuit opinio glo. quam te-
 nuit sicut euangelium in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad
 Trebel. idem tenuit Dyn. in magna distinctione in
 l. Gallus. §. j. ff. de libe. & posthu. quam olim ex p̄lo
 approbatam nobis tradit Valer. lib. vij. titu. de testa.
 86 non rescilis. ¶ Vbi Ebutia Lucij Menenij Agrippæ
 vxor, silentio Aphroniæ filæ suæ in testamēto præ-
 terita, testamentum reliquit validum. Vita, inquit,
 ¶ Tuditani demens. [Historiam huius Tuditani ha-
 bes infra. super verbo, Adiectione impuberi. dum loquitur
 de testamēto furio si sapiēter factu.] Ebutiæ autē
 quæ Lucij Menenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ tes-
 tamēti plenæ furoris. Nam cum haberet duas simil-
 limæ probitatis filias Pletoniam & Aphroniam, ani-
 mi sui potius inclinatione prouecta, quàm vllis alte-
 rius iniuriis, aut officiis cōmota, Pletoniam tatum-
 modo hæredem instituit, filiis etiā Aphroniæ ex ad-
 modum amplo patrimonio viginti numos legauit.
 Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere
 noluit, testamētumq; matris patientia honorare,
 quàm iudicio conuellerē sanctius esse duxit, eò se ip-
 sam indigniorem iniuria ostendens, scilicet ei à ma-
 tre vel matre præteriti testamentum manet validum
 87 secundum hæc opi. ¶ Præterea regulam habemus, q̄
 quoties actus annullatur fauore alicuius, nunquam
 annullatur, nisi ipso volente, & petente. Vnde vide-
 mus, q̄ si emphyteuta nō soluat ecclesiæ cēsum per
 biennium, aut domino seculari per triēnium, priua-
 tur iure suo, scilicet domino volēte & petēte ipsum
 declarari esse priuatum, aliās non, vt probat tex. in l.
 ij. in verbo, Volēti: & in verbo, voluerit. vbi hoc ex-
 pressè tenent Bar. & omnes, C. de iure emphy. gl. &
 Bar. in l. ij. C. si ager. veētig. vel emphyt. pet. Idem vi-
 demus in emphyteuta sine consensu domini rē em-
 phyteuticariā alienante, qui licet propter hoc cadat
 88 ipso facto à iure suo, tamē hoc intelligitur domino
 volente & petente, secundum Sali. in l. fin. C. de iure
 emphy. & Imo. in repet. cap. fin. de præscrip. & Alex.
 & Iason. in repet. dictæ l. ij. & fin. Plus dicit Bal. in l.
 fin. C. de reuocan. dona. q̄ vbiq; dicimus, quòd
 89 res ipso facto reuertitur ad dominū, semper intelli-
 gitur, si dominus hoc voluerit & petierit, quē sequi-
 tur. Alexā. in ij. parte cōsi. cccxxij. incip. Vjsō the-
 mate & scripturis. vlt. col. Ideo semel cōsului in cau-
 sa cuiusdam episcopi cui papa facultatē dederat ac-
 ceptādi & retinēdi de beneficiis suę diocesis tūc va-
 cantibus, aut in futurum vacaturis, vsq; ad certā sum-
 mam, quæ tenere possēt quādiu viueret, velut vnita
 mentē suę episcopali, propter mirabiles reparatio-
 nes quas in suo episcopatu fecerat, & dictam conti-

nuabat: prouiso tamē, q̄ infra sex menses à die acce-
 ptationis annata solueret cameræ apostolicæ. Aliās
 dicto tēpore elapso dissoluta foret prædicta vnio, &
 pro nō facta haberetur. Contigit q̄ aliqua beneficia
 acceptauit, quibus pacificè gauisus fuit, tamē annatā
 minimè soluit. ¶ Post illius mortē dubium fuit, an di-
 cta beneficia per mortē vacarent, an verò ante eius
 obitum vacassent per priuationē ipso iure factā pro-
 pter annatā nō solutam, & visum fuit, quòd per mor-
 tem vacabant, & non propter annatam non solutā.
 Quia cum pœna priuationis, lapsis sex mētib; in-
 currenda appositā fuisset fauore papæ, nunquam vi-
 debatur incurra, attento quòd papa viuētē dicto epi-
 scopo nō declarauit expressè pœnam priuationis lo-
 cum habuisse, vel habere velle. Nec etiam hoc decla-
 rauit tacitè, scilicet alteri dicta beneficia conferēdo:
 imò dictum episcopū quādiu vixit, in dictis benefi-
 ciis tolerauit. Ad hoc facit quod notabiliter decidit
 Ioan. Monachi in cap. statutū. de præbēd. lib. vj. vbi
 91 dicit, q̄ clausula decreti irritantis in rescripto pō-
 sita tūc operator, si impetrās ea vti velit, & nō aliās.
 Sic ergo videtur dicendū in proposito, quia cum ta-
 le testamētum filij præteritione ipso facto annulle-
 tur de iure ciuili fauore filij præteriti, tale testamen-
 tum ita demū erit nullū, si filius ipse hoc velit & pe-
 tat. Et quòd fauore filij sit eo casu testamētum nul-
 lum, patet per tex. in authen. vt cum de appel. cog. §.
 siue igitur. iuncto. §. si autem hæc obseruata nō fue-
 rint. ibi dum dicitur: Iniuriam à filiis remouere. Et
 pro hac opinione (scilicet quòd testamentum nō sit
 nullum, nisi filius præteritus hoc petat) videtur esse
 tex. in l. si. vers. sancimus. C. de liber. prate. dum ibi
 dicitur: Vel testamentū ipso iure euertat, vel per cō-
 tra tabulas ipsum stare nō pariat. Ergo antequam
 alterum de his remediis per filium intenteretur, testa-
 mentum stabit. Ad hoc facit dicta l. filio præterito.
 ibi, si præteritus partem à fratrib; euocauerit. facit
 dicta l. posthumo, dum ibi dicitur patris testamentū
 rumpētī. Ergo antequam partem euocauerit, vel tes-
 tamentum ruperit, stabit. Et hanc opin. tenuit Spec.
 titu. eodem. §. j. vers. Sed pone Bartha. & Bart. in l.
 si post mortem. §. si filio. ff. de bono. pos. contra tab.
 post glo. in l. ij. §. si quis ex liberis. illo eodem tit. Et
 idem tenet in dicta l. filio præterito. xij. col. Alibi ta-
 92 men idē Bar. in l. si duobus. §. si prius. ff. de bono. pos.
 contra tab. restringendo suam opinio. dixit, quòd
 quando in testamento in quo filius in potestate fuit
 præteritus, sunt instituti alij testatoris filij, vel alij
 ab intestato succedētes, tunc est verū, q̄ testamentū
 iure ciuili est nullum, si filius præteritus ipsum testa-
 mentū dicat nullum. Secūs si taceat, vt ibi concludit
 Bart. per illum tex. quem dicit ad hoc esse singularē,
 & se nescire alibi, quàm in d. §. si prius. vbi testamen-
 tum secundū, in quo filius fuerat præteritus rumpit
 præcedens validum, eò quia erant instituti aliās ab
 intestato succedentes, quod non faceret, si esset ipso
 iure nullum. Et omnino idem tenuit ipsemet Bart. in
 l. si duo. ad ff. de bo. pos. cōtra tab. Et sentit Bal. in
 dicta l. posthumo. C. illo eod. tit. in ij. & iij. quæst. sub
 iungens idem debere seruari, quando instituti essent
 93 pauperes Christi hæredes, vel quętinque alia causa
 pia, per dictū §. si prius. ¶ Secunda principalis opin.
 fuit tota contraria primę, videlicet q̄ testamentū, in
 quo filius in potestate fuit præteritus, est ipso iure nul-
 lum, quāuis filius taceat, & ipsum testamentū de nul-
 litate non impugnet, vt sentit glo. in d. l. posthumo.
 & in l. tertia. §. fin. & l. nō putant. §. si quis emācipa-
 tum.

um. & l. quod vulgō. ff. de bo. pos. cōtra tab. & in l. si
 ita scriptū. §. si. ff. de lib. & posth. & in l. si tabu-
 læ testamē. nullæ extant. & l. ij. ff. de excep. rei iud. &
 94 in §. sunt autē. in l. de bono. pos. ¶ Et hæc opin. te-
 nuerat Azo in summa tit. de bo. pos. cōtra tab. & te-
 nuit Dy. in d. l. si post mortē. ff. illo eod. tit. & Rofre-
 dus in suis libellis. tit. de bono. pos. cōtra tab. & Ang.
 in §. emancipatos. In l. de exhereda. libero. & latius
 in repetitione l. illud. ff. de bo. pos. contra tab. Bal. in
 d. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. test. Cyn. Bal. &
 Alex. in d. l. posthumo. C. de bo. pos. cōtra tab. & Sa-
 lin. in l. ij. C. de posth. hæredi. in l. in quibus locis per
 95 omnes concluditur, q̄ tale testamētum est nullum,
 licet filius præteritus nō conqueratur, siue in tali tes-
 tamēto fuerint hæredes instituti alij testatoris filij,
 aut venientes ab intestato, vel extranei: quia vtroq;
 casu testamētum est ipso iure nullum etiā taceat &
 non conquerente filio præterito. ff. de iniusto rupto
 testamen. l. filio præterito. vbi fratres filij præteriti
 erant hæredes, tamen fuit de iure ciuili testamētum
 nullū. Ideo obstat tex. in d. l. si. §. si prius. quia
 ibi fuit præteritus filius emancipatus, secundum ve-
 riorē intellectum, & ita cōtra Bar. tenet Imo. Raph.
 Cu. in d. l. filio præterito. & Bal. in l. certū. C. vnde le-
 git. Ideo non sine causa Bar. in d. §. si prius. resque
 96 super hoc cogitandū, potius inclinās q̄ tale testa-
 mentum, in quo filius in potestate est præteritus sit
 indistinctè nullum, & est cōmunis opi. Doct. tā ci-
 uiliam tantū, quàm vltimō tanorū, per iura opti-
 ma per eos in locis prædictis allegata: inter quæ est
 tex. optimus. in l. de exhereda. libe. §. j. ibi, quia ab ini-
 tio non constitit testamentū, vt in l. posthu. §. ex
 his. ff. de iniusto rupt. testam. vt. ponens differentia
 quādo præteriti sunt filij posthumi vel iam nati, di-
 97 cit, q̄ iam nati testamentum inuulsum faciūt. Post
 huius autē illud rumpit si nascatur, & illi semper,
 & tamen non esset verum, q̄ iā nati fuerint hæredes
 nullū, si requiretetur q̄ ipsum dicerent nullū, & se-
 cundum hanc opinio. consultat Ludou. cons. xxiij.
 98 ¶ Nec obstat si quispiam diceret, q̄ vbi occasione
 tua. persona mihi cōpetit aliquo beneficiū, te non
 vrēte illo beneficio, perinde de beo haberi, ac si voca-
 tas non fuisset ad illud. l. ij. §. si sit consanguinea. ff.
 ad Tretyl. Quonia hoc intelligitur, quādo à leg. nō
 cōpetit mihi illud tale beneficiū ipso iure, sed ex fa-
 99 ctu tuo: quia eo tunc nisi te vrēte, nō haberem illud
 beneficiū, & ita loquitur tex. in d. §. si sit cōsanguinea.
 Sed in casu nostro, filijs alijs testatoris hæredibus
 institutis competit ius dicendi testamētum nul-
 lum à lege & ipso iure, vbi alter filiorū fuit præteri-
 tus. Et competit eis tale ius sine facto filij præteriti,
 ideo non mirū, si ipso taceat & nō cōquerente, ca-
 100 teri quibus est à lege via aperta dicēdi nullū, possint
 testamentum querelare de nullitate, vt colligitur ex
 verbis, & mente Bar. in d. l. si post mortem. vbi ex di-
 cta doctrina elicit, q̄ si ex persona & facto mariti
 militis, aut doctoris vxor vocetur domina, nō tamē
 maritus, miles, vel doctor eam appellare tenetur do-
 minam, si vti noluerit maritus illo priuilegio. Idem
 decidit Bar. in l. penult. C. de dona. inter vir. & vxor.
 Nam vxor tali priuilegio vtitur iure mariti, ideo nō
 potest eo vti cōtra maritū, vel eo nolente, argu. l. si
 iudex. ff. de minorib;. [Quia vxor in consequentia
 dignitatis mariti est domina, ideo relicta vbi cōmis-
 sa vxori regis vel comitis, licet sub nomine dignita-
 tis regis vel comitalis, cum dignitatem habeat ex
 persona mariti, & nō sua, non transeunt ad successio-

rem ipsa mortua. secūs esset in regē. l. quod princu-
 cum l. sequen. ff. de leg. ij. vbi Bar. & omnes & Cy. in
 l. si quis. C. qui testa. face. possunt.] Et ita etiam deci-
 dit Panor. in c. ex parte. in fi. de foro cōpe. Alias per-
 emptorias respōsiones ad dictū §. si sit consanguinea.
 videatis per Alex. in d. l. posthumo. Vnde con-
 cluditur, quòd etiā filio præterito taceat, alij tes-
 tatoris liberi in testamento instituti dicere possunt
 testamentū patris nullū, & est communis opi. secun-
 dum Spec. & Bart. Quam tamen intelligatis veram,
 nisi tacuissent vltra triginta annos, quo tēpore præ-
 scribitur iuri dicēdi nullum, secundū Bart. & Doct.
 in d. l. filio præterito. & Alex. in l. ij. ff. de acqui. hæ-
 red. & in l. j. C. quando nō peten. partes. & in l. licet.
 C. de iure delib. Sed ante triginta annos semper dice-
 re possunt testamentum nullum. Quinimò morientē
 facultatem dicēdi nullam transmittit ad suos
 hæredes. [De quo plenè habetur super verb. Mor-
 tuo itaq; testatore. j. loquēdo de subtili materia tran-
 smissionis.] Sed pulchrum & vtile dubium est, an
 filius præteritus possit expressè testamentum patris
 approbare ipsum expressè ratificando. Et puto q̄ in
 sui præiudiciū possit, quando est vnicus filius patris
 nam per approbationem talis vnici filij præteriti re-
 conualescit testamentum saltem de iure prætorio, vt
 ex eo peti possit infra annum honorū possessio per
 hæredes in eo institutos, secundum Bal. in l. si. C. vn-
 de legi. ¶ Sed maior difficultas est, an filius præte-
 ritus hoc possit scātibus alijs filijs testatoris testamē-
 to institutis in toto, vel in parte, aut certa re, qui for-
 tē volunt dicere testamentum nullū, tanquā ex per-
 sona filij præteriti eis sit aperta via dicēdi nullum,
 an hoc possint, non obstante filij præteriti approba-
 tione, & cōsensu Super hoc puncto fuerūt quatuor
 101 principales opi. ¶ Prima fuit opin. Bart. in dicta l.
 filio præterito. vers. ij. oppo. in authen. & c. volentis,
 quòd filio præterito expressè testamētum patris
 approbante tale testamētum remanebit firmum, nec
 poterunt ceteri liberi testatoris ipsum dicere nullū,
 aut contra tabulā. Idem tenet ipse Bart. in dicta l. si
 post mortem. vbi fortius dicit, vt vidit supra quòd
 nisi præteritus contra tabulā filius institutus, nō ad-
 mittitur ad testamentum impugnandum, cum quo
 videtur transire Sali. in l. vxoris abortu. C. de post-
 humis. hæred. instit. per dictū §. si sit cōsanguinea.
 102 ¶ Secunda fuit opin. Bald. in dicta l. posthumo. C.
 de bono. pos. contra tabul. vbi referens Cy. ibi ita te-
 nuisse, dicit filium præteritum non posse etiam per
 expressam testamenti paterni approbationē valida-
 re testamētum semel nullum, quòd minus ceteri filij
 hæredes instituti dicere possint ipsum nullum, si ve-
 lint, vel eū cōtratabulāre, per tex. in d. l. si post mor-
 tem. in fi. ff. de bo. pos. cōtra tabul. vbi patet, q̄ filio à
 lege aperitur via. Idem tenuit Iaco. de bellouisi, in
 authē. vt cum de appel. cog. §. siue igitur. vbi per illū
 tex. cum seq. dicebat, quòd sine præteritis dicat nul-
 lum, aut cōtratabulāre, siue nō, testamētum est omni-
 no nullū, vel rumpitur, ita q̄ ceteri filij in eo insti-
 tuti venire possunt ab intestato quis portionibus.
 Cum filius præteritus testamētū approbando nihil
 possit in præiudiciū aliorum liberorū institutorum,
 quibus fuit semel aperta via dicēdi testamētū nul-
 lum vel cōtratabulādi. Quòd est verū, siur præteri-
 tus testamētū approbet, antequā instituti acceptaue-
 rint beneficiū cōtratabulādi, vel dicēdi nullum,
 siue possit, secundum Imol. in dicta l. filio præterito.
 per text. in d. l. si post mortem, qui loquitur indistin-

105 Tertia op. fuit, qd aut filius prateritus ab initio, scilicet tempore testamēti, vel ante testamētum expressē vel tacitē cōsensit se prateriri, & tūc valet testamētū tā de iure p̄tō. quā cūiili: quia volētī nō fit iniuria. l. j. §. vsque ad d. ff. de iniur. & c. volētī de reg. iur. lib. vj. C. de transac. l. cūm donationis. Ad hoc facit tex. not. in l. nō putauit. §. si quis sua manu. ff. de bo. pos. contratab. quā lex etiā hodie remanet incorrēta, secundum Imo. in d. l. filio praterito. Facit quod tenet glo. & Bar. in l. si quādo. §. fin. C. de inoff. test. vbi glof. singularis dicit, qd licet hodie non possit filius à patre exheredari, nisi ex altera de xiiij. causis in iure expressis, tamen si filius cōsentiat se exheredari, valet exheredatio facta sine causa, secundū Imo. in d. l. filio praterito. & plenē habebitis. §. in eodē testamēto relinquens. ij. sicut in simili tenet Cy. in l. si pater. in vlt. quāst. C. de insti. & subst. quōd si fili⁹ instituitur à patre sub cōditione potestatiua, p̄t̄ in eius defectū exheredari sine alia causa: quia tunc talis exheredatio procedit de volūtate filij, licet Salice. ibi cōtrarium tenuerit & malē, vt dicam ibi. Sic ergo dicamus in proposito, si filius in testamēto patris sua volūtate prateritus, valebit testamētū etiā de iure cūiili, vt eleganter decidit Angel. in repeti. l. qui se patris. C. vnde lib. dicēs, qd aliās repetēdo. d. l. filio praterito. publicē sustinuit hāc conclusionē, qd quādo filius in potestate cōsentit suā prateritioni, testamētum valet. Nam filius in potestate exheredari debet à patre, ne cōsentitū paternarum continetur de patre in ipsum. l. in suis. vbi Bar. ff. de libe. & posth. Ideo ad interrompendum hanc continuationē exheredari debet: ne postea duo simul cōcurrat ad idem dōminium, scilicet filius prateritus, & hæres in testamēto institutus. Sed vbi filius est cōtentus prateriri, tacitē vult & cōsentit, qd continuatio dōminij nō fiat in eum, imō voluntariē eā repellit. Sicut quādo instituitur sub cōditione potestatiua, quam implere nō vult. l. iam dubitari. ff. de hære. insti. [De quo plenē dicitur super verbo, R. gl. i. quia etiam hereditati paternæ expressē renuntiare posset, & renuntians impediret dictam continuationem de patre in ipsum, vt plenē dixi super verbo, Dum habens filius. In tertio casu, quo filia non succedit cū masculis. Ergo nimirum, si valet talis prateritio propter voluntatē filij talem continuationē dōminij interrumpentis, seu illi obicem ponentis. Præterea, quia, qd testamētū, in quo filius testatoris prateritur, sit ipso iure nullum, est propter iniuriā, quā filio fit per testatorē, vt dicitur in §. hoc autē dispositimus. in authen. vt cūm de app. cog. & iniuria non fit volenti, vt dixi. Quinimō potest vnusquisq; suam remittere iniuriā. l. nō solum. §. iniuriarū. ff. de iniur. Ad hoc facit quod vult idem Angel. in l. si quis posthumos. §. j. vbi plenē Alex. ff. de libe. & posth. qui tenent quōd d. tex. in dicto §. si quis sua manu. l. nō putauit. ff. de bono. pos. contratab. loquēs in eo, qui expressē aut tacitē cōsentit se exheredari, habet etiā locū in eo, qui cōsentit se prateriri. Cū eadē sit in hoc casu ratio in prateritione sicut in exheredatione. Et hanc opin. scilicet prateritionē ab initio de cōsensu filij factā non vitare testamētum paternum postea factum, tenet Lud. in d. l. posthumo. C. de bo. pos. cōtratab. Aut ab initio, scilicet tempore testamēti vel ante filius nō cōsensit suā prateritioni, sed illi cōsensit post mortem patris: & tunc quia testamētum semel nullam viam aperuit aliis filiis ipsum dicendi

106 nullum, talis approbatio, quæ fieret per filium prateritū nō cōualidaret testamētū in præiudiciū cæterorum liberorum hæredū institutorum, quibus iā cōpetit facultas dicendi nullū. & hanc tertiā opi. tenet Alex. in d. l. posthum. Hæc opi. vltra omnes fundari potest, per ea quæ eleganter decidunt Io. And. & Dominicus in d. c. statutu. de præb. lib. vj. vbi cōcludunt, qd tunc factū contra decretum irritās papæ, aut legis prohibitionē valet, quando ille cuius fauore fuit decretū appositum, nō vult eo vri, & volūtas præcedit factū. Si autē voluntas & cōsensu sequatur, tunc non valet, nec aliquid operatur illud, quod sit cōtra decretū irritās. de quo videatis bonam glof. pragmaticā in verbo, irritum. tit. de colla. §. vt verō cæteri. Et latē ponit Fely. in c. cū dilecti. de referri. & in c. cūm ex officij. xvj. col. de præscrip. Sed aduertatis, quia non videtur hæc opi. vera in eo quod dicit cōsensum filij ab initio prateritioni præstitū validare testamētū paternum. Nam expressē eam impugnat Iason in eadē l. posthumo. x. & xj. col. dicēs de forma substantiali ipsius testamēti esse, qd filius in potestate in aliquo hæres instituitur, aut nominatim exheredatur, vt supra fuit latē demonstratū, ita qd si filius prateratur, testamētum est ipso iure nullum. Inter cætera. ff. de libe. & posth. & l. j. ff. de iniur. rupt. testa. Clarum est autē qd cōsensu priuatorum derogare nō potest formā à lege introductā, nec facere, qd actus valeat non seruata forma legis. l. nemo potest. ff. de leg. j. & l. cūm hi. §. si prætor. ff. de transac. Bar. in l. de his. eo. tit. & Bal. in anthen. iubeamus. C. de iudi. & in l. si. §. & hoc si quidem. C. de iure delibere. Quinimō dicit Panor. in c. quia propter. §. j. vj. col. v. vltiūs quaritur. de elect. qd illi decreto introducendū formā derogari non posset statuto, aut cōsuetudine ecclesie. Ad hoc facit quod ipsemet decidit in c. nulli. de reb. eccle. non alien. Nec obstat si diceretur, qd illud est verum, nisi forma introducta esset fauore alicuius, vt in casu nostro introductum est in filij fauore, qd instituitur vel exheredatur, ne prateritione iniuria afficiatur. Quo casu videtur, qd filius tali formā possit renuntiare. Quoniam respōdetur, qd illa forma non fuit introducta in merum fauorem filij, sed etiā in odium patris formā à iure traditam non seruatis. [Quo casu non potest illi renuntiare per doctrinam Bart. in l. qui exceptionē. ff. de condi. indeb. per illum text.] Præterea & notabiliter, licet actus fuerit introductus in fauorem alicuius, tamen si lex ipsum introduxit pro forma, nō potest illi renuntiare per cōsensum partū, secundum glof. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nup. quā multū no. Bal. in l. non dubiū. C. de legi. & l. iubeamus. §. sanē. de sacrosan. eccl. in l. ea quæ. C. de don. ante nup. in l. cūm mulier. ff. sol. mat. & in c. lator. in si. de sent. & re iud. Insuper & notabiliter dicit idem Iason, qd quādo lex introduxit aliquid pro forma, & nihilominus vltra procedit annullando actum expressē prout in casu nostro, & clarē patet insti. de hære. lib. in princ. & in l. j. ff. de iniur. rupt. testa. eo tūc tollitur & auferitur omnis potestas dispensandi in contrariū, adeo qd cōsensu partū nihil operabitur, secundum glof. in c. dī lecto. de præb. & c. statutu. in verbo, Committatur. de referri. lib. vj. Archi. & Dominicus in c. cū de beneficio. de præb. eo. lib. facit glof. in l. j. in si. C. ne fideiuf. dotiū dentur. vbi dicitur, qd legi prohibitiuæ partes nullatenus possunt renuntiare, cūm talis prohibitio vim decreti irritantis habeat. l. non dubium. C. de legi. & glof. in clem. j. de iure patro. Quar

td mo

107 td mouetur, quia dicit Bald. in l. si quādo. §. & si generaliter. C. de inoff. test. qd cōsensu filij nō firmat testamētū patris cōtra nullitatē, nec quantū ad repellendū filiū à querela. ¶ Quia quādo ius disputat de aliqua solēnitate seruanda in actibus hominū, non potest tolli per pactū nec derogari, vt d. l. nemo potest. ff. de leg. j. Et ibi respōdet ad d. l. nō putauit. §. si quis sua manu. Quinimō dicit d. l. si quādo. §. illud. C. de inoff. test. ponderata ratione illius tex. quia cōsentire prateritioni de se factæ nil aliud esset, nisi pactū de non succedendo, quod non valet sine iuramento. l. pactum. C. de colla. iuncto c. quāuis pactū. de pac. lib. vj. Sexto hanc partem tenet Imo. contra Ang. in d. l. si quis posthumos. §. j. ff. de inoff. test. vbi dicit, qd dispositio d. §. si quis sua manu. loquēs in filio, qui à principio se cōsensit exheredari, nō habet locum, si cōsentiret se prateriri: quia vbi prateritur, forma à iure tradita non seruatur, sicut seruatur quādo exheredatur, vt l. inter cætera. ff. de libe. & posth. Et per hunc modum non obstat glof. in d. l. si quādo. §. fin. quia loquitur vbi filius fuit exheredatus à patre de suo cōsensu. Et sic seruata fuit forma legis volentis filium debere institui vel exheredari. Et licet aliās in exheredatione requiratur causa ingratitudinis testamento inserta pro forma, vt in authē. nō licet. C. de libe. prate. Tame illud procedit, vbi quis exheredatur propter d. merita, & sic inuitis: quod non est quando cōsentit. Vltra Iasonē, qd non sit differentia, an ab initio filius prateritioni cōsentiat, vel post testamētū perfectū patre mortuo, & qd vtroq; casu testamētū sit nullum, patet per ea quæ omnes decidunt in l. i. C. de sent. ex peri. reci. & in c. si. de re iudi. lib. vj. vbi dicitur, qd siue partes ab initio ante sententiam cōsentiant, qd sententia feratur sine scriptis, aut per iudicem non sedentem, vel aliās non seruata forma, siue cōsentiant post sententiā latā, talis sententia est vtroq; casu nulla: quia partes ante vel post renuntiare nō possunt formæ, aut solēnitati actus. Facit glof. & quod ibi not. in c. j. de libe. obla. & in c. de causis. de offi. dele. Nam licet vbi actus foret nullus solum propter defectū cōsensu, interdū validari possit, & valeat iuxta sui naturā & ess. vnam. l. iij. §. falsus. ff. rem ratam habe. & interdum vt actus valeat, prout valere potest, saltē vt pactū per tex. no. in l. ij. cōmunia vtriusque iud. Attamē vbi actus est nullus propter defectum formæ, nunquā cōsensu partium talem actū firmare potest, siue præstetur ante, siue in actu, vel post, vt d. l. nemo potest. ¶ Præsertim vbi est decretum irritās, si quid fiat contra formam, quia tūc tale decretū est tantæ virtutis, qd licet appositum esset mero priuatorū fauore, vt in casu nostro fauore filiorum prateritorū, tamē illi decreto renuntiare nō possunt: quia lex apponendo decretum irritans videtur animaduertisse ad fauore reipu. ¶ Cū testamēta & eorum forma sint de iure publico. l. testamēti factio. ff. eo. iūcta d. l. nemo potest. ff. de leg. j. ideo ex quo decretum ligauit manum patris testantis, aliās testari nō poterit, nisi seruet formā, scilicet qd in aliquo filios instituat, vel ex iusta causa exheredet. Considerauit enim lex, qd per illicitas preces vel minas paternas, aut aliās filij nolendo displicere patribus induceretur ad cōsentendū suæ prateritioni, & sic per indirectū periret forma testamētorum, quod fieri nō debet, cūm reipu. interfit qd seruet. l. vel negare. ff. quæ ad. test. ape. & d. l. testamēti factio. ita eleganter in simili, & nō minus singulariter dicit Panor. post glof. in d. c. dilecto. de præb. & Barb.

112 in rubr. de fide instr. xxvj. Et hac cōsideratione motus dicit Dominicus post Lapū. in c. quōdā. in fine. de præb. lib. vj. qd etiā ille, qui decretū irritans in aliquo actu apposuit, etiā si sit princeps, rescribēdo vel contrariū disponēdo nihil agit, nisi illi decreto irritanti deroget expressē, & ipsum tollat. Aliās quicquid fit est nullum, de quo est text. in l. si quis. in prin. ff. de lega. iij. & in c. cūm olim. de re iudi. Sed in potestate partū non est tollere decretū irritās legis & superioris. c. cūm inferio. de maio. & obe. Et hac ratione decidit tex. in l. si quādo. C. de inoff. test. §. j. qd quātūcūq; princeps dispenset cum aliquo inhabili, qd testari possit, semper intelligitur, qd testari poterit obseruata lege & forma testandi, propter decretum irritans, si aliter fieret, quod impedit omnē modū directē vel indirectē faciendū cōtrarium. Et hæc opinio prius quā viderim Ia. fuit mihi semper vifā verior & veritati iuris magis consona, secundū quam sæpe consului. ¶ Quarta fuit opi. Imo. in d. l. filio praterito. volentis filium prateritum approbare non posse testamētū patris, ante, vel in actu testādi, aut post, cōsentēdo suæ prateritioni, inuitis cæteris filij institutis, vbi tales filij testatoris, fratres filij prateriti fuissent hæredes instituti in minori parte, quā essent ab intestato successuri. Quia tunc cūm interfit ipsorum testamētum patris declarati nullum, vt ipsi qui fuerunt in minori portione instituti, veniāt ab intestato ad debitam portionem æqualiter capiedam non possent filius prateritus in eorum præiudiciū tale testamētum approbare, & suis fratribus præiudicare, vt dictum est. Si verō fratres ipsius filij prateriti fuissent per patrē in toto vel maiori parte instituti, quā successuri essent ab intestato, tunc quia eorum non interest testamētum declarari nullum, nec locum esse successioni ab intestato, cūm testamēto declarato nullo, & sic sublato de medio, maiorem partem non reportarent, quā habeant ex testamēto imō fortē minorem. Certē impedire non possent testamētū cōfirmationem per approbationem filij prateriti sciendā, cuius solius interest. Quinimō ipsis non cōsentientibus testamētum valebit, & suum effectum, prout reipublice interest, vt d. l. vel negare. Et hæc opi. tetigit Bar. in d. l. si post mortē. licet ibi eā nō approbet, sed postea eam tenuit in l. pe tēda. C. de tēpo. in integ. resti. petē. facit tex. in d. §. sin autē hæc obseruata. in authē. vt cūm de app. cog. Et de hac opi. est tex. in d. l. filio praterit. vbi dicitur qd filius prateritus auocabat partē à fratribus. Nam si ipsi nō fuissent in maiori parte instituti, quā essent ab intestato successuri, prateritus nō auocasset partē suā ab eis, sed ab extraneo hærede instituto. Et idem esset secūdū Imo. ibi, scilicet qd solus prateritus sine cōsensu institutorum approbare posset testa. patris, vbi ille prateritus esset patri testatori vnicus filius, & extraneus fuisset hæres institutus: quia cūm tunc de nullius alterius præiudicio tractetur, quā ipsius filij prateriti, qui solus rupto testamento succederet ab intestato, poterit talis filius solus sine cōsensu heredis extranei testamētū patris approbare: ita qd ille hæres extraneus non possit testamētū impugnarē de nullitate, quia sua nō interest. Cū rupto testamento aut nullo existente, extraneus ille in eo institutus nō esset ad testamētū impugnandū. Tum quia quis nō admittitur ad id, quod sibi nō prodest, maxime si noceat alteri, vt in casu nostro noceret saltē reipu. cuius interest testamētū valere, vt d. l. vel negare. ff. quemad

que ma dmo. testa. ape. Signu enim euidens effert inuidia, petere qd sibi no prodest, & alteri nocet. Vnde repellendus effert secundu Ioan. Fab. & Ange. inst. de lege Fufia Caninia. Tum etiam, quia ille extraneus hoc faciendū quodammodo videretur filio præterito inuito velle beneficiū paternæ hereditatis conferre: quod fieri nō debet. Cū inuito beneficium nō conferatur, nec quis inuitus heres esse cogatur. l. nec emere. C. de iure delibe. ¶ Quare concluditur, qd sine cōsensu hæredis extranei instituti filius vnicus testamento patris præteritus approbare poterit testamētum, vt d. l. filio præterito. vbi hoc idē videtur sentire Bal. referēdo Jac. de Are. ita tenuisse & idem Bal. in d. l. in suis. in ix. opp. suę repetitiōis. ff. de li. & posth. imō dicit Pau. in d. l. filio præterito. qd hoc idē sentit gl. in verbo, Data. in l. posthumus. ff. de iniust. rupto test. dum ad illū textū subaudit maximē, quam gloss. etiam ad hoc ponderat ibi Pau. quos sequitur Alex. in d. l. posthumus. ij. col. in fi. cum seq. C. de bo. post. contratab. Nec obstat, secundū eū si diceretur, qd hoc casu videtur tractari de præiudiciis aliorum, quam vnici filij præteriti: quia cū in iure dicēdi nullum & in bon. post. cōtratab. sit locus edictō successorio, se cundum cōmunē opinionē, in l. ij. ff. de bon. libe. & no. Bar. & plenius Iafon. in fi. super rub. C. de success. edict. Ergo talis approbatio solius filij nō debet posse obesse: nec ius tollere quo ad sequentes in gradu post filiu: quin dicere possint testa. nullū. [Saltem prout dicit super verbo, *Mortuo itaque testatore. ij.*] Ad præmissa facit, quod decidit Bart. in l. qui superstitis ad fi. ff. de acqui. hære. Nam respondet quōd eo tēpore quo filius præteritus vnicus testamētū patris approbat, nō est alicui alteri in gradu sequenti acquiritur ius dicēdi, nullū, vel testamēt. rumpendū, qd ipsi soli filio præterito, quē nemo præcedit: qui tanquā prior in gradu approbare potest testamētū, per d. l. filio præterito. Ideo sequentes in gradu serō veniūt, cū testamētū inueniant iam cōfirmatum. facit l. si quis filiu. de inoffic. test. ff. Vnde sicut s. concluditur, 113 qd vbi cūq; hæredū institutorū quāuis filiorū non interest testamētū rumpi, solus filius præteritus ipsum approbare potest, absq; eo qd instituti hæredes testamētū approbationē impedire possint, ita qd dicere nō poterunt testamēt. nullum. Nā sicut illi quorū nō interest, ab aliquo actu appellare nō possunt. l. solēt. ff. de app. & c. cū inter. R. senior. de elec. Pari quoque ratione nō admittitur ad petendū actū declarari nullū, vel ad ipsum cassandū vitio nullitatis, nisi de eorū interesse plenē docuerit. Cū hæc duo pari passu ambulēt, vt cōsultuit Old. consil. xij. col. vbi cōcludit, qd causa nullitatis & causa appel. pari passu tractāt, & eisdē subiacent regulis. Præterea vide m^o in simili, qd nunquā quis possit obtinere declarari electionē nullā ex defectu forme in ea nō seruat, nisi probauerit sua interesse, secundū gl. in verbo, aliquid. in c. vt circa. de elec. lib. vj. & plenē Inn. in c. su per his de accus. & Pano. in sij. no. in c. veniēs. l. ij. de testib. facit l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. test. vbi quis repellitur ab effectu obtinēdi rescissionē testa. tanquā inofficiōsi, nisi probet sua interessē. Eodē modo repellitur quis ab effectu obtinēdi cassationē sententię, si sua nō probauerit interessē, secundū Ant. & doc. in c. cū super. de re iu. Et ita etiā reperio Lud. cōsultuisse cōsi. cccxcix. incip. In præmissa cōsultatione. vbi elegantiōsimē cōcludit, qd cū per papā prouisi de episcopatu tēpore eligēdi pendēt, & sic nulliter, nō interest electionē per capitulū factā im-

pugnare de nullitate, vel aliā, cū ea cassata episco patū titulo suę papalis prouisionis nō haberet, veluti titulo carēs, & etiā colorata possessione, vt ibi plenē demonstrat, recipi non debet ad impugnandū electionē, aut illius cōfirmationem de nullitate vel iniquitate, etiā per viā appel. de quo plenē per eundem cōsi. cccclxxx. & cōsi. cccclxxxij. Nec est necesse in casu nostro filio in testamētō hæredes institutos in toto vel maiori aut tanta parte, quā habituri essent ab intestato, vel extraneum hæredem institutum vocari ad videndum si sua nō interfit, cū filius præteritus approbare vult testamētū patris. Quia cū ex testamento tenore appareat notoriē de effectu eorū interesse, non sunt tales hæredes instituti vocandi in approbatione testamenti: imō ipse solus præteritus approbare poterit, ipis minimē vocatis aut presentibus, per doctrinam Bar. in l. ij. §. quōd si de frumētaria. ff. de administ. rerum ad ciuita. pertinen. vbi per illum tex. singulariter decidit, quōd quoties notorium est alicui defensionē non competere, potest cōtra talem procedi etiam ad sententiā diffinitiuam eo nō vocato: idem tenet Panor. in ca. cū olim. de re iudi. Si ergo hoc ita est in actibus iudicialibus, vbi maximē partis vocatio requiritur. l. j. C. si per vim vel alio modo. multō magis seruabit in actu nostro extraiudiciali, vel aliis extraiudicialibus, in quibus necessaria nō est vocatio, nec illorum qui si vocati aut presentes essent, minimē cōtra dicere possent, nec actū impedire, vt plenē cōsultuit Alex. in j. parte cōsi. cxxx. incip. difficultas huius negotij. Et hæc quarta opin. videtur esse æqua, velut fauens testamento: licet præcedens sit de rigore iuris sustentabilis. Quare restat, quo ad hanc septimā limitationem datam superius ad regulam, qd testamētum in quo filius fuit præteritus in potestate ipso iure nullo, quantumcūq; filio præterito tacente & testamētū nō impugnant: & pariter est nullum si testamētum expressē approbet, sine cōsensu hæredum institutorum quod facere non potest ante vel post testamētum in eorum præiudiciū, nisi aliorum institutorū non interesset testamētum dici nullum. Quod quando sit vidit: quia hoc casu valebit talis approbatio per solū filiu præteritū facta. Et isto modo verificari poterit hæc septima limitatio, & pariter si talis approbatio testamētū per filiu præteritū fieret de consensu aliorū filiorum hæredū institutorum: quia tunc testamētum reuocalesceret etiam de iure ciuili, taliter, quōd ex eo possit perpetuō adiri hæreditas vsque ad xxx. annos. l. licet. C. de iure delib. Quod fieri non possit, si solū iure prætorio reuocalesceret: quo casu necesse haberent hæredes instituti agnoscere & petere bonorum possessionem infra annum. Sed veritas est quōd his duobus casibus etiam iure ciuili reuocalescit, quāuis hæres in tali testamento institutus sit extraneus, secundū Bal. in d. l. posthumus. vers. secundū quarto. C. de bo. post. contratab. idem tenet in l. si pater. xj. & ij. oppo. C. de inst. & substit. & Sali. in d. l. ij. C. de posthu. hæred. inst. iij. col. in fi. vbi dicit quōd dicere contrarium esset valde contra conscientiam & naturalem æquitatem, ac cōtra iudiciū bonorum laicorum, & esset nimis subtilizare. ¶ Quæ quidem subtilitas facit interdum hominem errare, secundū Bal. in d. l. posthumus. & Panor. in c. dilecti. 115 de iudi. ¶ Quæ omnia notanda pro intellegēdo d. l. filio præterito. ff. de iniust. rupto. testa. quæ locum etiā habet in filio præterito à matre & linea materna, licet hoc casu talis præteritio habeatur pro exheredatione

tionē, & filius nō sit in potestate matris. Et ita refert 121 fuisse decisum Guido papa. q. cccxxvij. vbi plenē dicit testamētum matris pari modo reuocalescere, sicut testamētum patris. Sanè tamen intelligatis, testamētum præteritione filij omni iure tam ciuili quàm prætorio nullū reuocalescere per expressam filij approbationē factam de consensu aliorū institutorū heredū, dum tamen expressa filij approbatio & institutorum expressus cōsensus interueniat. quia cōsensus tacitus seu silentiū infra xxx. ann. non sufficit ad reuocalescētiam testamētū, vt singulariter cōsultuit Ang. cōsi. cxxxvj. iij. col. Præsertim si ignotaretur testamētum esse nullū: ¶ quia qui errat nō cōsentit. l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. Et valebit talis expressa testamētū approbatio per filium præteritū facta de expresso cōsensu aliorum fratrum institutorum, non obstat decreto irritati in d. Auth. nō licet. C. de li. præ. & formalis non fuerint obseruata. Nā cū hoc casu omnes quorum interest vel interessē potest, consentiāt, tale decretū irritas approbationē testamētū non inficit contra ipsorum voluntatem, qui eo vti nec gaudere tenentur si nolint, secundū Io. Monachi, in d. c. statutū. de præb. lib. vj. secus erat, si solus præteritus cōsentire & adprobare testamētum vellet ante, vel tēpore testamētū, aut post. Quia cū decretū irritas, sui tantum fauore appositū non fuerit, imō saltē ad quandā consequentiā tendat in fauorem heredum institutorum, quoties eorū interest dicere testamētum nullū: nō possit solus præteritus cōsentiendo extinguere decretū, quod nunquā extingui potest, quandiu alicuius interessē potest dicere vel in cōsequentiā. Et ita intelligi potest quod dicit Panor. in d. c. dilectio. de præb. ¶ Et præmissa intelligatis vera, scilicet per approbationē testamētū expressē per præteritum factā, de consensu quorum interest testamētum reuocalescere, vbi filius iā natus tempore testamētū fuit in eo præteritus, vel posthumus, quem testator sciebat se habere. secus autem esset in posthumo, quem testator ignoras se habere præteritū: quia talis postea natus approbando testamētū nihil agit, nec per approbationē talis posthumus testamētum reuocalescit: & ratio est. Quia nō reperitur tunc in tali testamento adesse testatoris voluntas: cū enim testator de posthumo nō cogitauerit, singit lex ipsum noluisse testari in casu natiuitatis posthumus: idcirco posthumus natus nō succedit patri rumpēdo testamētū, sed quia in tali casu voluntas testatoris abesse præsumitur ab institutione hæredis, ideo non debentur legata. Nec tale testamētum deficiente testatoris voluntate, poterit per posthumum præteritū approbari, cū cesset substantia testamētū, scilicet voluntas testatoris. Et sic illud quod nō est approbari non potest. Ita singulariter decidit Bal. in l. si cū vel in vtero. C. de testa. mi. Quod an sit verū 119 videatis ibi Alexandrum & Iafonem. ¶ Vnum tamen menti tenebitis, quōd quantumcūq; filius testamētō patris cōsenserit, in quo præteritus fuerat, etiā si illud seruare seu in nullo cōtrauenire iurauerit, nō videtur propter hoc detractioni legitimæ & quartæ Trebellianicæ si cōpetat, renuntiasse, imō non obstat 120 te iuramento eas detrudere poterit: ¶ quia iuramentum nō porrigitur ad non cogitata per renuntiantē. l. si. C. de nō nu. pe. & l. si. ff. qui satis. cog. & gl. super verbo, de mente. in c. ad nostram. le. iij. de iure iur. Facit, quod no. Bar. & Bal. in l. ij. C. de rescin. ven. Aliās iuramentum esset vinculum iniquitatis, nec in eo ef-

set iustitia. ¶ Et præterea iuramētum ciuile & æquā interpretationē recipit, ne qs immoderatē lædatur. l. si liber^o. ff. de ope. liber. Et ita fuisse arresto iudicatum refert Guido papa. q. cccxxvij. videatis quæ dixi in verbo, *duas habens filias*. loquēdo de pacto de non succedendo. Sed ibi filia renuntians de legitima cogitauit dotem recipiendo quæ in legitimā computatur. l. quoniā nouella. C. de inoffic. test. & ei cedit loco legitima. An autē filius præteritus de consensu hæredum in testamento institutorū approbare possit testamētum in præiudiciū substituti vulgaris, vel aliorū substitutorū, plenē dicam §. eod. in verbo, *Si absq; liberis moreretur. ij.* in tractatu vulgaris substitutionis. [In sexto principali arti. vers. Sed quid si institutus adire non possit de iure ciuili, &c.] ¶ Oportet limitabis dictam regulā nō habere locū in patre habente filiu fratrem minorē de ordine beati Francisci, qui cū habeatur pro mortuo, pater ipsum non tenetur instituere nec exheredare. Quia imō si talis filius ad succedendū incapax præteratur in testamētō à patre sub silentio, testamētū nō erit nullū: ac si filiu iam mortuū præterisset, vt eleganter decidit Andr. de Bessetis. in repe. l. j. C. de fac. san. ec. ver. tertius arti. dicēs post Bal. ibi, qd tales fratres minores sunt quāuisque successiōnū & bonorū incapaces, ita qd nulli etiā proprio parētī succedere possunt ex testamētō vel ab intestato. ¶ Sicut enim renuntias bonis & futuræ successiōni cum iuramento nō potest succedere p. c. quāuis. de pac. li. vj. vt plenē dixi super verbo, *duas habens filias*. ¶ Sic nec religionē intrans fratrum minorū: quia ingrediendo & religionē proficēdo bonis renūciat secularibus, cū tales voueāt paupertatē. Et hinc est, qd dicitur mortui mūdo. vnde dicunt doct. qd magis præcisā est hæc renūciatio, quàm illa quæ sit secundū formā dicti c. quāuis. Ideo dicebat Bal. in d. l. j. qd cordiger succedere volēt obstat exceptio voti, & religionis seu professionis, vt in Auth. ingressi. & Auth. si qua mulier. C. de fac. san. ecclie. etiā si conuentū & habitum apostatando reliquerit seculariter viuēdo, secundū Lud. Ro. cōsi. cclxvij. incip. In casu proposito &c. Posito etiā qd alium habitum recepisset & regulā laxiorē sine dispensatione intrasset, vt idē Lud. cōsultuit cons. cccij. incip. circa primum. Cū semper obligatus maneat, & sic adstrictus primæ regulæ, ad quā reuocari potest. Nam (vt dictū est) cordiger habetur pro mortuo, taliter qd hoc casu eū dē effectū habet mors ciuilis sicut naturalis. Ideo inferebat Bal. in d. l. j. qd si p. statutu patris aut consuetudinē masculi excluderet feminā à successiōne parētū, masculus frater minor filiu nō excluderet à successiōne. Cū hoc casu masculus de medio videat sublatu. Et sic nō potest femina obici. l. etiā. §. si capitis. ff. de bo. libe. Et ad eū est hoc verū, qd etiā postea si papa dispensaret cum fratre minore, qd habere possit propriū, aut ipsum trāsferret ad ecclesiam habetē propriū: nō propter hoc bona recuperaret sorori vel alteri delata. arg. nor. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de libe. & posth. & ita Bal. refert tenuisse Bar. de quo per eundem Bal. in l. si quis curialis. C. quando & quibus quar. pars. li. x. in verbo, nullo modo. vbi dicit, qd si pater moriatur relictis pluribus liberis, quorū alter est frater minor, ex quo ille non vocatur ad partē, nō facit partē aliis. de quo p. Bal. in Auth. nouissima. C. de inof. testa. neq; facit numerum liberorū in computatione legitimæ. vt ibi plenē decidit. Facit quod dicit Bartol. in l. j. ff. de coniungen. cum emanc. liber. vbi singulariter di-

cit. qd mories relicto vno filio fratre minore dicitur mori sine liberis, ita qd erit locus substitutioni factae si absq; libe. decederet. videatis Bal. in l. j. C. de cad. tol. quod qualiter intelligatur, cōsultit Pet. de Anc. 126 consil. cccxvii. ¶ An autem locum habeat in fratribus praedicatorū, carmelitis, aut eremitis beati Augustini, plenē dicit Bal. in dicta Auth. si qua mulier. & doc. in c. in praesentia. vbi pulchrē Fely. [Huic limitationi iungentis aliqua bona quae dicuntur super verbo, Si absq; liberis moreretur. j. de proba. videatis Bal. in Auth. nisi rogati. C. ad Trebel. vbi dicit praedicatores succedere posse ex privilegio, quod vocat mare magnum, quod seruant de consuetudine quae praevalent, quia non sunt ipsi medicantes ex regula, sed ex consuetudinibus eorum secundum Fed. de Senis. nec proficitur paupertate in communi. Id enim soli minores faciunt, q se assimilāt aubis cœli, altiori stylo vitæ inhiantes. hæc ille. Hodie verò fratres minores dicunt se esse in communi & etiam particulari successione capaces, & quarūcūq; acquisitionū, allegantes privilegium papæ, quod etiam vocat mare magnum. Deus prouideat, qd non diaboli stagnū fiat. Cum iā in multis annis incipiat esse occasio dissolutionis & infirmitatū malorum, & illius tā sanctæ & diuinæ religionis penitus destructionis. Hodie vitur & semper vbi fuimus in praesenti regno Franciæ ex ipsius generalis consuetudine idem esse in quibuscūque professis cuiuscūque ordinis, etiam habēt bona in cōmuni, vt pro mortuis habeatur quo ad successione suorum parētum ab intestato, quibus succedere non possunt. Et sic nō habet pater nec mater necesse eos instituire in aliquo si nolit, nec preteriti dicere possunt testamentū nullum, nec monasteriū pro ipsis. Et vbi hoc fundatur vidistis in verbo, Et uxore nomine Adelsia. in primo principali art. 127 ¶ Sed quid erit de fratribus & sororibus tertij ordinis sancti Fracisci. videatis Bart. in l. cōmodissimē. ff. de liberis & posthu. vbi sentit, qd debent institui. Alias praeterite testamentū dicerent nullum. Tales enim non sunt religiosi proprie. cle. j. de relig. domi. & cle. cum ex eo. de sen. ex cō. no. Bar. in l. semper. §. quibusdam. ff. de iur. iur. & l. j. ff. de pœnis. Bald. in Auth. nisi rogati. C. ad Trebel. Anto. & Panor. in c. ij. de foro compe. Petr. de Ancha. in dicta clemē. cū ex co. Ange. consil. cccxvii. Alex. in dicta l. commodissimē. 128 mē. ¶ Ex his infertur ad nonam dictæ regulæ limitationem, vt locum non habeat, quādo filij praeteriti essent tales, qui licet iure cōmuni essent capaces, tamen sunt statuto aut consuetudine exclusi. Quoniam praeteriti taliū non reddit testamentum nullum, nec contratabulari poterit, veluti si filia praeterita per statutu à successione stātibz masculis exclusa. Nam per taliū praeteritionem testamentum non exit nullum, cum habeatur pro mortuis ac de medio sublati. Aded qd agere non possunt ad legitimam, nec ad supplementum illius, secundum Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cōdi. & demon. Pau. cōsi. cvii. & cōsi. cxix. in prin. cccxlvij. & Ang. cōsi. xcix. in prin. Ange. Aret. plenē in §. eadem hęc obseruatur. in fi. inst. de hæc. quæ ab intesta. def. Bal. in pri ma parte cōsi. cccxxij. & cccxxiiij. & in l. maximum. C. de libe. prate. & Pau. consil. cclij. iij. col. circa medium. & Ludo. consil. xii. & xvj. vt plenē dixi super verbo, duas habens filios. Ideo decidit eleganter Bar. in d. §. Titio genero. qd licet hodie ois cōditio, gramē & tēporis seu dilatio apposita in legitima filij, vel ipsius institutione reiciatur, & pro non adiectis

habeantur, quō ad concurrentē legitimæ quantitatem per tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. Tamen stante tali statuto, qd femina dotata nō succedat stātibz masculis: si pater in testamēto reliquerit filia centū titulo institutionis pro dote, masculis hæredibus institutis, talis filia potere non poterit illa centū priusquā maritetur. Nec hoc casu dilatio tēporis tollitur, quæ aliās tolleretur: imò ipso iure p non adiecta habere, si tale statutū nō esset. Et sic si filius interim decederet antequā maritaretur, non trāsmittet illa centū ad hæredes, secū dū Bar. vbi §. & plenius per Ias. in d. l. quoniam in prioribus. & in l. si pater. xvij. col. C. de insti. & substi. & dicā latē j. in verbo, reliquit. ¶ Vnum tamen est menti tenendū, qd testamentū in quo filia fuit praeterita, non poterit per eam de nullitate impugnari masculis hæredibus institutis filius testatoris: secūs si extranei essent hæredes, vt plenē habuistis §. in verbo, duas habens filios. in ij. casu principali. ver. vltimus dico &c. Praeterea sanē intelligatis, qd per talē filiam praeteritā testamētum impugnari non poterit de nullitate viuētibz masculis: & ita intelligitur quod dictum est. Sed vbi masculi qui tempore mortis patris ex testamēto vel ab intestato filia excluderant, moriantur, talis filia dicere poterit testamētum patris nullū, ratione statuti nunc deficiēte. Licet enim filius post mortem patris succedere poterit, & paternā ex testamēto adire hereditatem, & sic esse potuit hæres: tamē postea, filio mortuo, causa testati deductur ad causam intestati. Et qui fuit heres ex testamēto, nūc definit heres esse, qd fieri est possibile de iure ciuili, quale est statutū predictū in Auth. hoc ampli. C. de fid. i. omif. Sed hoc fieri nō est possibile factō hominis. Iei qui sol uedo. ff. de har. insti. Nec etiā factō iudic. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de min. nec iure pratorio. Insti. de bo. pos. §. quos autē. secū dū Ange. in d. l. ei q. soluendo. & Bal. in d. l. si quis posthu. ff. de libe. & posth. & plenē cōsultit Bar. cōsi. xj. inci. Proponit qd pater. & cōsi. xix. & xl. vbi pl^o dicit, qd filia eo tūc petere potest dici testamētū patris nullū, non simpliciter nullū, vt ex nūc, scilicet ex tēpore mortis fratrum suorū masculorū, sed ipsū dicit retrō nullū ex tēpore mortis patris, & sic ex tūc. Cū testamētū nō possit vno tēpore valere, & alio tēpore nō valere, secū dū Bal. vbi plenē Alex. in l. ij. C. de lib. prax. & in l. si qd filii. C. de inof. test. & Imo. in d. l. ei qui soluēdo. videatis plenē Bernar. Lādri. in addi. ad cōsi. Bar. super d. cōsi. Sed aduertatis, qd idē Bar. in l. si. ff. ad Tertu. decidit formaliter cōtrariū dicēs, qd vbi statutū filia excludit stātibz masculis, sufficit tēpore mortis patris superesse masculos vel masculū in perpetuū filia exclusionē, ita qd talis exclusio est realis & ppetua filia ppetuū excludēs, posito qd mortuo patre illico masculus decederet agnata hereditate: qd sufficit masculum, & sic p cōditionē momēto existere post mortē patris. Vnde cōcordādo Bar. ne sibi ipsi cōtrariū videat, dicatis, qd vbi statutū filia excludit quo ad viuēt, aut donec supererit mascul^o, cū eo casu nō videatur filia omnino exclusa, sed ad tēpus suspēsa, tūc post mortē patris, mortuo masculo sine prole, filia superstes succedet, si pater ab intestato decēserit: & si cū testamēto in quo fuit praeterita, dicit testamētū nullū. Imò (quod plus est) ius dicēdi testamētū nullū aut paternam hereditatē trāsmittet, ad suos defēdētēs, si post mortē masculi qd eā excluderat, decedat priusquā agnouerit. Si autē praecedat masculo, trāsmittit ipē dicēdi testamentū, nullum & hæreditatem

tatem ad suos: & ita loquitur Bar. in dictis suis cōsiliis. Si verò statutum filia excludat simpliciter stante masculo qui tēpore mortis patris supererat, tunc filia cēsetur perpetuū exclusa, quāuis masculus post mortē patris, de cuius bonis agitur, ilico decedat: cū sufficiat conditionē semel momento extitisse. & ita loquitur Bar. in d. l. si. ff. ad Tert. secundum Bal. in l. si Pōtionilla. C. quādo dies le. co. & Plenē decidit Sebastia. de monte sancti Sabini, in repe. Auth. nouissi ma. C. de inof. testa. Sed quid, si stante statuto filiam simpliciter excludente, masculus mortuo patre decedat antequā portionem sibi à statuto delatam agnouerit, superstitibus si filia & sorore exclusa, an portionē ei à statuto delatā trāsmittat ad filia suā, sicut trāsmittit portionē sibi iure cōmuni pertinētē: vel sit dicēdum, qd soror ad portionem statutariam admittatur, dicā alibi. ¶ Et plenē dixi j. super verbo, Mortuo itaq; testatore. ij. vbi plenē habetur materia subtilis transmissionis hereditatis. ¶ Decimō limitabis dictam regulam locum non habere in filia, quæ bonis paternis renūtiat cum iuramento. iuxta formā c. quāuis. C. de pac. li. vj. Nam talē filia renūtiatio sic exclusus non tenetur pater instituire, nec exheredare: imò potest à patre testamēto impunē praeteriri, nec per hoc videtur sibi aliqua iniuria fieri, cū ab intestato nihil esset habitura. l. si praeteritis. ff. de inof. test. imò tales filia quæ bonis renūtiauerunt paternis, habentur pro mortuis aut pro extraneis. Ideo praeterita dicere non possunt testamētū patris nullū, secū dū Bar. in l. j. §. qui habebat. ver. quarto quaritur. ff. de bo. pos. cō. tra. tab. & Bal. in vj. q. in l. j. C. quando nō peten. part. s. Alex. in l. si. ff. ad Tertul. & in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de liber. & posth. & cōsultit Pau. consil. cccxlvij. Lud. cōsi. xiii. & Panor. in j. parte cōsi. lxxvj. incip. quidā decēsit. Nec tales filia quæ paternis renūtiauerunt bonis, admittuntur ad pētendum legitimū aut supplementum illius propter iuramentū, vt plenē habuistis in verbo, duas habens filias. loquēdo de pacto de nō succedēdo. ¶ Undecimō limitabis dictā regulā locum nō habere in testamento militis, in quo si testator miles filium non instituerit, nec exheredauerit, testamentum valet, nec vitatur praeteritione. l. sicut certi. & l. si cum vel in vtero. C. de testa. mili. Ex hoc infertur & duodecimō, qd idē erit in testamēto doctoris vel aduocati: ¶ Qui quo ad testādi eisde gaudet privilegiis, quibus gaudent milites, vt post lōgam disputationem decidit Alex. in l. cēturio. in prin. ff. de vulg. & pupi. & plenē dixi super verbo, testamētū j. in ix. casu fallē. ideo ad ibi dicta vos remitto. Hāc limitationem tenet expressē Bart. post glo. in l. j. ver. si. est & alius. ff. si quis à pa. suc. manum. i. volēs privilegium cōcessum militibus, vt eorū testamēta filiorum praeteritione contratabulari non possint, comprehendit militem inermis militiae, puta aduocatum vel doctorem: de quo videtur tex. iuncta glo. si. in fi. in l. de test. milit. Attamē Alex. in d. l. cēturio. xij. col. cōcludit, qd hodie pater miles non possit filiu impunē praeterire vel exheredare, per tex. in §. & hoc idē, in Authē. vt cum de apel. cog. Idē quod tenet Alex. tenet Ias. in Auth. si qua mulier. vij. col. in fi. C. de sac. san. eccle. ¶ De quo vide super verbo, si absq; liberis moreretur. ij. In materia cōpēdiōsa subtili. & in quarto effectu eiusdem. vbi hodie contra testamenta militum com petit querela inofficiosi testamenti. Et sic idem erit in testamentis aliorum militibus æquiparatorum. ¶ Decimotertiō limitabis dictam regulam locum

non habere in ingrediente religionem, qui de bonis suis testari potest & disponere, prout sibi placuerit. Et sic filium non tenetur instituire. xij. q. iij. c. quia ingredientibus. Sed melior text. est & singularis in Authen. de monachis. §. illud. vbi dicitur, qd ingredi volēs religionē potest ante ingressum de bonis suis disponere, prout voluerit. Facit tex. in c. in presētia. de proba. Per quem iuncta l. j. ff. de testa. mi. dicit nō tabiliter Bar. in d. Authē. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. qd sicut milites quibus datum est priuilegium testandi quomodo voluerint, possunt filios praeterire & exheredare, ac sine legitimo numero testium testari, necnō decedere p parte testati, & pro alia parte intestati: ita facere potest volēs ingredi religionē, licet de monasterio nullam fecerit mentionem in testamento: nec poterit monasterium cōqueri, cum co tunc testatori permissum fuerit testari, quomodo voluerit, vt dictum est. Similiter etiam filius per eū praeteritus vel exheredatus tūpere non poterit testamētum, sed solū legitimam petere vigore illius Authenticae, si qua mulier. Et idem decidendum est in ceteris testamētorum solēnitatibus. Si enim hoc permittitur militibus armata militiae, qui pūna certat corporali, multo magis permitti debet militibus eplē. militiæ, qui pugnant certamine mentali & contemplatiuo. Et cum hac opinione trāsit Panor. in d. c. in praesentia. xix. col. de proba. ¶ Et quod dictū est in volente ingredi religionem, idem in testamento cuiuscūq; clerici forte ex praemortua vxore liberis habentis, qd si praeterierit aut matrem vel patrem, testamentum non erit nullum, de quo est tex. multum no. in c. quia nos. ibi, liberē disponere valet. §. eo. per quē hoc ibi decidit Panor. in iij. no. vbi dicit, qd testamētum clerici nō infirmatur, neq; per viā nullitatis, neq; querelā inofficiosi testamēti propter filiorum vel parentum praeteritionē, quāuis legitima portio eis debeat: & ita dicit posse intelligi Authenticam presbyteros. C. de epil. & cleri. Per cuius Authenticam conditionem petetur dicta legitima eis debita. hoc etiam probatur vltra Panor. de iure ciuili per tex. in l. sacrosanctē. ibi, libera facultate cōcessa. C. de epil. & cle. Nā licet tex. ille nō loquatur nisi in episcopis, presbyteris, & diaconibus: tamē locū habet in quibuscūq; aliis clericis, ad quos extenditur per tex. in d. Aut. presbyteros. dū dicit: & omnes quos clericos appellamus. Omnes enim isti sunt similes episcopis, & in sacris ordinibus cōstitutis quo ad priuilegium liberē testandi, vt §. plenē dixi super verbo, Matrem in super Cleram. in secūdo casu fallē tiali. Aliās si cogeret filios vel parentes instituire vel exheredare, ita qd eos nō possit praeterire, nō dicentur liberē testari posse, prout possunt per iura preallegata. ¶ Nā ille liberē testatur, qui prout vult & sibi placet, testatur non seruatis iurē regulis. Sed aduertatis, quia contrarium videtur velle Cy. quem ibi sequitur Bal. & Sali. in l. si quādo. §. j. C. de inof. testa. vbi dicit, qd concessio libera facultatis testādi solum videtur remittere solēnitatē testamētorū quo ad numerū testium in testamētis requisitū: sed non solēnitatem quæ omitti nō potest sine alterius iniuria, prout est solēnitās institutionis filij qui praetextu talis priuilegij nō potest praeteriri vel sine causa exheredari: quia priuilegia nunquā concedi intelliguntur cum damno tertij, l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico fiat. Sed prima opinio est verior, nō oblatibus rationibus Cy. ni & sequaciū, quæ intelliguntur vbi priuilegium li-

berè testadi daretur vni personæ singulari, prout loquitur tex. in d. l. si quado. Quo casu privilegium est strictè intelligendum: secus in casu nostro, vbi tale privilegium fuit concessum vniuersitati clericorum: quia tunc largè ipsum interpretado intelligitur vtraque solennitas remissa, sicut videmus cõsensum fuisse militibus armatae militiae. Videatis quæ plenè dixi super verbo, Raynatus. per lex. p. l. c. de decu. lib. x. vbi Bar. & quæ ad propositum nostrum decidit Iason. in dicta l. si quando. & plenius in l. j. c. de sacro. san. eccle. dum allegat gl. in verbo, liberè. Videatis glo. in verbo, liberè. vbi Ioã. And. in c. j. de refer. De hac dictione liberè, videatis gl. in cle. dudum. s. si verò. de sepul. tex. in c. de multa. de preben. & in c. si pro pluribus. & c. licet episcopus. illo eo. tit. li. vj. & in cle. vt hi qui de æta. & quali. in cap. lator. de homicidio. in c. in refragabili. de offi. ordina. c. ij. de procurator. lib. vj. c. de illis de sponsa. c. bonæ. la. ij. de postula. præla. c. ij. de tempo. ordi. lib. xj. & in c. imperialem.

136 vbi Bal. de prohi. seu. alie. per Fede. ¶ Decimoquarto limitabit dictam regulam locum non habere in patre minùs solenniter testante inter liberos, qui licet filium in testamento præterierit, id est titulo institutionis ei non reliquerit, sed alio quocunque titulo, tamen propter hoc testamētum non erit nullum, vt dicit glo. singularis in Auth. nouissima. C. de inoffi. test. & est similis in c. si pater. super verbo, instituit. cod. tit. lib. vj. quam hinc sequitur Anto. de Butri. Non quod testamētum tunc valeat vt testamētum, sed tanquam causa intestati, quam seruari faciat iudex, vt l. si. C. fami. ercisc. Et hæc sequitur Iaco. Butri. in d. Authen. nouissima. vbi cum dicta gl. transit Alexan. licet in l. inter cetera. ff. de libe. & posthu. tenuerit testamentum etiam inter liberos filij præteritione esse nullum. prædictam gl. post longam ad partes disputationem sequitur Iason in eadem Authen. nouissima. iij. col. in fi. cum duabus sequentibus. & idem tenet in l. hac cõsultissima. s. ex imperfecto. ij. col. C. eo. & Mathefila. notabili. c. xl. Sed aduertatis, quia supra in principio huius notulæ glo. illa fuit reprobata, quam etiam reprobauit Iac. de Are. Pet. & Cy. ibi dicentes indistinctè dictam Authen. nouissima. fore hodie correctã per tex. in d. s. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appel. cog. quod etiam sequitur Bald. in repe. d. capi. si pater. Imo. hic Sali. & Fulgo. in dicta Authen. nouissima. Bal. & Sali. in d. l. si. C. fami. ercisc. Et hæc est tutior opinio, quã velut communem tenet vtraque schola, scilicet Legistarũ & Canonitarum, per tex. in d. s. aliud quoque capitulum. indistinctè loquētē. Et ego ita sepe tenui, & teneo, communem sequēdo opinionē, quæ corroboratur per ea quæ plenè habuistis supra in septima limitatione. Nam aliàs in locis ibi allegatis frustra disputaretur, an vnus filij præteritione aperiat via ceteris testamēto institutis dicēdi nulli: præsertim inuito filio præterito. de quo latè ibi habuistis. Nec obstat principale fundamentum Iasonis, dum in dicta Authen. nouissima. dicit, quod filium instituere in aliquo est potius ex iuris ciuilibus dispositione, quæ omnino relaxatur in testamento inter liberos factò, vt dicto s. ex imperfecto. Quia respondetur, quod cum titulus institutionis sit filio honorabilis. Et naturaliter teneatur pater filium honorare, vt supra in primordiis fuit plenè demonstratum: negari nõ potest, quin talis solennitas instituendi filium sit aqualiter de iure naturali gētium. Et sic in testamēto inter liberos non censetur relaxata, cum non sit merè de iure ciui

li positio, nisi solùm explicitè: quia iã erat naturali ratione implicita. Præterea præteritio filiorum non censetur procedere de cõsensu testatoris: vnde vocatur vitium testamenti in iurifecum voluntate carens & cõsensu testatoris, vt vidistis s. in verb. testamentum. in xij. fallētia. in fine. Et certum est, quod testamentum imperfectum ratione deficiētis voluntatis nõ valet etiam inter liberos, vt concludit omnes in d. s. ex imperfecto. Nec ad pias causas, vt j. dicit in xvj. limitatione. Et posito, quod valeret ad pias causas, hoc ideo est: quia excepta legitima plus fauetur piæ causæ, quàm liberis. Præterea quod in testamento sunt septem testes, nõ est nisi solennitas probatoria, & nõ substantialis, secundum Bart. in l. j. ff. de condi. inde. & in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. quæ ad hoc sequitur ipsemet Iason in l. iij. col. C. de bon. pos. contra tabu. Ideo facilius toleratur testamētum deficiēs in tali solennitate, quã si deficeret in solennitate substantiali & intrinseca, qualis est institutio filij, vt plenè vidistis s. in iij. limitatione. Nam videmus etiam, quod consuetudo facilius alterat solennitatem probatoriam. c. cum dilectus. de fide instru. quàm substitutionem quam tollere non potest, secundum gl. in c. non putamus. de consue. lib. vj. ¶ Decimoquinto limitabit dictam regulam locum non habere, vbi præteritio filij tēderet in sui fauorem. Nam talis præteritio non redderet testamentum patris nullum, vt probatur in l. si emãcipatus. la. ij. ff. de bono. pos. cõtra tab. & not. Bar. in l. cum ex filio. ff. de vulga. & pupil. vbi hoc tenet Ang. & Imo. per illum tex. plusquam notabilem. Quoties enim sit præteritio ad commodum ipsius filij præteriti, testamētum valet, nec est nullum etiam iure nouissimo. Videatis bonum tex. vbi hoc tenet Alex. in l. multi. ff. de libe. & posthu. Bar. Bald. & Alex. in d. l. cum ex filio. vbi cõcludit, quod quoties pater ad commodum filij ipsum præterierit, ex eo quod talis præteritio est filio fauorabilis, testamētum non est nullum, etiam si in tali præteritione non fuerit aliqua causa inserta de cõsentis in s. causas. in Authen. vt cum de appel. cog. & in gl. c. Quintana. de iur. iuran. Ideo decidit eleganter Bart. in d. l. cum ex filio. in princip. quod cum pupillaris substitutio tendat in prouisione filij pupilli, & fieri nõ possit filio pupillo emancipato, in l. de pupil. substi. in prin. Pater habens duos liberos, vnum in potestate, alterum verò emancipatum, si ambos velit esse inuicem substitutos si impuberes decedat, potest instituere in solidum filium quem habet in potestate, & ab eo dimidiam hæreditatis legare vel per fideicommissum relinquere filio emancipato, cum in potestate peruenit. Quo casu si emãcipatus in ætate pupillari decesserit, dimidia hæreditatis ei cum in potestate deueniret relicta, remanebit penes alium in potestate cõstitutum, ac si pupillariter fuisset ei substitutus cum effectu: ita quod nõ poterat interim ille emãcipatus testamentum patris nullum dicere, velut sine causa præteritus, cum hoc casu præteritus fuerit causa suæ prouisionis, vt non decedat sine hærede institutus: quia tale legatum vel fideicommissum habetur ei loco pupillaris substitutionis, vt d. l. cum ex filio. s. j. Nec etiã in legitima de qua ipso iure tollitur omne grauamē & omnis dilatio. l. quoniã in priorib. C. de inof. testa. Videtur interim institutus, vt moriens in ætate pupillari eam possit ad matrem vel ceteros legitimos hæredes transmittere. Tamen Bart. in d. l. cum ex filio. consuluat, quod pater volēs filio tali modo prouidere emãcipato cui pupillariter substituere nõ potest.

test. ipsum filium instituatur in aliquo quãtuncque; modo dico, puta quinq; solidis, & residuum ei legat in tempus pubertatis, secundum cõsiliũ illius l. cum ex filio: quia tunc velut in aliquo institutus dicere non potest testamentum patris nullum, nec agere ad supplementum legitime: quoniam ius agēdi ad supplementum loco querelæ in officio testamēti succedit. Vnde sicut querela eo tunc intentari nõ potest, vt d. l. c. i. ex filio, sic etiã agi non poterit ad supplementum. ¶ Vnũ tamen menti tenebitis, quod vbi filius omnino præteritur causa suæ prouisionis & fauoris, licet nõ sit necesse causam præteritionis odiosam, vt dictũ est, exprimeret: tamen pater in tali præteritione tenebitur exprimeret causam fauoris, propter quã filius præteritur, vt tenet Bal. [Pro quo vide quod dicitur j. super verbo, reliquit. in xij. limita.] in Authen. ex causa. ver. expeditis contrariis. in iij. oppo. postea sequēti. C. de lib. præte. Et per hoc dicebat Nic. de Nea. in d. l. inter cetera. quod instituit nepotes ex filio furioso licet testatur, licet filium furiosum præterierit. allegat Gul. de Cug. ita tenuisse in Auth. licet. C. de natura. lib. Sed non est verum, quod Galielmus ibi hoc dixerit, sed simpliciter dicit, quod in exheredatione filij furiosi causa non est necessariò inferenda, dum tamen filij furiosi nepotes testatoris fuerint instituti, cū tunc exheredatio non tendat ad filij incommodum, per tex. quem ibi Bal. dicit singularem in l. si furioso puberi. ff. de cura. furio. sed quod possit impunè præteriri nihil dicit, & bene, quia tex. est apertus, quod præteriri non potest in l. humanitatis, ibi legitima relicta. C. de impube. & aliis substi. Ideo dictum Nic. nõ valet. [Tamen verificari fortè posset in filio prodigo: de quo videatis j. super verbo, reliquit. prope fin. in xij. casu: quo filius grauari potest in legitima.] ¶ Decimo sexto limitabit dictam regulam, locum non habere in testamēto factò ad pias causas: nam eo casu nõ requiritur, quod filius instituat: sed satis est, quod cumque titulo ei relinquatur, secundum Bar. in repe. l. j. C. de sac. san. eccle. in ij. q. quinta. p. tit. principalis. Et ratio est, quia in causis piis solũ attenditur ius naturale, per c. cum esses. & c. relictum. s. eo. Idè tenent Bal. & Floria. in d. l. j. Pet. de Anch. & Imo. in d. l. c. u. esses. Sed hoc mordet aliqui doctores tali cõsideratione: quia si in testamento inter liberos pater habet necesse filio relinquere iure institutionis, vt vidistis s. in xij. limitatione: multò ergo fortius hoc necesse habet facere in testamento ad pias causas: quod non est tantum, aut saltem magis privilegiatum, quàm testamētum inter liberos, per tex. in c. quicunq; xvij. q. iij. & glo. in l. si quis ad declinandum. C. de episc. & ele. facit tex. no. in s. si. insti. quib. mo. test. in firmam. videatis quæ dixi s. in prima limitatione. Et hanc vltimam opi. quod nõ valeat, tenet. Sali. in xij. q. 6. in d. l. j. per multas rationes. Et sequitur Barba. post longam disputationē in d. c. cum esses. xvij. col. s. eo. ver. quærit hinc dominus Petrus. ¶ Decimo septimo limitabit dictam regulam non habere locum in filio bannito præterito, qui testamētum sui patris non potest propter hoc dicere nulli, posito quod fuisset factũ ante bannũ filij, cùm tali filio nõ debeatur legitima: quia non reputatur esse in rerum natura, sed pro mortuo habetur, dicit tex. in s. cum autè is, in l. quib. mod. ius patriæ potesta. soluitur. qui tex. licet loquatur in deportato: tamen idem debetis intelligere in bannito ei æquiparato, vt no. insti. de capi. dimi. post prin. ¶ Nam banniti sicut deportati desinunt esse de numero ciuium, & sic pro mortuis quo ad successiõem &

cetera iura solis proximioribus successoribus debita habentur, vt d. s. cum autem is. Nam cum alius loco eius succedat, ipse pro mortuo habetur. l. actione. s. publicatione. ff. pro socio. Vnde cum sua nõ interfuit, post mortè patris dicere testamētum patris nullum, tanquam ille qui ab intestato succedere non posset, non poterit testamentum patris impugnare de nullitate, nec aliàs nec etiã filius hoc poterit ex persona banniti, secundum Bal. per illum tex. ad hoc not. in l. si qua pena. ff. de his qui sunt sui vel ali. in ad hoc facit quod pulchrè cõsuluat Pau. cõsi. xxxij. inci. omisso ordine. & idè Pau. in l. j. C. de her. inst. & expressè consuluat Ange. consi. xcix. inci. visio thema. & ita pariter cõsuluat Alex. in prima parte cõsi. lxxv. inci. visis & diligētè inspectis. Et hoc intelligatis verũ in bannito per imperatorē ad imperio, vel regno Franciæ, in quo non est dare alium superiorem, quã regem. Et idem puto si bannitus foret per alium iudicē regium habentem territorium limitatum, prout habet in Francia baillini & senescalli, qui non possunt nisi à territorio & nõ vltra bannire. l. si. ff. de iurif. om. iudi. & c. ij. de consi. li. vj. Quoniam si quis illorũ haberet ex privilegio aut consuetudine immemoriali bannire què à toto regno, prout facere consuluat senescallus Tolosanus, quod bannit à toto regno, vbi qualitas criminis hoc requirit. Certè tunc idem iudicet ac si rex ipsum bannisset vel curia parlamenti loco regis iudicans. ¶ Nec poterit etiam rem venditam talis bannitus oblato pretio infra annũ ex consuetudine Franciæ & huius ducatus Aquitanie retrahere iuxta c. cõstitutus. de in inte. resti. tãquam proximior de genere. l. amissione. & l. tutel. s. si. de cadimi. vbi Bar. & tenet Iason s. cum autem is. in l. i. quib. mo. ius pa. po. sol. quod extenditur ad dānatum ad perpetuos carceres cum honorum publicatione. Secus si esset bannitus vel incarceratus ad tēpus, quia non perderet iura agnationis, & posset per procuratorem retrahere. Si autem esset bannitus solũ à ciuitate, non perderet nisi ius succedendi sibi delatũ beneficio seu ex statuto, consuetudine, aut privilegio illius ciuitatis. Ideo perderet ius feminas excludendi ex statuto ciuitatis indultum masculis: sed non perderet patriã potestatem, & ius succedēdi successiõnem ei delatam de iure communi, qualis est paterna successiõ. Ideo necesse esset ipsum talè in aliquo instituere, eum quo ad illã successiõnem nõ habetur pro mortuo, vt pulchrè cõsuluat idem Alex. eadem parte cõsi. xxvj. & decidit Bar. per illũ tex. in l. certa forma. C. de iure fil. lib. x. & latius in sua quadã disputatione inci. Lucanæ ciuitatis statuto. & Bal. pulchrè in l. illicitas. s. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. ¶ Decimo octauo limitabit dictam regulam locum non habere in testamēto factò in patria vel loco, vbi statutum viget aut consuetudo, quod primogenitus succedat: quoniam eo casu si pater filium primogenitũ hæredè vniuersalè institueret, ceteros verò filios præterierit, vel eis alio titulo quàm institutionis reliquerit, nullatenus dicere poterunt testamentum nullum ratione supradicta, scilicet quod testamēto stante nullo ipsi ab intestato nõ succederet, etiam in iure patronatus eis competentis, secundum Panor. in c. cum seculũ. de iure patro. Cum tota hæreditas paterna eo tunc dicatur legitima primogeniti. ar. l. quædam. ff. famil. ercisc. & l. si. ff. de iure patro. In exclusionem aliorum liberorum postea genitorũ, quãuis clericorũ, quos sicut laicos dicta cõsuetudo excludit secundum cõmuniẽ opinionē, quã referunt & sequuntur Io. And.

in mercurialibus in c. sine culpa, de reg. iur. li. vj. Pano. & Fely. in c. ecclesia facta: Maria. xliij. col. verfi. xv. quæro. de constit. Nam talis secundogenitus in natiuitate sua iam ligatus erat dicta cōsuetudine per quā primogenito debebatur etiā patre inuito: ideo clericatus subsequens illud ius primogenito quæsitū tollere non potest secundū eos. Facit quod decidit Bar. in l. j. ff. de pœnis. dū quæritur clericatus super ueniens delinquenti pro fit ei quo ad pœnam euitandā, saltem respectu pœnæ bonorum: & sic secundo genitorum nō interest testamētum patris dicere nullum, postquam sunt cōsuetudine exclusi, vt pulchrè decidit Iaco. de facto Georgio præpositus in repeti. cap. venerabilē. §. quod autem. j. qui filij sunt legitimi. facit quod no. Bal. in c. j. de succē. feu. & clarè sic consuluit Pan. in ij. par. cōsil. iij. iij. col. in solutio. 144 ne secūdi dubij. ¶ Neq; tenetur tunc primogenitus talia bona sibi titulo primogenituræ delata aliis suis fratribus cōferre. cum quibus in cæteris aliis bonis succedit. Quinimō habebit bona sibi iure primogenituræ debita præcipua, secundum Panor. in ij. par. te consi. xij. & cōsil. lxxxvj. vbi pulchrè dicit, ¶ quod huiusmodi dignitates regie & magnorum principatum taliter sunt indiuisibiles, q̄ ceteri filij in eis habere non debent legitimam: imō cedunt soli primogenito, loco suæ legitimæ infolidum. Et ita etiā consuluit Paul. consi. clxij. & Panor. in ij. par. alle. consi. iij. v. col. & Guid. Papæ. q. cclxxvj. & ibi clarè & plenè loquuntur dicentes, quod si aliter fieret, posset in fra paucos dies seu annos dignitas ad nihilum deduci: cum vt dicit Sallu. in Ingurthino: Passim multis sibi imperium petentibus breui dilabatur. Qua ratione ita dicitur fuisse iudicatum in processu ventilato inter Carolum iij. Fraciæ regem: & Amedeum ducem Sabaudie, ad causam comitatuū Valen. & Viē. quos nunc tenet Delphinus Viē. Et vltra illa habebit partem in aliis in quibus iure communi succedit æqualiter cum aliis fratribus, vt elegāter decidit Bal. in l. j. ver. venio ad secundū. C. de summa Tri. & in Authen. ex testamento. prope fin. vbi pulchrè loquitur. C. de colla. & consuluit Zaba. cardi. consi. lxxij. in fi. & tenet Flo. in l. quæ pater. vij. col. fami. ercif. 146 ¶ Et ad eō debentur bona primogenito, stante dicta cōsuetudine, q̄ etiam si post mortem patris cui solus primogenitus ex cōsuetudine successit, ceteri filij in domo habitauerint: nec non bona primogenituræ simul cum primogenito tulerint, officiariorūq; cum eo ac subditorum inuestitura & reuocationes cōmuni nomine fecerint, non tamē poterūt ex hoc aliquod ius in dominio vel possessione talium bonorum præterdere, nec aliquod remediū possessorum intentare. Quia primogenitus talia præsumitur tollerare aliis suis fratribus causa honoris & iure cuiusdā fraternæ familiaritatis. Quod sibi nō debet nocere, nec aliis prodesse ad aliquod ius acquirendū. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. pos. ita singulariter consuluit per multas rationes Paul. consi. clxij. in ep. in causa quā magnificus dominus & c. secus fortè si primogenitus passus fuerit fratres suos æqualiter cum ipso deferri, & feuda recognoscere à domino à quo depēdēt, & ei deneria soluere, per ea quæ singulariter decidit Bar. in l. rura. C. de omni agro deser. li. xj. Cum in talibus cesset præsumptio honoris, sed poti⁹ 147 oneris impēdendi fratribus. ¶ Sanè tamen intelligigatis, q̄ eo casu stante dicta cōsuetudine pater nō prohibetur filium primogenitum heredem instituere in bonis etiā iure primogenituræ sibi debitis & obue-

niēdis, sicut in legitima filia iure natura debita, quā nis à lege debeatur filio patre inuito, potest ipse pater filium instituere: sed nō posset in ea nec primogeniturā onerare filium, nec substituere. l. si arrogat. in fi. ff. de adop. sed simpliciter eum heredē facere. ¶ Nō tamē sic erit fortè in regnis, præsertim in regno Fraciæ, quorū natura resistit & exigit, ne de eis fiat testamēta legata vel alia dispositiones, nisi ex consuetudine esset aliter usurpatū, vt in c. licet. de voto & voti redēptio. Vnde Io. de terra rubea in quodā libro suo quem intitulauit, Vincam ecclesiæ. tract. j. artic. j. q. ix. x. & xij. in fi. concludit dicēs, quia regnū Fraciæ debetur primogenito ex sola regni cōsuetudine, nunquam consueuerunt reges de ipso regno testari, quod vi & medio cōsuetudinis defertur primogenito. Et ad alios de quibus dixi super verbo, *duas habens filias*. In primo principali casu fallentis in ti. nam reges Fraciæ nūquam potuerūt, neq; posset Carolus viij. rex noster modernus testamentum facere de regno, etiā heredē instituēdo dominū Delphinū eius primogenitum, vt plenè ibi decidit præfatus doctor per xxij. cōclusiones auctoritatibus & ratione fundatas: quia regnum Fraciæ non debetur primogenito ex successione testamētaria vel ab intestato, sed solū ex consuetudine regni. Igitur rex ipsum dare nō potest primogenito, neq; auferre per alienationes inter viuos, testamēta, neq; debita volūtaria, legata, ex heredationes ex causa, crimināq; parentū. ar. dicta. l. si arrogator. in fi. ¶ quia primogenitus Fraciæ nō habet regnū à patre, sed ab ipsa regni cōsuetudine: & sic pater potest nō habet ipsū grauare, vt d. l. si arrogator. facit bonus tex. in l. si seruo. ff. de here. insti. vbi in re sibi debita nō potest quis heres institui, nec alio modo honorari, & min⁹ grauari, nec in aliquo modis præiudicari ei testator possit vel alio quouis modo, vt latius dicitur in ti. huius limitationis. ¶ Reges enim, duces, comites, vel marchiones testari nō possūt de suis dignitatibus: de quo Ias. in l. de quibus. xxij. col. ff. de legi. Quia aut datur per electionē quādo vacat, vel per collationē superioris sicut dat imperiū c. venerabilē. de elec. Et tūc de his sicut de beneficiis ecclesiasticis testari, vel aliās disponi nō potest. Aut tales dignitates datur per successionē ex cōsuetudine approbata, quæ cōmuniter vbiq; seruat hodie secūdi gl. in c. demiq; vij. q. j. volētē filiū regis esse regē post patrē: & sic iure successionis, quā gl. sequitur Archi. in c. Moyses. vij. q. iij. quicquid ibi voluerit gl. Et tūc quæ talis successio nō originatur, nec dat à testatore, sed ab ipsa lege ordine genituræ. Sicut hodie cōpetunt primogenito soli ex generali consuetudine, quæ hoc introduxit in honorem & fauorem imperij, vt principatus qui sub eo sunt, non diuidantur, sed integrè permanēat prout est de mēte tex. & gl. in c. imperialē. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. De talibus dignitatibus testamēto vel aliās disponi non potest in præiudiciū primogeniti, qui cum ius illud habeat, non patris iudicio, sed de legis seu cōsuetudinis beneficio per eū grauari nō potest, à quo beneficiū nō habet, nec cōmodū sentit, vt d. l. si seruo fideicommissaria. vbi bonus tex. & in l. testamēto domini. ff. de her. inst. & d. l. si arrogator. ff. de ado. Imō papa & Imperator hoc facere nō possent, nec permittere contrarium secundū Io. And. & Imo. in cap. grandi. de supplen. negli. præla. libro vj. ¶ Ex quibus confutatur & penitus confunditur, vt ipso iure nihil valuerit ille tractatus pacis, quem Angli præterdunt olim fuisse passatū in villa Trois, regionis

gonis campaniæ, inter Carolum vj. Francorum regem domini nostri regis proauit: & Henricū v. regē Angliæ, anno domini. M. ccc. cxx. de quo Angli suum faciunt principale fundamentum. Per quem dicitur Carolus dominam Catharinam de Fraciā eius filiam nuptui dedit præfato Hærico, eumq; sibi adoptauit in filiū, nec nō sine proceribus sol⁹ existēs declarauit coronā Franciæ eidē pertinere. Et post sui decessum totū Franciæ regnū ad ipsum peruenturū & suis in posterum liberis ex illo descendentibus. Et interim regentē generalem in regno ipsum instituit. 154 de quo Gaguinus chronica Caroli septimi exordies ita inquit: Dum Chatharina Caroli vj. filia Henrico nubita: hæc matrimonij leges dictæ sunt. Si præ Hærico vita defungeretur Carolus, Fraciæ regnum Henricus adiret. Sin e contra, & ex Henrico virilis proles superstes foret Carolus deficiente, Henrici filius Fraciæ principatum adipisceretur, nulla de Carolo legitimo licet hæredē mentione habita, tanquam ad eum nulla regni portio atineret. hæc ille. Non enim valuit, nec præiudicare potuit tractatus ille Carolo dicti Caroli vj. filio naturali & legitimo, nostri regis moderni auo paterno, tanquam inconsultè factus, & 155 demū à proceribus regni reprobatus, qui post mortē Caroli vj. dictum Carolum eius filium huius nominis regem septimū vngi & coronari fecerunt instanter Ioana Darc nominatissima puella, vt s. vidistis in verbo, *duas habens filias*. [De ista insigni puella vltra ibi dicta, vide j. super verbo, *Mortuo itaq; testatore*. j. loquēdo qualiter crimē extinguunt morte accusati. & super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*. 156 loquitur de curiositate mulierū circa vestes. ¶ Nec voluit papa Martinus ecclesiæ Dei tunc præsidēs dictum tractatum confirmare, quauis sepe requisitus per Anglos: imō Carolum vj. pro vero Rege cōstāter tenuit, & sui deinceps successores. Itaq; per Carolum duce puella à regno fuerunt Angli deiecti. Præfato tractatu non oblate per Carolum vj. factū, qui potestatē disponēdi de regno nō habuit, vt vidistis. Eo præsertim tēpore quo graui infirmitate premebatur velut amēs effectus, vt factū ipso patet ostēdit filio proprio generū præferēdo; quod fieri nō potuit in præiudiciū naturalis & legitimi heredis: quia data impotentia administrādi regnum in patre suo rege, fuit eo ipso naturalis & legitimus regni gubernator, licet ætatē nō dū adeptus maiorē, quibuscūq; aliis à patre datis præferendus, per tex. iij. Reg. xv. c. vbi Azaria rege impedito Ioathā eius filius, quādiu pater vixit, regnū gubernauit, licet annis minor esset: cū postea mortuo patre rex effectus ætatis solū erat xv. annorum. Iuxta illud quod Christus ætatis xij. annorū existens dicit Lucae ij. in fi. Nescitis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? De natiuitate & euidētī iniquitate dicti tractatus, ac punitione conseruatoris eiusdē summus vir ille theolog⁹ ac iurista insignis Ioānes de terra rubea, vt dixi, nuncū patris, librū fecit: ¶ quem Vincam ecclesiæ intitulauit, reētē intelligens regnū Fraciæ vineā esse vniuersalis ecclesiæ; de qua dici potest quod scribit Ezaia v. Vineā facta est dilectio meo in cornu filio olei, & sepiūt eā & lapides elegit ex ea, & plātauit vineam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Hæc etiam illa esse nubes candida, quam Ioan. in Apoc. xliij. c. præiudicatur per quam secundum Lyram ibi intelligitur regnū Franciæ, moribus & fide, præ cæteris candidum ac relucēs. Hæc etiam dici posset ciuitas illa quam idē præiudicū Io-

an. Apoc. xxj. Et vidi sanctā ciuitatem nouam descendētē de celo à Deo paratam, sicut sponsā ornata viro suo, & audiui vocem magnā de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erūt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus & c. Qui quidem liber tres continet principales tractatus, quorum quilibet in plures diuisit articulos. Et singulos multis cōclusionibus decidit, & librū sic cōpositū dicto Carolo adhuc Delphino existētē direxit finaliter cōclusiones tam Philippū tunc Burgundorū ducem, quā ceteros etiā ecclesiasticos dicto tractatu pacis, imō potius desolationis regni inhæretes, & cōtra nedum regem & dictū Carolū Delphinū eius filium rebellātes & in administratione ei nō obediētes, in crimē iniuriæ maiestatis incidisse, allegans plura iura diuina & humana philosophorū & doctorū auctoritates, vt ibi per eū videatis: quia pulchrè & elegāter loquitur maximè de potestate regis in puniēdo rebelles prælatos, & ceteros ecclesiasticos, de quo aliqua tetigim in verbo, *Et uxore nomine Adela*. Vnde restat, q̄ rex priuare non posset primogenitum suum regno. ¶ Et q̄ de regno disponi non potest etiam in fauorem primogeniti, vt dictū est, sed in aliis bonis quā regnis etiā stante dicta cōsuetudine pater instituere potest primogenitum heredē: quia licet hereditas ei debeatur ex cōsuetudine, tamē si potest cumulare titulū institutionis, sed nō posset ei præiudicare, nec dare aliis filiis, vt ibi plenè dicit. & in d. c. licet de voto. no. Bal. & alij in c. j. de succē. feu. & in præiudiciis feudorū, & Innoc. in d. c. grādi. ¶ Et primogenitus dicitur non solū ille qui primus viā nascēdi aperuit: sed etiā illo mortuo ille, dicitur primogenitus, quem nemo antecedit tēpore mortis patris. l. ex duob⁹. ff. de vulg. & pupil. & l. qui duos. in fi. ff. de reb. dub. Ideo decidit Bal. in l. si quis prioris. §. talē verò licetiam. C. de secun. nupt. q̄ si stante dicta cōsuetudine primò natus naturaliter decesserit viuo patre, nō vocabuntur ceteri omnes liberi superstitēs, tēpore suæ mortis si plures habeat, secundū quod succeditur ex iuris cōmunis dispositione, quasi tūc illi primogenito mortuo cessare videretur consuetudo, & locū esse cōmuni legi omnes æqualiter vocanti. Sed succederet solus secundò natus, qui cum aliū non habeat ante se, satis dicitur primogenitus. Quia (vt dicit text. in proemio Digestorum) illud primū est, quod ante aliud non habet. Et hoc verum, quod mortuo in vita patris primogenito sine liberis, secundogenitus succederet, vbi ex patriæ consuetudine hereditas deferretur primogenito, secus si ei deferreretur ex pacto, sicut est in regno Siciliæ: quia tūc cum in pacto fiat mētio de primogenito, & nō de secundogenito, non posset secundogenitus succedere: imō ad papam concedentē regnum deuolueretur, qui posset de ipso liberè disponere secundū Bal. singulariter in c. j. de filiis natis ex matrimo. ad morga. contracto. de quo dicto Bal. miratur valde Nic. de Pern. in tract. succē. ab intesta. per ea quæ dicit idē Bal. in d. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. dum cōmemorat quasdā cōventiones initas inter papam Clementē & Carolū regē Sicilia. Anno domini. M. cclxv. quæ aliter sonant, vt ibi per eum, & sic secundogenitus per consuetudinem, qui mortuo primogenito est primus, succedere debet secundum Ias. & Alex. in repet. l. quoties. C. de rei vendi. Et idē esset si primò natus superstes tempore mortis patris reperiretur hereditatē repudiāse, & sic mortuus esset ciuilitate, vt plenè vidistis in x. Tom. i.

limitatione, vel esset effectus incapax successione, vt quia deportat. l. si qua pena. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vel esset frater minor, & refert Bal. in d. s. calem. ita fuisse determinatum in regno Apulie, cu B. Ludouicus qui erat primogenitus effectus fuisset frater minor, qui velut incapax computatus non fuit in numero, nec habitus pro primogenito: quia non obstat sequenti ille qui est inhabilis omnino. l. si post mortem. s. si liberi. ff. de bo. pos. contra tab. facit quod habuisset supra in viij. limitatione. Pariter dicitur ille primogenitus, qui solus ex matrimonio natus esset, que nemo precessit, nec sequitur est per tex. Matth. j. in fi. vbi Christus intemerata semper virginitas vnicus filius vocatur primogenitus. + Consilium autem hoc ius primogenituræ in multis. Primò, quia in fectis sicut olim primogenitus sacrificia primus offererebat, ita nunc in offerendo præponitur. Secundò, quia ad dextram patris sedere debet, nam honor consistit etiam in sedendo. c. solite. de maio. & obed. Cùm dignior ante alios sedere debeat, vel sedere debet à dextris, & inferior à sinistris. Et filius primogenitus regis debet semper stare à dextris regis secundum Bal. per illud tex. in l. decernimus. C. de fac. san. ecclie. Pro quo est tex. de Christo filio Dei. Psal. cix. vbi, *Dicit dominus*, scilicet Deus pater *domino meo*, scilicet Christo eius filio, *sed à dextris meis*: tanquam primogenitus, Mat. j. c. in fi. vt infra dicam. Tertio, in mensa duplites debet sumere cibos, secundum gloss. in c. quã sit periculosum. vij. q. j. Quarto, quia in fine habet benedictionem paternam. cuius verba & formam habetis Gen. xxvij. c. Quintò, habet duplicem partem in paterna hereditate. Aliquãdo totum, aliquãdo minus, puta domum principalem secundum diuersas terrarum consuetudines. Quo casu si habere debet domum principalem, etiam habebit hortum illi contiguum, vel causa domus pratium. secundum Nic. de Neap. in l. pignus. s. pe. per illum tex. ff. de leg. iij. vt plenè supra habuisset in verbo, & hortum. Sextò, habet ius benedicti suis fratribus, vt pulchre tradit Bal. in d. l. c. antiquioribus. C. de iure deli. vnde dicebat idè Bal. in c. j. s. præterea ducatur, de prohib. uel. per Fede. quod mortuo domino feudi pluribus relictis filiis hæredibus vafalus faciet fidelitatem antiquiori: pro quo facit tex. in l. si. de fide instru. + Et talis consuetudo de primogenito succedendo non caret rationabili fundamento: nam fundatur iure diuino, vt Gene. allegato c. xxvij. & lege canonica, vt patet in d. c. licet de voto. & c. quã periculosum. vij. q. j. quod etiam tenet Bal. in l. in quibus. prope si. C. de secun. nupt. Necnò lege ciuili, & ratione naturali, vt demonstrabitur ex nunc dicendis: imò plus decidit Alexan. in repetitione l. quoties. xv. col. C. de rei vdi. q. consuetudo. q. primogenitus succedat cæteris exclusis, valet, & teneri potest securè etiam in foro conscientie, vt talis primogenitus integrè possit patris hereditatè retinere absq; eo qd cæteris fratribus suis aliquã portionè. Idè tenet Iaf. ibi in d. l. quoties. xij. col. Aliàs diuus ille Bernardus secundum eam non consuluisset, prout fecit, vt refert Panor. in d. c. licet de voto, nisi talis consuetudo ex defectu aliquo non valeret, quia tunc si primogenitus esset doctus sciet talè consuetudinè non valere, non tutus esset quo ad Deum, secundum Alberic. in repetitio. l. Barbarius. ff. de offi. præto. quem sequitur Fely. in c. ad probandum. de re iudi. vlti. col. videatis Iaf. in s. 159 sedistæ quidem xxvij. col. in l. de actio. + Sanè tamen intelligatis, qd talis consuetudo fundatur iure diuino & naturali voluntario & positio, non autem

necessario. illa enim forma administrandi, scilicet quod principatus per vnum regatur, non est de iure diuino necessario, sed merè voluntario & positio, tamè rationabiliter fundato, vt l. ij. s. nouissimè. ff. de orig. iuris. & d. s. præterea ducatur. facit c. maioribus. de præben. & c. in apibus. vij. q. j. Tollit namq; talis consuetudo discordias inter fratres, quæ ex communiõne plurium generantur, maximè in regimine. l. cum pater. s. dulcissimis. ff. de leg. ij. vt eleganter dicit Floria. in d. l. quæ pater. in papatu vero, qd per vnum regatur, est de iure diuino necessario, cum articulus fidei dicat, Vnam sanctam catholicã & apostolicã ecclesiam, per tunicam domini in cõsultatè cõtextam per totum significari. ad quod faciunt not. in l. j. C. de metropoli Berytho. lib. xj. Et talis consuetudo, scilicet qd per vnum regatur, procedit indubitanter secundum omnes & locum sibi vdicat in regnis, vt d. c. licet. dum dicit ordinem genituræ. Quia vt dicit Seneca tragœdia vij. c. ij. Nec regna socii ferre, nec sedere sinunt. & prima tragœdia, Non capit regnum duos. iuxta illud Apostoli ad Ephesios iij. Vnũ caput, vnus spiritus, vnus Deus. Facit c. esto. xv. distin. ibi, Vnus Deus, & vnus baptisma. & Lucas in j. Omnisque potestas impatiens consortis erit. & plenè not. in l. si. ff. de rerum diu. Nam dominiũ & coniugium nollent videre socium. iuxta illud Ouidij, Non possunt cum sociis regna Venasq; manere. Nec Roma potuit in exordio duos sustinere reges, quia vt est humanus animus causas querere vsurpadi fraternali regni, Remo interfecto Romulus mansit solus, vt ibi ponit gl. + Nihil enim apud dominãdi cupidus probitatis aut fidei est, vt Simone sacerdotum principe defuncto, eiusq; primogenito, scilicet Onia liberis carète, reliqui duo Iesu & Ioã. de principatu futuro cogitantes, vt vnus alterum perderet, exẽplo ostenderunt, qui Deo Israel penitens derelicto ad Anthioeũ Africæ regem se contulerunt, ritum prophannum in ciuitate Dei inuicem. Ex quo tanta successit tribulatio, si Mathathias cũ Iuda Machabæo, & suis reliquis filiis pugnans pro legibus patris non viriliter obstitisset, vt habetur j. Machabæorum. & ij. c. ibi, Surrexerunt in Ierusalem tunc filij Belial introducetes ritus gentium, scilicet in desolationem Onia eorum fratris primogeniti pro sola principatus ambitione. Libidine profecto habedi multi præsertim reges feruntur, qui nec Deo nec generi aut amicis indulgēt: cū apud magnates raro affinitas valet, imò principatum ambientibus odiosa miseratio est: & adeò rara inter eos amicitia, qd aut liuore percussit, aut imperij maiestatis feroces, aut quod plerunque accidit, aliorum potentiam suspectam habentes, aliave occasione occultis inter se dolis agere solent, + vt fertur Romulus fecisse, qui sub colore iustitiæ legis violatè per fratrem eum interfecit, vt sit communiter omne malum sub colore alicuius boni: quoniam adeò solers est malè erratium cautio, vt iustitiæ velamè suæ iniquitati præterdant. Cùm omni peccanti præfens semper sit aliqua ratio, quam suo præterdant errori, prout Romulo contigit, de quo Orofius multa mala scribit, & inter cætera fratris sui iniquam mortè sub colore iustitiæ. Quia malè agentibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur. Et causam fratricidij esse dixit legem muri violati, de quo dicit Proca:

Fraterno primi maduerrunt sanguine muri.

Quod habent communiter reges & principantes in hoc seculo à Cain, qui primus fuit rex terrenus, & primam

primam ciuitatem condidit, cum qua libidinem dominandi & præsidendi intiauit, vt habetur Gen. iij. & pulchre narrat Iosephus lib. j. antiquitatũ, qui vt solus dominaretur, & prædam suam liberius exerceret, fratrem suum Abel iustum & innocentè occidit: quem si aliqui sunt sequuti, & cū eo si sibi non prouiderint in inferno sepulti, vel hoc habuerunt à Nemroth filio Chus gygãte decem cubitorum, qui cepit esse potens in terra, & erat robustus venator. Hic miserabile vitium libidinis dominandi per tyrannidem inchoauit: quo deinceps vsq; hodie mundus adeò est contritus, vt dici non possit. Fuit autem principium regni eius Babylon, Genes. x. de cuius malitia pleni sunt libri. Et fortè diuino iudicio actum est, vt Nero in eius vocabulo planè se offerat, qui similè infamia habuit. Patiter Ptolomæus Euergetes Ptolamæi Philometoris filius & Cleopatraz germanus, septimus Aegyptiorum rex, regno à fratre, cui pertinebat, vi & metu extorto statim filium fratris è complexu matris necauit, & omnes eius fautores & populares, qui eum in regnum vocauerant. Similiter Iorã filius Iosaphat rex Israel effectus in lib. generationis Christi descriptus, quinq; fratres suos vt bona eorum possideret, & ne in futurum regnarent, & sic vt regnum suum ampliaret, gladio occidit, & quosdam de principibus Iuda, vt habetur ij. Paralipo. xxj. c. Postea tamen decessit in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus suis. Nec positus fuit in sepulchro regum, vt ibi dicitur in fine. + Sic in hoc Fraciaz regno post obitũ Clodouici regis protochristiani cui quatuor liberi successerant, contigit memoratur. Quorum duo, scilicet Childbertus atq; Clotarius duos, quos ex Clodomiro fratre præmortuo Aureliano rege nepotes habebant ambitione regni vsurpadi occiderunt. de quo Gaguinus lib. j. c. ante penul. sic in effectu dicit. Succedentes Clodouico filij quos quatuor ex Clotilde regina susceperat, regnum quadripartitè concordibus animis in imperio agitanti bus raro euenit) partiti sunt. Theodoricus Mediomatricos, qui & Metes, Clodomirus Genabũ, qui Aurelianus, Clotarius Suesionè, Childbertus Parisius obtinuit. Cũq; postea Clotildis mater ex Clodomiro filio præmortuo nepotes tres, scilicet Theodaldum, Gontheriũ, & Clodoaldum diligenter non specione ductus Childbertus, quasi illos regina ad regnandũ educaret, accersito fratre Clotario qui de matre nepotibusq; psetet, aperit. Placuit visendi eos causa atq; cognoscendi, si illorũ ætas, diuina inter eos hereditatè ad principandũ idonea foret, ad se per Archadium quendam mitti. Lata nuntio Clotildis dimissos nepotes patruelibus cõmendat. Quibus in cõspectu adductis maiorem natu Clotarius mox terræ alliditense per illa adolecentis prostrati traiecit. Hic perterritus alter ad Childbertum se proripuit orans, vt se protegeret: qui sine misericordiã simulans, sine re vera pueri miseretur, Clotarium placare pergit, in quem indignabundus rex: Tu, inquit, huius auctor facinorises, & nunc pœnitet cõsiliij. Aut ergo illũ proice abs te, aut morte meis manibus obito. Ad hæc verba dimissum puerum Clotarius obruncat. Interim dum in eorum necè intentos reges Clodoaldus videt, auxilio procerum dilapsus clericatum professus est, & sacerdos effectus vitam religiosissimam vixit. Scribit quidã vnã cum pueris nutrices quoq; esse necatas. Hæc ille. Vnde autè

talia processerunt, satis exprimit chronica allegato c. vt vidistis. qd ex ambitione amplioris consequendæ dominationis, vt postea duo iam dicti fratres mutud sibi insidiantes ostenderunt. Aut quia Clodomirus puerorum genitor Sigismundum Burgundiam moderantem bello captum, Aureliamq; missam pariter cum liberis interemptũ, in altissimum puteum deici fecerat, vt præcedenti c. describitur, vel quia expedit regna per vnum regi, vt videtur. vnitas ergo in principatu desideratur, prout etiam in aibus naturaliter demonstratur. Quoniam in apibus princeps est vnus: Et grues vnã sequuntur. vij. q. j. in apibus. Et insuper in diuinis habetur eloquiis Genes. xxv. Esau & Iacob, qui collidebantur in vtero, nõ valens vnus alium sustinere ad domus regimen secum nasciturũ. Ideo cùm Iehu literas ad populũ scripsisset, & optimates ciuitatis, vt meliorem de filiis Achab in Samaria, qui eis placeret, eligerent, & super solium patris sui poneret, qui pro bonis domini pugnaret: timentes vehementer dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo. iij. Regum. x. + Regia enim maiestas coronã gerit: quæ est forma spherica, & sic nullam patitur diuisionem, secundum glo. in cle. quoniã. de vita & hone. cle. in verb. tonsuram. Nam rex significatur per corpũ Sphæricum ipsius coronæ, cuius figura destrueretur, si diuideretur in partes. Præterea dignitas maxima non diuiditur, ne auctoritas minuatur dignitatis. c. j. de feu. marchiz. Quis enim auarus (ait Quintilianus) compossestorem querit? Aut quis dominandi cupiditate inflammat, vel fastu dominationis elatus habere desiderat cõsortem? xxij. q. vij. c. quod autem. Vnde Sallustio referete in Iugurthino. Vti qsq; potetĩ cõsuis erat, sedib. pellebatur. Quod ex alio non procedebat, quã ex ambitione in solidum dominandi, quæ naturaliter omni animanti inest, & hoc etiam suadet utilitas subditorũ: quia multitudini ab vno regi expedit, vt d. l. ij. s. nouissimè. de orig. iuris. Nec vnquã bona fuit principum pluralitas: imò interdum à Deo toleratur in penam peccatorũ: iuxta illud Proverb. xxvij. Propter peccata terrę multi principes eius, vnde quia in plerisq; huius regni locis bayliuiz & officia publica ad firmã annis singulis vduuntur, vt dicam in verbo, *Cætera bona*. salubriter ordinauit beatus rex Ludouicus Parisiis exiit anno domini M. c. liij. qd si plures emptores alicuius bayliuiz fuerint, vnus tantum iurisdictionè exerceat, & priuilegio bayliuiz solus gaudeat: ne ipsi subditi pluralitate corũ vexentur aut onerentur. [Hæc ordinatio est hodie per dominũ Austriæ. posita in tit. de emp. & vendi. & tit. de offi. bayliuorum. ordinat. xv.] (Additio.) Hanc ordinationè reperietis in libr. ordinationum regiarum cameræ in quæstorum parlamenti Tolosæ. Vnus ergo princeps. xij. metha. Quæ fuit vnã inter cæteras potissima ratio allegata p coronatione Caroli vj. Fracorũ regis Carolo v. patri suo succedenti in regno, vt scilicet ante pubertatè lege paterna nõ obstantè coronaret. de qua dicitur in verbo. *Adiella impube*. in princip. de quo Gaguin. lib. ix. c. iij. ita dicit: Rarò quidẽ euenire arbitrati sunt proceres, vt multi sine cõtentione rem quampiã simul administrarent. Quod si vnus regis nomine atque imperio respublica gubernetur, facile esse, vt ad vnum omnes concordibus animis respiciant. Eapropter operæpretiũ fore Carolum natu priorè sacrum iur. & omnia suis auspiciis atq; nomine geri, neq; obstatre patris legè, quæque primogenitum regni administrationem recipere

re debere: cum quartūdecimū ageret annū, quā si in perniciem inclinare cōiectasset, ipse tollendā cō- fuisset. Hęc ille. Pro quo facit text. singul. in l. si ho- minem. ff. mandati, per quē omnis cessat dispositio, quoties casus contingit. in quo si disponens viueret, 167 illam tolleret: & sic necesse erat per vñū, licet impu- berem regi, prout factum extitit. Nam regnum est quid perfectum: sed perfectū esse nō potest nisi vñū. vnde omne indiuisibile perfectū est, quia perfectum in nihilo diminui potest. facit quod no. Cy. in l. si vi- ua, C. de bonis maternis. ita eleganter dicit Bal. in Au- then. hoc amplius. C. de fideicom. & Pau. consil. clxj. Hęc profectō est natura propria huius feudi, quam assumit ab origine omni extranea coniunctione cō- scripta, vt non diuidatur: cum omne regnum in se diuisum desoletur, secundum Bal. in l. si plures. C. de cōdi. infer. & plenē Pet. de Anch. consil. cccxlj. incip. pro maiori. Ideo valet & tenet talis cōsuetudo, quōd solus primogenitus aliis exclusis succedat, maximē in regno, cum regnum sit indiuisibile, vt dixit Bal. in l. j. ff. de senato. Ita q̄ p̄prie nō dicitur corpus hære- ditarium, secundum Bal. in dicta auth. hoc amplius. 164 Ex hoc singulariter inferens, q̄ stante dicta con- suetudine filius regis, aut baronis in testamento pa- tris h̄eres institutus quantūcūq; fuerit à iudice moni- tus, & per annum cōtumax adimplere cōtenta in testamēto, non propter hoc anno elapso priuabitur h̄ereditate paterna, scilicet regno aut baronia, nec lo- cū habebit dispositio dictę auth. quā filium & quē- cūq; h̄eredē per annum contumacē priuat hære- ditate: quia (vt dictum est) regnum nō est h̄ereditas, nec etiam baronia. Præterea talia non debentur filio primogenito ex testamento vel alia successione, sed sola consuetudine, de quo plenē dicā infra super ver- bo. si absq; liberis. ij. In materia fideicommissaria substi- tutionis tractādo de fideicommissis particularibus. Videatis interim text. qui videtur facere cōtra Bald. in dicto c. licet. de voto. vt dicam in si. huius limitati. 165 Ex quibus apparet, q̄ ius primogeniturę est quę- dam dignitas, vt dicit glo. in d. c. quā periculosum & prima dignitas post paternā, ita q̄ filius regis pri- mogenitus habet primā dignitatē, scilicet primoge- niturę post patrē regem, secundum Bal. in l. ex hoc iure. vers. sextō quæritur. ff. de iust. & iur. In signum cuius veritas euangelica Christum vocat primogeni- tum, alleg. Math. j. in si. licet alios ante vel post se nō habuerit fratres. Sic Laetantius in j. diuinarum insti- tutionum lib. tradidit Orphæum Poëtarum vetustis- simū Deum verum, & magnum primogenitū appel- lase, eō q̄ ante ipsum nihil sit gēitum, sed ab eo cū- cta sunt generata. Vnde non immeritō Esau præna- scētis plantam, protinus Iacob eius frater eodē par- tu nasciturus rigida manu tenebat, vt tūto eum mu- nere priuaret, & ipse prior nasceretur: ex quo dictus fuit supplantator, vt patet alleg. Genes. xxv. capit. Et Deus dixit ad Moysen, Exod. xiiij. Sanctifica mihi omne primogenitū, qđ aperit vuluā in filiis Israel, & Luc. ij. Habetur, q̄ omne masculū adaperiēs vul- uam, sanctum domino vocabitur. Nam tales pri- mogeniti vsque ad eō certā habent spem in dignitate patris, puta regia, q̄ adhuc viuente patre appellari possunt reges, per tex. & ibi glo. in c. si. xxiiij. q. j. in c. Adrianus. lxiiij. di. Bal. in l. in suis. ff. de libe. & posth. & in l. quæsitū. §. si mihi. ff. illo eo. tit. & ita p̄ multas alias rationes cōsuluit Old. cōsiliū. xciij. incip. eleganter citra negotiū. Et hęc consuetudo multū inualuit in maximis regnis Francorū & Anglię, vt dicit Bal.

in d. l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. Ang. Are. in proemio Institutionū. §. igitur. & Panor. c. ex insi- nuatione, de iure patron. ergo ipsam velut quotidie crescentē seruare debemus. ff. de fun. inst. l. quæsitū. §. si fundus. ibi. quā sententiā. *Sub regē enim Pha- ramundo, tunc regnate in Frācia Galli vt cœperit legibus, quas quatuor proceres electi de pluribus so- licitē tractantes de singulis discutiedo collegērūt, & sicut lex Salica declarat, iudicare decreuerunt, in qua dispositū inter cætera erat, primogenitū succedere, vt dicit tex. in tit. de filiis natis ex matrim. ad morg. cōtracto. de qua lege Salica dixi in verb. *Duos habēs filios*. loquēdo de filiab⁹ nō succedēdis ī feudo. Ob- iit aut Pharamūdus rex Paganus ex illis, anno domi- ni ccccxxxj. aliās cccclij. cui successit Meroueus rex eius filius, & Childeric⁹ successit Clodoueus eius fi- lius, qui primus fuit rex Francorum Christianus per Clotildē Christianissimā eius vxorē Burgundorum regis filiā conuersus ad fidē catholicā à beato Remi- gio tūc Rhemēsi episcopo baptizatus, circa annum domini ccccxxxiiij. secundū Chroni. Ex quibus resultat, q̄ post legē Salicam fuit cōsuetum in regno Francię primogenitū succedere, quę quidē cōsuetu- do valet, quia omnes mundi successiones sunt de iure positio, secundū Bal. in l. lege duodecim Tabula- rū. C. de legi. hære. Igitur statutū vel cōsuetudo pos- sunt de his disponere ad libitū, cum ius positū sit mutabile p̄ cōsuetudinē, insti. de iure natu. §. sed na- turalia. vers. ea verō. Et istud quod cōclusum est in regno, locū habet in ducatibus, comitatib⁹ & cæte- ris inferioribus dignitatibus feudalibus secularibus iurisdictionē habentibus, per tex. in d. c. licet. de voto. vbi Pano. & in c. dilecti. de arbi. & Bal. qui feud. da- re pos. & §. quia. vij. col. Nā ibi secundogenitus erat dux, & priuatus ducatu absq; eo, q̄ relinquatur ei le- gitima: licet enim in rebus priuatis diuisio fiat æqua liter inter liberos, in auth. in successio. C. de leg. h̄er. similiter in feudis simplicibus omnes, qui paris gra- dus sunt, æqualiter succedūt, vt d. §. & quia. ita q̄ pa- ter dare nō possit vni feudū, & cæteris filiis auferre. 169 per illū tex. Nam in dignitatibus feudalibus com- muniter præferunt primogenitus, de quo plenē per Guido. Papæ, alleg. q. cccc. lxxvj. Taliter q̄ poterit cō- tingere casus, q̄ cæteri liberi absq; eorum culpa, nō tamen sine causā priuabuntur sua legitima, q̄n̄ pater nihil aliud haberet præter secularē dignitatē. & idē erit in his, qui viuūt iure Frācorum, inter quos feu- da etiā simplicia trāsunt ad primogenitū, secundum Iaco. de Bellouisi, & de sancto Geo. Præpositum in prælu. feud. x. diuisione. in si. & ibi Iaf. in v. diuisi. & ita seruatur in Britannia, secundum Bal. in §. ex non scripto. aliās est in §. omne autē ius quo vtimur. insti. de iure natu. vbi tractat materiam dicti §. ex nō scri- pto. subiugens vij. col. *q̄ etiā si talis cōsuetudo ef- set introducta ex errore, vt quia populus sic vtendo crederet ius positū ita decidere, vel erraret in cau- sa ipsi⁹ cōsuetudinis: tamē cōsuetudo valet, sicut va- leret ingressus monasterij illius, cui religiosi dixe- runt, q̄ bene comederet & dormiret, licet postea in monasterio malē comēdat & dormiat, de quo p̄ Inn. in c. dudū. de cōuer. coniug. & pari modo valet cō- suetudo de primogenito succedēdo, etiā si metu ha- bentis Iurisdictionē fuisset inducta, secundum Bald. ibi. vij. col. videatis eundē in c. j. iij. col. qui feud. dare pos. Et hoc fuit introducūm propter bonum pu- blicum, ne diminuerentur dignitates. Publice enim interest

interest ordinem & nomen familiarium cōseruari. l. j. §. penul. ff. de ventre inspi. ita dicit Panor. in d. c. li- cet. & Bal. in d. l. j. C. de summa Trinit. & Io. And. in Mercuriali. in c. sine culpa. de reg. iur. lib. vj. hoc ta- men temperandum est, secundū Hosti. dum tamē si est possibile, de aliis bonis tantū assignetur filiis postea genitū, qualitatibus personarū, & quantita- te bonorū prospectis, vnde honestā vitam possint su- stentare, arg. l. maximum. C. de libe. præter. saltem vt alimenta habeant, quæ propriē veniunt de iure natu- ræ, vt legitimū in pecunia numerata, secundū Guido. Papæ, vbi supra & quæstio. cccc. lxxvij. Et ita fecit Iosaph. rex Israel optimū, qui quinq; filiis suis de- dit munera auri & argenti multa, & pensiones cū Iosaph. rex Israel optimū, qui quinq; filiis suis de- dit munera auri & argenti multa, & pensiones cū ciuitatibus munitissimis in Iuda. Regnū autem tra- didit Ioram, eō q̄ esset primogenitus, vt habetur al- leg. ij. Paralip. xxj. c. in prin. & quia regnū Frācia ad instar regni Israel fuit à Deo inordinatū, vt dixi su- per verbo, *Et vxorē nomine Adelsiā*. in j. artic. pa- riter in ipso regno succedit primogenitus, & p̄ cæte- ris sunt apantagia, & partagia, vt sunt ducatus Aure- lianen. Bituricen. & Borbonij, & ita seruatur cōsuetu- do in Francia, maximē in iurisdictionibus, in qui- bus diuisio diminuere habet potestatis dignitatem, secundum Bald. in d. l. j. Nam talia sunt hodie indiui- sibilia, vt d. c. imperialē. §. præterea. quia ex hoc q̄ primogenit⁹ succedit solus, resultat publica utilitas in istis feudis habentibus iurisdictionem, veluti ciui- tatum, castrorum & terrarū. Quoniā vtilius est sub- ditis regi per vñū, quā per plures, vt d. l. ij. §. nouis- simē. ff. de origi. iur. vij. q. j. in apibus. Et propter di- scordias, quæ inter plures præfidentes oriri solēt ra- tione cōmunionis. ff. de l. ij. l. cum pater. §. dulcissi- mus. de hac regiminis vnitate pulchra, & non minus elegantia, videatis Old. verba allegato consil. xciij. 172 j. col. eum seq. *vbi concludit talē vnitatē fore cau- sam, q̄ soli primogeniti succedunt in istis, iuncto q̄ patres, vt scribitur ij. Reg. xiiij. c. circa mediū, ad in- star David, naturaliter plus diligit primogenitos, velut primas eorū imagines, quā alios posteros. Qui quidem amor ostenditur ex summo dolore illo, quo torquetur parētēs in morte primogeniti, de quo ha- betur ibi, & Zachar. xij. vbi planctum ac merorem & fletū p̄ passionis Christi futurę cōtemplando, eum cōparat dolori mortis primogeniti filij, sic dicēs, & plangent eū planctu, quasi super vnigenitū, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeni- ti, qui dolor, secundū Lyram ibi, apud homines solet esse maximus. Nec potest eis maior plaga infligi, quā mors primogenitorū, vt testatur creator, qui talem p̄enam Pharaoni & Aegyptiis inflixit, Exo. xj. Media, inquit, nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitū, eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec antē fuit, nec postea futurus est. Ex quo dolore & fletu, quē fecit Christus in suscitatione Lazari, arguebant Iudæi, q̄ vāde eum amabat, Io. j. c. Vnde restat parentes plus diligere primogenitos, præsertim masculos. * Ad eō q̄ si in cōtractu matrimonij donauerint bona vel ali- quid primō nascituro ex ipso matrimonio, ex quo deinde primō nata fuerit ipsa filia, & postea vn⁹ ma- sculus, & deinceps alij plures tam masculi, quā femi- nę, talis donatio filio masculo debetur, & non filię primō natę, vt pulchre per multas rationes efficaciter decedit Guido Papæ, q. cccc. vij. incip. In contra, ma- trimonij, quia licet verba testatoris viderentur com- 173 prehendere filiam sicut filiū, cum masculinū concipi-

piat femininū, tamen hoc locum nō habet, vbi do- nator præsumitur contrariū voluisse propter prædi- lectionem masculi, vt ibi per eum: imō Deus prædili- gens eos dixit ad Moysen, alleg. Exod. xiiij. Sanctifica mihi omne primogenitū, vt supra dixi. Ad eō q̄ fi- lium suum redemptorem nostrum ex gloriosa virgi- ne Maria primogenita. [Et viro Ioaachim, & beatā Anna ei priore loco despoſata, quæ post mortē Ioa- chim duos alios successiue habuit maritos, ex quorū singulis vnā aliā cōcepit Mariā, vt dicitur super ver- bo, *qui cum alia matrimonij cōtrahens*.] nasci voluit, ob quod parētēs eis, vt plurimū proprias deserūt hære- ditates, & substantiam, aliis satis rationabiliter ex- clusis. Ideo si testator hæredi suo suū propriū sub- stituerit filium masculum naturalem & legitimum, quem voluit cognomen & arma portare, aliter filiū primū vel secundū, aut vteriorē non specificando hærede defuncto pluribus liberis superstitibus, valēt non obstante incertitudine substitutionis, ad quam propter onus portandi nomē & arma censetur testa- tor, non omnes, sed primogenitū solū inuitalle, cōsi- derata ipsius testatoris voluntate. Quomodo verō simi- le est de vnico tantum, ne sciatur hæreditas, intel- lexisse, & de primogenito, quia primogenitus dignior esse censet. Cum primogenitura, vt vidistis, sit digni- tas: & præterea, vt videtis præsumitur à patre magis dilectus. I. eum qui calendis. vers. Si autem. ff. de ver- borū oblig. & l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo- rum significat. secundum Guido. Papæ singulariter, quæstio. cccc. lxxvij. vbi concludit cæteros filios hære- dis priuari fructu dictæ substitutionis, p̄pter primo- genitum. Vnde etiam si hoc non esset æquum, scilicet q̄ cæteri filij priuentur iure suo, tamē quia est bo- num propter bonū quod inde sequitur, tolerari de- bet, vt not. maximē per gl. in l. j. ff. de iustitia & iure. Tum etiā propter cōsuetudinē, quæ solet esse in do- miniis terrarū, vt primogenitus succedat, vt pulchrē dicit Pau. consil. alleg. clxiiij. iij. col. in princ. * Sic- ut ex cōsuetudine Francię inter nobiles solus succe- dit primogenitus in his diminationibus. Quicquid seruetur inter plebeios in patrimonialib⁹, ad eō q̄ si de annagio seu primogenitura fuerit inter fratres quæstio, & iudicatū fuerit pro vno, satis ex hoc pro- batur ille nobilis, quāuis expresse nihil pronuntiatū fuerit super nobilitate. l. ij. C. de ord. cogn. cū per di- ctam consuetudinē annagium nō debeat nisi nobi- lili, sicut in d. l. ij. hæreditas deleri non pōt nisi libe- ro homini, secundū Io. Fab. in §. præiudiciales. in si. insti. de actio. quod not. * Sola ergo consuetudo est causa potior, q̄ tota hæreditas p̄tineat primoge- nito, & nō quia feuda sunt indiuidua. Quia si tot eo q̄ feuda nō diuidantur, deberēt cōpetere vni dunta- xat & non pluribus, concluderetur q̄ feudū deberet- tur in primogenito de iure cōmuni. sicut dicit Ang. cōsili. cccc. lxxxj. Et videtur sentire Io. And. s. in rub. de seu. quod est falsum: quia imō esset cōtra ius cōmune, q̄ primogenito deserat plus quā vni ex aliis. Non est enim bona cōsequētia, ius regni vel feudi est indiui- sibile, ergo nō pōt cōpetere nisi vni. Quia sicut ele- ganter dicit Bal. in auth. ex testamento. vlt. col. C. de colla. non est absurdū, q̄ regnum vel imperiū sit pe- nes plures in solidum, cum per hoc nō diuidatur, vt not. vij. q. j. non autē. & per Io. And. in tit. de inscrip. præsen. in addi. Spe. & no. in cle. Romani principes. de iurciur. ideo dicebat Bal. in proemio Digestorū, 177 §. itaq; q̄ si duo simul vno eodēq; impetu nascā- tur, ad eō q̄ cognosci nō possit primogenitus, ambo- crunt

erunt reges. Idem decidit in l. ex hoc iure. in v. q. ff. de iust. & iure. Nam sicut Gemini sunt in celo, ita in terra erunt, & sic erunt pares in iure, qui pares sunt ex æquitate nascendi secundum eum. De duobus simul nascentibus est tex. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. Et idē Bald. in l. in quibus, in fi. & in l. si quis prioris, §. talē. C. de secun. nup. & in l. ex duobus, ff. de vul. & pup. & Alexā. in l. qui filius, §. ij. ff. de leg. j. & Fely. in c. capitul. sanctæ crucis. de rescrip. xvij. col. vbi per oēs cōcluditur, q. ambo erunt reges, secundum glo. in d. 178c. non autē. vbi deciditur. ¶ Quid si in administrādo non cōcordant, vel cōtrarias sententias proferāt? videatis ibi, & p. eundē Fely. in c. quæ in ecclesiariū. xxxij. col. in fi. de cōsti. vbi post Ang. & Ludo. cōcludit, q. coguntur vti iurisdictione alternatis vicibus, quod dicit esse notādum pro intellectu cle. ij. de iure patro. Præterea videm⁹, q. iurisdictione & potestas publica potest esse apud plures in solidum. l. j. vbi no. ff. de offi. cōsu. de quo plenē p. Bart. in l. j. §. si plures ff. de ex. actio. & not. in c. prudentiam. §. j. vbi glo. & Doct. de offi. deleg. Similiter videmus iura subditorum sui natura esse indiuidua. l. ij. §. ex his. & l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de ver. obli. Et tamen deferuntur omnibus æqualiter iure cōmuni, vt d. l. maximum. Quapropter necesse est concludere, q. indiuiduitas feudorū nunquā fuit causa finalis nec ratio, q. primogenito soli deferantur: sed sola cōsuetudo vel statutū quo ad hoc iuri cōmuni derogans & præuulens, vt plenē & not. consulti Fran. Aret. cōsi. clxxxiii. 179 Nam in his consuetudinibus feudilibus non per oīa exigitur, q. habeant omnimodam rationem: sed satis est, q. sint tolerabiles & approbatæ p. vsum, secundū Bald. quem ibi sequitur Alvaro. in c. j. ij. col. de feud. cogni. Tales profectō superuetudines introductæ fuerunt secundū vsum ab antiquis sapientibus institutæ, vt dicit tex. in c. j. §. hoc quoq. q. feudare pos. & sic omnino non carent ratione, idcirco Bald. eo. tit. §. penul. in fi. per illū tex. exclamat aduersus contrariū asserentes, sic dicens: Sileāt bestię quæ dicunt vsum feudorum in se sapientiam non habere, quasi dicat, imō fulgēt antiquorum sapientia, & aliqua nituntur ratione. videatis Ang. consi. cclxxxvj. vj. col. vbi dicit dictam cōsuetudinem primogenito viuensam hereditatem deferentē multum inualuisse in omnibus feudis, in quibus præuulset cōsuetudo. Ad cuius validitatem sufficeret sola vtentium voluntas, dum tamen (vt dictum est) sit tolerabilis, scādulum non generans, secundū Bald. vbi supra, p. quo facit à simili gl. singularis in verbo, ratas. in l. j. §. pueritiā. ff. de postul. vbi dicitur, ¶ q. quoties agitur de iustitia positua, sufficit in lege vel statuto voluntas pro ratione. Pro qua facit tex. not. in l. prospexit. §. j. in fi. ff. qui & à quibus ma. libert. non accipiunt. quia ea quæ sunt de cōsuetudine, sunt de bona fide. l. qd si nolit. §. quā assidua. ff. de ædi. edict. vnde etiā si nō exprimatur, intelliguntur. l. si. C. de fideiul. facit c. cū Martinus. ibi. sicut consuevit. de cōsti. [Et inde est, q. præua cōsuetudo excusat quem à pœna fori cōtentiosi, secundum glo. in c. cū venerabilis, de consuetu. de quo ibi Panor. & habetur latius infra super verbo, qui cum alia matrimonium contrahens. Loquen do de illo Cai iuario an sit permissum, cui cōuenit illud Sallust. in Iugurtino, Neq. per vim lociis ereptæ pecuniæ, quæ quanquam gratia sint, tamen ex consuetudine iam pro nihilo habentur. Refert etiā Cæsar de bello Gallico, lib. Cōmēt. vj. Germanos latrocinij nullam habere infamiā, quæ extra fines cuiusq;

ciuitatis sunt. Ideo dicit Bald. in c. cū venissent. de eo qui mit. in pos. cau. rei seruā. q. cōsuetudo præsumitur in dubio laudabilis & bona, ex qua ciuibus placet: quia quod eis placet, generat cōcordiam, quæ ciuitatibus est vtilissima. Nā ius ciuile quale est cōsuetudo, aliud non intendit, quām homines dirigere in bonum cōmune, secundum quod cōgruit humanæ societati ciuilitate viuenti, secundum quæ modum bonum cōmune habet nutriri, conservari, & promoueri per legalē iusticiam, & ciuilem amicitiam, vt dicit Io. And. in mercurialibus. de reg. iur. lib. v. j. c. peccatum. versic. quinto quærebatur. & Panor. supra in proœmio. vj. col. Cū secundum Sallustiu in Iugurtino, Concordia parua res crescent, discordia verō maximæ dilabuntur. ¶ Tales enim intestinæ discordiæ rempublicam latepiter prosterunt, sicut vermicul⁹ arborē dulciter corrodit, donec ceciderit, vt dicitur chre dicit Bald. in l. j. §. de cadu. tol. Nihil enim est tā [Hæc verba Catiline in i. respon. inuectiua contra Ciceronem.] periculosum ciuitatibus, quā, cū dilecti ciues inter se dissident. Inimica namq. est rerū maximarū discordia, quæ res fortes dissipat, & demolitur. ¶ Præterea vetustam etiam iniquitatem aude re conuellere perniciosum est, & scandalo promptissimum, prout res ipsa experimento docuit, cū illi Græchorum agrariis concitari legibus, agros populo diuidere, quos diu nobilitas possederat, voluerūt: quod causa fuit in vrbe, atque initū ciuiliū bellorum. [Quod factum impunitum nō remansit: quia variis temporibus, alter à Scipione Nafica, alter à Lucio Pisonē consule de alto fuerunt præcipitati, quorū cadauera insepulta manserunt, licet genere & opibus nobiles foret filij Tyberij Gracchi viri patritij, & reipublicæ amantissimi nati ex Cornelia superioris Scipionis filia. Sed illis nec sūma patris auctoritas, nec Scipionis gloria profuit, quominus honore sepulture careret, de quibus Valerius li. vj. tit. de feueritate sic dicit: Viguit in nostra ciuitate, scilicet Romana Tyberij & Caij Græchorū sūma nobilitas ac spes amplissima. Sed quia statū ciuitatis comati erant conuellere, insepulta cadauera iacuerūt supremisq. humanæ cōditionis honore filijs Gracchi, & nepotibus Aphricani defuit. Hæc ille. Apud tamen Germanos possessiones cōmunes existunt, vt Cæsar refert in Cōmentariis suis de bello Gallico, li. vj. Neque, ait, quisquam agri modum certum, aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in ānos singulos gētib. cognationib. usque hominū, qui vnā coierūt, quantū eis, & quo loco visum est, agri attribuūt atq. anno pōst aliō transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas, ne assidua cōsuetudine capti studiū belligerendi agricultura cōmūtent, ne latos fines parare studeāt, potentioresq. humiliores possessionibus expellant. Ne accuratius ad frigora, atq. æstus vitādos ædificēt. Ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, quæ ex re factiones diuisionēsq. nascitur, vt animi æquitate plebem cōtineant, cū suas quisq. opes cum potētissimis æquari posse videat. Hæc ille. De isto modo viuēdi videbis super verbo, & vxorē nomine Adela. in quinto principali articulo, vbi agitur de agricultoribus, qui pecuniam tangere nō debent, & super verbo, domum, circa princ.] Ideo sapienter alibi dicit ipse Bald. ad propositū nostrū, in c. ex rescripto. de iur. iurā. q. statutum non dicitur irrationabile, si habeat solūm rationem motiua. Et idem Bald. in c. j. de cōsti. dicit, ¶ q. cōstitutio satis dicitur rationabilis, eo ipso q. nō reperitur prohibita, licet eius ratio demou

demonstrari non possit: quia in iustitia positua non multū de ratione curatur, sed de sola voluntate, scilicet tolerabili, quod procedit in omnib. quæ sunt de iustitia beneplaciti, secundum Bald. in d. c. cū venissent. 184 sent. ¶ Quæ autē sit differentia inter iusticiam naturalem & posituam, dicit Ang. in iustitia. ff. de iust. & iure. q. naturalis iustitia rationem habet vrgentē, positua verō beneplaciti procedit ex mera voluntate eius statuentis, adeo q. frequēter dicunt aduocati in statutis sufficere statuentes sic statuisse, allegant glo. in d. §. pueritiā. ¶ Vnum tamen tenebitis mentis, q. licet feudum magnæ dignitatis, puta ducatus vel comitatus propter eius excellentiam diuidi non possit, hoc intelligitur quo ad cilius proprietatem, non quo ad administrationem, ita q. vnus frater regat vnā ciuitatem, vel prouinciam, alius alterā, secundum Bald. & Bar. in l. inter tutores. ff. de adm. tut. quod est notan. pro istis magnis principibus, qui habent interdum plures filios, inter quos solus primogenitus in proprietate succedit in vniuerso, alij verō in administratione certarū rerū quandiu viuunt. idē tenet Prepositus in c. j. §. si qualiter olim fem. alie. post. & Fely. in c. que in ecclesiariū. xxxij. col. de cōstitui. Præterea tales dignitates exceptis regalibus possent ex cōsuetudine diuidi, sicut non diuidi. vt sit in Italia & Lombardia, secundum Alex. in ij. parte. consi. lx. incip. Vis dubitationibus: sic quæ cōsuetudo de his diuidendis vel non diuidendis ad libitū disponit, vt vbi consuetudo nō esset, regularentur iure cōmuni, per test. singularē in c. j. de feu. cogni. ¶ An autē valeat pactum, q. res transeat ad solum primogenitū, plenē decidit las. in l. ij. C. de iure emph. liij. col. & an per testamētum possit hoc fieri, decidit Fely. in c. ad leg. prudētiam. §. j. de offi. dele. q. pater potest feudū primogenito, ceteris exclusis, relinquere, etiā vbi nō est talis cōsuetudo: sed extraneū preferre filiis nō possit. c. j. de success. feud. videatis. Pau. cōsi. si. clx. incip. In causa quā magnificus. ¶ Et intantū ius istud primogenituræ filio cōpetit primogenito, q. eo moriente transmittitur ad posteros, etiā si mortuus fuerit viuente patre, licet nonnulli teneant primogenituram esse priuilegium personale non transfmissibile ad posteros, sed extinguitur cum persona primogeniti, vt plenē disputat Oldr. cōsi. cccxiiij. incip. Istæ sunt allegationes. vij. col. vsque ad fi. vbi finaliter cōcludit ius primogenituræ fore ad posteros transfmissibile, ex hoc notabiliter inferens, q. si primogenitus regis ante adoptionē regni viuente patre rege decesserit relicto filio, hic filius primogeniti debet regi auo suo succedere in regno, ita q. præferendus est patruo suo filio regis secundogenito, cū iste filius primogeniti censetur esse vnus, & eadē persona cum patre suo regis primogenito. l. si. c. de impu. & aliis substi. sed aduertendum est, quia in hoc passu quotidiano tres reperio principales opinio. ¶ Prima fuit opinio Oldra. in suo eleganti consilio superius relato volentis (vt dictum est) nepotem ex primogenito preferri de regno patruo suo regis secundogenito. Et ita ibi narratis ac recitatis rationibus aduocatorū vtriusque partis, scilicet domini G. de Peruginaco vtriusque iuris doctoris aduocati p. filio secundogenito, necnon domini Ioā. de Lauduno legū doctoris p. nepote ex primogenito descendens, cōclusit nepotē præferendū, mot⁹ inter cætera, quia in Genesi legitur xxxv. c. Quōd Iac. abstulit primogenita Esau, adhuc Isaac eorū patre viuente. Vnde dixit Esau de Iacob, Primogenita mea abstulit. p. quæ

verba iure diuino monstratur, q. quia viuente patre cōpetunt ea, cedere, vendere, donare, & in aliū transferre potest primogenitus, vij. q. j. quā periculosum, & plenē no. per Hostiē. in d. sed vbi etiam hoc tenet Panor. de voto. ¶ Ex quo cōcluditur, q. si primogenitus cedere, vendere, aut donare potest ius primogenituræ, quōd diuina lege permittitur, ergo satis constat, q. illud ad heredem transmittit, maximē filium, argu. l. quædam. ff. de acqui. rerum. dom. Quia quod est celsibile, est transfmissibile. lex pluribus. ff. de adm. tuto. Secundō mouebatur iure naturali. quo pater plus diligit filiu, quā filius patrem. l. isti quidem. ff. quod me. cau. & plus quā seipsum, vt ibi, & nō sine causa: quia pater in filio partē sui corporis habet seu retinet, & quod iuris est de voto quo ad totū. idem de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Tertiō mouebatur iure humano posituo, quoniā videmus, q. ibi tractatur de admittendis nepotibus ad successionē aui cum patruis, semper nepotes patris personam representant. [Vt plenē habetur super verbo, & vxorē nomine Adelasiam. in j. articulo. success. ab intell. dū loquitur de filiis excludētibus nepotes.] Et nō in capita, sed in stirpes ex psona sui patris aui succedunt, inquit, de hære. quæ ab intesta. de se. §. cū filius l. ij. & auth. cessanti. & authent. post fratres. C. de suis & legiti. hære. ergo vbi tota hæreditas debetur primogenito, nepos ex eo velut personam sui patris representans excludit patruū in totū, sicut primogenitus eius pater ipsum excluderet, si viueret. Quia sicut partē ex persona sui patris capit in cōmuni successione, etiā capiet totū, vbi tota debetur primogenito. Præterea videmus in querela in officio testis. quæ nascitur in aditione hereditatis. l. Papinianus. §. si cōditioni. ff. de inoffi. testa. & tamen filius exheredatus decedens ante aditam hereditatē per heredem transmittit querelā ad filium suum, licet nondū natam nec præparatā. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. aut si velimus intelligere, q. ante filij obitum spes querelæ sibi orta erat, illa spes orta filio pendente deliberatione legis ad eūdi hereditatē transmittitur beneficio legis. Dicebat insuper q. ius cōpetens ex beneficio legis transit ad heredē antequā deferatur: verbi gratia, is qui in adoptionē datur, habet quartam in bonis arrogatoris, ex cōstitutione diui Pij: quā patre arrogatore superbite ad heredem moriendo transmittit. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bon. sic in proposito, cū ius primogenituræ ex cōstitutionis, aut consuetudinis beneficio debeat primogenito, etiā viuente patre, moriens illud ius transmittit ad posteros. Postremō licet primogenitura sit priuilegium, tamen persona filij primogeniti nō est causa illius priuilegij, saltem propinqua, sed ipsa primogenitura seu dignitas primogenituræ est causa, igitur non extinguitur cum persona. Sicut extingueretur, si esset simplex priuilegium personale, sed cū debeat dignitati, quæ nō moritur, cap. si gratiosē. de rescrip. lib. vj. & c. quoniam abbas. de offic. deleg. ad heredem transmittitur, saltem, filios dignitatis primogenituræ capaces. Hanc eandē opinionem sequutus fuit dominus Armāus de Marcasio sacri palatij auditor, motus primō quia quod possunt contrahentes, potest etiā lex. ff. de pact. l. nō impossibile: sed constat contrahentiū cōuentionem hoc posse, scilicet ius nondū competens transfmittere ad posteros, in sti. de ver. oblig. §. conditionali. ergo sic poterit lex in proposito, cū ius primogenituræ ex legis beneficio, aut constitutionis vel cōsuetudi-

nis cōpetat, ita vt ad posteros transmittatur. Præ-
terea, quoties ab homine alicui prouidetur, videtur
in dubio sibi & suis prouideri lege si pactum. ff. de
proba. & l. iurifigentium. §. pactorū. ff. de pact. & ita
erit in casu nostro, vbi beneficio legis, aut cōsuetudi-
nis prouidetur filio primogenito, vt etiā prouisum
conferatur suis posteris. Tertio mouebatur, per tex.
quem esse dicebat nostrā quæstionis decisum, in l.
si operari actum in iudicio. ff. de oper. libe. vbi si pa-
tronus ratione iuris patronatus agit contra libertum,
licet patronus decesserit, prius quā iudex ius il-
lud pertinere actori declarauerit, tamē ius patrona-
tus ad filios transmittit, etiā si heredes nō fuerint. Simi-
liter vbi duobus manumittētibz operæ promit-
tuntur per manumissum, vno manumissore mortuo
transmittit ius petendi operas ad filiam, licet alter
manumissor adhuc viuat. l. a duobus. ff. de oper. libe.
190 Nam videmus, q̄ legato prædico cum villico con-
tubernali, & filij nepotes illius villici etiā intelliguntur
legati: quia filiorū appellatiōe omnes, qui ex no-
bis descendunt, continentur. Non enim dulciori nomi-
ne possumus nostros nepotes, quā appellatiōe filij
nominare. l. liberorum. ff. de verb. sig. idem tenet Io.
Fab. in dicto. §. cum filiis, in lit. de here. quæ ab inte-
sta. de fe. & ibi Ange. vers. extra gl. oppo. videtur idē
sentire. Et hoc verum, secundum eundem Io. Fab. in
§. ceterū. in lit. de legi. agn. success. si filius primoge-
nitus pater prædecesserit relicto filio masculo: quia
talis nepos præferretur filio suo, secus autem esset in
nepte ex primogenito, quæ nō excluderet filij baro-
nis secundogenitum. ¶ Quid fecerim non succedit
191 in feudo stantibus liberis etiam remotioribus. c. j. de
success. feu. & c. j. de feu. femine. nisi in casibus, quos
vidistis in verbo, *Duas habens filias*. ideo decidit ibi
Io. Fab. q̄ si primogenito cōpetat annagium inter no-
biles, si vnus sit masculus, habebit annagium, licet sorores
habeat antiquiores, & primogenitas. Vnde quā-
uis ex primogenito præmortuo cui annagium cōpe-
teret, si viueret, super sit baroni nepotis, talis nepotis
mortuo barone excludetur ex cōsuetudine per filij
baronis masculum, quāuis vltimogenitum, quod est
notandum: quia secundū eum hoc sæpe contingit in
regno Franciæ, in hac etiam sententiam, scilicet q̄
nepos patruo præferatur, magis post longā disputa-
tiōe inclinā Bal. in d. l. cum antiquioribus. in vij.
q. C. de iure delib. motus decē rationibus, quarum se-
quētes sunt principales. Primò, quia nepos surro-
gatur loco filij regis patris sui, & sic recipere debet
gradū illius: quoniam hoc idē videmus in patre, qui
surrogatur loco filij hæredis instituti, qui pro hære-
de in primo gradu instituto haberi debet ad vulgarē
substitutū excludendū, quasi ab initio fuisset pater
instituit. l. si. §. similiq; modo. C. de bo. quæ lib. & ple-
nè dicam j. eo. super verbo, *si absq; liberis*. secundò, tra-
ctando primū esse. Et vltimū vulgaris substitutiōnis. Secū-
da est, quia ius primogenituræ est ius dignitatis ade-
ptæ, cum viuet adhuc pater filius vtatur prærogati-
ua primogenituræ in omnibus, sola successiōe ex-
cepta, quā adipisci sperat ilico post mortē patris, se-
cundū glo. in d. c. quā periculosum. ideo naturali iu-
re, atq; ciuili descendit in posteris. Tertia ratio est,
quia sicut se habet dignitas ingenuitatis, in qua cala-
mitas & infortunij patris nō nocet filio, in l. de in-
geniis. circa medium, sic se habet dignitas primoge-
nituræ, vt calamitas & mores primogeniti non no-
ceat nepoti in successiōe auti. Quarta ratio est, quia
in his in quibus quis magis cōsiderat, filius quā hē

res, talia iura transmittit filius moriens etiā viuo pa-
tre, cum vt dictū est, viuo patre possit ea cedere, er-
go & transmittit. Quinta ratio est, quia filius primo-
genit⁹ nascēdo se includit, & se includēdo secundo-
genitū perpetuò excludit, & quod nepos ex primo-
genito excludat patruū, videt esse decisum in c. j. de
nat. success. in feud. & in c. j. de gradi. success. in feud.
vbi in feudo diuiduo inter hæredes nepos simul suc-
cedit cū patruis in sui quōdā patris portione. Igitur
eodē modo succedere debet in toto, si totū patri suo
pertineat ex cōsuetudine, secundū Bald. in d. l. cū
antiquioribus. Subiungens ibi hanc opiniōe inua-
luisse in maximis regnis Francorū & Angliæ. Et cū
eam crescere & inualescere videamus, ipsam seruare
debemus. l. quæstio. §. si fundus. ibi, quā sententiā. ff.
de fundo in str. Idem decidit Bal. in lex hoc iure. ff.
de iusti. & iur. in vj. q. vbi narrat ita fuisse obseruatū
in regno Angliæ, in quo propter nepotē ex primo-
genito fuit exclusus secundogenitus princeps de Gau-
les, subiungens ibidem ita sæpe in similibus iudiciū
fuisse per inclitum regē Francorū. Et idem tenet in
l. si vna. C. de bonis mater. licet prima facie videatur
tenere filij secundogeniti excludere nepotē ex pri-
mogenito. Tamen finaliter sentit, & inclinare vide-
tur pro nepote, referēs Robertū Siciliæ regē iudicā-
se pro nepote, quāuis ipse aliās, vt pars regniū obti-
nuisset cōtra nepotē, vt infra dicitur in secunda opi.
Et ita tenet Alber. in proemio Digestorum. Hanc
etiam opiniōem sequi videtur Ioan. And. in addit.
Spec. super rub. de feudis. Vbi post solennem dispu-
tationem laudabili more suo præambulam, non solū
hanc opiniōe ponit pro vltima, & cōsequēter
eam tacite approbando, secundū quod vult tex. quē
ibi ad hoc ponderat Bar. in l. bona fides. ff. de positi.
sed etiā argumēta in cōtrariū facta soluit. Et ratio-
nes pro hac opiniōe faciētes insolutas dimittit. Idē
tenet Paul. in l. maximū. C. de libe. præter. & in l. is
potest. ff. de acquir. hered. & etiam cōsulendo consi-
clxj. incip. In presenti causa. vbi ad hoc concluden-
dum probat multis, & exquisitis rationibus identita-
tem personarū filij & nepotis, & in eandē opiniōe
magis inclinā Bald. in l. liberti. vers. Sed hūc quæ-
ritur, si filius. C. de oper. libe. & ita pro nepote referret
fuisse illis diebus determinatū in regno Angliæ. Nā
secundū ipsum tantus honor debetur nepoti ex per-
sona filij, cum viuente patre esset quōdāmodo rex, vt
in d. c. quā periculosum. vij. q. j. Idem tenet Cy. in
l. imperialis. C. de nup. & Pet. de Ancha. in d. c. licet.
de voto, & in consi. lxxxj. incip. dicta facti narratio.
Idem tenet Panor. in d. c. licet. ij. col. quem sequi vi-
detur Fely. in c. auditis. vj. col. in fi. de præscrip. & in
c. prudentiā. de offi. dele. se finaliter ad ipsū, & Old.
remittēdo, qui (vt vidistis) tenet nepotē ex primoge-
nito præferendū. Quā opiniōe noua cōsideratiōe
inter alias cōsulendo sequutus est idē Panor. in
j. parte. cōsi. lxxxv. incip. In presenti quæstione, vbi
inter alia dicit, q̄ cōstitutio vel cōcessio loquens
de primogenito operatur, q̄ omnes descendētes ab
eo gaudent iure primogenituræ ad patruū excluden-
dum. Et in secunda parte consi. ij. vbi consuluit in
causa comitatus Bigoræ. vij. col. & de Zabarel. Car-
di. in dicto c. licet. in vlti. q. Idem tenere videtur Iac.
Aluaro. in c. j. in fi. tit. de feud. Marchiæ. dum simpli-
citer se remittit ad not. per Ioan. And. & Bal. vbi su-
pra. Et ita cōsuluit Fran. Arc. cōsi. clxiii. incip. dili-
genter & maturē discussis. in decisione secūdi dubij.
& Barba. in ij. parte consi. xj. incip. Sapienter scribi-
tur. xiiij.

zur. xiiij. col. vbi ultra omnes mouetur nouo funda-
mento, concludens hanc esse cōmūnem opiniōem
pro nepote, & pariter pro hac opiniōe respōdit Ni-
col. de Vbaldis de Perusio, cum fuisset de hoc inter-
rogatus per regem Franciæ Ludouicū vndecimū in
successiōe principis Nauarræ quondam patris do-
minæ Catharinæ nunc reginæ illustris Nauarræ tūc
nouiter defuncti, vt ipse refert, in quodā suo tracta-
tu de success. ab intestat. xxvj. col. Pauca ibi allegās
in tū dubio puncto: tamen se excusat, q̄ quæstio suis
non conueniebat terminis. Obierat enim ante patrē
præfatus princeps Nauarræ primogenitus superstiti-
bus ei masculo filio, qui Phebus vocabatur, vt dicta
Catharina eius filia. Post cuius principis decessum
dictus Phebus eius filius mortuo postea auo comite
Fuxi successit in dicta domo, sine aliqua controuer-
sia, quā ei fecerit patruus suus dicti comitis secundo-
genitus. Et demū post aliquot annos dictus Phebus
ante cōgitiū, & sic absq; liberis dicta Catharina eius
sorore, & patruo superstitibus obiit. Ex indēq; dicta
domina Catharina regnū Nauarræ cum tota domo
Fuxi adepta est. Vnde nō mediocriter insurrexit quæ-
stio inter eam, & eius patruum Narbonæ vicecomi-
tem, qui dicebat filiā non posse in talibus seu. succe-
dere. Et pariter de comitatu Niuernensi inter vxo-
rem domini Doruallo filiam quondam comitis Ni-
uernensis secundogenitam, & liberis filij primoge-
nitæ dicti comitis vxoris domini Hilberti de Cle-
ues in Parlamento Parisiensi, nescio quid iudicabitur.
Hanc etiā opiniōem tenuit pro nepote cōtra pra-
truum post seriosam ad partes disputatiōe, vbi per
xvij. col. sua vltra omnes scribentes dilatauit phila-
teria Iacob. de sancto Georgio præpositus, in d. c. j.
de feu. Marchiæ, dicens pluries ita fuisse iudicatum
193 in regnis Calliæ, Castellæ, & Hispaniæ. ¶ Et cum
semel quæstio occurrisset Otthoni Imperatori, du-
bitās in puncto iuris quid iudicaret, iudicauit supra
Rhenum fluuiū, iuxta Treuerim exiitēs, item iudicio
gladiatori fore dirimendam, & nepos contra pa-
truum in gemina pugna vicit, & fuit assimatū volun-
tate Dei hoc euenisse, vt refert Io. Bertachini Do-
ctores decidere & seruari, prout dicit in suo reperto-
rio, super verbo, nepos. vers. si nepos regis, & gl. pra-
gmaticæ in verbo, fratres. in titu. de numero & qual.
Cardina. Et etiam Nicol. Mylius in reperto. §. filius.
vers. si filius primogenitus, & quæstio capellæ archie-
piscopalis Tolosæ. ccccxxxij. vbi idem deciditur.
¶ [Et tenet ibi do. Aufre. in sua additione.] & Fely.
in c. prudentiam. de offi. dele. Postremo hanc opi-
niōem reperio Lycurgū Lacedæmoniorum princi-
pem ac legistatorem æquissimū contra seipsum, qui
secundogenitus erat, pro suo ex fratre primogenito
nepote decidēdo practicasse, prout in quarto supple-
mēti Chronicorū lib. bellissimē exaratur, in hac ver-
ba: Lycurgus Lacedæmoniorū princeps & legū la-
tor vir certē clarissimus, & inter philosophos admi-
rāndus, patre Spartiatū rege, necnō & eius fratre na-
tu maiore mortuus: cum regnare potuisset, certior fa-
ctus, q̄ fratris defuncti vxor prægnans esset, euesti-
gio declarauit regnū pueri esse debere, si mas foret.
Sed cū mulier verba fecisset de perdendo puero, quō
illi nubere posset, & Spartiatū imperaret, eius opi-
niōe detestatus est. Natōq; puero cū aliquādo ipse
cū principibus cenaret, cū Lycurgo detulerit, quē
ipse suscipiēs ad discumbentes dixisse fertur. O Spar-
tiate rex nobis est natus. Impositōq; in regni solio,
& omnes tum eius animi magnitudinē, tum iustitiam

admirationi sunt. Hæc ibi [Lycurgus, hic primus fuit q.
iura Lacedæmonis ex Apollinis auctoritate confin-
xit. vij. dist. c. Moyles.] ¶ Secunda principalis opinio
in hoc puncto fuit tota contraria primæ, videlicet q̄
in regno vel alio feudo stante cōsuetudine, q̄ pri-
mogenitus succedat mortuo filio primogenito in vi-
ta patris, eo postea defuncto, filius, secundogenitus
seu alius, quē nemo filiorū antecedit, ad successiōe
vocabitur, & nepotem ex primogenito præmortuo
superstitem in totum à successiōe excludet. Nā pa-
truuus semper in regno est nepoti præferendus: quin
aut iste nepos venire vult ex cōsuetudine regni, &
nō potest: quia illa disponit de primogenito. Sed pri-
mogenitus dicitur patruus respectu nepotis. c. nā &
ego. & c. Ioseph. de verb. signi. Aut nepos venire vult
de iure cōmuni: & similiter non potest, quia non est
proximior illi de cuius successiōe agitur. l. ij. in fi.
C. de bo. quæ libe. per quam ita decidit Richar. Ma-
lumbre, quem sequitur Imol. & de sancto Gemina-
no in c. grandi. in fi. de supplen. negli. prala. lib. vj. &
tenuit Bar. in auth. post fratres. C. de legi. hære. quæ
sequit summa Rosella super verbo, filius. §. xij. in fi.
Nam de iuris rigore præfertur patruus filio fratris,
in l. de legi. agn. success. in prin. Sed postea ex æqui-
tate statutum fuit contrariū in successiōe ascenden-
tium & collateralium, in filiis fratru duntaxat, vt sci-
licet nepotes cum patruis succedant, vt dicta authen.
post fratres. Idē cū æquitas illa fuerit solū scri-
pta, vbi agitur de succedendo, nepotes simul cū pa-
truis nō autē vt ei præferatur, ipsum in totū excludē-
do, prout est in regis quæ inter plures diuidi nō de-
bet, erit secus dicēdum. Cū hoc casu nō vigeat ea-
dem æquitas: imò videtur, q̄ si oporteret alterū præ-
ferri, & sic alterum ipsorum per aliū excludi, potius
deberet nepos excludi, per dictam l. ij. Ad hoc facit
bonus tex. in l. tute. §. si duo. ff. de legi. tute. vbi Bal.
sibi contrarius hanc partem tenet cōtra nepotē. Fa-
cit l. si libertus. §. ij. ff. de bonis liber. vbi hoc tenent
Docto. multi. idem pro patruo contra nepotē tenēt
Sali. in d. l. si vna. C. de bonis mater. Et secundū hanc
opiniōe vidi pluries cōsultum. Nā omnia iura, quæ
loquuntur de hoc iure primogenituræ cedendo vel
in aliū transferendo seu transmittēdo, loquuntur ex-
pressē, vbi sit transmissio in habentem similem quali-
tatem, scilicet filiationis, quā habebat filius præmor-
tuus primogenitus, vt patet Gene. sis. alleg. c. xxv. Vn-
de alia iura positiua sumpserunt fundamentum. Ibi
enim Esau pro lentis edulio ius primogenituræ ven-
didit Iacob fratri suo eiusdem patris, scilicet Isaac si-
ljo. xxij. q. ij. quæritur vt dicto c. quā periculosum
vij. q. j. Et dicitur originaliter ad Hebræ. xij. Et sic ha-
benti qualitatem filiationis in primogenitura requi-
sitā: quia licet Esau esset primogenitus, tamē Iacob
eius frater erat secundogenitus immediatq; persona
qualitatē filiationis habēs in primogenitura requi-
sitam, cum (vt dictum est) filius esset Isaac, de cuius
successiōe agebatur, sicut erat Esau. Quæ quidem
qualitas filiationis inest iuri primogenituræ, quem-
admodum risibilitas inest homini. Et sicut accidēs
stare nō potest sine subiecto, sic etiā ius seu priuile-
giū primogenituræ stare nō potest sine filiatione. vt
d. c. Ioseph. & c. grandi. & c. licet in fin. Quæ iura in
hoc videntur expressa taliter, q̄ illud ius cessum vel
transmissum in Iacob filium Isaac secundogenitum,
cedi nō potuisset, nec transmitti in nepotē ex primo-
genito qualitate filiationis carentē. Nā quoties in ali-
quo actu seu dispositiōe explicāda requiritur certa
qualitas

qualitas in persona, sit talis qualitas nō inest tēpore
explicationis actus seu dispositionis, talis dispositio
nō tenet in praeiudiciū personā habentis illam qua-
litate requisitam. l. si. s. ait lex. ff. de diuortis. Hinc
dicimus, qd stāte cōsuetudine, qd proximior in gene-
re venditoris possit rem venditam pro simili pretio,
quo vendita fuit retrahere infra annum. prout dicta
consuetudo viget in praesenti ducatu Aquitaniae: si
res vendita fuerit alicui de genere in remotiori gra-
du existēte, talis venditio non tenet saltē effectuali-
ter in praeiudiciū proximioris, cui inest qualitas pro-
ximitatis requisita per cōsuetudinē vel statutū. Imō
ille proximior poterit rē alienatā retrahere à remoti-
iori gradu, ac si extraneo fuisset vēdita, vt probatur
in l. filio. ff. de inoff. testa. Et est casus in c. j. §. Titius
si de feu. suc. controuer. & in l. vnū ex familia. §. cum
nos. ff. de le. ij. & tenet Io. Fab. in l. i. de adquisitio. per
arrogā. & in l. i. de hāredi. quā ab intest. def. §. ij. &
not. in l. dudum. C. de contra. emp. & in c. cōstitutus.
De in integ. res. li. [De quo plenē fuit dictū super ver-
bo, qd vxorē nomine Adela. in j. principali artic. suc-
ces. ab intestato.] Præterea, vbi certa qualitas est cau-
sa officij vel dignitatis, tunc cessante qualitate cessat
officiū seu dignitas. l. Lucius. ff. de fideicōm. libe.
Et ratio est, quia furrogatus esse debet eiusdē qualita-
tis, iuris & cōditionis, cuius erat is in cuius locū sur-
rogatur, & debet esse talis, qui à principio potuerit
esse. l. parabolani. & ibi Bal. C. de epis. & cler. c. statu-
tū. §. in nullo. de rescrip. lib. vj. Cū igitur nepos ex
primogenito non sit eiusdē iuris, nec cōditionis in
cui loco subrogatur, eo quia ipse, qui est nepos, nō
fuit nec est filius, nec persona immediata, sed est ne-
pos & persona mediata illius, de cuius successione
agitur, nō potest succedere loco filij primogeniti pa-
tris sui in praeiudiciū filij secundogeniti eius pa-
tris, qualitate filiationis habentis, quā vt videtur
est fundamentum iuris primogenituræ, quā nō cadit
nisi in filio. Nec in mundo reperitur aliquod ius di-
uini, nec humanum posituum volens ius primoge-
nituræ titulo vniuersali, aut particulari ad aliū posse
transmitti, quā ad filium. Et vbi in iure reperitur ces-
sum vel transmissum, hoc fuit de filio primogenito
cessum in alium filium secundogenitum, vt patet alle-
gato c. Genes. xxv. & d. c. quæritur. xxij. q. ij. & c. quā
periculofum. quæ loquuntur de iure diuino, & de iu-
re positio est tex. in d. c. licet. de voto. dū dicit, or-
dine genituræ priuandam. Et regnum ipsum ad mi-
norem fratrem tuum appellatione postposita denol-
uendū & c. Et sic aperte ibi deciditur, quod nepos
vel alius descēdēs ex primogenito stāte patruo filio
immediatō illius, de cuius successione agitur, nulla-
tenus succēderet in iure primogenituræ, sed deueni-
ret ad minorem filium habentē qualitate filiationis
requisitam. Præterea, iura volentia priuilegium filio
cōcessum transire ad nepotem, intelliguntur in
priuilegio ratione personæ cōcesso, cū sint ambo
vni & eadē persona. l. si. C. de impub. & aliis subli.
secus si cōcessum foret ratione alicuius qualitatis,
puta filiationis sicut in casu isto, vbi priuilegium pri-
mogenituræ est fundatū super filiatione, quæ in ne-
potē nō militat. Et hac cōsideratione, scilicet qd filia-
tio sit causa iuris seu priuilegij primogenituræ satis
resultat responsum ad rationes pro prima opinione
adductas, secundum quam fuit iudicatum in fauorē
regis Roberti. Cui cū esset secundogenitus, remāsit
regnū Siciliae excluso rege Vngariæ ex primogeni-
to nepote, secundū Bar. in dicta auth. post fratres. Et

Docto. in d. c. grandi. Similiter fuit iudicatum in re-
gno Castellæ cū de ipso esset debatū inter secū-
dogenitū & nepotem ex primogenito præmortuo,
vel inter causam ab eis habentes. Et fuisset in reges
Aragonum & Portugaliæ comptomissum, arbitrati
fuerunt præfati reges in fauorē filij secundogeniti
cōtra nepotem ex primogenito. ¶ Fertur etiā Caro-
lum magnū Frācorū regem ac imperatorē tres pro-
creasse filios, scilicet Pepinum primogenitū, Ludo-
uicum secundogenitū, & Carolum tertigenitū, &
ex Pepino primogenito nepotem habuerat nomine
Bertrandum. Tandē mortuo dicto Pepino primoge-
nito ante ipsum regem patrē cū iam in eius vita di-
scordia moueretur super genitura inter Ludouicum
secundogenitū & dictū Bertrandum ex primoge-
nito nepotē, præfatus rex ius genituræ, scilicet impe-
riū & Francorum regnū præfato Ludouico eius se-
cundogenito filio adiudicauit, præcipiens dicto Ber-
trando nepoti, qd Ludouico esset obediēs, & ei Lom-
bardiar regnum concessit, vt in mari legitur historia-
rum. De quo Gaguinus lib. iij. c. ij. sic dicit: Glorio-
sissimo imperatori, scilicet Carolo magno succes-
sor Ludouico extitit, qui pij cognomen ob morum
mansuetudinē est cōsequutus. Hic puer adhuc Aquitaniae principatū iussu patris obtinuit, præclaros la-
bores aduersus Hispaniæ tyrannos excepit, ciuitati-
bus multis in Aragonia maximē patre viuētē in suā
potestatem receptis nūtio de patris excessu accepto,
ipse post trigessimū diē, quo Aquitania digressus
est, Aquigranū venit. Vbi à proceribus Frācis, qui
illō visendi noui regis, atque imperatoris gratia cō-
uenerāt, cōsalutatus imperator, ad patris monumen-
tum Deo preces ritu Christiano supplex habuit.
¶ Carolus verō ob vitæ merita in numerum sancto-
rum relatus esse à plerisque creditur, cui etiā loci in-
colæ diem festum agūt. Idēque ab ecclesia Romana
permitti Hostiis iuriconsultus tradit. Quo exem-
plo Ludouico xj. Carolū à Parisiēsis colli nostra
æate imperauit, missis vicatim nuntiis, qui diem fes-
tū celebrari populo indicerent, pœna capitis repu-
gnatibus indicta. Hæc ille. Talis ergo sententiā prin-
cipis multum facit, & eius consuetudinem trahimus
in causis iudicandis, licet non sit ius scriptum. tex. est
not. quem ibi ad hoc cōmendat Bald. in l. nemo. C.
de epis. aud. ¶ Quia quoties sententiā principis venit
ad declarandū aliquod dubiū iuris, prout erit in ca-
su nostro, talis sententiā ius facit quo ad omnes. & nō
solum habet vim sententiæ, sed etiā generalis statuti,
quod est speciale in sententiā principis. tex. est quem
ibi not. Bald. in l. imperialis C. de legi. Nec huic opi-
nioni obstat aliqua iura feudalia, nepotē vocātiā ad
successionē: quia loquuntur, vbi nepos vocaretur ad
successionē aut accumulatiuē cū patruo, vt in feudis
diuiduis, quando nō vigeret cōsuetudo de primoge-
nito succedēdo solo. Quo casu seruaretur ius cōmune,
sicut in successione patrimoniorum. Sed in feudi-
bus indiuiduis, vt sunt regna, ducatus, & comitatus,
aut vbi viget dicta consuetudo: quia tunc nepos cū
patruo non cōcurrat accumulatiuē, sed priuatiuē &
exclusiue, & agitur de altero præferēdo tūc patruus
nepotem excludit, vt dixi supra in principio huius
secundæ opi. vbi ponitur ratio. Et in hac opi. magis
videtur inclinare gl. in prin. pragmatice super ver-
bo, primogenitō. Et in ti. de numer. & qualitate Car-
di. super verbo, fratres. Et Lucas de Penna post lōgā
& magistralem ad partes ambas disputationem in l.
tyrones. C. de tyro. lib. xij. Tamen inclinare rationa-
biliter

biliter videtur, hoc verū esse, data inter eos paritate.
Aliās vtilior & virtuosus præferretur, vt de rege Ro-
berto dicitur. Videtis quæstionem hanc latissimē
per eandē disputatā, & pro patruo concludentē in
l. j. C. de priuileg. eorū qui in sacro pala. milit. eo. li.
& consuluit Alex. in iij. parte, consi. iij. incip. Pon-
deratis verbis testamenti. dicens, qd semper sequutus
fuit hāc opinionē pro patruo, melioribus rationibus
fundatā, & magis cōmunē. Et ita pronūtiavit Papa
Bonifacius pro rege Roberto contra regē Vngariæ
eius nepotē ex fratre suo primogenito. Hanc etiam
opinionē allegatiuē discurrendo tenuit Oldr. sibi ipsi
contrarius cōsi. xciij. incip. Elegāter circa negotiū.
198 xvj. col. plura allegā pro hac parte iura. ¶ Tertia
fuit opinio Bald. in l. vt intestato. C. de suis & legit. 200
hæred. duarū præcedētū cōcordatiua, vbi resolutiue
loquēdo in hoc pūcto distinguit, quod aut patruus,
& sic filius secundogenitus est natus ante nepotem,
id est, ante filium primogeniti, & succedit nepos filius
secundogenitus, non autem nepos ex primogenito
filio. Aut nepos ex filio primogenito nascitur ante
filium secundogenitū patruum suū, quod esse potest
quādoque. Et tunc si cōsuetudo est per hæc verba, qd
filius primogenitus succedat, præfertur patruus. Et
sic filius secundogenitus. Aut verba consuetudinis nō
dicunt, qd filius primogenitus succedat, sed dicit sim-
pliciter, qd primogenitus succedat, & præfertur ne-
pos ex filio primogenito præmortuo, nō iure alicuius
transmissionis, quia filius qui decessit vno patre
suo nihil trāsmittere potuit ad filium suum, cūm quāsi
caduca nō trāsmittatur, nec incerta. C. de cadu. tol-
len. l. vnica. §. pro secundo. & §. finautē. aliquid sub
conditione. Si autē non appareat de verbis, tunc na-
tura plus influit in filio, quā nepote, & ita seruatiū
fuit in Rege Roberto, qui prælatu fuit filio fratris
primogeniti in successione regni Siciliae, sed hoc fuit
ob publicā vtilitatē regni, & propter immēsam sa-
pientiam dicti regis Roberti, qui fuit secūds Salomō
& quia sufficiebat regi Vngariæ regnum suum, cūm
decens nō esset, quod in ecclesia Dei esset duplex, se-
cundū Bal. vbi supra dicens hanc suā distinctionē
consuetudine approbari, per tex. in l. ij. §. ita seruatiū
cum constitutionibus. ff. de excus. tuto. Et secundū
hanc refert Alex. semper cōsuluit in iij. parte cōsi.
iij. iij. col. de quo dixi. Sed nunc quid inter tantos
dicant? Aut quorum opinione eligam, profectō nō
opis est nostra, vbi dux iuris licentia Oldr. & Bal.
sibi ipsi contrarij fuerunt, ac moderni legū vertices
Alex. & Iasō in d. l. maximū. C. de libe. præte. tacue-
runt in tanta difficultate neutram dictarum opin. in
lectura eligendo, sola remissione contenti. [Si in
lectura hanc partem tenuisset Alexander, vbi legen-
do neutralis videtur, multos præferim me in suam
opinionē traxisset. Sed quia cōsulendo hanc partem
tenuit, non propter hoc moueor. Sunt enim consilia
ferē suspecta, qd fauore patris, vt ei complacere cōsu-
lens trahatur, vt à simili dicit Fely. de Panor. loquēs 202
in c. cūm ex officij. de præscrip. dicens, qd libet ei
sequatū fuisset, si hoc motu proprio in lectura, & nō
cōsilio extorto ab archiepiscopo Florētino dixisset:
tamen casus noster non restat sine dubio.] Tamen
199 probabilior ¶ & magis consona iuri mihi videtur
prima opinio, pro nepote primogeniti præmortui,
maximē in regni successione, qd natura disposuit:
quia primogenitura est dignitas in filio regis prima
post regē filio iam cōpetens in vita patris iure inse-
parabili ipsius sanguinis proueniēs. ideo mortuo pri-

mogenito, ille qui ei succedit in sanguine naturaliter
succedit in dignitate primogenituræ filio, dū viue-
bat iā cōpetere & in esse producta, & excutata in-
omnibus seu maiori parte iurū, & prerogatiuarum
primogenituræ, sicut in cundo, sedēdo & sic de aliis
iuribus, de quibus supra dixi. Adēd, qd vt supra vi-
distis, patre adhuc viuente vocatur Rex, & in domi-
natione paterna habet aliquam specialem preroga-
tiuam, saltē capit nomē speciale, ita qd filius baronis
communiter appellatur baro, vt per experientiā vi-
detis, quæ omnia iura nascēdo filius adeptus sumat.
Ob quod, vt dixi, Iacob plantam Esau pœna scētis
tenebat instinctu diuino cum retrahere volens. Vi-
deatis Bal. in d. l. ex hoc iure. in dicta vj. quæst. & Pa-
nor. allegato consil. lxxxv. ¶ Sed an filius genitus
antequam pater regnū adipiscatur, debeat in regno
præferri filio genito post regnū adeptum. gl. Cy. &
Io. Fab. in d. l. imperialis. §. his illud. C. de nup. dicit
qd antē natus nō succedit in regno, sed succedere de-
bet primogenitus de post natis: quia filius natus ante
non cōsetur esse de filius regis, cūm tēpore suæ nati-
uitatis pater nō esset rex, per tex. in d. §. his illud. fa-
cit l. senatori. C. de dig. li. xij. & l. quicūq; C. de Prin-
agen. in rebus. eo. lib. facit quod not. Bar. in l. ij. §. in
filiis. ff. de decurio. & expressē hoc decidit in l. cū fa-
tis. in fi. C. de agrico. & cōsi. li. xj. vide Fely. in c. pru-
dentia. de offic. deleg. vbi videt cōcludere, qd nobi-
litas nō tranfit ad liberos ante adeptionē nobilitatis
vel dignitatis natos. l. penul. & fi. C. de decuri. lib. x.
201 ¶ Et ita vidi pluries concludi per nostros Tholosana-
nos, qd nobilitas, qua domini de capella Tholosana
sunt decorati, & sui per rectam lineam descendentes
ex priuilegio, nō prodest nec cōmunicatur filiis a te-
capitulatum per patrem adeptum natis. [Quo ad
enitandum pœnas, ac si filij capitulariorum essent,
habendi sunt ac si post capitulatum cōcepti & nati
essent, vt d. l. ij. §. in filiis. ff. de decurio. per Bar. quod
priuilegium nō perdunt, si pater dignitatem etiam
delictō amiserit per illū tex.] Alij dicunt, qd primo-
genitus ante regni adeptionem præfertur, qui cūm
primogenit⁹ reperitur tempore mortis regis patris
sui, satis ex hoc primogenitus regis reputatur. l. ij. §.
hæreditas. ff. de suis & legi. hæred. l. senatoris filium.
in fi. ff. de sena. facit l. moris. §. sed vt i. ff. de pœnis.
Attento, qd successio competit post mortem, & nō
āte. l. j. ff. de colla. bono. Sed Culi. de Cug. in d. l. sena-
tor. opinionēs cōcordat, dicens, qd secūda est vera, vbi
pater factus est rex, secundū naturalem ordinē suc-
cessionis, vt quia erat de illa stirpe regia, & sibi vene-
rat regnum per naturalem successionē, prout defertur
regnū Franciæ, ideo filius naturalis legitimatus ante
natiuitatē secūdi naturalis & legitimi succedet pa-
tri in regno, prouiso qd legitimatus fuerit per sequēs
matrimoniu inter legē, & eius cōcubinā contractū:
secus si legitimatus foret à principe. cap. vnico. §. na-
turalis. tit. si de feu. fuerit cōtro. vbi Iacob. de Bel. &
Panor. in c. innotuit. de elect. vj. col. ¶ Quid autem
de filio naturali prius genito à rege, postea legitima-
to per matrimoniu, cum eius concubina contractū
post natiuitatem filij legitimi de præcedenti matri-
monio nati, an præferri debeat in successione regni,
no. Ioā. And. in c. si pro te. de rescrip. lib. vj. in nouel-
la. & in d. c. grandi. & in regula sine culpa, in Mercu-
riali. & Héri. in c. tanta. qui filij sint legi. vbi conclu-
dunt, qd non imō præfertur in regni successione na-
tus legitimē. facit tex. in c. quāuis. de rescrip. lib. vj.
Et quod dicit Bar. in l. bonorū. ff. rem ratam habe. &
C c l e u m

l. cum decem. §. si. ff. de solu. Bald. in l. ea quam. C. de fidei. c. d. Et prepositus in d. c. per venerabilem. §. q. autem. & d. c. tanta. & Panor. in prima parte consil. lxxxv. Nam in isto legitime nato prius concurrunt ambo vincula, scilicet naturale & civile, ex quibus duobus ius succedendi quaeritur, secundum Iac. But. quæ sequitur Bal. Paul. & Sali. in l. quoties. C. de rei vendica. licet enim legitimatio retrahatur ad tempus natiuitatis, per ea quæ communiter deciduntur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthum. Tamen quia hic agitur de præiudicio alteri filij legitime nati, in quo (vt dictum est) prius concurrebat vtrunq; vinculum, talis legitimatio non trahetur retrò in eius præiudicium, secundum Ang. Paul. & Alex. in d. §. & quid si tantum. & eundem Alex. in repetitione d. l. quoties. C. de rei vendi. xliij. col. Si verò pater effectus esset rex, non ex naturali successione, sed ex proceru electione, vel aliis ex accidenti, iuxta c. venerabilem de elect. vt quia non supererat aliquis de stirpe regia, vel quia dari consuevit per electionem, & tunc erit vera & locum habebit prima opinio. Facit quod no. Bar. in l. iij. ff. de interd. & relega. ¶ Restat ergo ad propositum nostrum conclusio, quod ista consuetudine, vel statuto de primogenitis succedendo, dignitas & successio erit tunc filio primogenito præcipue, adeo quod non poterit pater de ipsis quouis modo in fauore aliorum filiorum disponere, vt l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. cum etiam in eis legitimam non habeant. Quinimò plus dicunt aliqui Doct. quod etiam iusta causa ingratitudinis interueniente non possit pater primogenitum regno vel alio feudo priuare, præsupposita dicta consuetudine, cum primogenito de beatur successio vi consuetudinis, potius quam iure successione & beneficio patris, vt d. l. si seruo fidei. c. omi. & l. testamento domini. ff. de hæc. insti. & d. l. si arrogator. ff. de adop. quod tamen non crederem verum, imò pater iusta causa interueniente possit filium primogenitum exheredare & priuare prærogatiua primogenituræ, & in alterum tuas transferre dominationes non obstante consuetudine integræ successione ei deferente, vt patet Genes. xlix. vbi Iacob abstulit primogenita eius filio Ruben: quia eius violauerat torum, & ad cubile patris sui ascenderat, vt habetur Genes. xxxv. Cum enim deberentur ei primogenita quo ad duplicem portionem in paterna hereditate, illa duplex portio translata fuit in Ioseph, & eius liberos, vt habetur Genes. xlvij. Secundo, cum ei deberetur regnum eius patri promissum. Gen. xxxv. dignitas illa regia translata fuit in Iudam, vt habetur j. Paralip. v. c. Tertiò, cum ei deberetur sacerdotium, vt patet Genes. xlvij. Translatum fuit in Leui alterum fratrem. Et dictus Ruben ingratu de hereditate patris non habuit nisi vnicam portionem tanquam alter de minoribus. ¶ Quod rex minorem filium maiori ex causa præferre possit, est tex. iij. Reg. j. cap. vbi Adonias primogenitus David, eo quia sibi usurpauerat regnum viuente patre, iuxta illud Ouidij, lib. j. Metamorpho.

Filius ante diem patrius inquit in annos, &c.
Fuit regno à patre priuatus, & datum fuit regnum Salomoni filio postgenito ex Bersabee, quæ vxor fuerat Vriæ. ¶ Plus videmus, quia pater filium ingratum non solum priuare potest bonis, imò poterat olim eius perdere personam, vt habetur Deut. xxj. circa si. ibi. Si genuerit homo filium cõtumacem, qui non audierit patris ac matris imperiũ: & coërcitus obedire cõtempserit, apprehendat eum, & ducent ad se-

niores ciuitatis illius, dicatq; ad eos, filius noster iste proteruus & cõtumax est, monita nostra audire contemnit, comestrationibus vacat, & luxuriæ, atq; cõiuiiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur &c. Vtinam cogitarent ingrati ingratitudinem specie esse superbia, quæ columnas celi de summo ad ima deiecit, vt patet Esaiæ, c. xliij. Et Phaeton cecidit superbus, vt Ouid. refert ij. lib. Metamorph. Et Dedali filius aëra scandere volens præcipitatus est. Romani quoque sua superbia subiecti sunt. Et Aman cum propter superbiam adorari vellet, in patibulo suspensus fuit, quod innocenti parauerat Machabæo, vt patet Helter vj. Niquid superbia Babylonis linguas diuisit, & volentium turrim ædificare ad cælum vsque per linguarum confusio hæc humilita est & destructa, Gen. xi. Propter enim superbiam Balthasar filius Nabuchodonosor rex Babylonis interfectus est. Et Nabuchodonosor à folio deiecit, & in dith ij. & Daniel. iij. Nichanoris superbia debellata fuit ij. Mach. xv. Et Antiochus sua propter superbiam insanabili plaga à domino percussus est, vt habetur ibidem ix. cap. Postremo Absalon ingratu ambiendo regnum patri detrahens, scilicet sanctissimum Davidi genitori suo ij. Reg. xv. statim deiectus in arbore quercus suspensus lanceis transfusus fuit, vt ibi dicitur xvij. c. ¶ Et Crannus Clotarij Francorum regis filius, Clodouari protochristiani regis nepos, per rebellionem patri factam bello interceptus cum vxore & liberis fuit cõbustus, de quo Gagui. lib. j. c. fi. & lib. ij. c. j. Clotario, inquit, iniqua iterum fortuna aduersata est. Nam maribus liberis septem & foeminis duabus cum beatus hominum opinione haberetur, Crannus patri cõtumax exitit. Clotarius autem Cranni temeritate, vlcisifer perseverat. Ratus plus audere in eum ceteros, si repugnante filium non flecteret. Habito igitur delectu militum in rebellem progreditur, & Conobaldum Aquitaniam regem, illius coadiutor, cum in sacellum diui Martini se Clotarium fugiens recepisset, neq; inde vllis pollicitationibus educi posset, immisso igni pariter cum sacello cremavit, quod non multò post tempore rex iussit instaurari. Mox Crannus adiutore Britonum comite Cenabato & milite, patri filius nocens & armatus occurrit. Sed non ignarus pater, quam dubius sit belli exitus, Dei ante omnia opem implorans: Iuste Deus, inquit, aspice, & quod David regi de filio Absalone iudicium fecisti, mihi impartito. Atq; ita in prælium vtraque acies cõcurrit, fugati profligatq; sunt hostes, inter quos bona Britonum pars caesa est, Cranno cum vxore & liberis intercepto, quæ in scæno per licetore alligatum cremari cum vxore, & liberis duobus rex iubet. Huiusmodi supplicio Crannus pœnas soluit cõceptæ aduersus patrem rebellionis. Hæc ille. Et deinceps ex Ludouici Pij testamento, Carolus ex Iudith secunda eius vxore filius Caroli magni nepos, qui postea Carolus Caluus dictus est, ob suorum scilicet Lotharij & Ludouici Baroari antiquiorum fratrum ingratitudinem, ac in patrem commissam rebellionem, Metis in diui Stephani templo more regum vnctus rex Francia, ac deinde à Ioanne viij. pönfice Romam prope vocatus, Cæsar appellatus est dignitate imperiali insignitus, vt lib. iij. & v. narrat idem Gaguius. Præterea hoc potest fieri probatur iure isto canonico, per tex. elegantem in d. c. licet. de voto. vbi per non implentionem onerum filio per patrem iniuctorum primogenito, idem filius priuatur regno, & iuribus primogenituræ. Hoc idem probatur iure ciuili, quonia iura, quæ dicunt patri licitum

tum esse filium exheredare propter ingratitudinem à filio cõmissam, loquuntur indistinctè, nec excipiunt primogenitos. C. de li. præte. auth. nō licet. & in auri. the. vt cum de appel. cog. §. causas. ¶ Præterea videmus, quod filius ingratu etiam priuatur legitima, quæ non minus debetur cuiilibet filio, quam tota hereditas primogenito: imò fauorabilius debetur. Igitur primogenitus propter causam ingratitudinis priuari poterit iure primogenituræ, sicut quilibet alter filius priuari potest sua legitima. l. cum quaeritur. C. de inoffi. testa. Alias sequeretur absurdum, quod qui plus beneficij consequutus esset, aut cõsequi speraret, de ingratitudine non puniretur, quod esset cõtra tex. in l. 209. presbyteri. C. de epif. & cler. volentē talē multo magis puniri. Dicere enim potest pater ad primogenitum ingratu, quod dixit sanctissimus Patriarcha Iacob Ruben eius primogenito allegato Genes. xlix. Tu fortitudo mea, & principium doloris mei effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascēdisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. ¶ Cogitare potest debere primogenitum humanæ naturæ, scilicet Cain propter ingratitudinem, & leges Dei patris summi violatas fuisse maledictum, æternamq; successione meritò priuatum, vt habetur Genes. iij. Or iustissimè fecisti dū Valerij pari vindicta parētū ac Deorū violatio expianda est. Vnde restat vera conclusio, quod potest filius primogenitus ex causa iusta ingratitudinis patrem exheredari, & primogenituræ priuilegijs priuari, sicut posset quicūq; alius priuari iura legitima, vt pulchre consulu Old. alleg. cõsil. xciiij. xvij. col. Et est de mēte Io. And. Imo. & Doct. in c. gradi. Adde quod ita fuit in Parlamento Tolosæ iudicatum die vlt. Mar. 210. anno domini M. cccc. vj. ante Pascha in causa successione domus de mōte Bardona, in qua totaliter succedere debebat ex cõuentionibus matrimonialibus Philippus primogenitus. Tamē propter multas ingratitudines cõtra patrem committas, fuerunt per patrem dictæ cõuentiones reuocata, & filius per patrem declaratus inhabilis, & cõsequēter eas locū non habere, cum expressè si habilis esset, hereditatē ei de ferebant, & ingratitudo non reddidit inhabilem, vt dixi in verbo, & vxorem. circa fin. quarti articuli. Et fuerat Fraciscus secundogenitus à patre in testamento hæres institutus, qui per Arrestū dictis pactis ac patriæ consuetudine de primogenito succedendo inter nobiles vigente, non obstantibus fuit in possessione hereditatis manutentus, ita quod dicto Philippo primogenito seu capitulo ecclesiæ metropolitanæ Auxis, eius heredi non remāst nisi illud, quod pater gratiosè eidē Philippo reliquerat in testamento. Et si nihil reliquisset, nihil habuisset: quia potuerat ei ex iusta causa auferre omnia: imò si pater (vt fieri inter nobiles solet) in cõtractu matrimonij sua bona dedisset primogenito seu primò nascituro ex illo matrimonio, si habilis esset ad succedendum, talis non succederet, si ingratu fuerit, cum ingrati sint ad succedendum inhabiles, conquereute donatore. l. fina. C. de reuodona. & c. si. de donā. Nec teneret hoc casu donatio causata, id est ad causam matrimonij facta, quæ communiter propter ingratitudinem non cassatur, de quo plenè ibi habetur: quia potuit donator suam modificare donationem. l. in traditione. ff. de pã. Sed sine causa legitima ingratitudinis, non possit ei pater auferre primogenita, & dare alteri filio, secundum Panor. in consilijs. §. in princ. alleg. Præsertim in ij. parte cõsil. iij. col. iij. & est tex. rotundus Deut. xxj. c. iuperius allega. vbi sic habetur. Si habuerit homo vxores duas,

vnā dilectam, & alterā odiosam, generitq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritq; substantiam eius inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ primogenitum facere, & præferre filio odiosæ. Sed filium odiosæ agnoscat primogenitum, dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste enim est principium liberorum eius, & huic debentur primogenita & c. Nā odiū paternū vel maternū nō est iusta causa exheredandi filium. l. si quis in suo testamento. C. de inoffi. testa. in fin. Vnum tamē circa præmissa tenebitis mēti, quod decidit in dicto lib. vinea ecclesiæ, vbi dicitur in xix. cõclusionē primi tractatus. Quod dominus Delphinus Viennensis primogenitus Francia exheredari non potest, nec regno priuari, etiā propter ingratitudinem, cum regnū non habeat ex persona patris, sed sola regni consuetudine regnum ei deferente, vt ibi concluditur. Cogitabit tamē si hoc sit verū: quia quilibet filio hereditas paterna debetur etiā iure diuino, qui tamē propter ingratitudinem excludi potest, vt patet ex præmissis, & plenius videbitis §. super isto eodē verbo. ij. An autē cessante cõsuetudine possit pater de iure cõmuni disponere, quod primogenitus succedat in feudis ceteris liberis exclusis, plenè cõsuluit Paul. cõsil. clxij. & not. plenè Barba. §. de feu. in rub. vj. col. ad prædicta etiā videatis, quæ consuluuit L. Roma. cõsil. xxix. De hac materia primogenituræ habuistis aliqua, scilicet an & qualiter repudiari & renūciari possit. s. eo. in verbo, *Duas habens filias*. in quarta specie pacti futuræ successione, & quinto casu fallentia. Ex quibus omnibus videtis, quod multum prodest primò nasci. ¶ Aliquoties magis prodest vltimò nasci, vt est videre in casu l. Arethusa. ff. de sta. ho. vbi Bald. in iij. not. ij. lecturæ dicit, quod sicut est reperire ius primogenituræ: sic etiā ius vltimogenituræ, vt ibi, & Imperia. §. his illud. C. de nupt. Idē dicit aliqui in c. j. de parochiis. j. per illū tex. quod licet in familiaritate iudicio seu illius executione primogenitus diuidat hæreditatē paternā, tamē iunior frater & vltimò natus prius eliget, & partē suam capiet. Sicut fecisse dicitur Abraham, qui erat senior ipsi Lot iuniori, Genes. xliij. Non sit obsecro, inquit, iurgij, & rixa inter me & te, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra ante te est, discede obsecro à me, si tu in sinistra teris, ego in dextra vadā. Ex quo tex. (vt Aurelius inquit Auguft.) orta est cõponendæ pacis cõsuetudo, vt quādo diuidendū quippiā fuerit, maior diuidat, & minor eligat. Sed sanior & magis cõmunior opi. est in contrariū, quod imò primogenitus eliget priore loco, non obstante tex. in d. c. j. vt ibi per Panor. & Doct. & Angel. in §. quædam. in ff. de actio. vbi videatis. & latissimè per Iasonē. in l. vij. col. ff. de reb. credi. Facit tex. singularis in c. j. de cõtro. feu. apud pares termi. vbi in consilijs dandis dignior, id est, senior primò loqui debet, vbi Bal. in ij. nota. adducit tex. in ecclesiastico. Loquere maior natu, cui pertinet primū verbū habere, quod dicit singulare Ludo. singul. lxxxj. Or quicquid de iure, tamē de inueterata cõsuetudine prima opinio, quod iunior eligat, seruat, secundum Guid. Papa, quæst. cclxxxix. videatis Bar. & Alex. in addi. in l. j. C. de his qui se deserunt. lib. x. ¶ Decimononō, limitabitur dictam regulam non habere locum, vbi pater totum suum patrimonium per verba cõmunia (quale est verbum relinquo) inter filios diuisisset. Quonia eo tunc talis diuisio vim habet institutionis factæ per verba directa. gl. est singularis in l. quoties. C. fami. cercif. secundum Ang. & Imo. in l. j. §. si ex fund. ff. de hæred. C. c. ij. instit.

instit. facit l. his verbis. eo. tit. Nam tunc cum no appareat de alio herede vniuersali, omnes ceteri heredes instituti. l. pariteribus. C. de inoff. test. Cu quib transit Alex. in l. na quod. §. no omnis. iij. col. ff. ad 213 Treb. ¶ Vicefimò limitabitur dicta regula locum no habere, vbi pater reliquisset filio aliquid, puta de cem iure benedictionis, vt saepe rustici faciunt. Et ta belliones imperiti sapissime ita scribunt. Pro quibus facit tex. Genes. xxvij. vbi Isaac benedictione dedit filio suo. Iacob. Et intelligitur ibi ex hoc dedisse ei successione. Ita singulariter sentire videtur glo. j. in l. quoties. ff. de hered. insti. relata ad tex. §. allegat. & xxij. q. ij. quæritur. §. ite opponitur. vbi in iure benedictionis venit ius successionis. Ad quod facit quod superius dixi in xvij. limitatione. in prin. Sed in contrariu dicit Alex. in d. §. no omnis. iij. col. in fi. & consuluit in ij. parte. cõsi. lxx. incip. Viso cõsilio per me reddito. iij. col. referet Imo. sic tenuisse in d. l. his verbis. §. si. ff. de here. insti. dicens per talia filiu no videri institutu, imò testamentu fore nullum. idẽ tenet Iac. in auth. nouissima. ix. col. C. de inoff. testa. Similiter cõcludens dicta verba no trahi ad institutio nẽ. Et hæc opinionẽ puto verã per ea, quæ plenẽ dicta fuerit in j. & ij. limitationib. & per tex. in d. §. aliud quoq; capitulu. in Auth. vt cum de appel. cog. vbi reperitur certa forma data, quam non licet transgredi. Ad hoc facit, quod eleganter dicit Bal. in proœmio. §. pen. col. in fi. vbi dicit, qd pater maledicẽdo filiu cũ causa legitima, & sufficiens ad exheredationem non videtur ipsum exheredare. Cùm & benedicendo non dicatur cum instituere. Quia verba dignationis & indignationis no disponunt quod sonant, secundu Iac. in d. auth. no licet. C. de lib. pte. in prin. & in d. auth. nouissima & plenius in l. si pater. ij. col. C. de hered. insti. vbi tenere videtur cõtra 214 rium. ¶ Vigesimo primo, limitabitur regulam nostrã locu non habere, vbi pater coactus fuit, & astrictus statuto ciuitatis soluere condemnationẽ, ita qd pro cõdensatione filij legitimã dedisset filio cõpetẽ tem in suis bonis, iuxta ea quæ not. gl. C. de decre. de 215 curio. super rub. l. x. ¶ Quonia eo casu, pater postea testãdo non tenetur filio aliquid relinquere iure institutiois, nec alio titulo postquam semel suam habuit legitimã, quã delinquẽdo cõsumpsit, vt eleganter dicit Bar. in l. si cum dotem. §. si post solutu in fi. ff. solu. matr. Cum quo transit ibi Bal. dicens hoc pbari per l. si quãdo. §. j. & ij. C. de inoff. test. Et idẽ est vbi, cessante statuto, pater coactus fuisse per iudicẽ soluere pro filio cõdensationẽ ad euitãdũ pœnã capitalẽ mortis, vtputã, si filius esset pœna mortis dånatus, nisi soluat centum. Quo casu, filio existẽte paupere, & bonis penitus carẽte, teneretur pater secũdũ aliquos, & per iudicẽ cogi posset filio soluere legitimã in vita pro soluendo cõdensationẽ Et sic eum liberare à pœna mortis: quia si in casu indigentia, teneretur filium alere, ne fame pereat, à fortiori ipsum tenetur redimere à pœna mortis, sicut tenetur filius è cõuerso, vt in auth. si captiu. C. de episc. & cler. (Additio.) Et ita teneri vidi & audiui magnifico, & illustri viro domino Guidoni de Rupeforti iuris aquila, cancellario Franciæ, anno domini M. cccc. mense Octobri renẽdo cancellaria Nanetis in expeditione quarundã litterarũ. Nam in his casibus pateritio filij testamẽtu patris no reddit nullũ. l. cõ quod. §. ff. ad leg. Fal. Potest enim pater prauocire 218 tẽpus in solutione legitimæ, licet filio non debeatur effectualiter, nisi post mortem patris, vt l. j. §. si impu-

beri. ff. de colla. bo. Nisi filius Iudæi in fidẽ cõuerteretur: quia ei tũc etiã in patris vita deberet legitimã, quã effectualiter petere posset, secundũ Ioã. de Ana. per illum tex. in c. Iudæi. le. ij. dum dicit, melioris. de Iudæis. nam per illũ tex. Iudæi in fidẽ cõuersi sunt melioris cõditionis, quã illi qui semper fuerunt christiani. Facit tex. in l. cognouimus. C. de hereti. vbi pater infidelis tenetur relinquere filio fideli, perinde ac si no mutasset sectã, nedũ in morte, sed etiã in vita sua, quod est notandum, quia alibi no reperitur scriptũ secundũ Fely. in d. c. Iudæi. Et idẽ in casu c. cum scimus. de reg. vbi, viuente patre, filius petere potest legitimã. Et præmissa, qd pater testando no tenetur filio aliquid iure institutionis relinquere, pro quo soluit legitimã, intelligatis vera, si pater coactus soluit pro filio legitimã in suã condemnationis satisfactio nẽ: puta (vt dicitur est) ¶ quia iudex vel statutũ ciuitatis cũ arbat ad hoc faciendũ, secundũ gl. in d. rub. de decretis decurio. Quod qualiter intelligatur videatis plenẽ Bar. in quadã per eum disputata questione incip. Perusina ciuitatis statuto cauetur. & plenẽ in l. Stichus. ff. de pec. leg. & Bal. in l. si. C. de vlt. rei iud. §. & cum antiquitas. prope si. vbi pulchra per eum. & Alex. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. & Panor. in c. ij. de deli. puerorum. Nã valet tale statutum, etiã si diceret, qd filio delinquẽte pater & ceteri de agnatione de delicto teneantur pecuniariter, secundum Bar. per illum tex. in l. iure prouisum. C. de fabri. l. x. Et dixi super verbo. *duas habes filias*. in iij. art. successiois ab intestato. in fi. Quia hoc fit, vt pater magis sollicitus sit castigare filium, & ceteri de agnatione curent ne quis de suis delinquat. Sicut est statutũ Florentiã: quod quidẽ statutũ est rationale, quãuis no laudabile, secundum Bal. in l. j. C. res inter alios acta. imò sunt talia statuta odiosa. & per consequens sunt restringenda, & strictissime interpretanda, secundum Bal. in Auth. si captiu. C. de episc. & cler. de hoc plenẽ videatis per Iac. in l. si quis in suo. §. si. C. de inoff. test. & in l. de quib. xix. col. ff. de legi. facit gl. in Authen. vt nulli iudi. §. quonia, qui loquitur de potestatis, qui puniunt totã cõtratã pro aliquo delinquente, vt familiaris audacia referentur. Videatis plenẽ Io. de Pla. in d. l. iure prouisum. C. de fabri. lib. xj. De validitate huius statuti est tex. melior de iure in d. c. ij. ibi, secundũ cõsuetudinẽ illi terræ. de deli. pue. Et adẽdõ valet, qd no audiretur pater vt pœna solutionẽ euaderet, si filiu in carcere, vt pro suo puniatur delicto, representaret. Cùm pater dare filium no possit p noxa. insti. de noxa. §. si. secundũ Bal. singulariter in l. si. §. j. C. de vlt. rei iudi. Dũ tamẽ tale statutũ fuerit factũ à ciuitate, secundum gl. in d. rub. C. de decre. dec. l. x. Quia no valeret, si factum foret ab vno particulari collegio, puta mercatorum ciuitatis, secundum Bal. in l. ij. C. de cõsti. pec. Præterea valet vt pater teneatur pro delicto filij a dulti. secus p delicto filij pupilli, vt d. c. ij. Et pro delictis infra territorium statutum cõmissis, secus si alibi cõmitterent, secundum Bar. in tract. reprobata. in iij. q. j. q. princ. Bal. in l. j. C. ne filius pro patre. Sali. in l. si filio. e. tit. & Ang. in §. actiones autẽ. insti. de actio. Et qd pater teneatur pro filio pœna pecuniaria, secus in pœna corporali, secundum Iac. plenẽ in d. l. de quib. xvij. & xix. col. & in Auth. nouissima. ij. col. C. de inoff. test. & Alex. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. substit. vbi plenẽ. ¶ Pariter valet statutum, qd quis teneatur pro delicto seruitorũ, secundũ Bar. in l. j. §. familia. ff. de publica. ¶ Sed hoc fieri non posset per pactum vel

vel aliam priuatã dispositionẽ, vt quis puniatur pro facto alterius, quia iniusta & iniqua testatorũ mandata seruanda no sunt. l. paterfa. testamẽto. ff. de heredi. insti. ideo no potest testator mihi relinquẽs fũdũ me illo priuare, si me pater molestauerit. nec valeret pactũ qd pater cadat à feudo propter delictũ filij, quã esset iniustũ, arg. d. l. pater. quẽ ad hoc est multũ singularis, secundũ Bal. in l. j. C. de his quæ pœnã nomine. quia pœnã suos tantũ debent tenere delinquẽtes, aliã sunt iniustæ & sine causa impostæ, nec valent. ¶ Et econtrã valet statutũ, vt bona filiorũ & vxoris, ac etiam ip si filii quãuis emancipati possint capi pro delicto fallentiã patris, scilicet quãdo pater fallit seu cedit foro. l. i. C. de primipilo. lib. xij. Nam propter gemitũ vxoris aut filiorum vestes pretiosas ornamenta qd pretiosa petentũ, plures substantia lapsi cedũ foro. Præterea amore cõiugis & filiorũ, saepe homines retrahũtur ab illa fallentiã. de quo plenẽ in d. l. si. & per Imo. & Panor. in c. ex parte. de cõsuet. in 219 si. ¶ Et sic vbi pater statuto coactus soluit pro filio, cõputatur in legitimã, vt dicitur est. Secũ autẽ esset, si pater voluntariẽ soluisset pro filio cõdensationẽ, sola misericordia motus, iuxta not. in d. Auth. si captiu. C. de episc. & cle. quonia tunc talis solutio no cõputatur in legitimã, in l. liber captus. C. de capt. secũdum Bal. in l. omnimodo. §. impub. vbi plenẽ. C. de inoff. testa. & in Auth. cõtra rogatus. C. ad Treb. ¶ Si autẽ pater voluntariẽ assignasset filio legitimã, vel aliquid in pecuniã, & filius assignationẽ suscepisset, & demũ omnia ludẽdo dissipasset, aut meretriciãdo: pater no teneretur iterũ ad legitimã, vt fuit de mente Bar. & Bal. in d. §. post solutu. & no. B. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. B. r. & Bal. in Auth. ex testamẽto isto eo. tit. & in d. Auth. si captiu. & in l. fancim. §. j. in vj. q. C. de inoff. testa. & est bonũ tex. Lucr. xv. c. vbi filio primogenito conquerenti de fratre suo iuniorẽ, qui partẽ sibi à patre assignatã dissipasset, pater respondit: Fili tu semper mecũ es, & omnia mea tua sunt, quasi dicat, Fili turbari non debes, si ad sola alimenta recipio fratrem tuũ, qui partẽ sibi datam prodigauit, & dissipauit. Quonia omnis proprietates bonorum meorũ tua est, & ipse aliud habiturus no est de bonis meis. Similiter si pater assignauit filio voluntariẽ legitimã in vita, no possit postea ille filius aliquid plus petere mortuo patre, etiam si facultates patris post assignationẽ filio factã fuissent augmentatæ, secundũ Iac. Burr. in l. pactũ. C. de colla. quia de illo augmento nihil petere poterit. Sed Bald. ibi contra, & in l. quãuis. C. de fideicõ. Alex. in l. in ratione. ff. ad leg. Falciã. & Iac. in l. cum quæritur. & in Auth. nouissima. C. de inoff. test. vbi tenet indistinctẽ filium posse de augmento bonorũ legitimã petere, licet Bal. in d. l. ij. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. & in d. l. si. C. de vlt. rei iud. & in Auth. res quæ. C. cõmunia de le. sibi ipsi cõtrarius tenuerit dicitur Ia. Bur. Ad hoc facit: quia talis legitimã assignatio per patrem voluntariẽ filio facta, & per filiu acceptata, no plus potest operari quã renuntiatio, ac si filius bonis paternis cũ iuramẽto renũtiasset. Quo casu esset exclusus etiã à petendo legitimã, vt late dixi super verbo, *Duas habes filias*. & hac notula. in x. limitatione. 224 Sed talis renũtatio iurata no extẽditur ad tale augmentũ bonorũ post renũtiationẽ acquiritorũ, vt expressẽ dicitur Bal. in c. cum Martinus. per illũ tex. §. de consti. vbi singulariter dicit, qd filia quæ dote contenta cũ iuramẽto renũtiant bonis paternis, petere non prohibetur augmentũ sui legitimã de superex-

crecentibus bonis, si post iuramentũ facultates patris fuerint augmentatæ. Quia iuramentũ & minus assignatio per patrem facta ad hoc se non extendit, cum tẽpore illo facultates postea superexcreuerint, scilicet ignorarentur. Et tales renuntiationes non extẽduntur ad ignoata, vt pulchre dicitur Fely. in c. in presentia. super verbo, iuramento. iij. o. de proba. facit tex. in l. tres fratres. ff. de pa. Et hoc puto esse verius, scilicet qd per assignationẽ legitimã per patrem filio acceptanti voluntariẽ factã non impeditur filius legitimam petere de postea superexcrecentibus bonis. Quãuis Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. voluerit opinionẽ cõcordare dicens opinionẽ Iac. But. esse verã, vbi pater assignasset filio integrã legitimã, vt tunc de bonis augmentatis nihil petere possit, secus si habuit minus legitimã tẽpore assignationis. arg. l. si quãdo. §. illud. C. de inoff. test. Vnum tamen eniã in hoc mœti tenentur, qd si pater voluntariẽ assignauerit filio suis legitimã in vita, cũ hoc facere non teneretur, tales filij, quãuis in patris potestate cõstituti, poterunt inter se de rebus sibi assignatis disponere, ita qd inter eos orientur naturalis & ciuili obligatio, ac si in patris no esset potestatem. Quia in rebus suis pro legitimã assignatis habent ius plenum, sicut filia in dote. l. Pomponius. ff. famil. erc. secundum Bal. in l. cum oportet. §. no autẽ. prope. fi. C. de bonis quæ libe. quẽ sequitur Iason in repetitione l. frater à fratre. xvij. col. ff. de condict. indeb. Præterea obliuioni no dabitur quod dicit Bal. in l. ij. §. j. ff. soluto matr. Et in dicta Auth. si captiu. dicit l. fancimus. ¶ quia no obstante, quod filius culpa sua legitimã perdidit, non potest tamẽ pater ei denegare alimenta, arg. l. libertus qui operarum. ff. de operis liber. secundum primũ intellectum. vbi licet patronus perdidit ius succedẽdi libertõ, tamẽ non perdidit ius petendi alimenta. Quod singulariter limitat verum Bal. in dicta Authen. contra rogatus. C. ad Treb. vbi filius culpa leui, putã fragilitate & imperitia iuuenili, quæ vt plurimũ inest naturaliter iuuenibus, iuxta illud Philosophi in suis Ethicis. Nemo iuuenes eligit iudices: quia non constat eos esse prudẽtes. facit tex. in l. j. ff. de mino. partem sibi assignatã dissipasset, quæ no sibi imputatur. Cùm sit dominus etiã viuo patre. l. in suis. ff. de lib. & posthu. allegat l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. facit tex. allegato. Lucr. xv. c. idẽ tenuit Spec. in ti. qui filij sint leg. §. j. ver. sed pone, vbi dicit, qd licet iuri alimentorum renuntiarĩ non possit. l. cum hi. ff. de tract. & l. de aliment. C. eo. tit. ¶ Tamen per dolum & delictũ propriũ potest quis perdere sua alimenta. Ad quod facit bonus tex. secundũ Alexã. in l. Imperator. ff. ad Treb. Ideo si filius pro dolum vel latã culpam suã dissipauerit legitimã, sibi imputabit, quia exclusus erat ab ipsa petẽda, nec habebit alimẽta cum dignus sit velut malẽ meritis, qd cõstat laborẽ, dicit tex. in l. bona fides. ff. de positi. Nec est æquũ ei succurri. qd in necessitate se dolo vel lata culpa posuit. l. fideiusor. ff. qui satisda. cogan. An autem teneatur filius ea quæ malẽ consumpsit cõputare in partem suam tẽpore diuisionis patris hæreditatis, plenẽ dicitur in di 224 ctis locis. ¶ Vigesimo secundũ limitabitur dictam regulam locum non habere, vbi testamentum reperiretur factũ secundum consiliũ Galli. Quonia eo casu licet filius non inueniretur expressẽ institutus, tamen testamentũ valeret, vt puta si testator ita testetur. Si filius meus, me viuo, moriatur, nepos ex eo sit heres. Nã cũ hoc casu nulla filio sit facta iniuria C c ij. tali

tali præteritione nõ erit testamentum nullum. Ita not. decidit Bar. in l. Gallus. §. j. in ij. opp. ff. de liberis & posth. per tex. in l. si quis ita heres instituitur si legitimus. ff. de hæred. insti. Sed dubito de veritate huius limitationis. quia omnes doct. post gl. in d. l. Gallus. communiter tenent contrariũ, supplendo ibi prout glo. supplet, scilicet qd filius sit hæres institutus expressẽ, vt plenẽ dicã j. eo. super verbo, adiciẽs vt Al
 225 terocha. versic. quartõ & vltimõ dixi. ¶ Vigesimo tertid limitabitur regulam nostrã locum nõ habere in testamento furiosi, in quo pater eius testãdo pro ipso, vt de iure potest, iuxta §. qua ratione. insti. de pupil. subst. & l. humanitatis. C. de impu. aliis subst. ei substituit alterum de filiis scilicet furiosi, nulla de aliis mentione facta eos instituẽdo vel substituẽdo. Quoniã eo casu testamẽtũ furiosi à patre factũ non erit nullũ propter aliorũ furiosi liberorum præteritionẽ. tex. est singularis in d. l. humanitatis. ibi, nõ liceat parẽti qui vel quã testat, alios quã ex eo descendetes vnũ vel certos vel omnes substituere. C. de impub. & aliis subst. [Vt plenẽ habetur j. sup verbo, Si abq. liberis moreretur. ij. in materia exẽplaris substitutionis.] Neq. poterant ceteri filij ipsius furiosi cõqueri, pro quo pater testatus est, dicẽtes pati iniuriã præteritionis: quia illa iniuria nõ est eis illata ab eorũ patre furioso: non est enim ipse ille qui testatus est, sed pater eius: idco pro alieno factõ puniri non debet. C. ne si. pro patre. p. totũ. vt scilicet ei substituitur exẽplaris, quã dicitur testamẽtum furiosi, substituitur. Pariter cõqueri nõ possunt de patre furiosi eorum auctõ: quia testamentum in quo sunt præteriti, non est testamentum aui, sed ipsius furiosi. Et ita ex quibũdã à simili dicit tex. not. in l. Papinianus. §. sed. nec impuberis. ff. de inoff. testa. ¶ Vigesimo quartõ limitabitur dictã regulam locum non habere in testamento, in quo, posthumus id est filius tẽpore testamẽti nõ natus, sed in vtero existẽs siue præteritus, & demũ factõ testamẽto natus, & viuẽte adhuc testatore defunctus. Quoniã eo casu defunctõ posthumo in vita patris testatoris testamẽtum reconualescit de iure prætorio, siue hæres institutus in tali testamento sit extraneus, siue de parentibus testatoris. tex. est multum no. in l. posthumus. ff. de iniu. rupt. testa. & idem tenet Bald. in donatione rupta natiuitate posthumi, quã firma valet & tenet: si posthumus ante patrem donatorem moriatur secundum Bal. in l. j. vbi Bar. C. de inof. don. & Pau. in l. ij. C. de posth. hæred. insti. quos sequitur Iaso. in l. ij. C. de inoff. testa. j. col. in fi. Nam regula nostra in qua dicimus, qd præteritione filij testamentum est nullum, vendicat sibi locũ in præteritione filij nati, & in humanis existentis tempore testamẽti paterni. Et ratio differẽtiã est, quia quando posthumus præteritur, testamẽtum non est ab initio nullũ: imõ tenet donec posthumus nascatur viuus, cum posthumus nõ sit in patris potestate, donec nascatur. dicit tex. in l. in. ff. de colla. bonorum. Sed nascẽdo rumpit testamẽtũ: quia tũc filius in puncto post natiuitatem in potestate existens reperitur præteritus, insti. quib. mod. testa. infr. §. j. Et sic testamentum à principio habet fundamẽtum existentia, tam de iure ciuili, quã prætorio. l. ij. §. sed & si stante. ff. de iniu. rupt. testa. vnde propter fundamẽtum existentia, quod habuit à principio, facilius cõualescit: sed vbi est præteritus filius iam natus, & sic in potestate patris existens, tale testamẽtũ nunquam fundamẽtũ habuit, nec fomitẽ consentia: ideo propriẽ non potest cõualescere, vt legitur &

not. in l. si testamentum. ff. cod. & l. ad eum. §. si ff. de dona. faciũt not. in l. ij. ff. de here. insti. Si autẽ posthumus qui nascendo rumpit testamẽtum patris, supervixit patri, ita quõd pater prædecessit naturaliter moriendo, vel ciuilitẽ, puta quia captus fuit apud hostes, vel aliã ciuilitẽ mortuus, & demum posthumus expirauit: tunc tale testamẽtũ remanet ruptum per agnationem posthumi, nec habet locum æquitas dictã l. posthumus. ita dicit text. iunctis ibi not. per Bar. in ij. oppo. in l. qui vxorẽ. ff. de iniust. rupt. testa. quẽ ad hoc reputat singularẽ Lud. Rom. sing. cix. qd mors ciuiliis ipsius non facit reconualescere testamẽtũ, nisi ita subito in natiuitate posthumi moreretur, qd facultatem non habuisset parandi testamẽtum, & posthumum in aliquo instituẽdi: & alij liberi testatoris essent in tali testamento instituti. Quia isto casu testamẽtum natiuitate posthumi, & secuta morte testatoris non rumpitur: quoniam talis posthumus conferetur cum aliis liberis fratribus suis pro virili parte institutus propter cõiecturã similiter testatoris voluntatẽ: qd sic fecisset, si supervixisset, & tẽpus hoc faciendi habuisset, per tex. singularem in l. ij. C. de inoff. testa. ita qd talis posthumus sic à lege pro here de instituto reputatus implorare poterit remediũ. l. si. C. de edic. diui Adri. toll. sicut ceteri nominati in testamento scripti, secundum Gul. de Cug. & Bald. in dictã l. ij. quod est not. ¶ De quo plenẽ habetur j. super verbo, Mortuũ itaq. testatore. j. circa fin. imõ per generalẽ huius regni consuetudinẽ qua mortuus say sit viuũ, proximũ linagerium, sine illo remedio, aut quocũq. alio actu corporali eo ipso efficietur suã portionẽ hereditaria verus possessor, vt ibi plenẽ dicitur. ¶ Et quod dixi de posthumo præterito viuõ testatore moriẽte, idem puto, si posthumus natus efficiatur frater minor vel aliã ciuilitẽ moriatur, per ea quã dixi s. limitatibus. ¶ Vigesimo quintõ limitabitur dictã regulam locum nõ habere in testamento, in quo filius testatoris, etiam tempore testamẽti facti iam natus fuit præteritus, eo casu quo in eodẽ testamẽto fuerit instituti hæres ab intestato testatori succedentes, & filius præteritus viuõ adhuc testatore fuit defunctus. Quoniã his duobus concurrentibus, scilicet qd ab intestato succedentes fuerint instituti, & quõd viuõ adhuc testatore filius præteritus decesserit: tale testamẽtum quod ab initio fuit nullum, nunc per mortem filij reconualescit, etiã si filius tale testamẽtum non approbauerit, nec eidẽ cõsenserit. tex. est valde solennis in d. l. posthumus. Et est differentia inter hunc casum, & præcedẽtem. Quia quando filius posthumus præteritur, nõ inspicimus ad cõualescentia testamẽti, qui fuerint hæres in tali testamẽto instituti, an venientes ab intestato, an extranei. Sed in casu isto vbi filius iã natus esset præteritus, non sufficeret ipsum mori ante patrem. Sed requiritur, qd veniẽtes ab intestato fuerint hæres instituti: quorũ favore testamẽtum reconualescit de iure prætorio moriente filio præterito ante patrẽ. Si autem filius præteritus patri supervixisset, tunc nulla facta differẽtia hæredum scriptorum, testamẽtum esset ipso iure nullum secundum regulam nostrã. Nisi filius præteritus mortuo patre suo antequã moreretur, testamẽtum approbaret paternum, vt plenẽ habuisset s. in vij. limitatione. vbi dixi eodem modo testamẽtũ matris, vbi filius est præteritus reconualescere, si cut testamẽtũ patris secundũ Guido. Papã, q. cccxvj. quamvis præteritõ tũc habeatur

beat pro exheredatione. Et ratio, quare facilius reconualescit testamẽtum ex morte filij præteriti extranea ab omni approbatione testamẽti, quando decessit in vita, quã quãdo post mortẽ patris: quia vbi decessit in vita testatoris, reperit causam efficiẽtem, scilicet ipsum testatorẽ vita fruẽtẽ. Sed vbi moritur filius post mortẽ patris, non reperit causam efficiẽtem. Vnde in primo casu quia causa efficiẽs perseuerat, reconciliatur effectus: sed in secũdo casu, quia nõ perseuerat causa efficiẽs, nõ potest effectus reconciliari, arg. l. certũ. ff. de iniusto rupto testa. Nam actus qui ordinatur ad cõfirmationem, facilius confirmatur, si reperit causam efficiẽtẽ inesse, quã si reperiret eam defecisse. Quia stãtibz principis, & primis causis facilius roboratur effectus, quã eis nõ stãtibz, cum tunc deficiat prorsus fundamẽtum: ita elegãter dicit Bal. in d. l. posthumus. Et tale testamẽtũ in quo stantẽ filij præteritione reuocat primũ testamẽtum solẽne, prouiso quõd præteritus patri præmoriatur. Aliã secõ l. si filij. vbi plenẽ Ale. ff. de libe. & posth. Aduertatis tamẽ vos canonistã ad vnũ quod fortẽ ignoratis: quia in his duobus casibus, in quibus reconualescit testamẽtum, non obstatẽ præteritione posthumi & filij nati, talis reconualescentia fit iure prætorio, & non iure ciuili. Quod scire est maximi effectus: quia postquam testamẽtum reconualescit solum iure prætorio, necesse habebit hæres in tali testamento institutus petere infra annũ honorũ possessionem secundum tabulas, si testamẽtum fuerit nuncupatiõne, vel bonorum possessionẽ secundã nuncupatiõne, si testamẽtum fuerit nuncupatiõne, id est, sine illa gradũ solẽnitatẽ factã: de qua in l. hac consultissimã. C. eo. quod est not. Quia si hæres infra annum bonorum possessionẽ nõ petet, exclusus esset à tali hereditate ei ex testamento delata. Et ista est mens illius l. posthumus, vbi casus in quo etiã hodie est necesse petere bonorum possessionẽ, quod necesse nõ foret, si testamẽtum posset de iure ciuili reconualescere, sicut fit vbi testamẽtũ reconualescit per expressã filij præteriti approbatiõne, vt plenẽ habuisset s. in dictã vij. limitatione. Quia tunc ius aduendi hereditatẽ ex tali testamento non perit anno, sed perpetuõ competet heredi scripto saltẽ vsq. ad xxx. annos. per l. licet. C. de iure delibe. ¶ Vigesimo sextõ limitabitur regulã nostrã locum non habere, vbi filius esset à patre præteritus cõinsertione causã legitimã, vt puta si dicat, filiu meũ talem quia me verberauit, præterco. Nam ista dicitur præteritõ nõ exheredatio: quia si exhereditatio esset, cum sit facta cum causã, testamẽtũ valeret. Sed vbi filius in potestate cõstitutus est præteritus, etiã cum causã insertione, testamẽtum non valet. Tamen si illa causã legitima in præteritione inserta proberur per hæredẽ, filij præteritus repelletur à paterna successione: ita qd hæres in tali testamento institutas admitteretur, & in effectũ remaneret hæres. secũdũ Ang. in Auth. non licet. C. de libe. præte. Sali. & Paul. in d. Auth. ex causa. facit quod not. idem. Ang. in §. ingratitudinem. in j. not. in Auth. de nup. vbi hæres institutus in testamẽto, in quo filius sine causã insertione fuit exheredatus, & sic nulliter remanet hæres, si probet mortuo testatore, qd filius fuit ingratu. Et quia Bar. & quidã alij tenent cõtra hã limitationẽ in dictã Auth. ex causa. Ias. ibidem. ij. col. reliquit super hoc cogitãdũ. sed in l. in arenã. C. de inoff. test. j. col. idem Iason dispositiõne decidendo tenet cõtra

Angel. dicens plures ipsum referendo incidenter tenuisse cum eo: tamen concludit eius opinionẽ nõ esse verã: quia ipse idem Ang. in l. j. ff. de inoff. testa. tenuit tale testamẽtũ non valere, nisi in exheredatione filij legitima fuerit inserta causã, vt dicã plenẽ tractando articulũ exheredationis. [De quo plenẽ dicitur in seq. notula.] & hæc est veritas. Magis enim stãdum est Iasoni dispositiõne hoc decidẽti in d. l. in arenã, quã in aliis locis, vbi referẽdo Angel. ipsum simpliciter sequebatur, maximẽ quia in d. l. in arenã, fatetur opinio. Ang. in d. l. esse veriorẽ, quã in dictõ §. exheredatos. ¶ Vigesimo septimõ & vltimõ limitabitur regulam nostrã locum nõ habere in testamento, in quo filius est præteritus: sed in eo fuit adiecta clausula codicillaris. Quo casu, tale testamẽtum nõ erit omnino nullum neq. in totum ca rebit viribus. Quoniam talis clausula codicillaris operabitur, vt talis voluntas val. at, tanquã codicillus: ita qd succedentes ab intestato tacitẽ censebunt rogati restituere hereditatem heredi vel heredi b scriptis in tali testamento. ¶ Sed quia iste passus est quotidianus, scire debetis, qd quocũq. testamẽtum est nullum propter filij præteritionem, vel per querelam rumpitur propter exheredationem, tale testamẽtũ solum & duntaxat vitiatur quo ad hæredis institutiõnẽ & vulgarem substitutiõnẽ. Cetera verõ firma manent, etiam non adiecta clausula codicillaris, vt dicit tex. in dictã Auth. ex causa. C. de libe. præte. Nam cum testator prætereundo filiũ nõ peccauerit, nisi in hæredis institutiõne, scilicet non instituendo filiũ, in eo solo, id est in hæredis institutiõne puniendus est. Et similiter pater filium iniustẽ exheredando solum peccauit in eo, qd filium nõ instituit. Ideo propter talem exheredationẽ testamẽtum solum rumpitur quo ad hæredum institutiõnẽ ceteris in firmo remanentibus, vt dictã Auth. ex causa. quod est verũ, siue pater sine causã filium exheredauerit, siue cõ causã insertione, quã postea per hæredem probari non potest, secundũ Bar. & Mo. de. & ibi Ias. vij. col. in d. Auth. ex causa. Et sic sola hæredis institutiõ vitiat, & cetera firma manent, vt ibi. Quod intelligatis verũ siue scietẽ siue ignoranter filius fuerit præteritus à patre. ¶ Nam siue pater testando sciret se habere filiũ, vel ignoraret, semper legata conseruantur, & potius cõseruantur, vbi ignorabat filium habere vel posthumũ quem præteriuit, quã si sciret filium vel posthumũ habere. Quia primo casu pater non peccauit, nisi in vno, scilicet quia formã testãdi nõ seruauit. Et sic satis est, qd puniatur in sola hæredis institutiõne. Sed quãdo scietẽ filium præteriuit, peccauit in duobus, vt quia formã omisit: Et nihilominus contra pietatem egit, præteritõ filium quẽ habere sciebat. Ideo puniri videtur in hæredis institutiõne & legatorũ nullitate, secundum Bal. in d. l. filio præterito. referentem ibi totum collegium Mediolanense ita consuluisse. Et sequitur Bal. Sali. & Fulg. & videtẽ inclinare Alex. in dictã Auth. ex causa. Sed tã aduertatis: quia Bar. in eadem Auth. & in d. l. filio præterito. & in consi. incip. Quidã nomine Lopus, contrariam opinionem tenuit, volens legata non conseruari per dictã Auth. ex causa. vbi pater filium habere ignorãs, vel posthumũ in vtero matris existentẽ præteriuit, ignorans vxorẽ pregnantem esse. Mouetur inter cetera: quia fortior est donatio quã legatũ (cum illa semel perfectã reuocari non possit, sed legatũ sic) sed donatio reuocatur per superuenientiã liberorũ. l. si vnquã. C. de reuo. donat.

ergo & legatū. Imò fortius tenet Bar. in l. j. versic. Se-
cūdo quero, an relicta ad pias causas. C. de sac. sane.
eccle. q. etiam legata ad pias causas nō conseruātur
testamento existēte nullo, propter filij ignoranter fa-
ctam prateritionem nati vel nascituri. Et hāc opin.
cū Bar. tenet Bal. & Ang. in l. pluribus locis secūdū
Alex. in dicta Auth. ex causa. vbi eū eo tenet Pau. &
Alex. in d. Auth. ex causa. Et idē Alex. in j. parte cōsi.
xlij. in cip. Viso tenore. Et in ij. parte cōsi. xlvij. incip.
Abundē. vbi dicit periculosum fore cōtrariū tenere.
Nec ob. l. si. ff. de hære. instit. Quia secūdum Bar. ibi
causa fuit incerta in institutione, scilicet quia rela-
tum fuerat patri defunctam esse filiam. Et hanc opi.
Bar. scilicet legata nō conseruari, vbi filius fuit prateritus,
quem testator habere ignorabat natum vel
posthumum, tenet Iason in d. Auth. ex causa. plus di-
cens, q. hoc est etiā verū, si postea nato posthumo,
testator post eius natiuitatē aliquot annis superuixit:
rit: quia semper præsūmitur patrem filium prädile-
xisse legatariis, allegans sic consuluisse Fran. Aretin.
233 consi. xcij. incip. Viso legato. iij. col. † Hanc autē
Bar. conclusionē magis cōmunē limitat procedere,
quando legata relicta sunt merē volūtaria, quę testa-
tor ex mera fecerat volūtate: quia tunc si prateritus
sit ignorāter filius natus, vel posthumus, talia legata
nō debentur. secus, si esset legata necessaria facta pro
malē ablatis, puta pro restitutione vsurarū, vel ali-
ter pro anima: quę testator verisimiliter fecisset, etiā
si de filio cogitasset. Nam talia legata conseruantur
non obstante prateritione de filio ignorāter facta:
quia pater præsūmitur plus dilexisse animam suam,
quā filium. Ita eleganter decidit Bal. in d. l. filio praterito.
quē ibi sequitur Ang. & Imo. Et Bal. Angel.
& Imo. in l. Titius. ff. de lib. & posthum. Et cōsuluit
Fran. Aret. allegato consi. xcij. vbi ponderat Bal. vo-
luisse. in d. l. filio praterito. vñ quod est singularis,
q. legata relicta pro malē ablatis vel cōscientiæ exo-
235 bitationem. † Et talia legata, quę debentur ex testa-
mento nullo propter filij prateritionē aut exhæreda-
tionem, prætābuntur per ipsum filiū prateritum
vel exhæredatum testamēto prateritione nullo exi-
stente, aut per querelam rescisso propter exhæreda-
tionem tanquā ab intestato succedentē: ita quōd ab
eo peti poterunt talia legata actione ex testamento,
praterquam relicta nominatim ab ipso filio praterito
vel exhæredato, quia illa non debentur. Cūm te-
stator in hoc peccauerit onerando filium, quem nō
honorauit: de quo plenē per Bar. in l. ex filio. in si. ff.
de leg. iij. & in l. quidam. vbi Sal. & Iason C. de fidei-
cōmis. Bal. & Ang. in l. j. C. de bono. pos. cōtra tab.
Nam talia legata nominatim à filio praterito vel
exhæredato relicta nō cōseruantur per dictā Auth.
236 ex causa. † Etiam si in tali testamento reperiretur
apposita clausula codicillaris, quę solūm operatur,
quando legata & fideicommissa essent simpliciter
vel generaliter relicta, vt est de mente Bar. in dicta l.
ex filio. ff. de leg. iij. & in l. j. in v. q. ff. de iure codicil.
Bald. Angel. & Iason in dicta l. quidam filium. C. de
fidei. cō. Cetera ergo legata ab hærede instituto vel
simpliciter relicta in testamento propter filij prater-
237 itionem nullo, debentur per dictā Auth. ex causa.
† Et idem est in fideicommissis vniuersali: ita quōd
si hæres scriptus in tali testamento rogatus fuerit re-
stituere hereditatē fideicommissario in testamēto,
in quo est filius prateritus vel exhæredatus, testamēto
declaratō nullo aut inofficioso, ab intestato succe-
dens tenebitur hereditatē restituere fideicommissario
in testamento per patrem testatorem deputato,
secun-

fecisset, si de alio, quē prateritū, filio cogitasset, arg.
d. l. Titius. §. j. ff. de lib. & posth. vbi ita decidit Bal.
& Alex. in dicta Auth. ex causa. Quartō hanc con-
clusionē Bar. limitat singulariter Frā. Aret. in dicto
suo consi. xcij. vj. col. vt scilicet procedat in legatis,
quę de per se, aut iuncta cum aliis totum exhauriunt
patrimonium testatoris vel maiorem partem, saltē
vsq; ad dimidiam. Nam in his, quę sunt intra dimi-
diam, non procedit sententia Bart. imò talia legata
sustinentur, non obstante filij nati vel nascituri prater-
itione ignoranter facta: & ita ponderat voluisse
Barto. in dicta l. filio praterito. versic. Prateritū hoc
tenere esset contra voluntatem testatoris. Vbi dicit,
quōd quando testator facit plura magna legata, non
est verosimile, q. fecisset, si de filio cogitasset. Ergo
sentit, quōd si legata non essent magna, sed infra di-
midiam patrimonij de quibus verosimile est, q. testa-
tor illa reliquisset, si filios se habere cogitasset, talia
legata sustinentur. Idem voluit Ang. in l. vxorē. ff.
de manu. testa. dicēs, q. si legata sunt talia, quę vero-
similiter reliquisset, si de filio cogitasset, valēt & de-
bentur: subiungens hoc esse cōmittendum arbitrio
boni iudicis, inspecta quātitate & qualitate tam re-
lictorum quā personarū, quibus relinquuntur. & se-
quitur Pau. in d. Auth. ex causa. & Iason. ibi. † Vnde
restat cōclusio, quōd testamēto stāte nullo propter
filij prateritionem, relicta debentur, & sola hæredis
institutiō irritatur, si prateritus sit filius scicnter: se-
cūs si ignorāter, iam dictis casibus exceptis. Et pro-
cedit hęc cōclusio generaliter in omni prateritione,
nedum patris & linę paternę, sed etiam matris, &
linę maternę. Et non solū in prateritione filij iam
nati, sed etiā posthumi. Et nō solūm in prateritione
filij in potestate, sed etiā emancipati, secundum do-
cto. in dicta Authen. ex causa. de quo videatis clarē
Alex. in ij. parte. consi. cxlij. incip. Circa primam du-
238 bitationem. † Et talia legata, quę debentur ex testa-
mento nullo propter filij prateritionē aut exhæreda-
tionem, prætābuntur per ipsum filiū prateritum
vel exhæredatum testamēto prateritione nullo exi-
stente, aut per querelam rescisso propter exhæreda-
tionem tanquā ab intestato succedentē: ita quōd ab
eo peti poterunt talia legata actione ex testamento,
praterquam relicta nominatim ab ipso filio praterito
vel exhæredato, quia illa non debentur. Cūm te-
stator in hoc peccauerit onerando filium, quem nō
honorauit: de quo plenē per Bar. in l. ex filio. in si. ff.
de leg. iij. & in l. quidam. vbi Sal. & Iason C. de fidei-
cōmis. Bal. & Ang. in l. j. C. de bono. pos. cōtra tab.
Nam talia legata nominatim à filio praterito vel
exhæredato relicta nō cōseruantur per dictā Auth.
236 ex causa. † Etiam si in tali testamento reperiretur
apposita clausula codicillaris, quę solūm operatur,
quando legata & fideicommissa essent simpliciter
vel generaliter relicta, vt est de mente Bar. in dicta l.
ex filio. ff. de leg. iij. & in l. j. in v. q. ff. de iure codicil.
Bald. Angel. & Iason in dicta l. quidam filium. C. de
fidei. cō. Cetera ergo legata ab hærede instituto vel
simpliciter relicta in testamento propter filij prater-
237 itionem nullo, debentur per dictā Auth. ex causa.
† Et idem est in fideicommissis vniuersali: ita quōd
si hæres scriptus in tali testamento rogatus fuerit re-
stituere hereditatē fideicommissario in testamēto,
in quo est filius prateritus vel exhæredatus, testamēto
declaratō nullo aut inofficioso, ab intestato succe-
dens tenebitur hereditatē restituere fideicommissario
in testamento per patrem testatorem deputato,
secun-

secundum gl. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Treb. &
ita etiam sentit glo. in l. eam quā. C. de fidei. cō. Bart.
& ceteri docto. in dicta Auth. ex causa. & Bald. in l.
j. C. de inoffi. test. & in l. si cum vel in vtero. C. de tes-
ta. mili. & Ang. in §. si in Authen. vt cum de appel-
cog. Et est communis opi. secundum quam cōsuluit
Pet. de Ancha. consi. cccij. inci. Ex themate prateritō.
vbi singulariter decidit, q. tunc fideicommissum val-
let & debetur, prouiso q. filius prateritus vel iniuste
239 exhæredatus patri succedat ab intestato. Sicut fecit
si nullum aliud testamētum testator fecisset vali-
dum, prater istud in quo continetur filij prateritio,
vel exhæredatio. Si autem stare aliud pratercedens tes-
tamētum validum & ritē factum, in quo filius nūc
prateritus fuerat hæres institutus, tūc quia dicto isto
secundo testamēto nullo propter prateritionem, vel
querelato propter exhæredationem, nō remanet pri-
mum reuocatum. Quia quod nullum est aliud vali-
dum reuocare non potest, nisi. quib. mod. test. infir-
man. §. posteriore. Quinimō filius succedit ex primo
testamento valido, & sic non ab intestato, certē tunc
nō tenebitur ad fideicommissum in testamēto nullo
aut inofficioso relicto. Quia nō succedit ab in-
testato, prout iura fideicommissum conseruantia re-
quirunt, sed succedit ex testamento. Quo casu, nō te-
nebitur, nisi ad onera illius testamenti, & nō ad one-
ra testamenti nullius, vt infra latius dicam. Nam vbi
non est aliud testamētum validum prater illud, in
quo filius est prateritus: testamento existente nullo
quo ad hæredis institutionem, succedēs ab intestato
est loco hæredis in testamēto nullo scripti ad subeū-
240 dum & sustinēdum onera sicut & lucra hereditaria:
ideo si ab hærede in tali nullo testamēto fuerat reli-
ctum fideicommissum sub conditione, si fidei. cōmis.
farius decem dederit hæredi instituto. Hoc casu illa
decem dari debent filio praterito nunc ab intestato
succedenti, per quem talia relicta solūnt fecerunt
Sali. in dicta Authen. ex causa. dicens de hoc esse tex-
apertū in l. his qui in potestate. §. j. ff. de leg. prætā.
per quem ita dicit ibi Imo. in d. l. filio praterito. ff. de
in iur. rupto testa. reputans illum in hoc esse singula-
rem. secūs autem esset secundum Bar. in dicta Auth.
ex causa. si fideicommissum relicto foret sub con-
ditione cohærente personæ hæredis scripti, veluti si
hæres absque liberis decesserit. Quoniam eo casu debe-
ret attendi si ipse hæres scriptus decesseret sine liberis,
& nō si filij prateritus nunc loco hæredis scripti ab
intestato succedens absque liberis moriā. l. peculij.
§. fin. ff. de leg. i. & sic cōtingere poterit, q. hæres in
testamēto scriptus morietur sine liberis, & per con-
sequēs filius prateritus loco illius ab intestato patri
succedens, quāuis filios habeat, tenebitur restituere
hereditatem, secundum formam fideicommissi, non
obstāte dispositione l. cum acutissimi. C. de fidei. cō.
& l. cum auus. ff. de cōdi. & demō. Ita per plures ra-
241 tiones decidit Alex. pulchrē loquēs in dicta Auth. ex
causa. [De quo plenē habetur super verbo, Si absq;
238 liberis moreretur. j.] xij. col. † Similiter dico hodie,
substitutionem pupillarem conseruari per dictam
Authen. ex causa. sicut conseruantur legata & fidei-
commissa, siue talis substitutiō facta fuerit alteri filio
pupillo instituto, siue ipsemet filio praterito. Cūm
(vt dictum est) testamētum solūm euacuetur, quo ad
hæredis institutionem, ceteris aliis remanētibus fir-
mis, vt dicta Auth. ex causa. Nam certum est, quōd
aliud est institutiō, & aliud est substitutiō secundum
Bar. Alexan. & docto. communiter in l. j. §. fina. ff. de

vulga. & pupil. & Bar. consi. xliij. in si. Vnde cūm so-
la vitietur hæredis institutiō, firma manebit substituti-
tio. Aliās esset dicere ob delictū patris filiū prater-
ientis ipsum filium puniri, cui est substitutiō pupil-
laris facta, quę dicitur testamētum ipsius filij pupil-
li prateriti, & non patris. l. Papinianus. §. sed nec im-
puberis. ff. de inoffi. test. quod nō est dicendum, cūm
sit cōtra rationem ob delictum patris corrumpere testa-
mentum filij. C. ne filius pro patre. per totum. † Sa-
nē tamen intelligatis testamento filij prateritione
stante nullo substitutionem pupillarem conseruari
quo ad ipsam pupillarem tantum, sed nō quo ad ta-
citam vulgarem in ipsa pupillari cōtentam. Quia (vt
dictum fuit in principio huius limitationis) per illā
vulgarem succeditur testatori, qui peccauit filiū pre-
teruando. secundum Alex. in d. l. j. §. substituere. & in
l. si quis eū. §. si suo testamento. iij. col. in si. ff. de vul-
ga. & pupil. Ideo sicut in odium, & pœnā testatoris
filium prateruando peccantis vitietur hæredis insti-
tutiō, per quā ei succeditur, sic etiā vitietur ipsa vul-
garis substitutiō expressa vel tacita sub pupillari cō-
prehensa. Prateritū est aduertendū ad aliud, quia ca-
su quo substitutiō pupillaris facta fuisset instituto de
persona extranei altero filio ignorāter praterito, li-
cet hoc casu per Authenticam ex causa. non irritetur
substitutiō pupillaris, vt dictum est: tamē alia ratio-
ne infirmatur. Quia nō est verosimile, q. testator vo-
luerit extraneum præferre filio suo, quē habere igno-
rabat. argu. l. cum auus. ff. de cōdi. & demō. str. & d. l.
cūm acutissimi. secundum Sali. in dicta Authen. ex
causa. † Restat ergo, q. excepta hæredis institutiō-
ne & vulgari substitutione omnia alia in testamēto
dispositiua cōseruantur, & firma manēt per dictam
Authenticam, ex causa. per quam etiam tutela filio-
rum conseruatur, sicut cōseruatur legata. Ideo de-
cidunt doc. ibi, quōd si testator instituerit vniuersali-
ter extraneum, & vnum ex filiis (vt tenetur) in certa
re instituerit, alterum verō praterierit, talis prateri-
tus dicens testamētū nullum solus ab intestato suc-
cedet, & nō filius in re certa institutus. Quia talis in-
stitutiō in re certa facta conseruatur per dictam Au-
thenticā, ex causa. cūm solūm vitietur institutiō vni-
uersalis, in qua sola testator peccauit. Vnde filius in
re certa institutus petere non poterit, nisi supplemēt-
um legitimā, si illa res non sufficeret ad legitimam,
secundum Bart. in dicta Auth. ex causa. Talis enim
filius in re certa institutus potius habetur loco lega-
tarij, quā hæredis, vt j. latius dicitur. Et quia vt
dictum est, omnia & singula in testamēto filij prater-
itione nullo aut propter exhæredationē querela-
to contenta remanent firma, prater hæredis institutiō-
nē, & conseruantur: ita q. filius prateritus euacua-
to testamēto succedens ab intestato tenet ad omnia
illa præstandum, per dictam Authenticam ex causa.
† Cuius dispositiō locum non habet, vbi filius prater-
itus non succederet patri ab intestato, sed ex alio
priori testamento valido, vt §. dixi secundum Pet. de
Ancha. allegato consi. cccij. Et idem esset, si testa-
tor extraneum heredē instituisset in primo testamē-
to valido, in quo fortē filio suo iure institutiōnis ali-
quid reliquisset. Et sic validē testatus fuisset, & demū
in secūdo testamēto eundē vel alium extraneū pari-
ter heredē vniuersalem fecisset filio praterito. Nam
hoc casu filio dicēte testamētū secundum nullum,
facit locū primo testamēto, quo stāte nō potest pa-
tri succedere ab inst. l. quādiu. ff. de acqui. hære. Imò
succedit ille extraneus in j. testamēto institutus, siue
Cc v sit idem,

fit idē, siue alius, qui non tenebitur soluere legata in testamento nullo relicta. Sed solum tenebitur ad opera primi testamenti, ex quo hereditatem capit. Et ita expressē cōsultit Ang. consi. clxxxij. incip. Berta habens virum. iij. col. vers. restat igitur videre. dicēs dictā Authen. ex causa locum habere & legata conseruare duntaxat quando hereditas vadit ad succedētes ab intestato: & ita loquitur tex. in §. siue igitur. vers. si. si autem. in Auth. vt cum de appel. cog. vnde sumitur dictā Authen. ex causa. Quā cum in conseruando relicta in testamento nullo corrigat ius antiquum, quo testamentum filij præteritione erat funditus nullū, non debet extendi ad alium casum, scilicet vbi hereditas vadit ad heredes testamentarios. Et hęc opinio tēnerat Bal. in l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu. & Imo. in c. cum eses. §. co. Alexand. in dictā Auth. ex causa. Quorum opinio videtur esse verior, vt heredes primi testamenti non teneantur ad soluendum relicta in secundo testamēto nullo, cum satis grauetur in præstatione relictorum in primo. licet Bar. in l. si iure. ff. de le. iij. singulariter tenuerit heredem scriptum in primo testamento teneri ad solutionem legatorum in secundo testamēto nullo relictorum, sicut tenerentur succedētes ab intestato. Et ita cū tenuerit Sali. in l. sancimus. in ij. q. eo. tit. Pe. de Ancha. in d. c. cum eses. quod nō est verum, vt vidistis, nisi in tali secundo testamēto præteritione filij nullo apposita esset clausula codicillaris: cuius virtute heres institutus in primo testamēto teneretur soluere talia legata in secundo testamēto inualido relicta. Quia quilibet heres ab intestato vel ex testamento succedens cōferatur per dictam clausulam grauatū præstare cōtenta in hac vltima voluntate, secundum Bart. in l. j. ff. de iure codicill. allegat l. si quis cum nullum. circa prin. eo. tit. Et ita in hoc puncto tenet Alex. in dictā Auth. ex causa. videatis Bal. & Sali. in l. si. C. de codi. & Bal. in l. Titia. ff. de inoff. testa. Et hęc est veritas, scilicet qd clausula codicillaris tūc operetur: licet Bal. in d. l. si filius in potestate. contrarium tenuerit, & malē, quia iura per eum allegata non probant suam opinionē. Et hęc de primo casu (in quo locum nō habet dictā Authen. ex causa.) sufficiant. Secundo locum nō habet dispositio dictæ Auth. vt scilicet conseruentur legata, vbi talia legata essent filio præterito vel exheredato relicta secundum Bar. ibi. & in d. l. filio præterito. Licet enim substitutio pupillaris filio præterito pupillo facta sustineatur per dictam Authen. vt §. dictum fuit, tamen legata nō sustinētur sibi relicta. l. filium. §. omnibus. quem ad hoc ibi not. Bar. ff. de lega. præstā. idē tenet Ang. Fulg. & Alex. in l. maximū. C. de libe. præte. Sed quid si in tali testamēto adiecta esset clausula codicillaris? decidit Iason in d. l. quidā filium. C. de fideicom. quia tūc conseruantur. Tertio locum non habet, vbi pater filium ignoranter præterisset, secundum Bart. in dictā Auth. ex causa. quod qualiter intelligatur dixi plenē §. Quarto locum nō habet dictā Authen. ex causa. vt scilicet conseruentur legata, in personis trāsuerfalib. Hinc est, qd si frater præteriret vel exheredaret fratrem turpi persona herede instituta: quo casu fratri cōpetit querela. l. fratres. C. de inoff. testa. Certē nō solum vitaretur heredis institutio, sed etiam corrūderet legata. Quia cum dictā Authen. sit antiqui iuris correctoria, & loquatur in ascendentibus & descendentibus, non debet extendi ad trāsuerfales etiam ex maiortate rationis, secundū Ang. in §. fin. in Auth. vt cum de ap. cog. & Alex.

in dictā Auth. ex causa, vbi reprobatur Bal. & Sali. in d. l. fratres. Idē tenet Imo. in d. l. filio præterito. Et sic frater succedēs fratri contra eius voluntatem est melioris cōditionis, cum ad legata nō teneatur, quā sit filius succedens patri vel cōtra, secundum Ias. in dictā Authen. ex causa. Quinto non habet locum dictā Auth. ex causa. nec conseruatur legata, vbi nominatim essent relicta ab ipso filio præterito vel exheredato. Nam cum à præterito vel exheredato nihil legari seu relinquere possit: quia quē honore, onerare non possum: & sic cum talia legata sint profus nulla. l. p. C. de leg. & l. j. ff. de leg. iij. Et sic sunt nulla, alia ratione, quā præteritionis, vel exheredationis: non sustinentur per dictā Auth. secundum mentem Bart. in dictā Authen. ex causa. tenet Imo. in d. l. filio præterito. Etia si clausula codicillaris in tali testamento fuisset adiecta, secundum Iaso. in d. l. quidam filium. C. de fidei. & dixi §. Sexto non conseruantur legata per dictam Authen. ex causa. quatenus essent vltra, quā sit illa pars, quę filio obueniret præterito vel exheredato, secundum Bar. in l. saluius. ff. de lega. præstā. & Iason in dictā Authen. ex causa. Septimo non conseruantur legata in tali testamēto relicta, vbi testamentum esset aliās nullum, quā propter filij præteritionem vel exheredationem: vt puta si esset nullum propter defectum heredis institutionis: quia in eo nullus reperitur heres institutus vniuersaliter, nec particulariter: quia ille haberetur pro vniuersali herede. l. j. §. si ex fundo. ff. de her. insti. Ita eleganter dicit glo. in l. j. §. substituere. in prima solutione data ad dictam Authen. ff. de vulg. & pup. secundum doc. ibi. Quatuor alias limitationes ad dictam Authen. ex causa. in quibus testamento stante nullo propter præteritionem legata nō debentur, quarum aliquę sunt verę, aliquę non: videatis per Alex. in dictā Auth. ex causa. xv. colum. vers. recipit autē vltra prædicta. C. de libe. præte. vel exher. Nec propriē conueniunt huic puncto, in quo nō sumus. His igitur præsuppositis redeundo nunc ad terminos nostrę xxvij. limitationis dico: qd si in testamēto in quo filius reperit præteritus, inserta fuerit clausula codicillaris, tunc licet dictā clausula (vt dictum est) nihil operetur regulariter quo ad legata: quia sine dictā clausula conseruantur hodie per d. Auth. ex causa. Et pariter conseruantur fideicommissa, etiam vniuersalia substitutiōes pupillares & tutelę: nō operabit dictā codicillaris clausula quo ad heredis institutionē, quę aliās vitaretur, ppter filij præteritionē, cum non cōseruetur per Auth. ex causa. C. de lib. præte. Et sic virtute clausulę codicillaris in testamēto nullo appositę, filius præteritus declarato testamēto nullo ab intestato succedēs cōferbitur à patre rogatus restituere hereditatē heredi scripto in tali testamēto nullo. Nā paria sunt rogare veniētes ab intestato, qd restituat hereditatē, vel clausulā apponere codicillarię, vt no. in l. ex testamēto. C. de fidei. vt vidistis plenē in ver. Testamentū. ij. Sed si testator rogasset veniētes ab intestato restituere hereditatē, tunc filij præteritus rupto testamēto succedēs ab intestato teneret indubitatē restituere hereditatem. l. si qd ita instituat si legitimus. ff. de here. insti. Ergo idem erit si in testamēto adiecta fuerit clausula codicillaris. quę de iure tacitū cōtinet & impartat rogatū & fideicommissū, secundum Bart. & cōmuniter doc. in d. Auth. ex causa. Bar. & alios in l. j. ff. de iure codicillo. Sicut enim operatur dictā clausula, vbi est in testamento alius defectus solēnitatis, ita etiam quādo est vitium præteri

præteritionis. Ad eodē qd heredis institutionem vniuersalē deuolucere facit ad fideicommissum. primō per l. quærebatur. ff. de testa. mili. & l. posthumus. ff. de iusto rupt. test. §. si paganus. & l. si qd priore. ff. ad Trebel. Secundō per glo. in l. ex ca. §. si. ff. eo. quę hoc tenet. Tertio hoc esse verū patet p rationē: quia cum testamētum nō consistat in sola heredis institutione, ff. de here. insti. l. j. §. qui neque. Testator dicēdo: si nō valet iure testamenti, valeat iure codicillorum &c. Videtur dicere, & perinde habetur, ac si dixisset: Si institutio non erit valida iure directæ institutionis, saltem valeat iure indirectæ, id est iure fideicommissi. Vnde cū voluntas testatoris clarē appareat & demōstratur ex suis verbis, & hoc disponere potest, certē negari non poterit, quin dictā clausula conseruet institutionem iure fideicommissi, secundum Bar. in d. l. j. ff. de iure codi. Et est cōmunis opinio, quā sequuntur Bal. & Imo. in d. l. ex ca. & est tex. in l. generaliter. §. ex testamēto. ff. de fidei. liber. tenet Barto. in l. j. ff. de leg. iij. Spe. & Io. And. ibi. in addi. titu. de instru. editio. §. cōpendiosē. ver. itē vide. & Bal. in re. pe. l. in suis. ff. de lib. & posth. & in l. si. C. de codi. & Ange. in d. §. si. Nec ob. l. j. ff. de leg. iij. vbi habet, qd quę honore, onerare nō possum. l. ab eo. C. de fideicommissi. Et sic videt, qd pater qui filium prætereundo vel exheredado vituperat, & ei qui iniuriam affert, eum grauari nō possit alteri restituere hereditatem. Quia respondet Pau. hęc opi. sequens, clarius quā ceteri cōsi. ix. incip. Clarum est testamentum prædictum. qd d. l. j. intelligitur vbi fideicommissum relinquere ad filio præterito, nō in defectu testamenti. Quo casu intēderet ipsum grauari: & sic in cum ca. 246 sum, quo ad ipsum filium præteritum non cogat aliquid peruenitur. Ideo enim grauari non potest, vt ibi, & d. l. ab eo. Nō verō loquimur, quando à filio præterito aliquid relinquitur in defectu testamenti: & sic in casu quo ad eum hereditas est ab intestato peruentura: quod fieri potest, vt d. l. si quis cum testamētum nullum. ff. de iure codi. Vnde cōcludit clausulam codicillarem hodie operari, vt institutio heredis vniuersalis testamēto existēte nullo ob filij præteritionem vel quęcunque alium defectum, quę per Auth. ex causa euacuabatur, nūc valeat iure fideicommissi: ita quod clausula codicillaris de directa heredis institutione, quę vt directa valere nō potest obstante testamenti nullitate operatur, quod eam alterat & valere facit, velut obliquam & fideicommissariam: taliter quod filius præteritus ab intestato succedens tenebitur virtute dictæ clausulę paternā hereditatem restituere heredi scripto in dicto paterno testamēto retenta portione legitima, absque Trebellianica. Quia cum purē teneatur hereditatem restituere, & eodē tempore retinere non poterit, nec deducere duas quartas, secundum glo. in l. quanquā. C. ad leg. Fal. videatis Gui. papæ. q. l. j. & quę. cccc. xij. Quod est verum, vbi testamentum est præsentis nullum, vt quia præteritus fuit filius iam natus: quia si filius nasciturus, vt posthumus esset præteritus, quia testamenti validitas pēdet ex tēpore futuro, vt vidistis in xxij. & xxv. limitatione. si posthumus nascatur post mortem patris, detraheretur duę quartę: secundum Bar. & Fran. de Pisis, quos sequitur Bal. eorum discipulus in l. filium. vers. item quæro. C. fami. eret. quia tunc diuerso tempore debentur, scilicet legitima ilico tēpore testamenti mortuo patre, & Trebellianica debetur postea nato posthumo, & sub cōditione, si nascetur. Sanē tamen intelligatis,

quod dictū est, scilicet filij præteriti testamēto stante nullo ab intestato patri succedentem, teneri restituere hereditatem heredi scripto in tali testamento virtute clausulę codicillaris, eo casu quo ipse testator de alio fideicommissario nō prouidisset. Si autē testator rogasset heredem scriptum hereditatem restituere cuidam alteri, tunc cum dictum fideicommissum hodie cōfirmetur per dictā Auth. ex causa. vt §. dictū fuit, clausula codicillaris nihil operabitur in fauorē heredis scripti, nec tenebitur filius ab intestato succedens restituere hereditatē heredi scripto, sed illam restituere fideicommissario per patre deputato. Præterea aliud mēti teneatis, qd ad hoc vt dictā codicillaris clausula effectum habeat, & heredis institutio directa in fideicommissum conuertatur, requiritur, qd ab intestato succedēs adeant hereditatem, aliās fideicommissum subsistere non posset, glo. est singularis super verbo, ex codicillis. in l. qui filio. §. j. ff. de her. insti. Vterius teneatis clausulam codicillarię sustinere iure fideicommissi institutionem heredis in testamēto præteritione nullo vel querelando, scilicet vbi heres in tali testamento institutus est capax hereditatis. Ideo si in tali testamento esset præteritus collateralis primi gradus, vt fuit, vel soror testatoris turpi persona herede instituta, talis institutio iure fideicommissi nō conseruaretur per clausulā codicillarem in præiudicium ab intestato succedentis, vt singulariter cōsultit Pau. consi. lxxij. incip. Ad primum videtur, quod est not. in materia ista. & l. fratres. C. de inoff. testa. vbi frater, vel soror nō potest indignū instituere heredē in præiudicium fratris vel sororis. Plus dicunt aliqui, qd clausula codicillaris in testamēto nullo adiecta, nō adstringit nisi heredē in primo gradu ab intestato succedentē, qui solus cōferatur per talē clausulā grauatus restituere hereditatē heredi scripto in testamēto nullo, vt dictū est. Si autē ille primus ab intestato succedēs esset mortuus, vel aliter exclusus, alij sequētes in gradu ab intestato venientes non intelligerentur grauati restituere hereditatē, secundum glo. not. super verb. cōacta. in l. nō insti. C. ad Trebel. quam ibi valde commendat Ange. & etiam Ang. Are. in §. j. insti. de codi. dicēs ita pluries practicaile. qd est notan. de quo plenē habuistis super verbo, Testamentum. iij. vbi videatis. Restat ergo, qd vbi in testamēto filij præteritiōe nullo apposita fuit clausula codicillaris, tunc heredis institutio vniuersalis obliquatur, & valet saltem iure fideicommissi. Quod est verū siue filius iam natus fuerit scilicet à patre filij habere sciente præteritus, siue ignoranter à patre filij habere ignoratē. Nā vtroq; casu talis clausula codicillaris operabitur fideicommissum, secundū Bal. Sali. Ful. Fran. de Ramo. & Imo. in d. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. test. vbi dicit Imo. de hoc esse singularē glo. iuncto tex. in l. vxorē. ff. de manu. testa. quę probatur per tex. not. l. allegata. si quis cum testamētum nullum. & l. ab intestato. ff. de iure codicil. per quem text. plus dicunt communiter doc. qd testamēto rupto agnatione posthumi per patrem etiam ignoratē præteriti clausula codicillaris operabitur fideicommissum, sicut illud operatur in præteritione filij iam nati tempore testamenti. Et est communis opi. qd testamētum propter clausulam codicillarię valebit tanquā fideicommissum posthumo ignoratē præterito, & multo magis si pater eū scilicet præterierit, ad eodē qd posthumus natus rupto testamēto succedēs ab intestato tenebitur hereditatē restituere heredi instituto in tali testamēto, ac si fuisset rogatus

rogatus expressit. Et hanc opinionem communem sequuntur Fulg. & Alex. in dicta Authen. ex causa. secundum quam opi. dicit Ang. in §. j. insti. de codi. pluribus consuluisset, prout etiam consuluisset Lud. Rom. c. 6. c. 24. c. 25. incip. circa quod effectualiter. & Alex. in j. parte consi. c. 25. incip. discussis habitationibus. & consi. xxxvij. incip. in causa mota. & in ij. parte consi. cxlij. incip. circa primam dubitationem. cum tribus consiliis sequentibus. Sed advertatis, quia Bart. in dicta Auth. ex causa. C. de libe. prete. & in l. j. ff. de iur. cod. tenuit contrarium, quod in testamento seu heredis institutio non valeat propter clausulam codicillarem tanquam fideicommissum, ubi posthumus fuit ignoranter prateritus per testatorem penitus uxorem gravidam tempore testamenti ignoratam, vel quam post testamentum impragnavit. Nam contra omnem aequitatem esset, presumere testatorem voluisse heredem in testamento institutum forte extraneum praeferre filio proprio, quem habere ignorabat, contra tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. ff. de condi. & demon. & ita cum Bar. tenet Bal. in l. si totas. C. de inoff. don. & in l. si. C. de codi. & in l. qui filius. in princ. ff. de lega. j. Ang. in l. idem est. ff. de testa. mili. & in d. l. j. ff. de iure codi. & consuluisset Alex. in j. parte consi. cxlij. incip. Viso tenore. & Franc. Aret. c. 6. ff. de condi. & demon. c. 25. & tenet Ias. in dicta Auth. ex causa. xvij. col. dicens secundum hanc opi. Bart. fuisse iudicatum per duos senatores principis sui. Et hoc prout verum, nisi testator in testamento clausulam codicillarem apposuisset per verba nedum praesentis, sed etiam futuri temporis, puta si testamentum meum non valeat, aut non valebit iure testamenti, valeat iure codicillorum. Quia tunc cum per verba futuri temporis videatur de filio nascituro vel concipiendo cogitasse, talis clausula codicillaris operabitur fideicommissum, quamvis tempore testamenti posthumum habere ignoraret. Et ista fuit mens Bar. vbi s. Et idem si pater testator tanto tempore, facto testamento & demum nato posthumo supervixerit, quod facultatem mutandi testamenti habuit. Quo casu si non mutaverit, videtur velle decedere cum illo testamento: & per consequens, quod clausula codicillaris operetur fideicommissum in persona posthumi, per tex. in lathletas. §. dat remissio nem. ff. de execu. tut. facit tex. in l. tractabatur. vbi gl. ff. de testa. mili. secundum Pau. in l. j. C. de posthu. haer. insti. & consuluisset consi. lix. & se. & Alex. in ij. parte consi. xxx. incip. ponderatis his. & sequitur Ias. in dicta Auth. ex causa. Et de his duobus casibus intelligi potest prima opinio superius relata. Videatis Fra. Aret. allegato consi. cxlij. & consi. vlti. Et cum his expeditos habetis duos in huiusmodi materia articulos. Primus erat, qualiter necesse habet pater filium suum uniuersaliter aut particulariter heredem institueret, quia si non instituerit nec exhaeredauerit, testamentum est ipso iure nullum quo ad heredis institutionem: nisi in casibus supra enarratis, quae omnia sunt notanda velut quotidiana. De filio emancipato an eius prateritio reddat testamentum patris nullum, videbitis. j. in eod. testamento relinquens. ij. in fi. Sed nunc restat inuestigare, an de conuerso etiam filius teneatur patrem suum in aliquo haereditate instituire, vel ei iure institutionis relinqueret, quoties de iure filius testari potest. De hoc habuistis super verbo, *Mater insuper Cleram.* quod si non fecerit, testamentum sit nullum, saltem quo ad institutionem. Et certum est Bar. in Authen. nouissima. C. de inoff. testa. dicit, quod non. Et mouetur, quia filius dicitur demum posse testari, quando

est emancipatus: cum existens in potestate testari non possit. l. qui in potestate. ff. de testat. Nisi testaretur de castro si vel quasi peculio: in quibus non tenetur pater instituire. l. si. C. de inoff. testa. aut ad pias causas. licet. de sepul. lib. vj. Pater enim quo ad filium aequiparatur patrono, qui ius habet in bonis liberti, quolibet relicto titulo. etiam §. si debita. ff. de bo. lib. Nec reperitur esse correctum in patrono. Ergo idem dicendum erit in patre. Secundo mouetur, quia non videtur esse mutatum ius nouum Cod. quo sufficiebat quicunque relicto titulo, nisi in filio & aliis descendentibus. In quibus requiritur, quod aliquid habeant iure institutionis in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. Ergo remanemus in pristino iure. l. omnimodo. & Auth. nouissima. C. de inoff. testa. Nam ius nouissimum correctorium iuris noui & antiqui in filio & descendentes, quibus magis debetur paterna hereditas, extendi non debet ad ascendentes, quibus minus debetur hereditas filiorum. l. scripto. ff. vnde li. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. eo. ti. facit l. praecipit. C. de app. idem tenuit Bar. in l. siue libertus. §. excluditur. ff. de iure pat. Sed contrarium opinionem tenuit post longa disputationem Iac. de Bellouisus in dicta Auth. vt cum de appel. cog. & mouet per tex. ibi in §. & haec quidem. vbi tex. vult, quod ea quae fuerit disposita in liberis, habeat etiam locum in parentibus cum certa distinctione ibi posita. Sed in eadem Auth. §. aliud quoque capitulum. sic dispositum in liberis, vt scilicet in aliquo institueretur. Ergo idem erit in parentibus. Secundo mouetur per tex. in §. sancimus. qui sequitur. §. & haec quidem. vbi dicitur, quod non est licitum liberis partem praeterire. Praeteriri autem dicitur, qui non est institutus neque exhaeredatus, vt dicit tex. in §. minus ergo ius. insti. de haere. quae ab intesta. de se. Ergo videtur, quod pater in testamento filij debet institui. & pro hac parte facit ratio tacta per Bar. in d. l. na & si partibus. ff. de inoff. testa. vbi dicitur, quod quando filius ordine turbato praemortui patri, non minus debetur hereditas patri, quam deberetur filio patre praecedente. Ergo cum hodie sit immutatum in filio: quia debet institui, vt dictum est, id idem debet in patre obseruari. Nam ex regula antiqui iuris posita in d. l. nam & si parentibus. mutatio intelligitur facta etiam in patre, vt scilicet debeat institui sicut filius. Quia etiam in correctoriis licitum est iura extendere ex regula iuris antiqui. l. si quis seruo. vbi Bar. C. de furtis. Et sic non obstat ratio Bar. cum per dictos tex. clare apparet ius esse mutatum in patre, sicut in filio. Et haec opinionem contra Bar. tenuit Imo. in repe. l. j. §. si ex fundo. ff. de haere. insti. referens se contra Bar. consuluisset apud Paduam. idem tenet Bar. in l. j. C. de bo. poss. contra liber. vbi dicit Bar. male dixisse, & contra veritatem. Nec obstat secundum quod dicebatur de patrono: quia responderetur, quod nobilior est legitima patris quam patroni & honorabilior. Idem tenet Bal. in l. omnimodo. C. de inoff. testa. vbi refert hanc questionem fuisse Cortoni, & se consuluisset contra Bar. allegat tex. in §. caeterum. in dicta Auth. vt cum de appel. cog. ibi, nostrae serenitatis intentio est a parentibus & liberis iniuria praeteritionis & exhaeredationis auferre, per quem tex. apparet, quod sicut filius non debet patri iniuria praeteritionis affici, ita nec pater debet a filio talis iniuria pati, & sic debet institui. Nam vt dicit tex. in d. §. caeterum. parentes optant a filiis honorari. Ergo debet institui, cum titulus institutionis sit honorabilis. l. filium. ff. de leg. praestan. idem tenet Bald.

Bald. in Auth. ex causa. C. de libe. praet. vbi ad hoc allegat dictum §. caeterum. & dictam l. nam & si partibus. & ibi factum libertum non teneri patrono relinqueri legitimum titulo institutionis, cum non adedebatur sibi hereditas liberti, sicut debetur patri hereditas filij. Iura enim naturalia quibus hereditas filij debetur patri, potiora sunt & aequiora iuribus accidentalibus & positius, quibus hereditas filij debetur patrono, arg. l. si quis legatum. §. si. ff. de falsis. Praeterea & si pater teneatur filium honorare, scilicet ipsum instituendo, vt dictum est, ergo a simili, imò (vt verius loquar) a fortiori filius debet honorare patrem. l. ij. ff. de iusti. & iure. hanc opinionem contra Bar. tenuit Sali. in dicta l. omnimodo. in v. oppo. & in dicta Auth. nouissima. in ij. q. & Pet. de Anch. hic. Et haec est veritas, licet aliqui moderni hic saluēt opinionem Bart. in patre, qui transiit ad secundam voluntatem, vt filius non teneatur ipsum instituere, argu. eorum quae habentur in Authen. de non eligen. secundum nu. ben. §. Gregoria. Tamē contra Bar. tenet in distincte Ange. in §. si instituit. de inoff. testa. vbi concludit, quod pater debet a filio institui in aliquo: ita quod si pater fuerit prateritus vel exhaeredatus a filio in potestate constituto, vel emancipato etiam in castrensium vel quasi, non adiecta causa testamentum est nullum. Sed si esset causa adiecta, tunc si pater est exhaeredatus, & causa non probetur, pater rumpit testamentum per querelam. Si verò est prateritus, & tunc si est prateritus a filio in potestate instituto, etiam cum infertione causa, dicit testamentum nullum. Sed si a filio emancipato sit prateritus cum causa, tunc pater rumpit testa. per bono. poss. contra tab. l. j. ff. si quis a patre. sue. manu. & not. Bar. in dicta Auth. ex causa. Et haec est communis opinio, a qua non esset propter fantamiam Bar. recedendum in iudicando, vt verbis vtar Bal. in l. si. C. de insti. & sublit. De matre autem, an etiam teneatur filium instituere, vel nominatim exhaeredare, vel e contra filium matrem: dicitur vt habetur in §. si. insti. de exhaere. libe. & in l. filium. & l. cum filium. C. de inoff. testa. vbi concluditur, quod mater non tenetur filium instituere, cum ipsum non habeat in potestate. insti. de ado. §. foeminae. Ideo prateritio matris non viciat testamentum, nec eum reddit nullum ipso iure, sed habetur pro exhaeredatione: & sic testamentum tenet, donec per filium prateritum impugnetur per querelam inofficiosi testamenti. Quod est verum, vbi filius fuit a matre prateritus causa praeteritionis in testamento inserta: tali quae si foret vera, esset legitima. de quibus per glo. in c. Quintauallis de iureiuran. Aliter & aliam si mater filium prateriret sine causa expressa in testamento, testamentum esset ipso iure nullum, in Authen. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & §. sin autem. & in Auth. non licet. C. de libe. praet. & not. glo. in §. exhaeredatos. in Authen. de hered. & Fal. & Bart. in dicta Auth. ex causa. Nam filius a matre sine expressione causae legitime praeteritus dicitur testamentum nullum, nisi in casu singulari. l. ij. C. de inoff. testa. vbi posthumus a matre praeteritus quae in puerperio decessit, & mutandi testamenti non habuit facultatem, censetur cum caeteris filiis institutus a matre institutus per virili portione. Ad hoc, quod querelare testamentum matris in quo sine causa reperitur praeteritus, non potest. Sed si in testamento matris essent instituti extranei, filius praeteritus ipsum querelaret in totum. Sed quid dicendum est, si filius in testamento matris fuerit institutus sub conditione non potestatiua, sed casuali, vel mixta, & in contrarium co-

ditionis euentum non fuerit exhaeredatus, vel causa inserta praeteritus, an eo tunc sit testamentum nullum: quasi interim reperitur sine causa praeteritus? Puto tale testamentum non esse nullum: quia sicut conditio per patrem apposta in institutione filij, & quodcumque aliud grauaem tollitur, & pro non adiecto habetur, saltē quo ad concurrentem legitime quantitatem, per tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. per quae est hodie correctio l. si pater. C. de insti. & sublit. & similes. Sic etiam erit in conditione per matrem adiecta in institutione filij, vt illa adiecta filij habeatur in legitima pro pure instituto, secundum Bar. & plerumque Alex. in l. si mater. §. j. ff. de vul. & pup. Et dicam plenē in ver. Reliquit. Et quod dictum fuit in matre, idē intelligatis in filio testate erga matrem, vt not. in iuribus. allegatis. De collateralibus autem disputare non oportet, cum eos instituere non sit necesse, nec exhaeredare: imò testamentum manebit firmum, si personam honestam haereditate instituerint. de quo plenē dicitur super verbo, *Defuncta.* Pro totali praemissorum declaratione posset iuuenis canonista merito dubitare, quod quae de iure civili tenetur pater filium saltē in vno numero aut obolo haereditate instituere, vt s. conclusum est, cum institutus in aliqua re vel summa particulari non habeat per haereditatem, sed pro legatario. l. quoties. C. de haere. insti. & no. glo. singularis in l. si quis prior. ff. ad Treb. Et adeo habetur pro legatario, & non pro haerede, quod decidit Panor. in c. j. & c. cum seculum. de iure pat. quod filius a patre in re certa institutus vel filia non succedit cum haerede vniuersali in iure patronatus, quod patri defuncto competebat. Ex quo videt, quod tantum esset patri dicere, lego filio meo, vel relinquo, sicut dicere haereditate instituo, vel iure institutionis relinquo decem, postquam ex diuersitate verborum non sequitur diuersitas effectuum. Sed dico, quod institutus in re certa verum est, quod habet loco legatarij quo ad hoc, vt creditoribus non teneatur haereditariis, vt d. l. quoties. C. de haere. insti. Attamen habetur loco haeredis quo ad excludendum nullitatem testamenti, aut querelam inofficiosi testamenti. Nam (vt audiuitis) filio in re certa instituto, testamentum valet, & tenet: ita quod impugnari non potest per viam nullitatis aut querelae, sed duntaxat agi potest ad supplementum legitima: si res in qua filius vel pater fuit institutus, non sufficeret ad legitimam, vt dicit hic gl. in verb. relinques, in fi. & gl. in dicta l. si quis prior. ff. ad Treb. Quod enim ad hoc non habetur loco legatarij, sed habetur loco haeredis, vt sicut haeres vniuersalis testamentum impugnare non potest, ita nec iste poterit. Ideo iura voluerunt, quod filio relinquantur iure institutionis, ne testamentum impugnetur. Praeterea, quia, vt dictum est, titulus institutionis est filio honorabilis, nec non valde utilis, propter ius accrescedi, vt j. dicitur. Et sic verbum, instituo, aut iure institutionis relinquo, non est superuacuum, imò effectum habet non modicum. de quo plenē in dicta l. quoties. & §. caeterum. in Auth. vt cum de appel. cog. Vnde ex praemissis vera resultat doctrina Barto. in l. ex facto. ff. de haere. insti. d. centi, quod institutus in re certa est quoddam participium: quia partem capit a natura legatarij, & partem capit a natura haeredis. Primò a natura legatarij partem capit, quia sicut legatarius, ita iste ad suos haeredes transmittit rem, in qua est institutus, etiam si decedat antequam illam agnouerit, dummodo dies cesserit legati. l. vnica. C. de cadu. tol. quod secus est in haereditate. l. quoniam. C. de iure delib. Et intelligatis, quod illam rem transmittit non iure suitatis, sed eam transmittit per l. si quis

partes. vbi plenè no. sed institut^o in re certa habetur loco legatarij. dato alio hærede vniuersali: d. l. quoties. C. de hære. insti. Et sic iure diuerso succedunt, cū vnus veniat tãquam legatarius, alter verò vt hæres: 269 ergo inter eos cadere nõ potest ius accrescendi. Sc- cū d. quia inter illos inter quos nulla est cõiunctio, locum nõ habet ius accrescendi; cū tale ius cõsetur ex aliqua cõiunctio. l. re cõiuncti. ff. de leg. iij. sed inter istos nulla est cõiunctio: ergo in eis nõ cadit ius accrescendi. Tertio, quia erubescimus sine lege loqui in Authen. de trien. & semif. §. cõsideremus. sed nulla lege cautur, q̄ repudiante hærede vniuersali institutus in re certa habet totum per ius accrescendi, ergo in ipso locū nõ habeat tale ius. Quarta ratio sic sumitur à contrario. Nã legē habemus dicentem institutum in re certa alio non dato hærede vniuersali ad totam hæreditatem vocari, & illã sibi accrescere, vt d. §. si ex fundo. Ergo à cõtrario sēsu, scilicet erit, si hæredi in re certa instituto datus fuerit co hæres vniuersalis. Secunda opin. fuit tota contraria prima, scilicet q̄ hærede vniuersali repudiante, hæres in certa re institutus, quãuis extraneus veniat ad totam hæreditatē per ius accrescendi. & ita tenuit Iac. Butri. totius Italiae excellentior homo, vt verbis vtar Bal. in l. quicumq̄. C. de epi. & cle. quē sequitur Bar. in d. l. ex facto. & in d. l. quoties. ff. de hære. insti. Hãc eãdem opi. firmavit Ioan. And. post Spe. in addi. co. ti. §. in primis. vbi in si. refert Petrũ sic tenuisse, & eã plenè disputasse. idē tenuit Bald. sibi cõtrarius in repe. c. si pater. co. tit. lib. vj. & Ang. in d. §. si ex fundo. & Imo. hic dicēs hanc esse cõmunem opi. Et mouētur præfati patres sequentibus rationibus. Primò, quia hoc seruatur in filio in re certa instituto, vt d. dictum fuit. Ergo idem erit in extraneo: quia nõ est verũ, q̄ filius habeat quotam hæreditatis, licet enim habeat legitimam, tamen non est quota hæreditatis, cū filius quo ad illam onera non sustineat hæreditaria: imò soluitur ære alieno deducto. Et omne grauatē per testatorē appositum subducitur. I. quoniã in prioribus. C. de inoff. testa. vnde nõ potest dici, q̄ hærede vniuersali repudiante tota hæreditas sibi accrescat ratione quotę, prout dicebat Martinus. Nam licet habeat portionem bonorum, tamen non habet quotam hæreditatis: quia si eam haberet, partē onerum sustineret, idcirco ea ratione nõ minus habet locum ius accrescendi in extraneo, quã in filio. atten- to quòd in ipso non est aliqua ratio specialitatis: magis, quã in extraneo. Præterea, quia si nemine in- stituto hærede vniuersali institutus in re certa habet totum, vt d. §. ex fundo. Idem erit si alter vniuersali- ter institutus repudiet. Quia paria sunt alium hære- dem vniuersalem nõ fecisse, & factum repudiasse. l. vnica. §. cūm autē. C. de cadu. tollē. Nõ enim est ve- risimile principē sine aliqua rationabili causa hodie voluisse filium suam legitimã habere titulo institu- tionis, nisi vt habeat cõmodum iuris accrescendi, cū etiam olim quãdo relinquebatur quocunq̄ relicti- titu. excluderet querelam, vt d. l. omnimodo. & l. sci- mus antea. §. repletionem. & in Auth. nouissima. C. 272 de inoffic. testa. Nec est verum dicere, quòd ppter solum honorē hoc fuerit introductũ, si titulus insti- tutionis sui natura aliud nõ deberet afferre commo- dum, arg. l. ij. C. communia de lega. Ergo sequitur, q̄ hoc fuit propter cõmodum & vtilitatem iuris accre- scendi. Nec obstat absurdum alleg. per Bald. qui ex suo exēplo nulla resultat absurditas, si hæreditas ve- niat ad ecclesiam in minori summa institutam hære-

de vniuersali repudiante, & hoc propter naturã insti- tutionis, quã testator fecit de ecclesia, sciēs vel sci- re debens instituto in re certa totum deberi. Simi- liter non obstat, quod dicebat Bal. de clausula insti- tutionis, quoniam ad hoc respondetur, q̄ quòd no- tarius semper præsumitur apposuisse clausulas con- fectas de voluntate testatoris, saltem tacita. Nec ob- stat prima ratio in cõtrarium facta: quia primum af- sumptum non est verum, scilicet quòd hæres vniuer- salis, & institutus in re certa succedat iure diuerso: imò eodem iure ambo succedunt, scilicet iure insti- tutionis, cū sint ambo instituti. Minus obstat se- cunda ratio: quia non est curandum, si inter eos nul- la sit cõiunctio, cū inter hæredes nullo modo cõ- iunctos locum habeat ius accrescendi, vt dicit gl. sin- gula. in l. si seruus communis ab extero. ff. de acquir. hæredi. vel dicatis, quòd verum est inter succedentes iure diuerso locū non habere ius accrescendi, quan- do succeditur iure prætorio. Non autem vbi succedi- tur iure ciuili, quo quis solo animo est hæres. l. quidã elogio. C. de iure deliberan. ita dicit Bal. in Authen. præterea. vers. item quæro. C. vnde vir & vxor. Pa- riter nõ obstat tertia ratio, quia licet expressè nõ ca- ueatur iure, quòd in instituto in re certa locū habeat ius accrescendi, tamē satis est hoc tacitè dispositum. Cū paria sint hæredem vniuersalem nõ esse, vel da- tũ repudiassē & sic postea destineri per no. in l. si res aliena. §. si. ff. ad T. rebellia. & l. neq̄. §. si. ff. de testa- mento milita. Postremò non obstat argumentum à cõtrario sensu sumptũ, ex d. §. si ex fundo. Quia tale argumentum cessat, quoties ex eo resultaret prauius, & absonus intellectus. l. ij. C. de cõditio. inser. & ple- nē not. in l. conuenticula. C. de episcop. & cleri. Nã absurdum esset, quòd testator decederet p parte tes- tatus, & pro parte intestatus, vel secundum aliquos institutus in re certa non venit ad totum per ius ac- crescendi, sed institutio in certa re facta transfundit- ur in vniuersalem. Restat ergo hanc opi. vltimam de iure fore veriorē, vt scilicet dicamus, quòd hæ- rede vniuersali repudiante institutus in re certa siue sit filius, siue extraneus, vocatur per ius accrescendi ad totum, secundum opi. Tãquã in dubio tenēda est, vt dicitur in ca. j. de consue. Maximè vbi consona est opinioni Bar. in qua semper ellē cõsuevit substantia veritatis, vt dicit Lud. Rom. cõsi. cccc. lxxix. Temera- riũ profectò est in consulēdo discedere ab opinione Bar. vt dicit Pau. cõsi. cclxxxvij. quam, vt dicit Iason in rubri. C. de iure emphy. semper quantum poterat, & eius ordinē sequebatur, cuius vestigijs semper in- hærebat. Ideo dicebat Pano. in c. cūm nobis. iij. col- lum. vers. nũc quæro. de præscrip. Ego ero p cõclu- sione cõtentus recitatione Bar. qui omnium iudicio cunctos scribentes in æquitate, & veritate præcessit. Bartolus fuit alter Pythagoras, cui tanta veneratio ab auditoribus tributa est, vt quæ ab eo acceperat, in disputationē deducere nefas existimaret, quin etiam interpellati ad reddendam causam, hoc solum respõ- debat, ipse dixit, vide Valerium lib. viij. titu. quæ cui- que magna contigerunt. Et tale ius accrescendi etiã per testatorē nõ potest prohiberi, quin hære- de vniuersali repudiante tota hæreditas accrescat hæ- redi instituto in re certa, secundum opi. Dyn. cõmu- niter approbatã, quã sequitur Imo. in d. §. si ex fun- do. & Bal. in l. dominũ. §. per fidei cõmissũ. ff. de vtu fru. & dixi super verbo, Et vxorem. in iij. præludio. quia licet prohiberi nõ possit in vera institutione vni- uersali, tamen potest prohiberi in institutione inter-

pretatiuē vniuersali, qualis est institutio facta in cer- ta re, alio nõ dato hærede vniuersali, quam lex inter- pretatur institutionē vniuersalem, si hæres vniuersa- lis repudiet, vt d. l. j. ex fundo. ff. de hæred. institut. in qua si testator hæredem in re certa institutum prohi- buerit plus de bonis suis petere, & residuã hæredita- tis accrescere, valet prohibitio in p̄ditionem talis institutionis & totius testamenti, ita q̄ causam testa- menti deducit ad causam instituti. l. quoties. §. si duo. præallegata. & ita intelligitur, quòd ibi decidit Bart. secundum Bald. in dicto §. per fidei cõmissũ. facit glo. singul. in d. l. si seruus. ff. de acquir. hæred. de quò p Bar. in d. l. quoties. §. si duo. & Bal. in l. ita quis. ff. de hæred. insti. & Bal. in d. l. j. C. quando non peten- tes. & Bart. in repeti. l. re cõiuncti. ff. de legat. iij. An tãtẽm moriente hærede in re certa instituto, antè quã hæres vniuersalis repudiauerit hæredita- tē, vel aliã ab eã exclusus fuerit, talis in re certa in- stitutus ad hæredes ius accrescendi transmittat, vt si post eius mortem hæres vniuersalis hæreditatē repudiet, accrescat illi rei certæ in fauorem hæredum, sicut accresceret in sui fauorem hæredum, sicut accresceret in sui fauorem, si adhuc viuere, di- cam alibi. De hoc plenè videtis infra super verb. *Mortuo itaq̄ testator.* ij. vbi dicit de materia trãsmis- sionis hæreditatis. Secũdus casus in sequenti nota- tus est expedidus, scilicet q̄ si filius nõ instituitur, ne- cessè est, q̄ exheredetur. Et cum his nunc habetis ve- ritatem iuris ciuiliis quo ad istam passum quodiã- nũ de filio per patrē de necessitate iuris ciuiliis insti- tuitur in aliquo. Nunc tẽnẽdo ad secundũ principa- le quæsitũ, cū hodie de æquitate canonica sufficiat per hũc tex. patri relinquere filio quocũq̄ relicti- titu, ita q̄ nõ habeat necesse ipsum institueri: & vi- detur q̄ sic per hunc tex. in quo Raynūtius simplici- ter reliquit Alterochar eius filie vltra dotē domũ & hortũ, nec apparet q̄ in aliquo eam instituerit, & ta- men valet testamentũ. Et hãc opinio tẽrigit glo. super verbo, instituit. in c. si pater. co. tit. lib. vj. Re- ferens Host. ita tenuisse hũc, prout etiam abbas anti- quus tenebat. Et ratio est secundũ eos, quia æquitas canonica considerasse nõ videtur subtilitatē iuris ci- uiliis, arg. c. dilecti. de iud. Et cum hac opin. trãsit Bal. in l. si. C. fami. erciscũ. dicens, q̄ licet de iure ciuili ta- le testamẽtum non valet, nisi filius sit in aliquo in- stitutus, tamen de æquitate canonica valet. Et ibi re- prehẽdit Io. And. qui exponendo hoc verbum, relin- quens, subaudiebat & hæredem instituens, dicens ei nõ pertinet supplere de facto. Præterea hoc idē est, quia cūm apud legistas de hoc esset altercatio inter glossam & Doctores, scilicet an pater teneatur filij in aliquo instituire, vide istẽ tex. emanasse ad deci- dendũ illã iuris ciuiliis dubitationem, arg. c. per ve- nerabilem, qui filij sint legit. Et secundum hũc intel- lectum tex. est planus, aliqua non indigēs suppletio- ne, vt etiam tenet dominus Cardin. hũc. sed aduertatis, quia contrarium videtur tenere glossa nostra hũc in verbo, relinquens. dum supplet Raynūtũ filiam suam instituisse hæredē, ex quo videtur tenere, quòd etiam iure isto necesse sit filio relinquere titulo insti- tutionis. idem tenuit glo. in d. c. si pater, dicens, tu- tius esse. hanc opinionem tẽnere, quam sequuntur Anton. de Butri. & Petr. de Anchar. vt refert Imol. hũc, quia in dubio non debemus discordiam inducere inter ius canonicum & ciuile: Cũ iura iuribus sint concordanda. c. cūm expediat. de elect. lib. vj. & j. l. C. de inoffi. doti. Ideo secundũ eũ videtur hęc opi- nior: quia tex. iste satis commodè pati potest hunc

intellectum, ob quòd occasione non habemũs in- ducendi discordiã inter dicta duo iura. Alij autē te- nent primam opi. quã p̄nto veriorē, cõcludentes de æquitate canonica valere testamentum, in quo si- lius, aut filia nõ fuit institutus, idẽ tamẽ aliquid fue- rit sibi relictu titulo relicti, ita q̄ nõ sit omnino præ- teritus. Quòd verũ intelligo, p̄nto q̄ duo cõcur- rant. Primò, q̄ filio aut filie relinquatur per verbũ, relinquo, quòd generale est ad omnem titulũ. gene- raliter. C. de sacrosan. eccle. Et sic simpliciter prola- tum debet intelligi in specie illius tituli, in qua ma- gis saluatur intentio, & dispositio de sancti. vt res po- tius valeat, quã pereat. l. quoties. ff. de reb. dab. Se- cūddò requiritur, quòd verbum, relinquo, adiciatur vniuersitati, seu rei vniuersali, veluti quotæ hæredita- tis, vel alteri vniuerso, putã doti, vt hũc fuit: quia tunc verbum, relinquo, de æquitate canonica institu- tionē importat, maximè cõsiderata p̄sona filij qua- litate, qui sui natura d. ber. de iure instiui, vt sentit Bal. in l. quoties. C. de hære. insti. & Pan. hũc. Et hæc fuit mens Bal. in d. l. si. C. fam. ercisc. vbi dicit de hoc esse tex. singul. hũc. Et sic erit hæc cõclusio nostra ve- ridica, q̄ de æquitate canonica pater nõ habet neces- se hodie filium instituere, sed sufficit q̄ aliquid vni- uersum, veluti legitimã dotē, aut peculium, vel quo- tã hæreditatis sibi relinquat, prout fecit Raynūtius. Et secundum hanc opi. modo prædicto tẽperatã re- perio cõsuluisse Paul. cõsi. ccc. lxxij. incip. Super pri- mo p̄cto. v. col. Si verò pater relinquat filio rem ali- quam particularē, nõ adiecta clausula institutionis, tunc testamentũ etiam de iure cano. nõ valet. Et hęc duo mēbra probantur clarè hũc per tex. nostrum iun- cto d. c. si pater. co. tit. lib. vj. Nam ibi pro eo, quia pa- ter relinquebat filie rem particularē, adiecit titulum institutionis, vt pater ibi, Filia in certa re: filiu verò in ceteris bonis vniuersalē hæredes institui, & c. Hũc verò quia Raynūtius relinquebat dotē, & sic rē vni- uersalē in legitima computandã. I. quoniam non el- la. C. de inoff. testa. non adiecit titulum institutionis: imò cõtẽtus fuit solo verbo, relinquo, quòd tũc ope- ratur institutionem, vt dictum est. Nec est verò simi- le, q̄ papa reliquisset seu ponere omisitset verbũ, in- stituit, si fuisset necessarium, prout gl. præsupponit, vt à simili dicit Bart. reprehendendo gl. in l. j. ff. eod. vbi dicit non esse verò simile, legistatorẽ aliqua ver- ba substantialia & necessaria omisitset. Nec pariter se- rendi sunt, qui dicunt papã hũc causã breuitatis omi- sisse verbum instituit. quia respondere non possent, cur causa breuitatis non fuit omissum in dicto cap. si pater. Certè alia ratio nõ est, nisi t̄ quia verbum, re- linquo, adiecit doti, & sic rei vniuersali de æquita- te canonica operatur institutionem, vt hũc, & secun- dum hanc opinionem semper consuluerunt Doctores nostri Tolosani, vt supra retuli post Bald. in di- cta l. q̄n. C. fami. erciscun. & sepe iudicauit suprema parlamenti Tolosã curia. Tãdicitur verò rei par- ticulari nihil operatur sine clausula institutionis, vt dicto c. si pater. Ideo fuit ibi adiectũ de necessitate, etiam isto casu, cūm filius sit de necessitate institu- tus, verbum relinquo, importat institutionē, secun- dum Tolosanos, quos hũc sequitur Panor. & seruat dicta curia. Ad vnum tamen est aduertendum, secun- dum Pau. in dicto cõsilio, quòd hæc decisio, scilicet de æquitate canonica non requirit titulum institu- tionis in filio, fortè non seruaretur in terris imperij, sed dũtaxat in proprijs terris ecclesiã, per ea quę no- tantur in c. in. de arbi. lib. vj. gl. in regula. postitor.

procederet ubi maledictio facta esset generaliter in testamento & simpliciter prolata, prout loquitur dicta l. his verbis, secundum quod Bar. ibi etiam summatur, dicitur, verba maledictionis vniuersalia, &c. Secus si testator descendere ad speciem maledictionis exprimendo demeritum in specie, vt in casu Bald. in l. quoties. §. si quis nom. vbi glo. declarat. ff. de here. instit. gl. & doct. in l. iij. ff. de libe. & posth. & ita tenet Iason. in l. si pater. C. de here. insti. c. cludens idem esse, si pater dicat, maledictus sit filius, quia me verberauit, vel dicat, ipsum exheredo, videatis que dixi supra in verb. *In eodem testamento relinquens.* in xx. limitatione. Et debet fieri exheredatio filij expressa, & nominatim in testamento, ne in eum, qui propter ingratitudinem immeritus dicitur, fiat paternae hereditatis continuatio, quae in eum continuaretur ipso iure. l. in suis. & ibi Bar. plenē. ff. de libe. & posth. si per patrem non expressa exheredaretur. Quae quidem exheredatio fieri debet non leuiter, sed cōsultē & discretē, ideo iura requirunt in ea causā legitimae expressiohē, vt infra dicitur. Quoniam si fieret inconsulto calore, putā iracundiā, non valeret, quāuis ex causa iusta facta fuisset, secundū Bal. Sal. & Ias. per illū tex. in l. filia. C. de inoff. testa. Ea enim quae calore iracundiā sunt non valēt. l. quicquid calore. ibi Bar. ff. de reg. iur. facit can. si quis irascitur. ij. q. iij. & gl. in c. ex literis. de diuor. dicens confessionē, quāuis iudicialiter factam non valere, si ex calore processerit, & illud probetur, ad eodē loc. Fab. in §. procuratori. in l. de his per quos agere possimus. q. si pater filiū accusauerit per procuratorē de ingratitudine, vel dominus vasallū de feloniam, talis procurator non est recipiendus sine speciali mādato. Quia quoties petitur aliquid odiosum, vt in proposito, aut cōtra ius cōmune, necessarium est mandatū speciale. Constrictus est ergo pater filiū ingratum in aliquo instituire, vel eū nominatim & cōsultē exheredare, causa ingratitudinis in testamento inserta per tex. in authen. non licet. C. de libe. prae. vel exhereda. Et debet causa ingratitudinis in ipso actu testandi exprimi, cum sit de forma substantiali ipsius testamenti, sicut institutio, vt supra ibi plenē dixi. Sed sufficit, q. postea quādocunq. probetur per heredē, secundum Sal. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offeren. quem ibi sequitur Iason. Si verō pater filiū quantumcunq. ingratū non institueret, aut ipsum causa legitima in testamento expressa non exheredaret, testamentū esset nullum, vt dicta auth. non licet. Quod non solum habet locum in filiis naturalibus & legitimis simul, sed etiam in legitimis tantum veluti arrogatis, vel adoptiuis: eo casu quo adoptiuū transeunt in potestatem patris adoptiuū, instit. de exhere. libe. §. adoptiuū. In filiis verō naturalibus tantum, puta bastardis, praemissa non seruant: quia pater non tenetur eos instituire, cū nihil cōtra eius voluntatē capiāt, vt dicit gl. sing. in l. j. de bo. pos. contra tab. Nisi fuissent legitimi: quia tunc essent instituendi heredes, vel nominatim exheredandi, si non essent ingratū. Aliās testamentū non valeret secundū L. Rom. consi. xxxiij. incip. licet naturalis filius. Nam legitimus est suus haeres. & iura suorū hereduū habet, secundum Bal. in l. eam quam. j. col. C. de fideicom. Et haec vera in filiis iam natis, sed filiū nasciturus, id est, posthumus, licet debeat institui in aliquo, ne postea nascēdo reperiat praeteritus, & rumpat testamētum, instit. quibus modis testa. in fir. §. j. Tamen exheredari non potest, cum causam ingratitudinis cōmittere non possit, vt plenē dicam infra eo. verbo, *Et solum*

14 *les quam gestabat in vtero.* Hodie enim debet in exheredatione causa inseri iusta, & legitima de iure approbata, aliās testamentū non valeret, Nō tamē inferri debet locus aut tēpus ingratitudinis commissae, vt consuluat Bal. consil. incip. Christi nomine praeposito, Lucarellus. Quia q. inferri debeat locus, aut tēpus ingratitudinis in testamento non reperitur iure cautum, sed sufficit & tenet haeres postea pbare locum & tempus, arg. l. item exigit. & quod ibi no. Bar. ff. de dolo malo. & in l. praetor edixit. ff. de iniuriis. & in c. pia. de excep. lib. vj. & in c. praesentium. de testi. cod. lib. Nam licet de prodigalitate [vt plenē habet infra super verbo, *relinquit.* in xij. fallen.] filij credatur soli patri, per text. quē Bal. ibi cōmendat in l. si furio fo puberi. ff. de curato. furio. Tamen ei de ingratitudine nō statit. Quinimō haeres si testamentum praeseruare velit à querela inofficiosa, necesse habet probare causas ingratitudinis in testamento insertas esse veras. l. omnimodo. C. de inoff. testa. Nec sufficeret eas probare per testes infames, etiā infamia facti, qui aliās in causis civilibus non omnino repelluntur, secundum glo. & doct. in c. testimonium. de testi. gl. & doct. in l. j. C. de summa Trini. tamē in casu isto repelluntur, per tex. in cap. j. vbi dum dicit, *Integrae opinionis, quem ad hoc not. ibi Bal.* quot testes sunt necessarii ad probandū ingratitudinē, vbi etiā quinque testes requiruntur, qui sunt omni exceptione maiores, quorū in alia causa duo sufficerent. l. vbi numerus. ff. de testi. & cap. in omni negotio, supra illo eod. tit. Et sequitur Ias. in repeti. admonendi. ff. de iure iuran. & in l. j. col. C. de summa Trini. Et est tex. ille d. c. j. summē notandus, dum dicit: Si vasallus inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus dominū suum offenderit, &c. feudo priuabitur, quod non obtinere censetur, nisi quinque testibus summa, ac integrā opinionis prolata fuerit manifeste, &c. Et licet gl. ibi dubitauerit an dictus text. pro lege habeatur, & obseruari debeat, tamen Aluarotus & Iacob. de sancto Georgio ibi tenēt, q. est lex Hērici imperatoris, & sic seruanda, prout obseruatum fuit Arreosto parlamenti Gratianopolitani, vt refert & sequitur Guido papae, quae l. cxxx. Nam quoties beneficiatus accusatur de crimine commissio cōtra eū, qui beneficiū cōtulit, maior probatio & clarior requiritur duplici ratione. Prima, ne inuidi aut inimici facilius moueāt ad priuandū accusatum beneficio suscepto per testes suspectos & non integros, secundum Alua. & de sancto Georgio. in d. c. j. Secunda ratione hoc iustificatur: quia quoties pbatio exigitur cōtra eum, pro quo militat & facit verisimilitudo, certē probare habēs afficiē maiori onere probandi per tex. in c. quia verosimile. vbi plenē & clarē hoc decidit Pan. de praesumpt. Et est tex. optimus in l. si. ff. quod met. cau. sed vasallus primō accepit à domino beneficium. Secundō praeslitit ei fidelitatis iuramentū. Tertio dicitur indigere potest domini auxilio. Ideo nō est verosimile ipsum fuisse dño suo ingratū, cui teneret pro beneficio suscepto, & naturaliter est obligat. c. cum in officiis. supra eo. & l. sed & si lege. §. si. ff. de pet. here. Et minus est verosimile de filio inter quē & patrē suū esse nexum quidā diuinus l. penul. C. de adop. Praeterea dicit Aure. August. lib. ij. de ciuita. Dei, c. iij. habet quidē erga parentes humana verecundia, q. nec ipsa nequitia possit auferre, & filius à patre non solū bona habuit, & successionē sperat. l. in suis. ff. de libe. & posth. & l. scripto. ff. vnde libe. sed etiā suū esse suscepit. Ergo ipse sicut vasallus

15 vasallus de ingratitudine non potest cōvinci nec superari, nisi per quinque testes omni exceptione maiores. Super quo cogitabit, si ad probandū ingratitudinem filij, sicut vasallus, requirantur quinque testes, ita q. minori numero cōvinci non possit: quia de vasallo est expressū, sed non de filio: quia non ita facilius mouetur pater ad priuandū filium dicēdo eum ingratū, si non sit, sicut moueretur dñs contra vasallum nō tam sibi coniunctū: imō totale votum patris est, q. filio sua deferaat hereditas, vt d. l. scripto. Verū tamē liquida ingratitudinis probatio requirit. Praeterea sicut p. filio, & eius gratitudinem praesumit, q. verosimiliter non sit ingratū, vbi à quo suū esse suscepit, & nutrimentū. Sic eōtra praesumitur pro patre: nec est verosimile, q. iniuste moueat cōtra filiū quē plus diligit, q. seipsum, vt dixi sup. verb. *Duas habēs filias.* in praedio. Et sic verosimili praesumptione ante pro quolibet standum erit regulā cōmuni, q. vbi numerus testiuū non reperitur expressē taxatus, duo sufficiūt, vt d. l. vbi numerus. ff. de testi. & d. c. in omni negotio. qui duo vel tres requiruntur omni exceptione maiores. Nec etiam ingratitudo filij probari posset secundū omnes semiplenē per vnum testē, etiā cum iuramēto heredis. Quinimō probari debēt clarissimē per plures testes legitimos, secundum Bal. in d. l. fin. C. de secun. nup. per tex. illum in fin. dū dicit liquidis & indubitatīs probationibus, vbi de numero nihil dicitur. Et sequitur Fely. in rub. de prob. in ij. limitatione. iij. cōclusionis. Et hoc verum vltra Fely. T. q. ingratitudo probari nō possit per vnum testē, nec per iuramētum heredis, aut testatoris, nisi filius expressē cum patre cōuenisset & consensisset, q. staretur soli iuramēto patris de causis ingratitudinis in testamento narratis. Quia tunc iuramēto solius testatoris crederet de causis ingratitudinis filij in testamento narratis. Ita q. alia non indigerent probatione, sicut pater testādo eas iurauerit fuisse, & esse in praesentia filij, aut ipso vocato, vel in absentia eo minimē citato, secundum Alex. eleganter in j. parte consi. cxxx. incipien. difficultas huius negotij. Quoniam in his extraiudicialibus actibus, necessaria nō est praesentia illius, qui sit vocatus, & contradicere non possit. l. cum seruum. §. si quis filium. ff. de fideicom. libe. & l. recusat. in prin. ff. ad Trebel. Praeterea declarationem animi facere potest quis parte absente. l. Pomponius. ff. de negot. gest. & l. pro hered. ff. de acquir. hered. & l. si aui. C. de iure delibe. Ideo si filius stare voluerit simplici dicto patris cū iuramēto, non est in tali declaratione filij praesentia, aut vocatio necessaria. Ad hoc facit quod pulchrē dicit Bart. in l. si. ff. de praeto. stipul. T. de illo, qui promissit stare simplici verbo, aut dicto aduersarij super expēsis. Et clarius ac singulariter Ioan. de Plat. in l. j. in fi. C. de sumpt. recu. lib. x. vbi decidit, an talis cōuentio reuocari possit ante factam declarationē. Restat ergo, q. testator filium exheredare volens, nō tenetur locum, & tēpus ingratitudinis exprimere, minūsq. eā probare in vita. Sed solum & duntaxat astringitur causam ingratitudinis exprimere in testamento, quod necesse facere tenetur, aliās exheredatio esset nulla, & cōsequenter testamentū nō valeret. Excep. ptis sequētibus casibus, in quibus valet exheredatio nulla causa ingratitudinis testamento inserta: Primus casus est, q. māter causa praouisiois filij ipsū exheredat, vt quia videt patrē bonorū filij usufructuarium, & futurū administratorē, iuxta l. j. C. de bono. mater. esse prodigum, & bonorum dilapidatorē, quo

casu potest filium exheredare, arg. l. multi. ff. de libe. & posthum. & l. penul. ff. de curato. furio. secundum Gul. de Cug. in d. authen. non licet. sed Saly. tenet ibi contrarium: quia hodie haec causa non est de enumeratis in d. §. causas. Praeterea quia māter potest aliter puidere filio suo, & honestius si timeat bona sua p patrem dilapidari, vt habetur in auth. excipitur. C. de bo. quae liber. Communiter tamen tenetur opinio Gul. quando mater vt filio prouideret, eum exheredauit, & grauauit heredē, vt cum filius erit sui iuris & legitimae aetatis restituat ei hereditatem cum fructibus, vt d. l. multi. & l. filius matrē. C. de inoff. testa. Quoniam hoc casu valebit exheredatio, & cessabit querela inofficiosa testam. licet non fuerit aliqua causa expressa de enumeratis in d. §. causas. Et ita tenet Bart. Ange. & Imo. in l. cum ex filio. in princip. ff. ad Treb. & Bal. in authen. ex causa. C. de libe. prae. & probatur in d. l. filius matrē. vbi etiam hoc casu potest conditio apponi in institutione filij, etiā quo ad legitimā contra l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. vt plenē dicam infra eo. in verbo, *Relinquit.* Ad hoc facit tex. in d. l. si emancipatus. l. ij. ff. de bo. pos. cōtra tab. vbi licet filij cui relinquitur titulo fideicommissi, & nō institutionis, possit velut praeteritus cōtrabulare testamentum. l. ita tamē. §. q. rogatus. ff. ad Treb. tamen fallit, vbi nō fuit institutus ob sui fauorē, neque est absurdum iura nostra nouissima intelligi & interpretari secundum leges veteres. l. sed & si posteriores. ff. de legi. & decidit Bar. in l. si quis suo alieno. C. de fur. Nam si tex. bene pōderetur in d. §. causas. loquitur quando exheredatio fit odio & in filij iniuriā, & non ipsius fauorē. Sanē tamen intelligitur, q. in tali exheredatione filio fauorabili nō est necesse causam scilicet odij inferere: tamē inferri debet causa fauoris, ratione cuius sit talis exheredatio. Et debet exheredatō dicere, ideo filiū me exheredo, quia pater eius oia dilapidaret. Ita eleganter decidit Bal. in d. auth. ex causa. vers. Expeditus de cōtrariis. in iij. opp. C. de libe. prae. Quae oia locū habent in patre, si filiū ex iusta causa filio fauorabili eū exheredet. vt d. l. cū ex filio. §. j. Facit qd dixi s. isto eo. vers. bo. in xv. limit. [Et etiā dicit sup. verb. *Adiciens in Atherocha.* vers. *Secundū dicit.* &c.] Secundus casus secū dū Gul. de Cug. est, in quo in exheredatione nō est necessaria causa insertio, si filius in testamento patris exheredari cōsensit, aut manu propria se subscripsit exheredationē in eo contentā approbado. Quoniam tūc nō requiritur alia causa, vt l. nō putauit. §. si quis sua manu. ff. de bo. pos. contra tab. sed Sal. in d. auth. nō licet. tenet cōtrariū hodie esse seruandū, per text. in d. §. causas. tamen pro Gul. facit quod not. Barto. in l. si quando. §. si. C. de inoff. testa. vbi dicit, q. si pater filium exheredauit volentē, & hoc pro causa expresserit in testamento, dicens filium meum volentē exheredo, talis exheredatio valebit, velut causam habēs expressam, prout lex requirit. Et licet talis causa non sit de enumeratis in d. §. causas, tamen secundum Bart. hoc non obstat, quia dictus §. loquitur de exheredatione iniuriosa filio inuito facta. Aliud autē est i. ca. quē sit filio volentē, p. d. §. si quos sua manu. Cū volentē nō fiat iniuria. Plus dicit Imo. in l. filio praeterito. ff. de iniusto rup. testa. loquēdo tamen sub dubio forte. Quod etiā quando filium volens exheredatur, valet exheredatio, etiā absq. eo, q. aliās exprimat alia causa voluntatis filij, per d. §. si quis sua manu. qui nō est, hodie correctus, per d. §. causas. qui loquitur de exheredatione facta filio inuito. Ad hoc

facit quod voluerunt Pet. & Cy. in l. si pater. vlt. qd. ff. de insti. & substi. vbi dicunt, qd quando filius institutus est sub conditione potestatiua, in cuius defectu est exheredatus, tunc non requiritur expressio causae: quia secundum tex. vnde sumitur d. auth. non licet. C. de libe. prateri. loquitur in causis, ppter quas filius exheredatur inuitus. Sed quando filius est institutus sub conditione potestatiua, si eam non impleuerit cum poterat, tunc dicitur volens exheredatus. Cum ipse met non implendo conditionem potestatiua se impediat, & excludat a paterna hereditate atq. l. ia dubitari. ff. de her. insti. & l. facta. §. si in d. ad Treb. Et hac vera intelligatis, qd valet exhereditatio sine causae insertione facta de consensu filij, prouiso quod filius ante factum testamentum, vel tempore testamenti consenserit. Si autem pater sine causa filium exheredasset, quo casu testamentum non valet, vt d. auth. non licet. quauis postea filius consensisset, nihil operaretur eius consensu, secundum Ang. & Imo. quos ibi sequitur Alex. in fin. in l. si quis posthumus. §. j. ff. de libe. & posthu. & Iason in dicta auth. non licet. de quo pulchra vidistis supra super co. verbo, in vij. limitatione, dum dicitur, an valeat prateritio de consensu filij facta. Aduertatis, quia idem Iason in dicta l. si quando. §. fin. prope fin. per ea quae proximè dicta sunt de filio sub conditione potestatiua instituto, tenet qd sufficit filium consentire exheredationi etiam ex post facto. Sicut seruari videmus in eo, qui testatore mortuo non implet conditionem potestatiua: & sic tacite consentire exheredationi quod sufficit. Secus in prateritione, vt plenè vidistis in d. vij. limitat. Nec est verum, vt singulariter decidit Gul. in dicta auth. non licet. Tquod filius exheredari non possit, nisi propter xiiij. causas in iure expressas. Quia imò vltra illas filius exheredari poterit ob aliam, in qua eadè sit ratio vel maior, vt quia forte sit similis, aut grauior, per tex. not. in c. j. §. porro. in titu. quae sit prima cau. bene. amit. hoc idem tenet Nico. de Neap. put ibi eum refert, & sequitur Iac. Aluarotus. dicens dnm genitorem suum ita tenuisse in repet. auth. ex causa. C. de libe. prate. idem voluit Ang. in l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniuriis. per illum tex. in verbo, propior. vbi dicit probari, qd illud quod lex dicit de remotioribus in gradu, multò magis intellexit in propinquioribus. Ex quo concludit filium posse exheredari ex causis durius, quam sit vna de illis xiiij. enumeratis in d. §. causas. Facit secundum eum l. ob es alienu. C. de praediis mino. & l. cum ita §. in fidei commissio. ff. de lega. ij. hoc etià sentit Bal. in l. solo. C. de libe. causa. Ad hoc facit glos. in verbo, voluerit. in fi. C. de reuoc. dona. iuncta text. ibi in verb. tantum. vbi dicitur, qd licet text. ille velit donationem posse reuocari per aliquam tantam ex illis quinq. causis ingratitudinis ibi expressis, tamen ex alia magna causa simili alicui ex illis ibi expressis poterit donatio reuocari. Et est cõmunis opi. a qua tutum non est recedere, licet aliqui moderni tentauerint contrarium persuadere, & malè secundum Iaco. in dicta authen. non licet. & Barb. in c. fin. de dona. pro quibus facit quod no. dominus Helias in antepenul. no. in c. Romana de appellib. vj. vbi dicit, qd sicut pot quis appellare, aut iudicem recusare propter causas

21 22 23 24 25
citia, sicut ex cõsanguinitate inter parentes, certè iudex recusari propter talem compaternitatè poterit. Tertius casus est, in quo valet exhereditatio facta, aut prateritio sine causae expressione: quando exheredatur vel prateritur ille, qui non tenet primu locu, vt decidit Bal. in repe. l. si pater filiu. xj. col. ff. de inoffi. testa. Ponens exemplum in exheredatione, vel prateritione patris ipsius testatoris. Et dicit antiquos istud non vidisse. Et idem voluit ipsemet Bal. in repetitio. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. posthumoru. ff. de iniusto rup. testa. quauis in l. si quis filium. C. de inoff. testa. non videatur in hoc figure pedem. Et veraciter est satis dubitabile: quia in contrarium fortiter facit tex. in dicta auth. non licet. dum dicit, non licet parenti aliquo ex liberis. &c. Et sic non facit differentiam, an teneant primu locum, vel non, tamen communiter tenetur quod dictum est. Et non sine ratione: quia talis, qui non tenet primu locum, non erat de necessitate instituendus vel exheredandus. l. Gal lus. §. in omnibus. ff. de libe. & posthu. Ex quo dicto resultat, qd si filius emancipatus exheredauit filium, & nepotem prateriit, cuius prateritio habetur pro exheredatione atq. emacipatione, vel forte ipsum exheredauit, & testatore mortuo filius in iudicio querela fuit per sententiam a querela inofficiosi testamenti exclusus, & ob hoc aperta fuerit via querelandi ipsi patri, qui tempore testameti mortis ipsius filij non tenebat primu locum, sed secundum, cum praeceperetur a filio testatoris, qui semper tenuit primu locum, & excludit ascendentes, vt l. si matrem C. de suis & legi. hære. eo casu succedere non poterit ab intestato, nec dicere testamentum nullum. Sed necesse habebit intentare querela inofficiosi testamenti, tanquam ritè exheredatus, licet forsan non iustè. Et valebit talis prateritio vel exhereditatio, quauis in ea non fuerit causa expressa. Quartus casus est in exheredatione fratris turpi persona herede instituta: quia non habet frater exheredandus vel prateritio do fratrem necesse apponere causam exheredationis vel prateritionis. Na text. in dicto §. causas in auth. vt eum de appel. cog. requirès in exheredatione insertionem causae, solum loquitur de ascendentibus, aut descendentibus exheredatis, in quibus requiritur insertio causae & expressio, vt d. §. aliud quoque capitulu. iuncto §. & hoc quidem. Sed hoc non reperitur in transferalibus. Ergo iura antiqua remanent incorrepta, & ita debet intelligi glo. in dicta authen. non licet. & tenet Bar. post Gul. in l. fratris. C. de inoffi. testa. & magis clare Bald. Sali. & Imo, in dicta l. filio praterito. ff. de iniusto. rupt. testa. Alex. & Iason in dicta authen. non licet. Quintus casus est, & multum singularis in volente ingredi in monast. eriu, apte cogitate de ingressu religionis tempore, quo testatur. Na talis potest sine causae expressione filiu simpliciter exheredare, sicut possit eum sine causa praterire, vt dixi supra super eod. verbo, in xiiij. limitatione. Poterit tamen filius legitima petere, conditione ex lege. Ita singulariter decidit Bar. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. per tex. in §. j. verbo, quoquo modo. in auth. de monachis. quem ibi in d. aut ben. si qua mulier. sequuntur Bald. Fulg. & Pau. dicentes testatorem tunc videri cogitasse de ingressu, si post testamentu factu fuerit intra paucos dies ingressus. Idem tenet Pan. in c. in praesentia. de proba. & sequi videtur Iason in d. auth. si qua mulier. vij. col. vbi respondet motiuis Sali. qui contrarium tenebat. Sextus casus est, & quotidianus in patre exheredate filiam statuto

statuto, aut patrie consuetudine exclusam a paterna successione. Quonia non tenetur pater in tali exheredatione causa inferere: quia etià si testametu diceretur nullum, ipsa non succederet. Ideo sufficit, qd quoquomodo exheredatur: cum necesse non haberet pater ea instituire, nec exheredare. secundum Bal. in l. posthumus. §. si ex his. ff. de inoffi. testa. dicentem alàs sic cõsuluisse. Et idè puto in exheredate filiam, quae successioni & bonis renuntiauit paternis cu iuramento, iuxta c. quauis. de pact. lib. vj. Et idem 26 28 29
in exheredante filium bannitum, vel aliàs incapacè successiois paternae, prout sunt fratres minores: quia tales prateriri possunt a patre in testameto impunè & sine causa, cum habeant pro extraneis, & per cõsequens si sine causa exheredatètur, tenet exhereditatio, de quo plenè vidistis supra isto co. verbo, in vij. ix. x. & xvij. limitat. vbi dixi idem esse in Francia, in quibuscũq. aliis religiosis, qd etià sine causa possunt prateriri. Et sic cum valeat coru testametu absq. talium liberorum institutione, & quacumque exheredatione, multò magis valebit cum exheredatione minus solèni: vt à simili dicit gl. in verbo, in trãitu insti. de libert. §. multis autem modis, volès ea quae fieri possunt sine iudice, posse fieri per iudicè incompetentè. Ergo à simili, vbi non est opus exheredatione, valet exhereditatio incompetenter facta, puta sine causae expressione. Nec pratermittendum putauit, quod circa hanc materiã singulariter decidit Ange. in authent. de nup. §. ingratitudinem. in j. not. vbi dicit, qd licet exhereditatio vt valeat, fieri debeat causa exheredationis in testameto expressa, aliàs testametu, vt videtis, est nullum, exceptis praedictis casibus. Tamen si facta fuerit causa non inserta, institutus in testameto remanebit hares, si contra filium probauerit istam causam ingratitudinis contra defunctum patrem commissa, quamuis pater testando eam non expretterit, sed eum simpliciter exheredauerit. Ideo dicit ibi Ange. quod aduocatus heredis debet esse cautus, vt mortuo testatore opponat contra filium conuerentem, & probet iustam causam exheredationis, qua probata, repellatur filius etiam ab intestato, vt etià tenet Iason in dicta authen. non licet. C. de libe. prateri. & in l. cum mota. v. colu. in princ. C. de trãfact. Ad hoc facit quod dixi supra in xxvj. limitat. Ego autem non credo hoc esse verum: quia de forma exheredationis est, quod in ea exprimat causa. Praterea regulam habemus, quod causa propter quam potest filius exheredari iustè in testamento non repellit eum ab intestato à legitima successione. l. in arenam. C. de inoffi. testa. vbi idem Iason expressè tenet contra Angel. licet aliàs teneat cum eo, incidenter ipsum referès & malè, vt ipse ibi fatetur, dicens eundem Angel. tenuisse in l. j. ff. de inoffi. testa. Necessarium est causam ingratitudinis exprimi in testameto, nec sufficeret eam in testamento non expressam probare. Vnde restat, qd exceptis praedictis casibus debet pater filiu exheredare, vel filius patrem iustam causam exheredationis exprimere in testamento. Vnum tamen menti tenebitis, qd ingratitudo propter qua fit exhereditatio tate est efficitia & virtutis, qd semel fuerit pro filiu commissa, poterit ipse filius exheredari velut ingratu: imò si veller rem a patre venditam ex consuetudine patrie offerendo pretium infra annum, iuxta cap. constitutus. de in integ. restit. tanquam proximio retrahere, repelleretur opposita sibi ingratitudine. arg. ca. j. §. quæsitum. de cap. qui curia vèdi. & c. j. §. in super. de Tom. 1.

prohibi. seu. alie. per Fed. vbi si proximio ipfius vassalli dominu offenderit, deinde vassallus feudu extra neo vèdiderit, talis proximio venditoris, qui si feudum habuisset, propter offensa fuisset illo priuatus, si velit illud iure proximitatis pretio oblato retrahere, certè repelleret, nisi dominus offensa remississet, vt dixi in verbo, Duas habens filias, loquendo de secunda specie pacti de futura successione: sic etià repelli possit ingratus filius patre de ipso cõquerente. Plus dico, qd possit filius ingratus exheredari. Non obstat, qd effectus fuerit post ingratitudinem furiosus, vt l. si. §. & si qdè. C. de cura. furio. & l. de creatio nibus. C. de episc. audic. Na iura quae dicunt furiosu non debere puniri, si delinquat, intelliguntur in delictis in furore perpetratis, & non antè. l. diuus. ff. de offi. praefi. & l. infas. ff. ad leg. Corneli. de sicar. videatis Bar. in l. ex facto. vers. septimò quaro. ff. de vulg. & pupil. substi. & Iason in l. furiosum. C. qui testa. facere non poss. vbi plenè disputat, an de omni crimine capitali cõmissio ante furorè possit furiosus puniri. Et cõcludit, qd puniri non potest in corpore, sed bene in bonis, puta p exheredatione, secundu Bal. in d. l. furiosum. Decet enim filios post Deum parentibus obedire suis omni iure, scilicet humano. l. ij. ff. de iustitia & iure. Pariter & diuino, vt habetur Exod. xx. Ibi honora patrem & matrem. & Eccles. ij. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori. & Ephe. v. Filij obedite patribus vestris, vt fecit saluator, qui subditus erat illis. Luc. ij. Et gratitudinè exercuit erga matrem vsque ad mortem, cum, vt habetur Io. xix. eam beato Ioanni cõmendauit, nobis exempli tribuens vsq. ad mortè debere parentibus nostris obedire, & obsequia praestare: quia scriptu est Eccle. iij. Gloria hominis ex honore patris sui. Et Proverb. xvij. Dicitur gloria filioru parces coru. Vnde Rechabab à domino laudati fuerunt, quia patri suo obedierat, qui eis ne vinu biberet, praeceperat, & non bibeat vsque ad diem hanc. Hierem. xxxv. Pariformiter Isaac suo vsq. ad mortè paruit genitori. Gen. xxij. Pariter etià vsq. ad mortè sustinenda filia Lephthe, vt patet Iudi cum xj. in fi. Vnde Boetius in lib. de Cõsola. Si mentis inquit, humane inserta est boni veriq. cupiditas, tantò magis insertu est filios patris suos honorare, cui Seneca cõuenit. l. de benefici. Et Philosoph. magistris & parces reddi non posse equipollès, patenter edixit. Nec minori vindicta parentu ac deorum violatio expianda est, dicit Valerius lib. j. titu. de seruata relig. c. Tarquinius autè. Quinimo etià discipulis parentibus ingrati esse non debemus, iuxta illud. j. Petri ij. ca. Subditi estote omni creaturè proter Deum, regi tanquam praecellenti, ac ducibus tanquam ab eo missis etià discipolis, ita qd sub colore correctiois filio patre castigare non licet: cù dicatur in l. eum oportet. C. de bonis quae liber. qd lex erubuit filios esse parentu castigatores. Praterea dicit Bart. in l. si adulteriu. §. si. ff. de adult. qd sicut libertus non possit patronu suum in adulterio cum eius vxore repertu occidere, sic nec filius patre: quia quauis reperiat in adulterio, remanet pater, cui reuerentia debet. Nec est quo ad filiu turpis persona, quo occidi per maritum possit. l. in marito. §. illud. eod. tit. Nisi esset propter delictum bannitus, quo casu impunè velut hostem patrie necare possit, itante statuto, quod bannitus occidi possit, secundum Barto. ibi per text. in l. minimè. ff. de relig. Et si ingrata proles redemptoris, & sanctorum non moueatur, saltem gentiliu exemplo incitetur ad venerandum parentes. Narrat enim D d iij Valer.

Valerius lib. v. tit. de pietate erga parentes. de quadā filia, quæ de lacte mamillarum sub colore visitandi matrē omni alimento, vt necaretur, sentētia liter excludam, lōgo tempore nutriti. Quo ad notitiā peruenit, iudices pietate conuicti, eam à carcere liberauerunt. [Super quo sic dicit Valerius: Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditū, quam matrem vberibus natæ alitam esse? Putauerit aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentes prima naturæ lex esset. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretiū charæ pietatis euilescit. Cæteræ profectō virtutes admirationis tantūmodo multū, pietas verō etiam amoris plurimū meretur. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo vſu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus charitatem parentū liberorum pectoribus infundit. Hæc ille.] Idem aliam fecisse erga patrē, & in tanti præconij memoriam locum istum fuisse consecratum lib. j. Solinus tradit. De Scipione dicit Seneca, vbi supra, quod patrē suum in prælio seruauit. Et Aeneas, vt xxiii. cap. scribit, Anchisem patrem suum sensissimum per medium inimicorū, atq; ignium detulit aperta voce dicens, quod habetur lib. ij. Aeneidos:

*Ergo agē chare pater cervici imponere nostræ,
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauat.* C. c.
Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretium charæ pietatis euilescit. Quinetiam eō certius, quod miserius experimentum habet, dicit idem Valerius. tit. de pietate erga parētes. Erubescant ergo ingrati erga parentes saltē viuos. Quoniam vt historia Barlaam & Iosaphat habet, iuuenis quidā si præ aliis suis fratribus putatiuis cadauer patris defuncti validius penetraret, sententia iudicum hæreditatem lucraturus, mortuum patrem iaculare recusauit, quem tūc lachrymabiliter veneratus est, nec abs te: quia vt dicit Valerius ibi supra, Diligere parentes prima lex naturæ est. Et optima rerū natura pietatis est magistra.

[Vide aliud exemplū infra dum loquitur, an penitentia possit ingratitudo aboleri.] Quod patēter Atys Cræsi Lydorum regis filius ostendit, qui cum mutus natura esset, & patrem iugulo cuiusdam militis ipsum regem esse ignoratis in bello suppositum vidisset, pietate organo loquēdi contra naturā apertis, clamans patrē liberauit, in eoque plus pietas potuit, quam natura negasset, quæ loquelā ei nō dederat, de quo Valerius lib. v. tit. de pietate erga parentes, sic dicit: Illa scilicet natura nimirū, quæ etiā Cræsi filium loquēdi vſu defectum ad protegendā patris incolunitatem ministerio vocis instruxit. Caput enim à Cyro rege Sardib*, cum vnus è numero Persarum ignarus viri, in cædē eius concitato impetu ferretur, velut oblitus, scilicet Cræsi filius, qd sibi nascētī fortuna denegasset, ne Cræsum regem occideret proclamādo penē iam impressum mucronem iugulo reuocauit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, saluti parentis vocalis factus est. De Coriolano. [Cuius historia latius habetur sup verbo, *Dna habens filias*, dum loquitur de mulieribus quæ olim sapientia & consilio vigerunt.] Idē Valerius ibi in prin. refert, qd misit ad eum Romam obsidētem deprecādum legati, nihil profecerunt: misit deinde sacerdotēs cū infulis æquē sine effectu redierunt. Tūc Veturia Coriolani mater videns urbem perditam, castra Volcorum, quibus ipse præerat, petiit, quam vbi filius aspexit, propter vt amens complexum petiit, quam complexus, Expugnasti, inquit, & vicisti

irā mea patria, precibus huius admonitus cui⁹ vtero cōceptus sum. Continuoq; hostilibus armis agrum Romanum liberauit, ita qd pecc⁹ acceptæ dolore iniuriæ spe potiundæ victoriæ verecundia detreclādī ministerij metu mortis refertū totum sibi pietas vacuefecit. Vniūsq; parētis aspect⁹ bellūm atrox, salutarī pace mutauit. Nec est graue secundum Ambrosium in suo exameron, quod pietate plenum est, nec onerosum quod soluiſ naturæ debito. Quapropter nō recusant aues patrem pacere: imō ciconiæ parētes suos nudatos regunt, illos fouēt, & alimento paciscunt, ac leuati subleuāt. Et tamē ad hoc lex scripta non astringit eas, nec recipiūt hoc ex præcepto, sed gratiæ naturalis officio. Vnde filius ingratus beluis est peior, cum de cane nullibi legatur, quod suum reliquerit nutritorem: imō vt experientia docet, morti pro ipso se cordialiter exponit. Et leo rugiens à cuius pede diuus Hieronymus spinā traxerat, ci quandiu vixit domitus seruiuit. Ideo tales dici nō merentur filij: quia filius dicitur à φιλος Græcē, quod est amor Latinē. I. liberorum. vbi Bar. ff. de verbo. signi. Tolle, inquit, Petrus Rauennas à sole radium, & nō lucet: riuū à fonte, & arefcit: ramū de arbore & deficcatur: membrū à corpore, & putrefcit. Sic separa filium à paterna deuotione, & iam nō est filius: imō collega eorū, quibus in euangelio dicitur: vos ex patre diabolo estis. Sed (proh dolor,) multi parētes sūt interdum causa ruina filiorum, & qd in eos ceruices erigant tanquam ingrati: quia eos corrigere prætermiserunt. Et cum sperant ex eorum operibus latari, tunc desolantur. Debent enim parētes, imō tenētur liberos corrigere verbo, & factō, si opus fuerit, eos virgis castigādo, quāuis clericos absq; metu excommunicationis, dū tamen moderatē fiat: quia nō procedit suadēte diabolo, sed poti⁹ spiritu sancto, & sic locum non habet censura. cap. si quis suadente. xvij. q. 1. tit. iij. Nec possit filius hoc casu patri resistere sine pœna, secundum Bar. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Et si resistendo vim patrī inferret, exheredari possit propter manus violentas in patrem illatas, in authen. vt cum de appell. cogn. allegato. §. causus. Ob quod sunt reprehendendi summē parētes filiis maliter adulantes: imō ferē puniendi, sicut Heli à Deo punitus fuit, eō qd filios suos corrigere neglexerat, vt dicitur i. Regū iij. Et si eos correxerat, hoc molliter fecerat, vt patet ibi ij. cap. vbi dicit Hierony. Heli pro iniquitate filiorum damnatus est, quia corripuit eos lenitate patris, nō autoritate pōtificis: vnde nō solum p iniquitate filiorū, sed pro sua punitus fuit. Vtinam (dicit Quintil.) liberorum mores non ipsi perderemus. Illorū enim infantia statim deliciis soluius. Mollis quippe educatio, quam indulgentiam vocāt, neruos omnes mētis, & corporis frangit. Ideo apud Gallos olim mos erat, qd liberi prius quam militiæ onus sustinere possent, in conspectu patris nō videbātur. de quo Cæsar in Cōmentariis suis de bello Gallico, lib. vj. sic dicit: In reliquis vitæ institutis hoc ferē reliquis differunt, scilicet Galli, qd suos liberos nisi cum adoleuerint, vt munus militiæ sustinere possint, palām ad se adire non patiuntur. Filijūque in puerili ætate in publico in cōspectu patris assidue turpe ducūt. Hæc ille. Et ratio erat, qd patres multa amoris signa in risu, osculis, & aliis puerilis ætatis fomētis ostēdunt liberis, ex quibus eleuantur. Nam blanda patrum segnes facit indulgentia natos, sicut videtis de Heli alleg. cap. j. Reg. iij. & in c. licet Heli. de simo. Pariter narrat fāciculus temporum, tempo

re Cæle

re Cælestini tertij summi pōtificis, quandam iustā matronā fuisse vitam in purgatorio torqueri aliquādo vehemētī calore, eō qd mundū, & eius voluptates nimis ardentē dilexisset, aliquādo frigore maximo: quia pigra ad bonū fuerat maxime filios, & familiā nimis negligenter corrigendo, quod modicū nō est, imō graue peccatum. Ideo optima hæreditas filio à patre traditur, quādo virtutum & bonorum morum exemplum exhibetur. Profectō sicut Aquila, quia summē diligit filios, facit eis nidū in locis altissimis, ne coluber violet foētū, aut veneno queat nocere, sic pater filios à consortio malorum debet separare, ne ipsorum exēplo polluantur, vt Barbatus tangit Hierony. super Esaiam vlt. cap. Subiungēs, qd sicut in nidis Aquilarum reperitur lapis pretiosus, qui dicitur berices, vt ponit Solinus li. viij. c. vj. Sic in vita filiorū virtutes reperitū, si nidus eorum ab his inferiores separatur, & tunc separatur, quādo in iuētute praua consortia vitare filius docetur. Hæc ille. Nam iuuenilis ætas tempus est serendarum virtutū aptissimum, quo curam per se maximē circa suos adulescentes adhibuerit diligētissimā, ne quid turpe in gestu, in verbo, aut factō vnquam admitterent. Hæc enim ætas ppter voluptates ad vitia propēsiō est, & proinde cura meritō debet esse cautiō, cū & Alexander Macedo malæ educatiōis vitia ad senectā vſq; serua uerit. Quia cōtraxerat in iuuenili ætate negligentia Leonidis pædagogī sui ebrietatis infantia, vt Dioge. Babylonis refert, & tetigi super verbo, Raynuntius de Clera. Ideo sicut hyrūdo pullos suos docet sterco ra sua eicere extra nidum, vt habetur lib. xij. de proprie. rerū. c. de hyrūdine, sic pater filios docere debet vitia euitare, & insita eicere per virtutes, doctrinam & bonos mores, & exēpla optima. Ideo quātō parētes virtuosē filios nutriuerūt, tantō plus est eorū culpāda ingratitudo erga parentes. Similes enim sunt catulis viperaurum, qui in matris vtero exilētes quādo crescunt, latera rodunt, & sic exeunt matrē interficiendo. Quæ vipera inde dicitur, eo quod vi pariat, vt Lya refert Actūm vlti. Quos reprehendēs summus ille Baptista Matth. iij. Progenies, inquit, viperaurum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Idem clamitans Luc. tertio. ibi genimina viperaurum & c. Terribile enim vitium est ipsa ingratitudo, quæ dicitur ventus vrens & siccans fontem misericordię, rorem pietatis & fluentia gratiæ, vt diuus inquit Bernar. super Canticis, secundum Ioan. And in c. fin. de dona. vide ibi Barba. in princ. Pariter sūt parentes interdum prouocātes filios ad ingratitudinem: quia non nisi garrulare nesciunt, & eos ad indignationē prouocare cōtra debitum officium. Vnde Apost. ad Col. iij. Patres, inquit, nolite ad indignationem prouocare filios vestros. Mutuō enim debēt se cōpati, & vtriq; cogitare, qd tria filijs debēt à parētibus, scilicet esse, nutrimentū, & disciplina, & ecōtra à filijs debetur parētibus obediētia, & reuerētia, vt dicit idē apost. iij. ad Timo. iij. ibi parentibus non obediētes ingrati. Et vtrūq; cōplectitur ad Ephe. vj. Filij, inquit, obedite parētibus vestris in dño. hoc cū iustū est. Et vos parētes nolite ad iracūdiā prouocare filios vestros, qd educate illos in disciplina & correptione domini. An autē per ingressū religionis purgetur ingratitudo præcedens, videtis glo. in aut. de monachis. §. j. que dicit qd nō. de quo per Cy. & Bal. in l. fi. C. de epi. & c. Nos autē. tex. habem⁹ apertū, qd ingratitudo per ingressum religionis purgatur, adeo qd illius prætextu filius exheredari non

Tom. i.

potest. xix. q. iij. c. fi. Ad hoc facit glo. in super verb. occasione. in auth. cōsti. quæ dig. li. à patria pote. dicens qd monachatio est potens monachū liberare à potestate demonis, per tex. in d. §. jin auth. de monachis. In hoc autē regno in quo ex generali cōsue. monachi ab intestato succedūt, nō sunt necessariō infituenti nec exheredādi: per ea quæ dixi in viij. limita. §. & in verbo, *Et uxorem nomine Adelas*. Similiter decidūt Host. & doct. in c. Iudai. l. c. ij. de Iudais. per illū tex. ibi: melioris. Quod omnis ingratitudo per filium contra patrē Iudæum cōmissa aboletur, si talis filius ad fidem cōuertatur, pro quibus facit tex. in d. c. fin. per quē si filio Christiani aboletur ingratitudo per ingressum religionis, multo magis aboletur filio Iudæi ad fidē cōuerso, cuius opus est secundum eos multo dignius. quos sequitur ibi Felin. Aduertatis t vterius ad aliud quod est mirabile in practica, qd si filius causam cōmiserit ingratitudinis contra patrem, per quam possit exheredari, si penitentiam, viuente patre, agat, vel ante conditum testamētum, non poterit amplius ex illa causa exheredari per patrē, quod probatur à simili. Nā si filia in corpus suum peccauerit, est iusta causa, propter quā potest pater eam dote priuare, aut denegare alimenta, secundū Spec. tit. qui filij sunt legi. vers. sed quid si filia tua. Bald. in l. fi. C. de dotis promi. Tamē si filia penitentia agat, non poterit amplius pater eam dote priuare vel alimentis, secundum Specu. vbi supra vers. quid si ipsa penitet. doc. in c. Quinauallis. de iureiur. Bal. in l. si filia. per illum tex. C. de inoffi. test. facit l. imperialis. C. de nup. & c. ferrū. l. dist. Sic ergo filius qui fuit patri ingratus exheredari non potest post peractā penitentiam ex illa causa de qua ante penituit, vt singulariter dicit Alex. in l. j. x. co. ff. sol. matri. Pro quo facit, quod habetur Ezechielis xvij. ibi, Quacūq; hora peccator ingemuerit, omnium peccatorum eius amplius non recordabor. Sic filius prodigus ad patrem clamās Lucae xv. Pater peccaui in casū & coram te iam nō sum dignus vocari filius tuus, à patre reconciliatus est. Quod multū facit pro Alex. cū quo tranſit Iason in d. auth. non licet. C. de libe. præte. & in d. l. in arenam. C. de inoffi. test. Nā permittit aliquando Deus hominē peccare, vt post per penitentiā firmior officiat, sicut legitur de Petro, qui post lapsum factus est fidelior. l. dist. ca. fidelior. Per t quem tex. dicit ibi gl. qd potius est eligendus ad officium publicum, qui peccauit & penituit, quam qui semper fuit bonus: quia infirmus fortior resurgit, de peniten. distinct. prima. potest. & magis scit compati aliis deficientibus exēplo Petri, de quo ibi dicitur, & infra dicam: sed dubito hoc posse sustineri in foro contentioso per text. in l. qui ea mente. ff. de fur. vbi per penitentiam nemo nocēs esse desinit, nisi pater, cuius interest penitentiam filij acceptasse per reconciliationem, prout facit allegato Lucae xv. capit. Et vt de quodam ignoto narrat singulariter Valerius lib. v. tit. de parentum moderatione. in fine. Magnorum, inquit, etiam virorum clemētibus, actis ignoti patris nouæ ac inusitatæ rationis consiliū adiciam: qui cū à filio necēti sibi infidias cōperisset, nec inducere animum posset, vt verum sanguinē ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suspicans suppliciter rogauit, ne se vterius celaret, siue illū adoleſcentē subiecisset, siue ex alio cōceptisset. [An de hoc credatur matri, vide plenē infra super verbo, *Et filios suscipiens ex eadem*.] Assueratione deinde eius & iuramento, se nil tale

D d v

debere

debere suspicari persuasus, in locum desertu filio p- ducto, gladium quem secum occultum attulerat, tra- didit, ac iugulum feridum prabuit. Quo facto non paulatim, sed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupavit. Cōtinuōque abiecto gladio: Tu, inquit, pater viue: & si tam obsequēs es, vt hoc preca- ri filio permittas, me quoque exupera, id est superui- ue. Sed tamen quæso, ne meus erga te amor eōsit vi- lior, q̄ à pœnitentia oritur. Hæc ille. [Speciosa hæc deprecatio, quia quilibet ad Deum per pœnitentiam conuersus vti potest: quod optimè facit ad ea quæ dixi super verbo, In extremis posuius. prope si quasi dica- cat filius, propter patrimoniū struxi tibi patri insi- dias, at nunc velim te etiā post me victurum, vt nun- quàm id possideam, sed tamen quæso ne amor meus erga te sit eō vilior, q̄ oritur à pœnitentia. Ex quo da- tur intelligi, patrem nō debere leuiter moueri ad si- lium etiā immeritum exheredandum, sed dulciter & sagaciter reducendum & reconciliandum; ac finaliter hæredem instituendum, vt plenè dixi super verbo, Et uxorem nomine Adelsam. in princip.] Per quæ datur intelligi ingratitude pœnitentia hlij abole- ri. Et vt ita fiat debet pater possētens laborare: quia non est peccatum quod pœnitentia nō aboleatur. Et idem fortè si filius maximè si triennio cōpleto emen- datus ab illa ingratitude cauerit seu abstinerit, quod est euidentis signum pœnitentiæ, secundū Ange- singulariter in auth. de monachis. in princ. vbi dicit, q̄ Regula semel malus semper in eodē genere ma- litia præsumitur esse malus: nō habet locum in illo, qui post illud malum commissum triennio honestè & sanctè vixerit: quia ex hoc præsumitur pœnitens & emendatus, quod est notādum pro suscinēdo opi- nionem Alexan. Similiter exheredari non possit, si pater per pactum causam ingratitude filio remi- serit, secundum Ang. & Pau. in l. si. C. de pact. prout etiam satis colligitur ex doctrina Barto. ibi in ij. col. Et idem esset si pater filium in testamento exhered- dasset ex iusta causa, deinde filius se cū cō patre re- cōciliauerit, vt clarè probatur per illum tex. Luc. xv. Quia ex hoc intelligitur exhereditatio extincta, & per patrem tacitè remissa, secundum Barto. in l. ij. §. non solum. prope fin. ff. de adimen. lega. per illū tex. iuncta l. quod si iterum. eod. tit. facit text. iuncta glo. in §. si. in situ. de iniuriis. quod est notandum. Nam vltima eorum consuetudo est attendenda, vt in simi- li decidit Bal. in l. si filia. C. de inof. testa. arg. l. mel- la. ff. de alimen. & ciba. lega. facit quod decidit Imo. in l. si ab hostibus. ff. sol. ma. vbi dicit, q̄ licet vir sine causa expellens vxorē, priuatur lucro dotis, ac si eam occidisset, secundum Bal. in l. j. §. sancimus. C. de la- ti. liber. tol. per illum text. Et idem si negaret ei ali- menta aut medicinam, dicit Bald. in l. quod in vxor- em. C. de nego. gestis. & in auth. dos data. C. de do- na. ante nup. tamen secundum Imo. illa procedūt, nisi tanquam maritus eam expulit, vel malè tracta- uit, eam re integra cæperit bene tractare: quia tunc tali lucro non priuabitur, vt dicit not. probari in l. si cūm dotem. §. si autem in s̄uissimo. ff. soluto matr. cum quo transit ibi Alexan. in dicta l. si ab hostibus. Ideo dicit Bal. in d. l. si liberi. C. de inof. test. & per l. fratres. eod. tit. q̄ si filius contra patrem aliquam causam ingratitude fecerit erga patrem: certè per talem gratitudinem tollitur præcedēs ingratitu- do, vt ex ea exheredari non possit, secundū Bal. ibi: quæ sequitur Iason in l. ex hoc iure. xix. colum. ff. de

iuisti. & iure decidens, q̄ gratū seruitum subsequens præsumi facit remissionem præcedentis iniuriæ. In ipius. vbi hoc not. Bal. C. famil. ercisc. subiungēs, q̄ si inimici sibi inuicem grata faciant seruitia, præsu- mitur remissa præcedēs iniuria: quæ non solum ver- bis, sed facto remitti potest, secundū gl. in §. iniuria. in l. de iniuriis. Ad hoc facit quod singulariter deci- dit Io. Fab. in §. cūm; hoc super gl. in verbo, ex mul- tis. in proemio in l. vbi dicit, q̄ regula semel ma- lus. de reg. iur. lib. vj. locum non habet, vbi in aliqua persona malum concurrat cum bono. Præsertim vbi bonū sequit malū commissum, quod est notandum. Quoniā illa regula esset nimis aspera in semel delin- quente. Habet enim locū in delinquētē, de cuius ali- quo bono actū non cōstat: vel habet locū in illo, qui plus deliquit quàm bonū fecerit. c. testimonium. de testibus. & quod supra dixi. secundum Ang. in auth. de monachis. Per quam decidit Guido papæ. q. cclx. q̄ si postquam datus fuit prodigo curator, per triē- nium vixerit discretè, censetur ad sanos mores redu- ctus: & sic curā expiisse ipso iure, sine alia iuris de- claratione seu iudicis. Et ita limitat decisionē Bart. in l. is cui. ff. de ver. obl. volentis acta prodigi declara- ti nō valere, donec facta per iudicem declaratione, q̄ prodigus esse desit. Quia hoc verum est, si tempo- re minori triennio emendatus fuerit. Et eo modo cō- cordat opinioes. Facit tex. in dicto canon. si delictor l. distin. vbi fidelior fuit Petrus post lapsum, postquā Christum negauit: vbi dicit gl. q̄ in concurrentia duorū electorū, ille præferendus qui peccauit & pœ- nituit: ita quod dignior est eo, qui nunquā peccauit, quia melius sciet cōpati pœnitentibus, dum erit præ- latus, quia multoties lapsus virtutem acuit, ita q̄ me- lior efficitur qui peccauit. Vnde Aurelius Augusti. lib. xiiij. de ciui. Dicit. xiiij. in fin. Audeo, inquit, dice- re superbis esse vile cadere in aliquod apertum ma- nifestūq; peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fletit, quàm sibi placuit quando præsumpsit. hoc dicit & sacer psalm. [Psal. lxxij.] Imple facies corū ignominia, & quærent nomē tuū, dñe, id est, vt tu eis placeas quærentibus nomē tuum, qui sibi placuerāt quæredō suū. Quia licet peccatum nō possit esse alicui vile, cū de natura sui sit dānabi- le, hoc intelligit secūdū se formaliter: tamē vile est occasionaliter, cūm p̄ partēs peccatū superbus humi- liatur & efficitur simpliciter virtuosus. [Nā permit- tit aliquando Deus aliquē cadere in delictum, vt ex rubore vel pœna fiat bonus, vt videtis quod modicū non dicit beneficiū, si hoc in primordio vitæ cōtin- gat. Nec dissimulari debet primū delictū, sed clemē- ter corrigi, ne peccatori peius contingat. Et hoc est quod dicitur ij. Machab. vj. Etenim nō sine multo tēpore peccatoribus ex sententiā agere, sed statim vlti- ones adhibere magni beneficij est iudiciū, vt habe- tur j. super verbo, Mortuo itaq; resuore. j.] Ideo de peccato emendatus potest in priori officio permane- re, & ad superiora ascendere, sicut Petrus qui stendo apostolatu retinuit: & postea summū pontificatum sumpsit, vt etiam de Geta & Marco Valerio Messala refert Valerius lib. ij. tit. de nota cēforia. T Sequun- tur, inquit, duo eiusdē generis exēpla, eāq; adiecitē satis erit. Geta oī à Lucio Metello & Cneo Domitio cēforibus senatu motus esset, postea censor fact⁹ est. Item Marcus Valerius Messala cēforia nota perstri- ctus, cēforia postmodū potestate imperauit. Quorū ignominia virtutē acuit. Rubore enim eius excitati omnibus

omnibus viribus incubuerit, vt digni ciuibus vide- rentur, quibus dari potius, quàm obici cēfora debe- ret. Hæc ille. Sicut factū fuit de Petro qui lapsu non obstante potestati à Christo, cuius actio est nostra instructio. c. significasti. de elect. Idē ergo dicendū in filio, q̄ ingratus fuit, nūc verò emendatus. Videtis quæ de filio prodigo dixi super verbo. In extremis posuius. circa finē. T Vnum tamen notabitur, q̄ vltra filij exheredationē à patre factā propter ingratitudi- nem, quæ quidem exhereditatio fit per patrē ex pote- state cuiusdā iurisdictionis æconomica, quā habet pater in familiā suā, vt dixi super verbo, Et uxorem nomine Adelsam. in j. articu. & ij. decisio. loquendo de priuado officio seculari per principem: habemus aliā exheredationē quæ fit ex potestate iurisdictioni- nis contentiosa per iudicem, mortuo patre, quocies iudex videt aliquem prodigum effusē & malè vten- tem substantia sua. Quoniā si pater qui ratione prodigalitate filium non exheredauerit cum possit, per- tate. singulari in l. si furioso puberi. [De cuius in- tellectu vide infra super verbo, reliquit. in xij. casu, in quo filius grauari potest in legitima.] ff. de curato- rio. poterit hoc facere iudex, & interdiciere bonis curatore dato. Ex quo tempore cōtrahere vel testa- ri non poterit. l. is cui. ff. de verb. obli. Non tamē fieri potest talis interdictio per iudicem, nisi prius con- stituito de prodigalitate, vt ibi plenè dicitur. Et sur- git hæc iudicialis exhereditatio ex equitate. l. domino rum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. §. finali. in l. illo eod. titulo. fauore boni publici, cuius interest, ne- qs re sua malè vtatur. Et eo modo filij quāuis à pa- tre hæres institutus, potest publica & pretoria seueri- tate exheredari, prout de Quinto Fabio Quinti Fa- bij Allobrogici imperatoris seu consulis Romani fi- lio prodigo, post mortē patris factum extitit, de quo Valerius lib. tertio titu. de his qui à maioribus dege- nerarunt, sic dicit Age. id est, attende. Quinti Fabij Maximi Allobrogici & ciuis imperatoris clarissimi filius, Quintus Fabius Maximus, cuius vt cetera fla- gitia obliterentur, id est, nō memorentur, tamen a- bundè illo dedecore more nudari possent, quod ei Quintus Pompeius prator vrbanus paternis bonis interdixit, neq; in tanta ciuitate qui illud decretum reprehenderet, inuentus est. Dolēter enim homines ferebant pecuniā, quæ Fabie gentis splendori serui- re debebat, flagitiis discipi, id est, dilapidari. Ergo quem nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica seueritas exheredauit. Hæc ille. Videatis textum, glo. Panor. & Docto. in c. ex parte vestra. de consuetudine. Vnde restat ad propositum nostrum vera cōclusio, quod ad hoc, vt pater iuridicè testari possit, necesse est, vt filium quem habet in potestate, hæredem instituat in aliquo quantumcunque modico, aut ipsum nominatim exheredet, causa ingratitudinis expressa, nisi in casibus exceptis, vt dictū est. Quæ causa si vera sit, q̄ per hæredem liquidè probe- tur, tenet testamentum. Si verò non probetur, filius querelare poterit testamētum patris: id circo licet te- stamentum in quo filius est exheredatus, non sit fa- ctum pro ipso, sed potius contra ipsum, & ipso non mandate nec ratum habente, sed inuito, tamen pote- rit filius editionē illius petere, vt eo viso possit illud impugnare & querelare, sicut post illius editionem petere hæres in eo institutus, vel legatarius, & ceteri prætendentes interesse & commodum lucratium ex eo secundum Bal. in l. fina. C. de eden. Nam cum ipse filius testamentum patris velit rescindere, cūm

ei permittatur rescissio, quod est principale & cōse- quens: ergo ei permittitur antecedens, quod est editio arg. l. ad rem mobilem. ff. de procura. Si autem pa- ter ipsum filium præteriret, quāuis causa foret testa- mento expressa, testamentum esset ipso iure nullum, ita q̄ non sufficeret dicere: Ideo filium nō instituo, quia talem causam cōtra me commisit & c. Oportet ergo q̄ dicat, filium meum talem ex tali causa exhe- redo. & ita tenet glo. in §. exheredatos in auth. de hære. & Fal. Et hæc vera, vbi filij in patris potestate constitutus præteritur: si autē filius præteritus esset emācipatus, tunc aut est sine expressione causæ præ- teritus, & nunc testamentum est ipso iure nullum, vt dicit glo. in dicto §. exheredatos. & sentit glo. fin. in l. si filius emancipat⁹. ff. de mino. & no. Bar. in l. Gal- lus. §. in omnibus. ff. de liber. & posthu. Et hoc idē est, quia nō fuit seruata forma tradita in dicta auth. non licet. Si autem emancipatus esset præteritus cū causæ expressione, tunc quia testamentum olim erat aliquod, vt l. filium. iuncta glo. ibi in verbo, emanci- patum. ff. de contrabu. Ita etiam erit hodie, cū in successione ex testamento non sit etiā hodie sub- lata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vt no. glo. in l. si emācipati. C. de colla. & sic necesse habebit etiam hodie emancipatus isto casu rumpere testamētum per bonorum possessionem contrab. sicut & olim, Et si hæres probet causam ingratitude- nis esse veram, excluderetur emācipatus à bonorum possessione contra tabu. Sicut excluderetur à quere- la inofficiosi testamenti filius in potestate constitu- tus, quando esset iustè exheredatus. T Vnum postre- mō menti tenebitur, q̄ ingratitude nedum operatur ingratum non succedere testamēto facto in quo est exheredatus, sed etiam si testamentum illud ad nihil deduceretur: quia postquā testator de ingratitu- dine conuictus est, & probatur ingratitude, nō po- test ingrat⁹ venire ab intestato. Plus dicit gl. singu- laris in c. fin. in si. de postula. per l. liberi. C. de inof. testa. q̄ etiam si offensus nullum fecerit testamētum, tamen repellitur ingrat⁹ à successione ab intestato. idem tenet gl. super verbo, lucrum in §. ingratitude- nem in auth. de nuptiis. iij. colla. quam ibi sequitur Jac. de Bollouisu. & Nico. de Neapo. in l. si spur⁹. ff. vnde cogn. pro quorum opinione videtur tex. in di- cto §. ingratitude. facit tex. cum glo. in §. cū igitur in authent. de non eligg. secūdō nub. j. colla. & in l. ij. §. si. & l. ex parte hæres. ff. de adimē. leg. ita q̄ ve- niēs ab intestato ingrat⁹ opposita ei & probata in- gratitudine contra defunctum, de cuius successione agitūr cōmissa, à successione repellitur: quæ hico velut ab indigno ablata applicabitur, secundū. Jac. in dicto §. ingratitude. per l. his consequēter, vbi plenè Floria. ff. fami. ercisc. & voluit gl. super verbo, alias leges. in §. aliud quoq; capitulū. in auth. vt cum de appel. cogn. viij. colla. Sed contrariam opinionē videlicet, quod ingrat⁹ à successione ab intestato, nō repellatur, tenet Barto. & Bald. in l. fratres. C. de inof. test. quos ibi sequitur Iason. licet Salic. ibi in viij. quæst. primam tenuisset opinionē per l. si defun- ctus. verū. nisi fortè. C. de suis & legit. hære. quæ ni- hil facit secundū eum. Tanc secundā opinio. q̄ non repellatur, tenet Angel. in l. j. ff. de inof. testa. & ex- pressè Bart. in dicto §. ingratitude. & Imo. in di- cto cap. fin. dicens gl. ibi esse falsam, primò quia l. li- beri in qua se fundat, loquitur de ingratitude re- pellētē à successione testati, & non à successione in- testati. T Et præterea: quia ingratitude nūquam re- pellit

pellit ingrati, nisi conquerete illo contra quem com- missa fuit. l. fi. C. de reuo. don. vt patet ex supradictis, vbi vidistis in cōquestione causam fore exprimēdā. Et p hac parte est tex. in l. cognatis. ff. vnde cog. vbi non obit. accusatione que iusta ingratitudo dicitur, non repellitur accusator à successione cognatorum suorū per eum accusati. nec obit. l. cū patronus. ff. de iure patr. quia facilius tollitur iura patronatū quam sanguinis. l. ius agnationis. ff. de pac. & l. iura languinis. ff. de reg. iur. Pariter non obit. tex. in d. §. ingratitudinē. & in l. fi. C. de secū. nup. quia ibi repellit frater ingratu. à quodam lucro, quod iure hēreditario nō cōpetit. Etia nō obit. ab hostibus. §. si. ff. solu. mat. quia loquitur de lucro cōtingēti de per accidēs & nō de iure sanguinis, quod est inseparabile per ingratitudinē. Mihi autē videtur vtraq; opi. sustinenda & ambas sic posse concordari. Quia aut parēs offēsus non habuit spatium nec facultatē conquerendi vel testandi, vt quia in actu ingratitudinis aut illico post decessit: tūc locū haberet prima opi. vt talis ingratitudo, si obiciatur & probet, repellat à successione intestati ingrati. Aut habuit spatium hoc faciēdi & nō fecit: & tūc locū habeat secūda opi. Et hoc modo opi. cōcordat tex. expressus in d. §. aliud quoq; capitulū. vers. ex eo qā prohibuit parētēs & c. & in authent. vt cum de appel. cog. Videatis que dixi super verbo, Et vxorē nomine Adelastā. in ij. membro primi arti. successionū ab intestato. vers. Et premissa intelligatis vera. in ij. conclusi. & super verbo, condidit. ij. dum loquitur de occidente testatorē, vxorē aut liberos testatoris. Et sicut potest pater filiū ingratum exheredare, sic etiam & mater cui sicut patri tenetur filius ad opera pietatis, & reuerētię ac obediētia, licet amborum parētū diuersa sit potestas: quia pater filiū habet in potestate, sed non mater. l. furio. ff. de curato. furio. Tamen in ipsum exheredādo non tenetur plus facere, quā pater in filio emancipato: cum prateritio matris habeatur pro exheredatione. C. de inoffic. testa. l. omnimodo. Et de cōuersō posset filius ambos parentes exheredare ingratos ex aliqua de septē causis enumeratis in d. §. causas. Et frater fratrem aut sororē ex vna de tribus causis ibi enumeratis, & per gl. in d. c. Quintauallis. de iureiur. Et intelligatis de fratre, vbi turpē personam hēredem instituit: quia si honestam personam relinqueret hēredē, nō potest frater vel soror quantumcunque gratus testamentum fratris vel sororis querelare.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

SVMMAE SECTIONIS

Adiecta impuberi.

- 1 Fœmina etiam meretrices sunt successioni capaces.
2 Pupilli sunt nobilitatis capaces.
3 Infantes ex testamento ab intestato succedunt etiam in castrensibus & feudilibus.
4 Minores non coguntur ire ad praelium.
5 Administrare non potest quis ante xiiij. annum.
6 Vtero adhuc existens succedit etiam in regno.
7 Aetas non in utero, sed à partu incipit.
8 Francorum reges ante xiiij. an. non coronantur.
9 Salomon anno xij. unctus rex, sicut & beatus Ludouic.
10 Gulielmus Benedictus quo tempore iura audire cepit.
11 Pupillus an possit esse iudex, notarius, vel doctor.
12 Doctor habet iurisdictionē ordinariā inter suos scholares.
13 Protonotarius cuius aetatis esse debet.
14 Protonotarij dignitas & officium.
15 Pupillus nō potest notarius creari, etiā ut postea exerceat.
16 Doctorari quā aetate quis possit. & nu. 17. & 18.
17 Hominis excellentia.
18 Excellentia viri condonatur iuris rigor.
19 Consanguineus quando possit esse iudex in causa consanguinei. & nu. 22.
20 Iuvene inuenit in puella quādo non presumitur malum.
21 Laicus eligi potest in episcopum propter sanctitatem.
22 Pauper quando est idoneus fideiussor.
23 Testis infamis dicitur quando valeat.
24 Ordinatus ad aliquem ordinem presumitur alios praecedentes habere.
25 Confessionem reuelandi sibi à mortuo datam licentiam dicenti sacerdoti an credatur.
26 Notarius inferre quid omittens, an sit falsi reus.
27 Medicus Iudaeus Carolum Caluum interfecit.
28 Excellentia viri deferendum.
29 Metellum accusari non passus est senatus Romanus.
30 Pindari domini pepercit Alexander.
31 Torqueri quē ob vniu testimonij prohibuit sanctus Lud.
32 Bestia bruta sepe sum loquuta.
33 Zoroaster ridendo natus.
34 Scientia an suppleat aetatem, sicut malitia.
35 Barbati laudes.
36 Scholarius vitia.
37 Doctoratus intra xvij. annum iudex esse non potest.
38 Rex minor xxv. annis, an cogatur habere curatorem.
39 Curatorem quis habere non compellitur.
40 Angelus cuique ad custodiam deputatus. & nu. 44.
41 Rex duos habet angelos.
42 Michael regis Gallorum custos.
43 Michaelis apparitio in Gallia.
44 Animae dotes diuinae.
45 Iohi septem annorum regnare cepit.
46 Rex ante xxv. ann. administrare potest.
47 Rex electione creatus non administrat ante xxv. annū. secus si successione & nu. 52.
48 Carolus octauus ante pubertatem administravit.
49 Regnum potest filius administrare viuentē patre.
50 Anglia rex sacro regi Francia assistit & seruit.
51 Pupilli contrahunt sine tutore in Gallia.
52 Minor consuetudine contrahens, an restitui possit.
53 Beneficia ecclesiastica qua aetate obtinenda.
54 Abbatem non comprehendit dispositio de abbatissa.
55 Animarū curā habere nō potest presbyter, & xxv. an.
56 Pupillus patronus presentare potest.
57 Renuntiatio per pupillum facta, quando valeat.
58 Pupillus an ex consuetudine testari possit.
59 Mentis surdus, & impubes aequiparatur, quo ad alia testandi.
60 Pupillus & prodigus an restentur ad pias causas.
61 Prodigus in lucro captando consensum habet.
62 Testamentum furiosi approbatur.
63 Sementia à fatuo laia fuit valida.
64 Romanum imperium tria destruxerunt.
65 Senatores vnde, & à quo instituti.
66 Senectutis veneranda exempla.
67 Pupilli statuo fieri nō possunt stabiles etiā ad pias causas.
68 Pupillus stipulari potest rem saluam fore.
69 Fatui reguntur impulsu celestium corporum.
70 Furiosus presumitur testatus tempore furoris.
71 Furiosus quis dicatur, & quando probatur. & nu. 77.
72 Lingua discretē regenda.
73 Stultus vitio comparatur. & nu. 80.
74 Stultitia maior est, cū se quis sapientem putat.

- 82 Fatuus an testari possit.
83 Tutorem filijs dare non potest. licet testari possit minor xxv. ann.
84 Ebrius testari non potest, sicut nec dormiens. & nu. 85.
86 Freneticus testari non potest.
87 Pupillus sicut testari non potest, ita nec causa mortis donare.
88 Testari sine curatore potest minor xxv. ann.
89 Testator minor an restitatur contra testamentum à se factum.
90 Testando an possit minor licentiam alienandi dare.
91 Testamentum presumitur factum per puberem.

Verū quia hēredis institutio in vnoquoque testamēto dicitur, & est fundamentū substatiale ipsius testamenti, & sine qua testamētū non valet, nec subistere potest. l. j. in fi. ff. de vulg. & pupil. sublti. & l. fi. ff. de iure codi. & l. proxime. ff. de his que in test. delē. Testamēta enim ex hēredū institutione vim capiūt: & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamēti ipsa institutio, dicit tex. in §. ante hēredis institutionem, instit. de legat. vnde haec omnia maturē considerās Raynuntius, pro sui validitate testamenti hēredem vniuersalem Adiectā eius filiam solemniter instituit, vt sequitur.

Adiecta impuberi.

1 HOC text. habetis quod & quia Adiecta impubes filia Raynuntij fuit hēres instituta, & testamētū valuit. Sequitur, quod fœminae sicut masculi successioni maximē parētum sunt capaces: etiam si essent meretrices, vt plenē dixi super verbo, dum habens filias. in prin. Et praeterea impuberes testamēti habēt factiōnē passiuā: ita quod possūt hēredes indubitātē institui. Et multo magis potest eis in testamento legari, vel alio quocunque titulo relinquī: nec non per contractum inter viuos acquiri. instit. de aucto. tut. §. j. Quoties enim agitur de cōmodo & utilitate pupillorum, semper capaces sunt omnīū acquisitionū, ita q̄ etiā ab intestato suis parētibus succedunt,posito etiam q̄ infantes fuerint vel furiosi. instit. de hēre. quae ab intesta. §. sui antē hēredes. & Adeo q̄ dicit Ioan. de Pla. post Bar. in l. j. in fi. C. de digni. lib. xij. quod pupillo quāuis ignoranti & absenti dari potest & conferri nobilitas, vel dignitas à principe vel altero potestatis habente. [Quae sit illa dignitas, quae hominē nobilitat, habetur in §. filiusfam. instit. quib. mo. ius pat. po. sol. & l. fi. C. vbi se. vel clar. Pariter hominē nobilitat feudū antiquū: quia ex antiquitate sapit nobilitatem, sed non feudū nouū: quia nobilitas nō nascitur in ictu oculi. l. item mata. iuncta gl. ff. de gradib. secundū Bal. in praesud. feu. in vlti. diuisio. feud. nisi quis per principem literatorie nobilitaretur: quia tunc illico nobilis reputatur: & quae nobilitatem conferūt peregrisse videntur, vt d. l. fi. §. viros autem illustres. iuncta glo. in verbo, codicillis. Similiter voluit Bar. per illum tex. in l. i. libemus. C. de emancipa. libe. & consului Pau. cō. l. c. cxix. incip. Vt testamento. & plenē Iaso. in l. eam quam. C. de fideicom. quod infas legitimiari potest. [Imd & in vtero existens, vt plenē habetur infra super verbo, Et soboles quam gestabat in utero. & pupillus potest creari miles. l. fi. C. de testam. mili. &

confurari in casu. ca. fi. de tēpo. ordi. lib. vj. Nam Sadoch puer, quia egregie indolis erat, princeps fuit super multos. j. Paralip. xij. Et Aemilius Lepidus puer Romanus in acie hostem interemit, & ciuem seruauit. De quo Valerius lib. iij. tit. de indole. in princip. Aemilius, inquit, Lepidus puer etiam tū progressus in aciem hostē interemit, ciuem seruauit. Cuius tam mirabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta praetexta senatusconsulto posita. Iniquum enim putauit, eum honori nondum tempelluum videri, qui iam virtuti maturus fuisset. Praerit igitur Lepidus aetatis stabilimentum, fortiter facie di celeritate, duplicē quoque laudem ē p̄gio retulit: cuius vix spectatorē, anni esse cum patiebantur. Arma enim infesta & districti gladij, & dicursus telorum & aduētantis equitatus, fragor & concurrentiū exercituum impetus iuuenibus quoque nedū pueris aliquantulū terroris incutit. Inter quae Aemiliae gentis paucitia coronam mereri, spoliāq; rapere valuit. haec ille. Nec mirum si infantes & pupilli, tam ex testamento, quā ab intestato succedunt, nedum in bonis paganis, sed etiam in castrētib; feudilibus & allodialibus, & in ducatibus, comitatibus, & regnis: §. j. si minori. & §. si q̄s decesserit in ti. si de feu. fuerit cōtrouer. inter dominum & agna. Nec tenebitur pupillus in talibus feudis succedēs fidelitatis praestare iuramētum, nec auxilium per se aut per alium praestare domino, donec effectus fuerit pubes, vt ibi plenē dicitur: saltem per se non tenetur pro domino pugnare, donec annos xvij. habuerit secundum glo. iij. in fi. de pace tenen. & iura. firman. Ideo mandatu regis q̄ de qualibet familia vadat vnus ad praeliū, non ardeat minores xvij. annorum. per illum glo. secundum Ludo. singulari cxvij. Nec committuntur feuda domino propter fidelitatem non praestitam sibi infra annum & diem iuxta imperialem. §. praeterea si quis de prohi. feu. alie. per Federi. imo pupillus fauore imbecillis aetatis ab his omnibus excusatur, & omnino remanet illēsus, vt clarē dicit Guido papa. quæst. ccc. xxv. licet in aliquibus curiis feruetur contrarium de facto per dominos, qui inuectire reculant pupillos, nisi det alium hominē pro se donec puberes fiant. Sed hoc non nocet impuberibus, secundū glo. in §. si quis decesserit. superius alle. Vel dicatis, quod seruire per substitutū coguntur, vbi patri extra seruitium domini mortuo successerunt: & ita intelligitur tex. in d. §. si quis successerit. secus si patri in feudo successerūt mortuo in bello, fidelitatem erga dominum explicando: cum hoc casu pater adhuc per gloriam vinere, & domino seruire intelligitur, in l. de excu. tut. circa prin. iuxta illud Aenci. lib. ij. Palchrumq; mori succurrit in armis. Et ita intelligitur d. §. si minori. qui prima facie videtur contrariari. secundum Io. Barberij. in ij. parte sui viatorij vtriusq; iuris tit. de feu. in ix. principali quæ sito. Sane & tamē intelligatis, q̄ infantes & pupilli succedere possunt in feudis & dominationibus, quamuis regalibus. Tamen ante annū quartūdecimum non administrabunt per se, sed per corū tutores qui vniuersā habent administrationē, arg. l. cōsilio. ff. de curat. furio. & plenē Bar. in l. quidā cōsulebant. vlt. col. ff. de re iudi. facit quod no. Bal. in d. l. fi. C. de test. mili. vbi idem concludit. & Subiungēs, quod infans filius regis licet adhuc in vtero existens, succedit in regno, & dabitur curator ventri per regni proceres. Nam ille qui est in vtero, habetur quodammodo pro rege, ita quod nomine vtrius exercebitur iurisdictionē, secundū Bald.

7 Bald. in c. cum vigesimum. de offi. deleg. r. Et incipit
 atas non in utero matris, sed in partu, secundum Bald.
 in c. cum in cunctis. iij. col. de elect. quia ille qui est in
 utero, non est adhuc homo, [De quo plene habetur
 j. super verbo, Et solum quam gestabat in utero.] sed
 esse speratur, secundum eum. Et licet in partu incipiat
 atas hominis, tamen sub tutela quiescit, donec ad pu-
 8 bertatem peruenit. Ideo non sine causa statuit Fran-
 corum rex Carolus v. bono regni sui inuigilans, q. in
 xiii. anno, & non ante rex Francorum inungeretur & 14
 coronaretur. Et ex tunc plenam regni administratio-
 nem haberet, ut testatur Gagu. li. ix. sic dicitur, His itaq;
 gestis Carolus futura prospiciens, publica cōcione in
 parlamento senatus habita, de liberis qui in regno suc-
 cessuri essent, huiusmodi legem tulit. Quamq; primo-
 genitum regis Francorum filium regni administratio-
 nem recipere debere cum xiii. ageret annu, ne per
 longiorem tutelam occasio incidere maleuolis res 15
 nouas excitandi. Hec ille. T Salomon tamen vn-
 ctus fuit in xij. ann. lxxviii. dist. c. presby. s. hoc regu-
 lare. Et beatus Lud. etiam Frac. rex, de quo idem Gagu.
 lib. vij. c. ij. Lud. inquit, susceptus est Ludouicus filius
 annos xij. natus, quem in Blancha matris tutela pa- 16
 ter reliquerat. Eius eruditi sollicita mater cura sine
 intermissione adhibuit, ita ut vigili studio elabora-
 ret, christianis illum institutis, praeclarisq; moribus
 educari: de putatis ad negotium religionis hominibus,
 quorum disciplina ita didicit vitae sanctimoniam ama-
 re, ut illo tempore nemo religiosior sit habitus. Regni
 diadema à Suefionū antistite apud Rhemos ad Ca-
 ledas decēbris suscepit. Orbata per hos dies ecclesia
 Rhemorum pastore & c. Similiter rex noster moder-
 nus Carolus viij. inunctus feliciter & coronatus fuit
 xiiij. suae aetatis anno, ut refert glo. in proemio pra-
 gmaticae super verbo, susceptione, & verū dicit. Na-
 tus enim fuit anno domini M. ccc. lxx. die festo bea-
 10 torum Petri & Pauli apostolorū mēsis Iunij. T A cu-
 ius natiuitate anno sequenti, Tolosa iura ciuilia au-
 dire cepit: & demum coronatus fuit, anno lxxxiiij.
 Sed hoc ex causa rationabili factum exitit, ut infra
 11 dicitur. An t̄ autem pupillus possit esse iudex, vel
 alius officarius publicus, veluti consul, videatis in l.
 ad rempublicam. ff. de mune. & hono. & Bald. in dicta
 l. quidam consulebant. ff. de re iud. & in c. cum vige-
 simum. de offi. delega. vbi glo. & Panor. An autem
 possit esse notarius publicus, videatis Bartolum in
 l. impuberem. s. j. ff. ad legem Corne. de fisci. Sed an
 possit doctorari. Et dicendum est q. attentis qualita-
 tibus in doctorado requisitis, in quo requiritur faci-
 litas intelligendi, subtilitas interpretandi, facundia
 dicendi, peritia docendi, & alias prout habetur in l. j.
 C. de profes. qui in vrbe Constanti. lib. xij. & not. ple-
 nē Panor. in cap. proposuisti. de proba. Pupillus do-
 12 doctorari non poterit: quia cum mentem non habeat
 stabilem, consilium sanum, nec discretionē. l. fin. C.
 de testa. mili. Impossibile esset in pupillo iam dictas
 concurrere qualitates, cum in paucis temporibus
 praesumatur multa didicisse. cap. tam literis. de in in-
 teg. restit. ideo glo. pragmatica in verbo, praecipit. 17
 tit. de colla. s. item vt de cetero floreat. arguit cōtra
 doctores momentaneos qui praecipitauer promoti-
 uentur. T Praeterea doctor habet hodie iurisdic-
 tionem ordinariā inter suos scholares, auth. habita. C.
 ne filius pro patre. & not. plenē Panor. in c. cum cō-
 tingat, & in cap. si diligenti de foro cōpeten. Et cer-
 tum est, quod pupillus non potest esse iudex ordina-
 rius, neque delegatur. l. cum praetor. ff. de iudic. & di-

cto cap. cum vigesimum. de offic. delega. r. Vnde non
 immerito statuit papa Paulus ij. quod nullus fieret
 protonotarius, nisi vigesimum annu, aut si esset de
 sublimioribus, vel filiis aut nepotibus principū xvij.
 annum peregisset. Tales enim minores nec habitum
 sumere, nec rochetum gestare audeant, nec praemi-
 nentiam sibi iure officij vendicare, nisi vigesimum
 annum habuerint. Et quod à die promotionis infra
 annum ad ordinem subdiacōnatus ordinarentur.
 Nā t̄ cum sint papae notarij xij. q. ij. cap. ij. & capi.
 cum redēptor. v. q. j. & not. gl. in cap. scriptum. iun-
 cta superscriptione. de cle. Tales habere dicitur di-
 gnitatem. l. maximarum. C. de excu. mune. lib. x. & l.
 j. C. de manda. princ. De isto protonotariorum offi-
 cio, & qualiter & à quo fuerūt primitus instituti, ha-
 betis bonam glo. pragmatica super verbo, protono-
 tarios. tit. de causis. s. si verū quilibet. Similiter de-
 cidit Bar. in d. l. impuberem. ff. de fal. r. quod pupill^o
 creari non potest notarius, etiam si hoc, q. officium
 exercere possit quando crit maior, nec tenere potest
 dignitatē cum administratione. d. l. cum praetor. Sed
 de adulto xxv. annis minore dubitatur, an possit do-
 13 doctorari. T Et communis conclusio est, quod ad ultus
 xvij. annorum doctorari possit exēplo Neruē filij
 qui anno aetatis suae xvij. publicē de iure respondit. l.
 j. s. pueritiam. ff. de posthu. vbi glo. expressē dicit de
 cendo vel disputando. Ad hoc facit. l. si seruum Sti-
 chum. s. sequitur. ff. de verb. obl. vbi Cels^o adolescēs
 de iure respōdebatimō patrem in iure multoties re-
 prehendebat. l. dedi. ff. de condi. cau. data. Similiter
 de seipso dicit Barto. in l. quidā cum filium. iij. col.
 ff. de verbo obli. q. xij. aetatis suae anno sub domino
 Cy. iura ciuilia audire cepit, & taliter profecit q. in
 xix. publicē de iure respōdit. & demum in xxj. anno
 doctor effectus fuit. Angel. in dicta l. j. s. initium au-
 tem. ff. de postulat. refert Bal. germanū suum in xv.
 anno respōdit. l. centū Capua. ff. de eo quod certo
 loco. Refert etiam idem Ange. in l. si quis accepto. ff.
 de condi. causa data. illā legē subtiliter fuisse datam.
 Bal. pro puncto suo in examine priuato, de cuius do-
 14 doctoratu loquitur Barto. in l. quotic. s. si duo. ff. de ha-
 redibus instituendis. & anno sequenti ipsum Angel.
 audire leges, taliter quod viginti annorum existens
 scholaris cepit aduocare, & in xxiiij. doctor factus
 legere cepit. Paulus in l. si ff. de condi. indebi. & Io-
 annes Bap. de facto Seuerino in l. frater à fratre. illo
 eodem titulo, dicunt quod Bald. semper in omnile-
 ctione studere cōsueuerat duabus horis: tamen dum
 legere voluit dictam l. frater à fratre. studuit quin-
 cim diebus. De eodem loquitur Paul. in l. de tutela.
 C. de in integ. resti. minorum. dicens Bal. frequenter
 variasse ex nimia subtilitate ingenij sui, non tamen
 malitiosē. Obiit autē idem Bal. in mēse Aprili. anno
 domini M. cccc. sepult^o Papia: in conuētū fratrum mi-
 norū, eodemq; anno decessit Ang. eius frater. Vnde
 per illū tex. in d. s. pueritiā. dicit Ang. probari, q. do-
 15 doctor. xvij. aetatis habebit iurisdicōnē in suos scho-
 lares. quod etiā tenet ibi Bar. facit d. l. quidā consule-
 bant. & l. cū lege. ff. de arbi. Minor t̄ autē xvij. anno
 rū doctorari non possit per iura supradicta: inde re-
 fert Bal. in l. j. s. inter dum. ff. de legi. tutela. quod Cer-
 noto filio domini Accursij volenti ad doctoratum
 pmoueri opponeretur, q. erat minor xvij. annorū.
 Et sic non poterat esse doctor. Cū doctor. habeat in-
 ter scholares suos iurisdicōnē, in auth. habita. C. ne
 filius pro patre. & in proemio Digestorum. in sine-
 quam habere non potest minor xvij. annis. qui in-
 dex esse

dex esse non potest, nec doctor, secundum Ioan. Fab.
 18 inst. qui & ex quibus cau. ma. non pot. s. si. r. quod est
 verū, nisi esset talis, qui in aetate iuniori esset scientiae
 eminentis. Quo casu propter eius excellentiam & emi-
 nentē scientiam recedi possit à iure cōmuni, & etiā ab
 statuto ciuitatis, per tex. sing. in l. sed & reprobari. s.
 amplius. ibi. Valde tamē disciplinis instructos. ff. de
 excu. tut. vbi dicit Bal. q. propter eminentē scientiam
 19 viri receditur ab statuto ciuitatis aut municipij, nec
 immerito. Quonia vt dicit Hermogist^o, magnū mi-
 raculū est homo & animal honorandū. T Hic anima
 intellectuā in natura Dei trāsit, quasi ipse Deus sit:
 hic per naturā animae diis est cōiūct^o, hic demonū
 genus nouit, terrā colit, elementis cōmiscetur, acumi-
 ne mētis in maris profunda descēdit. Caelum quod
 videtur altissimum, animi sagacitate metitur, inten-
 tionē animi eius nulla caligo aëris cōfundit, nec ter-
 ra densitas eius operatiōē impedit, non aquae pro-
 funditas aspectū eius obtūdit. Et Papias de homine
 sic diffinit: Homo, inq. t̄, est animal rationale morta-
 le, disciplinā sensulq; capax: qui ingenio valet, arti-
 bus pollet, & cognitione rerū. Aut quod agere debet
 eligit, aut animaduersione quod inutile sit cōsentit,
 vt refert pulchra ad den de Archi. xiiij. q. ij. in ecclesia
 20 t̄tico & Mercurius Trimegistus. [Hic primus fuit
 qui leges Aegypti tradidit. vij. dist. c. Moyses.] de se-
 ptem sapientibus vnus ad Tauciu filium: Age, inquit,
 fili, & circumspece humani corporis opificium, cuius
 admonitione perdisce, q. s. tā pulchrae imaginis com-
 ditor, quis oculorum pictor, q. s. nares auresq; orna-
 uit, quis labia distendit oris, quis neruos tetēdit atq;
 ligauit, quis irrigauit venas, quis ossa congescit solida,
 quis carnē pellicula tenui circumuente contexit,
 quis digitos articularis discreuit, quis fundamenta pe-
 dū extēdit, quis perforauit poros, atq; meatus aper-
 uit, quis splenem cōgēit atq; compressit, quis pyra-
 midem impressit cordi figurā, quis pulmonis sculp sit
 fistulas, quis honorāda corporis mēbra in propatu-
 lo esse voluit, quis obscena in obscuro profus abdi-
 dit, eaq; ab aspectu cernentiū voluit secreta iacere.
 Vide quod diuinā artis opera in vna eadēmq; mate-
 ria demonstrantur. Singulaq; pulchra rectaq; dimē-
 sa ac in suis propriis officiis differētia. Quisnam sin-
 gula finxit, quis tam pulchrae imaginis opifex: an ve-
 tus ille Demogorgō, an falcifer Saturnus, Cretensis
 ne Iupiter ista compegit? an Iuno? an Prometheus
 21 ille Ouidianus ex luto effinxerit. Si secūdū rectae ra-
 tionis dictamen respondeamus, id certē dixerimus
 ipsū inuisibile Deū prouidentiam ipsam aeternā que
 Promethei nomine designatur: non solū hominē, sed
 & cuncta esse participanda propria volūtate fecisse.
 Ex quo bonitas Dei clarē cognoscit à creatura mū-
 di, praesertim ab homine: que oēs Microcosmū vo-
 cāt, i. minorē mūdū, velut omni creaturae cōmuni-
 cantem. quem Ouid. lib. j. Metam. mundum melio-
 rē appellauit, & à Deo solo creatū cognouit dicens:
 Ille opifex rerum mundi melioris origo.
 Idē poeta sentit dum in Geor. dixit, Caelestisq; illi
 origo est. Videatis gl. inst. de iure natu. in fi. videatis
 quae de intellectu nobilitate & excellentia dixi super
 verbo, Testamentum. ij. circa fi. Et praecipuū habet in-
 ter cetera animalia, q. licet omne animal iētum ful-
 mine intereat, Homo tamē non semper interit, imō
 percussus euadit sapiēsimē. Anchisen enim fulmine
 afflatum fuisse legimus, cum apud Verg. de se dicat:
 Me diuūm pater atq; hominū rex, Fulminis afflauit
 ventis, & cōtigit igni & c. Et tamen lōgo post tēpore

superstitē permanisse. De cuius fulguris duplici spe-
 cie habet lib. iij. Meteororū vij. c. super quo addi-
 tū est, q. de auib. nunquā fulmine percutitur aquila,
 quae ales Iouis armiger dicitur, vt eius fulmine non
 feriat. De quadrupedibus etiā nunquā feritur vitu-
 lus seu bos marinus, nec de ramis laur^o. hinc legitur
 Tyberius Cēsar lauro coronari solit^o, & tentoria ex
 vitulorū mariorū pellibus cōposita subire, vt illorū
 praesidio à fulmine tutus esset tēpore tonitruorū
 & fulminū, quae supra modū formidabat, vt etiā re-
 fert Ant. in j. parte historiali. tit. vj. & c. xxj. s. j. Cete-
 ra omnia quae feriūtur fulmine, icremediabiliter in-
 tercunt: sed homo fulmine ictus non semper interit,
 nec feriet si cōsilio Tyberij vtatur. De excellentia ho-
 minis masculi & foeminae habetur Eccl. xvij. Creauit
 illis scientia spiritus, sensu impleuit cor illorū & ma-
 la & bona ostēdit illis. posuit oculū ipsorū super cor
 da illorū, ostēdere illis magna opera suorū & c.
 Vociferat similiter prophetarū ille eximi^o P sal. viij.
 de hominis excellentia sic dicit: Minuisti cū paulo-
 minus ab angelis, gloria, & honore coronasti eū, &
 cōstituisti eū super opera manū tuarū. Omnia sub-
 iecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, in su-
 per & pecora cāpi, volucres caeli & pisces maris, qui
 perambulāt semitas maris. quod non intelligitur nisi
 de Christo, secundū qd declarat Apost. ad Hebr. ij.
 Et de quolibet alio iusto, sapiente & excellentē viro,
 iuxta illud Danie. xij. Fulgebunt iusti quasi stellae, &
 intelligētēs, id est docti: quasi firmamentum. Quia vt
 dicit Apul. lib. de deo Socratis, Nihil est Deo grati^o
 & similis, quā vir animo perfectus. [Vnde Matt.
 Bossus in ij. parte epist. xl. incip. vt olim Hieremias
 & c. Summi, inquit, viri idēmq; optimi, hoc cōmune
 cū Deo felicitatis habēt, à quo potestatem acceperūt,
 vt faciliē possint malū in bonū cōuertere, & pepe-
 rā acta corrigere. & epistola seq. Maximum quippe
 est, & diuinis laudibus proximum, malū in bonū re-
 uocare, atq; cōuertere.] Et Sapiētia ij. dicitur: Crea-
 uit Deus hominem inextremabilem, & ad imagi-
 nem similitudinis suae fecit illum: cui concordat tex.
 in l. si quis in metallum. C. de pēnis. & l. iustissimē.
 ff. de adil. edi. Quod patēter Deys ostendit, cum pro
 humani generis redemptione de summis caelorum
 ad ima mundi descendit, & tandē non dubitauit ma-
 nibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum,
 cui laus & c. T Excellentia ergo alicuius viri in ali-
 qua virtute est iusta & rationalis causa transgre-
 diendi legē, & recedendi à dispositione iuris cōmu-
 nis vel statutorū ciuitatis. Hinc dicit Lud. in l. cum
 quid. ff. si cer. peta. quod licet secundum statutum Bo-
 noniae minor xxv. annis habere non possit lecturam
 ordinariam, tamē semel fuit ab illo statuto recessum
 propter excellentiam cuiusdā iuuenis per dictam l.
 sed & reprobari. Quae excellentia dato concurrēte est
 probanda, per xv. testes, & non minores. tex. est singu-
 laris in l. vnicuiq; C. de proximis sacrorum scriuio-
 rum. lib. xij. secundū Ias. in d. l. cum quid. iij. col. Et
 ad hoc, scilicet, q. excellentia personae talia contra ius
 commune operetur. facit quod decidit singulariter
 Spec. tit. de instru. edi. s. fin. vers. Sed quid si debitor,
 vbi dicit, q. post renūtiatiōem factam productionj
 testium, adhuc possit iudex recipere testes legalissi-
 mos, puta religiosos deuotos propter eorum legali-
 tatem & sanctitatem. etiam dicit singulariter Bal. in
 cap. praeterea. de testi. cogē. q. pars quae est bonae &
 legalis vitae ac magnae opinionis, potest post didicita
 testificata producere testes cōtra regulam iuris com-
 munia

munis. Et testis etiam laudabilis vite poterit dictum suum corrigere ex intervallo. Tamen idem Bald. in Auth. qui semel. C. de proba. tenet contrarium, quantum tunc fuerit testis sancte vite. Ad hoc facit elegans dictum Spec. tit. de iudi. deleg. §. superest. versi.

21 Quid si consanguineus. vbi dicit quod si consanguineus talis vita de quo non sit contra cum suspicio, potest esse iudex in causa consanguinei sui, puta secundum eum si sit monachus ordinis Cisterciensis. vel Carthusien. argu. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Idem quod possit esse testis pro consanguineo, tenet Fel. in c. cum oporteat, de accu. Ideo notabiliter decidit Inno. in c. cum R. canonicus. de offi. deleg. q. fra. ter quous laicus multum nota & spectata fidei admittitur in teste pro fratre vel alio suo consanguineo. Et idem si religiosus foret sancte Marie in morte Oliveti: quoniam tali nihil diminueretur de fide. facit textus in cap. in literis. in fin. de testi. facit quod decidit Spec. tit. de celsio. actio. §. j. versi. sed nunquam ratione consanguinitatis. Quod licet vendes actionem alteri maxime potentiori puniatur, vt l. ab Anastasio. & l. per diuersas. C. mand. & ne liceat potest. p. totum, quia censetur in sui aduersarij fraudem actionem vendidisse, tamen hoc impune fieri permittitur ei qui honestus homo & bonafidei esse consuevit: quia tunc presumptio fraudis eius sui honestate tollitur. Ita quod amplius hoc in fraudem fecisse non presumitur, sed quia lites exercebatur, malens toto vel parte debiti carere, quam se litibus implicare, arg. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. item si res. §. ij. Vltimus ad predicta facit qd decidit Anto. de But. in c. postremo. de appel. quod conuinctus impetratus in iudice si est homo magnae sanctimonie, recusari non potest: quia propter eius sanctitatem non presumitur, quod dicitur a semita veritatis & iuris propter sanguinem. Et quod decidit idem de But. que ibi Fel. sequitur in c. ij. v. col. de proba. quod licet vbi statutum, vel consuetudo restituit facultatem probandi ad certum modum, puta per scripturam tantum: quo casu probari non potest nisi per scripturam, attamen probari poterit per testes legalissimos. Pariter quous contra iudicem probari posset iusta causa inimicitia: propter quam recusari de iure communi posset vel a testimonio repelli, tamen non repellitur, si est homo magnae sanctimonie, secudum Barb. in c. j. de iudi. Etiam dicit gl. super verbo, Tenebras. in c. consulti. de offi. deleg. valere processum in tenebris de nocte factum, si iudex honestus sit. Pro quibus omnibus predictis & sequentibus habetis text. egregium

23 in c. in nocte presentia. de procura. Facit quia licet inuenis de nocte reperit i domo, vbi est pulchra puella, presumatur eo solo ibi esse causa libidinis exercenda cum ea, secudum si Barb. in l. ij. ff. de fur. de quo per Panor. in ca. preterea. de testi. Tamen si religiosus honeste vite ibi reperiretur, etiam loquens cum puella non presumetur ibi esse causa libidinis, sed impendenda benedictionis. ita dicit glo. singul. in c. ab sit. xj. q. ij. videatis que circa hoc dixi supra in verbo, *duas habens filios*. in ij. casu fallentia, tractando materia pauci de succedendo. Ad hoc facit, quod dicit Bal. in l. vniuersi. C. de testi. & commissi. vbi dicit quod bonus vir est maximum indicium, vt tradatur eius iuramento. imo dicit glo. singul. in l. Titio. fundus. ff. de codi. & dem. q. dictum boni viri prebet aliis iustam causam credendi sic esse. Facit etiam, quia licet non presumatur de mandato gerentis se pro procuratore alterius: ad eo quod emens rem ab alio tan-

quam procurator, non constitit de mandato, semper presumatur esse male fidei possessor, secundum Bal. & Sali. in l. j. C. de rebus alie. non alienan. & Bal. in l. ij. C. si ex fal. in str. Tamen de bona fidei emptoris presumetur, si ille venditor nomine procuratorio vendens, & procuratorem se asserens, aut mediatoris fuerit tempore illo persona valde digna & excellens. Quia tunc emptor tanquam bonafidei possessor rem prescribere potuit, secudum Bar. singulariter in l. qui fundum. §. fin. ff. pro emp. & sentit Bal. in d. l. j. de rebus alie. non alienan. Facit memorabile dictum Host. in c. finem. de dolo & conty. vbi dicit, q. si litigas sit homo magna & approbata fidei & vite, non debet in expensis condemnari, si victus fuerit in lite, cum non sit verosimile, q. calumniosus litigauerit. Nam tales persone semper presumuntur iustam litem nouisse secundum gl. in verbo, si sciret. in c. expedit. xij. q. j. Facit text. no. in l. si a bonafidei. in versi. nam si intergrae opinionis. ff. de rei vendi. per quem dicit ibi Ang. se obtinuisse, vt absolueretur. Potestas qui traditum sibi nobilem magna & spectata fidei non sic diligenter custodit, q. auferat. Facit text. in c. significata. ibi, fidele nuntium. de pigno. & in l. actioni redhibitoria. ibi quod ante non fugerat. ff. de adi. edictio. Quod ego semper intellexi verum, nisi traditus commetantiens expressit ei traderetur ad malam mansuonem, id est, clausum & strictum carcerem, vel tacite, puta quia traditus erat, vt ab eo questio haberetur, & torqueretur, vel iam danatus ad mortem vel aliam penam corporalem. Quo casu non excusaretur, si misericordia ductus cum soluerit, id est, libtorem tenuerit. Hoc enim dolo proximum esse prator arbitrat: quia cum sciret cui rei pararet, interpellauit misericordiam exerceat. Cum posset non suscipere tale causam magis quam decipere, vt dicit text. aureus in l. si homine. ff. de pos. Idem qd Ang. aut falcet simile cōsulerat Old. cōsi. xci. inc. res habebat &c. vbi dicit custodē castri non teneri de prodicione substituti, si nobile & honestum ad custodiam substituit. Et virum integræ famæ. Facit text. singul. in c. statui mus. §. his omnibus. l. j. dist. i. vbi propter supremam sanctitatem laicus eligi potest in episcopum, vt beatus Nicolaus, etiam beatus Severus ex lanificio assumptus fuit in archiepiscopum, & Beatus Ambrosius priusquam baptizaretur in archiepiscopum est electus, vt ibi. Facit quod not. Bal. in l. legitimos. ff. de legit. tut. vbi dicit q. tutor legitimus si est persona multum fida & honesta, satisfatione exoneratur. Facit dictum Paul. in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. per illum text. in fin. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, quod pauper non possidet immobilia, si sit multum fidelis & cōsuetus seruare promissa, est idoneus fideiussor. contra text. in l. ij. ff. qui satisf. cog. Facit dictum Bal. in Lab. sinendum. C. quorum appel. non recipi. vbi dicit, q. qui tenet satisfidare & dare pignora vel fideiussore, si fuerit honeste vite & probata fidei, admitti debet cum iuratoria cautione, per glo. singul. in l. j. ff. de ritu nupt. volentem, quod virtus hominis sufficiat pro satisfatione. quod summe not. Bal. in c. j. de iudi. Facit text. singularis in l. ad bestias. ff. de pennis. vbi dicit, quod ob singulare hominis ad mortem condemnati industriam differri debet executio capitalis, donec principi supplicat fuerit, q. ei remittat penam. Facit quod per illum text. decidit Pano. in d. c. nisi essent. ij. col. de preb. vbi dicit, q. licet a partibus non possit transactio ortum habere, vt in spiritualibus a lite recedatur aliquo temporali dato, etiam pro expensis factis, licet

etis, licet p bono pacis fieri dicatur, cum ius presumat, q. potius capiat pro iure spirituali: tamen si talis transactio seu compositio ortum habeat a tali Iudice, qui circumspectus est & honestus, talis compositio toleratur secundum eum. facit quod decidit Petrus de Ancha. consil. cclxxx. & cclxxxix. Facit decisio Bald. in l. si quis ex argenti. §. cogentur. ff. de ede.

26 vbi dicit dictum testis infamis vel alius minus idonei posse sustineri, vbi concordat cum teste clara vita & honestatis. idem dicit Sali. in l. in bonafidei. C. de rebus credi. Ange. cōsi. j. & Fely. in c. j. de prescri. & in c. nobis. de simo. Et sic excellētia personę operatur nedum quo ad se, sed etiam quo ad cōsortem, in quo verificari potest quod diuinus ille Bal. in c. j. de renū. dicit, quod fama vnus boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt. Facit quod no. Inno. in c. ij. de dila. vbi dicit, q. licet dilatio habens prima facie iniustitiam in se, sit nulla: tamen valida erit, si iudex honestus & valde circūspectus eam decreuit. Et inde dicit idem Innoc. in c. j. de cle. peregri.

27 q. ordinatus ad certum ordinem per episcopum multum prouidum & honestum, presumitur alios precedentes habere ordines: quia non est verosimile, q. tantus vir eum ordinasset per saltum: quare omnia sequitur Panor. in d. c. nisi essent. & Fely. in c. sicut xij. col. lum. de re iud. & ratione personę presumitur de solennitate extrinseca. Facit dictum Bald. in l. vnica. C. de cōf. vbi dicit, q. si mercator est nobilis, & fide digna persona, plenē credit librorum suorum rationum quātuor scilicet in parua quantitate, quod sequitur Panor. in c. bonae. l. ij. in fin. de postu. prela. Et sic non abs re cōsulerunt plures, quos Fely. sequitur

28 in c. veniens. ij. vij. col. de testi. q. creditur sacerdoti fide digno, si dicat per orientem licentiam sibi datam reuelandi confessionem. Facit quia licet presumatur de falsitate in testes deponetes contra verosimile, tamen cessat illa presumptio vt eis credatur si tales existant, qui multum sunt fide digni, per text. in c. quia verosimile. de presum. que Pano. & Fely. ibi dicunt not. Facit quod singulariter decidit Barba.

29 in repe. rub. s. de fide instru. xxxv. col. vbi dicit, q. notarius qui in instrumēto inserere omisit ea, que tibi ex officio incumbant, puta locū & tempus, non tenetur de falso, si sit excellens persona. Vltimō facit, quod dicunt doct. in c. nullus. xxxvij. q. j. vbi volunt, q. licet sit peccatum mortale sumere medicinā a Iudaeo medico, tamē non est peccatū, si talis Iudaeus ceteros ciuitatis vel patrię medicos in arte excelleret medicina, & experientia. Quia secundum Bal. in d. l. sed & reprobari, propter eminentem scientiā relaxatur legis dispositio, quod sequitur Fely. in c. j. de Iudae. Ego autem consulerem Iudaeis quantumcunque in arte peritis fidē non adhiberi: quoniam hoc colore deceptus olim fuit Carolus Caluus Francorum rex filius Ludouici Pij, & Caroli magni nepos. de quo Gagui. li. v. Rebus, inquit, quartū gratia Carolus Romā petierat in solutis, febre afficitur. Erat Iudaeus medicus Zedechias nomine, imperatori propter eius peritiā per familiaris: qui vel religionis Christianae odio cui maxime inensu Iudaei sunt, motus vel corruptus forte pecunia potione Carolo propinandā miscet, qua epota Carolus omnibus membris ita defectus est, vt aulicorum ministerio in cubiculū delatus, duodecimo post die interiit. hęc ille, Aliter & aliis homini excellētē presertim literarum claritate presulgenti & bono deferendum est, prout exem-

in persona Xenocratis Philosophi, cui testimonium reddenti propter eius sanctitatem iuramentū remisserunt, soli eius verbo credentes, quod sibi iudicibusque suis nunquam remisserant. De quo Valerius lib. ij. ti. de maiestate. in si. sic dicit. Quantum potest honoris Athenis Xenocrati sapiētia pariter ac sanctitate claro tributus est, cum testimonium dicere coactus ad arā accessisset, vt more eius ciuitatis iuraret omnia se verē retulisse: vniuersi iudices cōsurrexerunt, proclamantque ne iurandū diceret: quod dicit sibi ipse postmodū dicēda sententię loco remissuri non erant, syncerati eius concedendum existimauerunt.

32 Pariter senatus Romanus cum Metellus consul Numidicus vitę probitate conspicuus lege Iulia repetundarū accusatus literis sigillatis. i. libello solēni etiam iudicio accusatorē repulerunt, nec audire voluerunt, quia semper bene vixerat. De quo idē Valerius alleg. ti. in prin. sic dicit. Nam quid plus honoris tribui potuit consulibus, quā est datū reo Metello, qui cū causam repetundarum diceret, tabulę eius ab accusatore postulate, & ad nomen inspiciendum circa iudices ferrentur, totum cōcilium ab earum cōtemplatione oculos auertit, ne de aliqua re quę in his relata erat, videretur dubitasse: non in tabulis, sed in vita Quinti Metelli, argumenta syncerē administratę prouincię legēda sibi iudices crediderunt: indignantū rati integritatē tanti viri exigua cera & paucis literis perpendi. hęc ille. Ex hoc concludens accusationē vel aliam querelam non esse facilius cōtra approbatum virum recipiendam, qui semper antē bene vixit. Prout a simili nobis etiam ostendit magnus ipse Alexander, qui cum Thebas igni & ferro militibus diripiendas concessisset, vnicam Pindari clarissimi illius philosophi domum cremari vetuit. Et Marcellus captus Syraculis Archimedi philosopho pepercit, visa eius prudentia, qua floruit, vt lib. vij. Valerius dixit. Pariter licet Dionysius tyrannus foret, Platonē sapientē honorificē suscepit, narrante Polycrate lib. vij. ca. xxxvij. Platoni obuia Dionysij tyrannū vncatā nauim misisse, Plinius refert: ipsūmq; quadrigis albis egredientem in litore excepisse. Fertur & Mitridates Persarū rex eiusdem imaginem in academia locasse & ei inscriptam Mitridates Rodobati filius Platonis hanc multis imaginē dicat. Cneus Pompeius Posidonij domū intraturus licetorem, id est bidellum praeuētē vetuit de more pulsare fores, sed cōsulares fasces ianuę Philosophi inclinari submittiq; iussit. Hypocrati quoque Pythagorę discipulo, ob singulārē doctrinā auxiliāq; medicinā hominib; impensa, honores quos Herculi cōsueuerat, Græcia dicauit. Ideo consultissimē statuit & ordinavit [Hęc ordinatio est hodie per dominum Aufferi, situata in titu. de quæstionibus.] beatus Ludouic; quōdam Fræcorum rex, anno domini M. ccl. iij. q. ad dictum vnus testis quātūcunq; fuerit auctoritatis nemo torqueatur pro crimine, licet contrariū sit de iure. per gl. singularē ab omnibus approbatam in l. ij. C. ad leg. Iul. maie. quæ locū non habet, vbi de crimine conuentus fuit bonæ famæ & honestæ vitę, vt in dicta ordinatione dicitur. quæ incipit, Et quia in dictis senescallus. Et in l. actioni redhibitoria. ff. de edil. edic. probat dicta ordinatio. Vnde non sine causa dicitur in l. scire oportet. ff. de tuto. & curator. da. ab his. q. nec facultates neq; sufficiens ita dignitas est, sicut bona voluntas & mores benigni, & alibi dicit text. in l. capitaliū. in si. ff. de pcc. q. maiores nostri seuerius famolos, quā integre famę homines punie-

runt. Ex quo verificatū refultat, quod scribitur Pro-
uerb. xxij. c. melius est nomē bonū, quā diuitiā mul-
tz. Quod nobis patenter ostendit Ludouicus xj. re-
gis nostrī modernigenitor, sape plus debito asper,
teste Gagui. li. x. ca. ij. Cū Gulielmus quadrigarius
Parisijs p̄sul & certi ciues tempore boni publici ad
coniuratos principes sine eius assensu causa tractan-
dā pacis se contulissent, ceteris proscriptis: cum ipse
homo integer, & sancta estimatiōis haberetur, in
eum temerē sauire tēperauit. hęc ille. Sic ergo à si-
mili erit in casu nostro, q̄ propter singularem iuue-
nis industriam & eminētē scientiam recedi potest
à iure cōmuni, & statuto ciuitatis, vel vniuersitatis,
vt pramaturē & citiori tēpore doctoretur. Nā pos-
sibile est, q̄ Deus alicui aperiat ingenium, vt in tene-
ris annis dignē possit ad gradum pmoueri doctora-
tus, vt dicit tex. in l. j. s. sed neque ex multitudine. C.
de vete. iur. enucle. Hinc dicebat Accursius. in l. Gal-
lus Aquilius. in glo. super verbo, si filius. ff. de lib. &
posthu. quantō minores, tantō perspicaciores: & hoc
etiam ibidem notat Bar. & facit quod dicit tex. in l.
præcipiūt. ff. de ed. edict. nouitia mancipia aptiora
& dulciora, & ad omne ministerium habiliora, iuxta
illud Psal. xvij. Testimonium domini fidele, sapiē-
tiam præstans paruulis: Nec mirum, q̄ quod forti-
us est, aperuit dominus os asinae Balaam, & locuta
est. Num. xij. Pariter, Caio Volumnio, & Scruio Sul-
pitio Romę consulibus, inter initia motūque bello-
rum, Bos mugitu suo in sermonem humanum cōuer-
so, nouitate monstri, audientium animos exterruit,
vt lib. j. ti. de prodigijs refert Valerius. & erat bos fe-
mella. i. vacca, vt omnes interpretātur, quod factum
fuit bello Punico ij. Cui stipulatur Augustinus lib.
ijj. de ciuitate Dei. Omitto, inquit, boues locutos, in-
fantes nōdum natos de vteris matrum quædam ver-
ba clamasse, volantes serpētes, simias & callias in ho-
mines & masculinum sexū fuisse conuersas. Et anno
obitus Iulij Cæsaris bos etiam locutus fuit ararum
trahens, vt refert Aurelius Augustinus eo. lib. ij. de
ciui. Dei. c. xij. vnde in c. si habes. xxiiij. q. ij. dicit
idem Aug. Paratus sum addiscere ab anniculo. facit
c. esto subiectus. xv. di. & c. nolite. xj. di. Narrat pfe-
tō Gagui. lib. ij. c. ij. de filio Franciæ sic dicens: Re-
gi Dagoberto cū deessent propter vxoris sterilita-
tem liberi, cōcubitu virginis Raguertundę filiū ma-
rem Sigibertū suscepit. Hic inter sacrosancti Iauacri
quas sacerdos Amandus enūciat orationes, dum ne-
mo de more Christiano, Amē respōderet, infans ipse
qui tantū dies xl. natus esset cunctis tacētibz, Amen
expedito sermone p̄sonauit. iuxta illud quod apud
Psal. iij. dicitur, Psal. vij. Ex ore infantium & la-
36 cētium perfecisti laudē propter inimicos. Solinus
pariter Aurelio Augustino referēte, ac Plinio li. vij.
c. xvij. de Zoroaste Baetrianorū rege: quem nōnulli
Chā Noē filiū existimāt, sic scrip sit, Nascentiū vox
37 primus vagitus est. Denotans miseriam, quam na-
scendō ingredimur. iuxta ij. Esdræ vij. & facti sunt
introitus huius seculi angusti & dolētes, & laborio-
si. Pauci autē & mali, & periculorū pleni labore ma-
gnopere fulti. Et finaliter nomē nostrū obliuionem
accipiet per tēpus, & nemo memoriā habebit ope-
rū nostrorū. Sapi. ij. De Vergilio refert Plutarchus
q̄ cū à matre Maia editus fuisset, nō ceterorū mo-
re vagiit, sed adēdē miti vultu visus est, vt haud dubiā
spem prosperioris genituræ indicaret: de quo Iulius
scripsit super verbo, Cuidam Petro tradiderunt.] Læ-
titia enim sensus, scilicet risus & cetera lætitiæ signa

differunt in lxxij. diē. Vnum tamē nouimus Zoro-
astem, videlicet eadē hora risisse qua fuerat natus.
Nec quicquā boni risus ille secundum Augu. præte-
debat. Hunc ferunt primæ artis magicæ inuētorem,
septēmq; liberales artes primū in dagasse: cuius librū
Ninus secundus Assyriorum rex, cō postea superato
& interfecto exuri mādauit. Sic etiā Saloninus Pol-
lionis ducis exercitus Germanici filius, vbi primū
natus fuit, in dō nascēdo ridere cœpit: ex quo risu cū
eius parētēs valde tristes essent, notātes aliquod in ta-
li risu malū præfagiū, Poeta omnia in bonā partem
interpretans, volēs eos cōfortare, eisq; blādiendo &
Cæsari, & etiam quia rogatus à populo prophetiam
Sibyllæ Cumanae interpretari, quæ per eam de Chri-
sto facta fuerat, fecit Bucolicorū eclogam quartam:
in qua carnē per Sibyllam de Christo factum attri-
buit huic factō, dum in principio dicit:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo & c.
Et quia etiā naturale est, quōd sicut maiores cogno-
scuntur per sermonem, ita pueri per risum, quando
rident ad illos quos cognoscunt. Ad quod in fine di-
ctæ Eclogæ concludit:
Incipe parue puer risu cognoscere matrem.
Quasi dicat, quōd per risum Saloninus paruus puer
ridendo lætificare debebat parentes suos, dando eis
spem boni ominis, & tollendo suspiciōē mali præ-
fagij: quod re vera cessauit, quia paulō post puer de-
cessit. Etiam Fasciculus refert temporum, tempore
Leonis primi papæ sanctissimi terræ motum maxi-
mum fuisse per quatuor mēses apud Cōstantinopo-
lin: quo vigente infans dixit vt cantaretur: Sanctus
Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis miserere
nobis, & sic cessauit: q̄ postea cōfirmatum in Calce
donēsi synodo fuit. Quinimō aliquibus miraculosē
ita acceleratur actus naturæ, quā antequam nascā-
tur opera notorum exerceat, vt de Gorgia Epyrota
Valerius refert lib. j. titu. de miraculis. in hæc verba:
Gorgiæ quoq; Epyrotę fortis & clari viri origo, qui
in funere matris suæ vtero elapsus inopinato vagitu
suo lectū ferētēs cōsistere cōegit, nouūmq; specta-
culū patriæ præbuit. Nō tantū ex ipso genitricis ro-
go lucē, sed etiā cunas affecutus. Eodē enim momē-
to tēporis altera iam fato sancta parit, alter antē ela-
tus q̄ natus est. hęc ille. Nōne beatus etiam Nico-
laus à die natiuitatis suæ ter in septimana ieiunauit?
adēdē q̄ diebus Lunę, Mercurij, & Veneris, semel in
die vbera matris sugere cōtentus fuit. Imō aliquoties
ita acceleratur (quod plus est) vsus rationis ac liberi
arbitrij, q̄ nedum nati, sed in vtero adhuc existentes
opera exercent virorum sapientium, prout de Ioan-
ne legitur Luca j. dū dicitur, Ecce enim vt facta est
vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in
gaudio infans in vtero meo. Cū etiā virgo beata eā,
scilicet Elizabeth grauidā salutasset, beatus Ioannes
iam spiritu sancto repletus sensit filiū Dei venire ad
se, & præ gaudio in matris vtero exultauit, tripudia-
uit, & motu salutauit, quē voce nō potuit. habuit etiā
38 gratiā qua in vtero sanctificatus fuit. [De quo ha-
betur j. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*
circa prin.] vnde fuit antē sanctus quā natus. Super
quo Chrysof. cū plusquā prophetā ostēdere volens
dicit: Prophetæ est p̄ merito conuersationis & fidei
prophetiā accipere. Nūquid propheta fuit, vt prius
fieret propheta quā homo? vt impletur quod de
ipso dictum erat Hier. j. Priusquā te formarē in vte-
ro, noui te, & antequā exires de ventre, sanctificauit
te. Quid de gloriosa semper virgine Dei genitricē
Maria

Maria piē credendum sit, docet Albertus magnus su-
per illud: Missus est Gabriel Angelus. Dicens in ea-
tam fuisse vsum rationis in vtero existente à die suæ
benedictæ cōceptionis acceleratū. q̄ de his que Dei
sunt, plus sciuit quā omnes philosophi, doctores, &
theologi vnquā sciuerint, ob gratiæ plenitudine sibi
à Deo collatam. Quoniā si Ioannes in vtero existēs
Christum cognouit in vtero existente, & ei reueren-
tiam exhibuit, vt in euangelio habetur: quantō plus
habere meruit illa plenitudine gratiæ decorata in
cognitione diuinorum: subiungens ibi, virginitatis
priusquā nasceretur votū fecisse, & suā Deo virgini-
tate dedicasse mētaliter, & post natiuitatē vocaliter.
Pariter vt in legenda Simonis & Iudæ apostolorum
habetur: cū filia cuiusdā ducis ex fornicatione cōce-
pisset filiū, & parturiret quendā sanctū infans, et
diaconū, apostoli insiti ei dicit dixerūt Dic, in-
fans in nomine domini, si iste diaconus hoc præsum-
psit ad hoc infans: Ille, inquit, diaconus castus & sa-
ctus est, nec vnquā carnē suā coinquinauit. hæc ibi.
Et hoc est quod dixit Christus, vt legitur Math. xj.
Abscōditū hæc à sapientibus, & prudentibus, & reue-
latū ea paruulis. Nā spiritus vbi vult spirat, Ioan. iij.
39 Ito ann. domini M. cccc. xij. in prin. mēsis Mar-
tij, nonnullis scriptum fuit Tolosanz curialibus de
multis que nouiter cōtigerūt, inter que secundus ar-
ticulus est: Sic cū dū auditu graue, Caperatque frō
et sublegendū catenatim agglutinabimus. quod quia
mirabile & inauditū omnibus se offert, & prodigio-
sum nostro calamo delimitari tibi perlegendū dele-
gavi. Rhodi nanque que Carpathij insula maris est,
puer disparuit, qui vbi vitæ exegit mensē tam ex-
pediē, Græcē Latinęque & Hebraicę cœpit loqui,
vt in quibuscūq; gymnasijs eruditū fuisse omnes diu-
dicent. Hæc ibi.] Inde dicitur, q̄ non sit iniuria ma-
iori si à minore melius dicatur in iure. l. potiores. C.
de offi. recto. prouin. quia sciētia donū Dei, secū-
dum glo. in c. forus. de verb. sig. quod dispensatur p̄
volūtate & gratia largitoris, qui vt dicitur est, vbi vult
spirat. Præterea sicut malitia supplet atate, nonne
40 a fortiori dicere debemus, q̄ sciētia supplet debet
effectū atatis? Est enim sciētia donū Dei. Nā Da-
uid ex gratia spiritus sancti donum sapientiæ suscepit.
Et sunt nōnulli, qui plus addiscūt in vno anno, quā
alij in tribus: quia ingenij ipsorum vti diplomate.
l. continuus. ff. de verb. obli. Præsertim q̄ sunt iuue-
nes, quia ad discendum sunt natura aptiores. l. p̄ci-
piunt. ff. de ad. edic. Nonne Ange. frater Bal. in xv.
sup. etatis anno publicē, vt dicitur est, repetiit lecturam
38 Capuæ. dignus erat doctoratus? Similiter Barba. qui
elegāter hoc c. repetiit ann. domi. M. cccc. l. v. quo ego
Tolosæ natus fui, die beati Thomæ in mēse Decē-
bri. Nunquid à doctoratu debuit repellī qui secūdo
anno quo leges audire cœpit, publicē sub dño Ioā.
de Ana. de iure respondit in materia satis difficili. l. j.
ff. de cōd. inde. Et anno tunc sequētis: & sic in triēnio
sui studij ad legendum publicē cōductus Bononiæ
exiit, vt ipsemet testatur in d. c. cūm vicefimum. xv.
col. de offi. dele. & in c. si in prin. de sol. Abiit, q̄
41 tam excellētes viri propter atatis defectum vbi sciē-
tia abundabat, & totius virtutis exercitatio à tā sub-
limi debita eis dignitate fuissent repulsi. Non profe-
ctō erant gloriosi illi iuuenes de his, cōtra quos ex-
clamat glosa singularis in l. j. C. de tironibus. lib. xij.
dicit, q̄ vagus scholaris nūquā efficitur magister, &
gl. singularis in l. j. C. de studiis libera. vrb. Ro. lib. xj.
quæ arguit cōtra scholares audiendo lectiōē adifi-

cantes castra in acie, ac connumerantes tegulas do-
mū. Et gl. singularis in l. qui arbitrat, de p̄cni. dist.
j. clamat cōtra scholares dormientes in scholis durā
te lectura. Pariter gl. sup. verbo. Laboribus in præ-
mio lenti, contra scholares irritatur, qui quādiū sunt
in studio & studere debent, faciunt scribere libros.
Et glo. in c. odi & ceci festiuitates. xxij. quæstio. j.
singulariter insurgit cōtra scholares cūntes ad eccle-
sias causa videndi dominas: & vtiā nō respicerēt
puellas, de quibus scholastici sapenūmero somniāt:
quia multum eas desiderāt, secundum Bald. in l. d. p̄si-
derium. C. de po. Sicut ad tribulos, quos diligit asinus
sua somnia vertit. Contra scholarem gloriosum inani-
nis gloria cupidum mouetur gl. in l. ca. C. de transa.
Et etiam Rapha. Fulgo. in l. qui sub pretextu. C. de sa-
crofan. eccle. Inuehit cōtra scholares librum mittē-
tes ad scholas, & ipsi remanēt in lecto. Tales enim se-
cundum Hosti. in c. j. de offi. p̄mici. j. melius face-
rent, si se ac suos parentes in anibus sumptibus nō ve-
xarent: quia cogitare possunt, q̄ licet quis possit per
aliquū docere, nō tamen possunt per alium discere.
Ideo Goffr. & Io. And. in c. j. de sum. Trini. arguūt
contra nobiles delicatos mittentes ad scholas repe-
titores, & ipsi iacent in lecto. Puto quia tales præma-
turē doctoratū non possunt: imō nec vllō tempore,
sicut potuerunt præcedentes. A quodā scholari glo-
rioso, non minus tamen ignaro, Abbas sancti Petri
fundum, quem ei dederat ad fruendum, detecta eius
ignorantia remouit: quia cūm iuisset ad palatiū pro
abbate aliquid dicere, nesciuit. A signatio enim pen-
sionis extraneo aduocato facta tacitam habet condi-
tionem, si peritus existat ad defendendum dominū
in causis suis, secundum Bar. in l. cūm. quid. in ff. si
cer. peta. De quodam alio recitat idem Bar. quem ha-
beo in quadā antiqua sua lectura, quæ nō est in im-
pressis, in l. si. C. de epif. & ele. q̄ reuersus à studio,
& interrogatus super quodam factō, suam per illum
text. fuit exorditus præfationē, Deo nobis auxilium
præstante & c. Sed ad factū nil de iure respondit. Ob
quod ad risus fuit. Sic profectō viuunt plures moder-
ni scholares tempore consumendo, iuriloquium pro
pulehri loquio relinquentes. Præfationes solum im-
pectorant. Sed de dispositiua & rationibus legum, &
canonum non curāt. Vnum menti c. nebitis, quōd
si propter eminētē scientiā excellentēque virtu-
tē minor xvij. annis doctoretur, licet possit lege di-
sputare, & cetera exercere: tamen iudex esse non po-
terit inter suos scholares, cū minor xvij. annis iu-
dex esse non possit d. c. cūm vicefimum. & d. l. quid
consulebant. Similiter esse non poterit aduocatus,
vt dicto j. pueritiā, quia posset alius nocere suū offi-
cium malē exercendo, & causas partium perdendo:
sed non sic in doctore, qui nulli præiudicat legendo
nec petere poterit restitutionem in integrum, cū nō
præsumatur de sui facilitate & deceptione, qui ad tā-
tum gradum inter sapientes est assumptus, secūdum
gl. in l. professio. C. de munc. patri. lib. x. vbi Andræ.
de Barulo refert vidisse Ceruorum Accursij legum
glossatoris filium in integrum restitutionem peten-
tem, ab illo beneficio fuisse repulsum tanquam do-
ctorem. Et maximē non restitueretur, si tāquam iu-
dex minor atate male iudicasset per impietatem. l. j.
C. qui & aduersus quos in integ. resti. Ex p̄missis
inferat ad quæstionem quam disputauit Ioā. And.
in addi. Spec. ti. de tu. & Dominic. in c. gradū de sup.
negli. p̄ gla. li. vj. Si pupillus est rex, an debeat nequū
tempore pupillaris atatis regnū gubernari per tu-
E e ij tores,

tores, vt dictum fuit s. sed etiã post pupillarem ætatem debeat gubernari per curatores, an p ipsummet regẽ adultum. Videtur qd administratio regni exerceri debeat per regẽ adultum, nec videtur cogi habere curatorẽ. insti. qui mo. tu. finitur. s. j. Nam quoties aliquis est capax alicuius officij, vel dignitatis, poterit omnia illa administrare, & in iudicio deducere sine auctoritate alicuius per se, vel per procuratorẽ, dum tamẽ sit pubes, quamuis sit minor xxv. an. c. ex parte. iuncta glo. de rest. spo. & c. si. de iudi. li. vj. Cum ergo dignitas cadat in tali cui iure successio nis. regnum defertur, ex quo est pubes, administrare potest. Quoniam idẽ videmus de muliere dignitatis incapace, quæ ratione dignitatis regẽ sibi ex successione delata iudicat. c. dilect. de arb. xij. q. ij. c. u. deuo tiffimam. Rex enim propter multos sibi astantes, & ppter officia in eius domo ab antiquo ordinata errare non potest, arg. l. omnium. C. eo. ti. & c. j. de cõr. sti. li. vj. ¶ Nec curatorẽ habere quis compellitur, insti. de cura. s. inuiti. Maxime princeps, qui est legib solut, de isto nempe dici potest quod scribitur Lu. ij. Puer crescebat & confortabatur plenus sapietia, & gratia Dei erat cõ illo. Nã & Salomonẽ adhuc puerũ elegit Deus. j. Paral. xxix. iuxta illud Eccl. xxiii. Posuit Deus Dauid puero suo excitare regẽ ex ipso fortissimum. & alibi legitur, Melior est puer sapiens rege stulto. Eccl. iiii. c. Ex studiis enim cognoscitur puer. Prouerb. xx. Et supra de præsump. c. ex studiis. Nam dicit Nico. de Lyra. j. Reg. xii. Referẽs ibi in princ. rationẽ Hebræorum, ¶ qd quãdo homo ad aliquod promouetur officium magnum, habẽs præsertim reipublicæ administrationẽ annexam, sicut Saul, qui fuit electus in regẽ à Deo, simul ei dat gratia iustificã, & ipsum disponẽs ad tale officium gerendum. Circa quod sciẽdum est qd misericors Deus humanam fragilitatem cognoscens esse inexpertã & ineptam ad bellandum, & resistendũ demoni infernali, de quo veritas diuina in Euangelio dixit, qd nõ est potestas sub celo, quæ cõparetur illi, quem alibi vocat principẽ huius mundi dicẽs. Venit enim princeps mundi huius, scilicet diabolus, & in me nõ habet quicquam &c. ¶ Ne à tanto & tam forti principe, qui est Leo rugiẽs, quærẽs quem deuoret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnique hominum vnũ Angelum magistrũ, directorem & conseruatorem scientem omnia necessaria pro humana salute, quod esse verum etiam cognouerũt gentiles. Vnde Arist. in li. de secretis secretorũ ad Alexã. Nescis, inquit, qd teste Hermogene egregio doctore, duo sũt spiritũ qui te custodiũt, quorum vnus stat ad dexteram, & alius ad sinistrã custodientes, & scientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris? Hoc solum in veritate debet, õ Alexander, te re- 47 trahere ab omni inhonesto opere. Hęc ille. Per quos Angelos intelligit vnũ bonum, qui stat ad dexteram, & aliũ ad sinistrã, scilicet Angelum Satanæ, quærẽs hominẽ tanquã Leo deuorare. Vel ¶ quia erat rex, & prælatũ duos habebat bonos Angelos custodes: quia certũ est, qd imperatores & reges duos habẽt Angelos custodes, vnũ ratione suæ singularis personę, sicut habẽt ceteri homines, de quo habetur Matt. xviii. ibi, Videte ne contemnatũ vnũ ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vidẽt faciẽ patris mei, qd in cõelis est. Tanta est enim dignitas hominis, qd natura Angelica ei seruit, secundum glo. in l. cognitionum. ff. de var. & extrar. cog. Et isti Angeli sunt, de ordine inferiori. Alterũ verõ

Angelũ habent rone dignitatis vel officij regalis, aut prælatũ, vt de Heliseo legitur iij. Reg. iij. qd Angelorũ multitudinẽ habuit ad sui defensionem. Et vt ait sanctus Bernar. in quodã sermone, beata virgo pluri mas Angelorum legiones habuit ad sui custodiam & protectionẽ, & qui ei tanquã doming defuerit. Vt conueniat quod habetur Psal. xc. Angelis suis Deus madauit de te, vt custodiãt te in omnibũ viis tuis. sin gulis em regnis præfunt Angeli de superiori ordine inferioris Hierarchie, qui dicuntur principatus: quia ordo ipforũ dicitur ordo principatum. Et isti sunt principaliter custodes regũ & regnorum: idẽ aliqu accipiuntur p regibus & regnis, quibũ præfunt, cõ quã rõnabiliter procurat bonũ gentiũ sibi cõmissarũ ex earũ meritis. Nã quilibet Angelus offert Deo merita suã gẽtis cui præest, ppter quod videtur tales Angeli sibi inuicẽ cõtrariari & resistere, quoties duo regna quibus diuersi præfunt Angeli, sunt in contradic tione. Et hoc est quod dicit Daniel. x. vbi Danieli dixit Gabriel: Princeps. i. Angelus regni Persarũ resistit mihi viginti & vno diebus. Et pmanet illi Angeli in tali resistẽtia, nõ qd inter ipsos sit cõtrarietas voluntatũ simpliciter, sed quia futura ignorãt, donec sciat determinationẽ diuine voluntatis de futura istũ aut illius gẽtis subiectione. Sed quã primõ sciunt diuinã voluntatẽ per reuelationẽ vel effectũ positionẽ, tunc cõcorditer approbãt diuinã sententiã. Cũ voluntates eorũ semper sint cõformes diuinæ voluntati, vt declarat beatus Tho. in j. par. qd. cxiiij. artic. viij. & omnes in secũdo sententiã. dist. xj. & Lyra in verb. & Angelus. Apoc. x. in verbo, Et audiui Angelũ. ibi dẽ xvj. c. Et clari allegato Daniel. x. c. & Gre. lib. iij. Moralium. c. xxxj. & lib. xvij. c. vij. ¶ Huius autẽ regni, & regis Franciæ custodia, & protectio attributa est Michaeli Archãgelo, qui olim princeps fuit synagoga. Sed nũc cõstitutus est à Deo in principẽ ecclesiæ: cuius supra ceteros seculi principes brachiũ dextrũ & præpositũ est Christianissimus rex noster Frãciæ, ex his quæ vidistis in verbo, Et vocorẽ nomine Adelaifam. Vnde non sine causa prosperatur & semper in dies crescit, & augetur regnũ tanquã ab ipso met. Deo institutũ, protectũ, & custoditũ, vt plenẽ dixi tractãdo de filiabus in regno nõ succedẽdis super verbo, Duas habens filias. Michael enim interpretatur Deus. Nã vt ait Gregorius, quoties miræ virtutis aliquid agit, Michael mitti phibetur, vt ex ipso actu & nomine detur intelligi, qd nullus facere põt, quod facere præualt Deus. Idcirco eidem Michaeli plura, quæ sunt miræ virtutis, attribuuntur, ob quod inter sanctorũ acies Angelorum signifer Christi habetur, & paradisi Præpositus nominatur. Itaq; quoties de ipso festũ sit, de ceteris omnibus Angelis etiã solẽnizatur. ¶ In signum cuius regni, & regis Franciæ protectionis post primã Michaelis in terra ecclesiæ Romanæ, scilicet in mõte Gargano Apulię miraculosã apparitionẽ, in sui q; honoris templi dedicationem, facta fuit apparitio secũda in regno Frãciæ in loco, qui Tumba dicitur, iuxta mare sex millibus ab vrbe Abrincẽsi, circa annũ domini dccc. vbi Michael episcopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubẽs, vt in prædicto loco ecclesiã construeret, & sicut sit in terra ecclesiæ, scilicet in mõte Gargano, ita & quorũ sui memoriã celebraret, qui locũ incolere regnumq; tutum seruare statuerat, vt plenẽ habetur in ei legẽda, de quo etiã meminit Gag. li. iij. c. iij. Eodẽ, inq; propẽ tẽpore Aubertus Abriacensis pontifex in colle altissimo sancti Michaelis cenobiũ edificauit, cũ ageretur

ageretur annus salutis septingentesimus nonus. Hęc ille. Quæ omnia prædẽt cõsiderans rex Ludouicus vndecimus domini nostri regis moderni genitor in honorẽ Archãgeli protectoris regni sui, ordinem militarẽ sancti Michaelis instituit perpetuõ, & fundauit, certo militũ numero, quorum rex primus est, decreto & determinato. Et cuilibet certorũ millium librarũ annuorũ pro status augmentatione assignata regia pẽsione. Qui milites de ordine regio vocantur portantes aureã torquẽ, & diui Michaelis regni insignie aureã pẽdens, vt publicẽ videri potest. Nec potest aliquis vt hoc insigni ornamento, nisi cui rex cõcesserit, ad instar Ionathã, cui Anthiochus dedit potestãtẽ bibere in auro, & esse in purpura, & fibulam auream ferre. j. Macha. xj. & gl. in c. j. de p̄scri. li. vj. & l. nemo. C. de vesti. holoba. li. xj. De hoc profectõ Michaelẽ audacter dicere põt Christianissimus rex Frãciæ, quod habetur Danielis. x. c. ibi, Ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutoriũ meũ, & eodẽ c. in fi. Nemo est adiutor meũ in omnibus his, nisi Michaelis princeps vester. ¶ O crudeliora feris inhumanissimis hominum genera, pecudum vitam imitantia ad vos ipsos redite, dignitatẽ vestrã aimo reuoluite, quãta beneficiorũ copia anima vestra à summo omnĩũ opifice donata sit perpendite. Ipsi corpus organicum mirabili opificio extractũ cũ scẽtibus copulauit. Ipsi cõelos & sidera elementãq; omnia & ex illis cõposita seruire iussit, ipsi Angelos ad custodiam deputauit, ipsi leges & præcepta bene beatęque viuẽdi instituit. Et cũ nec sic suũ creatorẽ agnosceret, misit vnigenitum filiũ suũ, qui viam veritatis illum doceret, qui errãtem ad vitã se mitam reduceret, qui deniq; illam sanguine suo pretioso redimeret, quid igitur? O beluarũ more viuẽtes, tam egregiam, tam insignẽ, tam præclaram, tam deniq; Deo charã creaturã, & imaginẽ ad suã similitudinem formatam peccatorum labe deturpãtis, & rebus quarũ seruitio vti deberet, seruire vestra vitã turpitudine cogitis? Experiẽimini aliquãdo, & vos homines nõ beluas à Deo productos memorate, ad sidera vultus erectos tollite, illic aspirate, totũque viribus bene beatęque viuẽdo redite. Quoniam de eo, vt dicit Poeta Ouid. lib. j. Metamor.

Finxit in effigiem moderantium cuncta Deorum, Prondaque eim spectent animalia caetera terram, Os homini sublime dedit, coelũque videre Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Sic modõ que fuerat rudis, & sine imagine tellus, Induit ignotas hominum conuersa figurã, &c.

se, tũ septimo anno, postea circa pubertatẽ periclitatur, secundũ Corn. li. ij. c. j. Ideo ipsis minoribus rerum suarũ administratio cõmitti nõ debet, quãuis rẽ suã bene gerant. l. j. ff. de mino. Et inde est, qd adultus quãtuncq; discretus ante vicefimũ suæ ætatis annũ, veniã ætatis vt per se administrare possit, impetrare nõ potest. l. ij. C. de his qui veniã æta. imp. Præterea tales sua negotia administrare nõ possunt: imõ si in ipsis administrãdo læduntur, in integrũ restituntur, etiã si curatorẽ cõsentientẽ habuerint. l. si curatorẽ. C. de in inte. resti. mi. Multõ minus ergo negotia reip. regni administrare poterũt abiq; curatorẽ, arg. l. j. s. sed & si quis. ff. de Carb. edi. & c. vbi maius. de ele. li. vj. Cũ enim stabile mētẽ nõdum adeptus sit, sapientũ hominũ iura nõ debet tractare. l. fi. C. de testa. mili. Quia quãto quis infirmior est ad resistendũ, tantõ facilius in sententiã trahitur. Vnde iuuenes quã senes, & egri, quã sani facilius credunt, vt pulchrẽ recitat Plutarchus, de vita Catonis iunioris. in prin. Prætereã vt dicit Arist. in j. Rhetor. faciliẽ credũt, cõ qd in multis nõdum decepti sunt. Ex qua credulitate sæpenumero boni principes falluntur, & incauti in subditorum perniciẽ eunt. Ideo videmus ad rempublicã administrandã ante xxv. annũ minores nõ recipi. l. ad rempub. ff. de mu. & ho. quã indecorum esset, vt hi rempub. gererent, qui gubernare nõ nouerũt seip. c. in decorũ. de æta. & quali. & alibi dicitur, qd incuile est eos, qui alieno auxilio in suis, rebus gerẽdis egere nõsuntur, & sub aliis reguntur, aliorũ tutelã & curã subire, dicit tex. in s. minores autẽ. in fi. de excus. tu. Impuberes autẽ & minores in tutela esse naturali iuri cõueniẽs est, vt is qui perfectũ ætatis nõ sit, alteri tutela regatur, dicit tex. in fi. de Atti. tu. in fi. sicut tex. in Auth. de sanctis. epif. s. j. col. ix. Nã præsumptio est cõtra iuuenes, qd prudentes nõ possũt regere, iuxta illud Philosophi in iij. Topicorum. Nemo iuuenes eligit in duces, quia nõ cõstat eos esse prudentes. [Prudentia ergo principibũ victoriã præbet vitæq; honestatẽ, cũ impossibile sit prudentẽ nõ esse entẽ bonũ. vj. Ethic. Vnde Ro hoam ex sua imprudentia decẽ regna perdidit, quæ sibi dimiserat pater suus, cũ imprudẽter irritasset do minum. iij. Reg. xiiij.] Stultitia enim colligata est in corde pueri. Prouerb. xij. De quo amplissimẽ, nec minus pulchrẽ per Lucam de Penna, in l. tyrones. C. de tyro. li. xij. vij. col. quinimõ decedit beatus Tho. in j. par. qd. xcix. artic. ij. qd pueri nati in statu innocentiæ si Adam non peccasset, nõ mox habuissent perfectã virtutem, & motum membrorũ. Cũ omne generatum prius sit imperfectum, quã perficiatur. Or pueri in statu inocentiæ fuissent per generationẽ sicut nunc producti, & sic ab initio imperfecti fuissent in quantitate & virtute corporis, ita qd illico nõ habuissent sufficientem virtutem ad membra mouendũ secũdũ quõlibet actus, nisi quo ad actus pueritię conuenientes, puta ad sugendum vbera per se & similia. Prætereã perfectum nõ habuissent vsum rationis, vt dicit eadem parte, quæstio. c. j. artic. ij. quia vsum rationis dependet quodammodo ex vsum virtũ sensitiuarũ. Vnde ligato sensu, & ligatis viribus interioribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis nõ habet, vt patet in dormientibus & freneticis. Vires autẽ sensitiuæ virtutes quẽdam corporalium organorum. Quibũ organis impeditis necesse est vires sensitiuas seu actus earum impeditas esse, & consequenter vsum rationis. Et in pueris est impedimentũ harum virtũ sensitiuarum propter nimiam humiditatem cerebri:

Tom. i. Ee iij ideo

ideo nō est in eis pfect⁹ vsus rationis, sicut nec aliorū membrorū, nec etiā habuissent tunc & minus nūc perfectionē sciētīe, sed eā processu tēporis absq; difficultate acquisuissent inueniēdo, vel addiscēdo. Cū sit naturale homini vt scientiam per sensū acquirat, sed multō pleniū tunc habuissent pueri, quā nunc peccatū naturaliter habeant. Et sic eis administratio nem permittere non esset sine periculo subditorum. 54

Vnde dominus peruersis comminans regionibus, inquit Elia: iij. Dabo pueros principes eorū. Et Sapiens ille populo compatiēs ait, Vā terrā, cuius rex puer est, & principes eius manē comedūt. Nec est eadē ratio in rege, quā in aliis priuatis, qui inuiti nō capiūt curatores, cū regis officiū sit iusticiā exercere. xxij. quæst. v. c. Regum. Nec potest suus error emendari saltem facilius, cū aliquādo superiorem nō habeat. Ixij. dist. Adrianus. c. per venerabilē. qui filij sint legi. Maximē in criminalibus, quā nullam, aut difficilē habent reparationem, in quibus à rege non appellatur. Videmus insuper minori in iudiciis dari curatōrē etiā inuito, vt d. s. inuiti. in lit. de cu. Multō ergo magis debet sibi dari. vt sit iudex. Ad hoc facit tex. not. in c. grandi de supplen. negli. prela. li. vj. vbi regi inuito datur curator. Et cū fuisset semel de facto quæstio in persona regis Legionē. fuit pro hac parte determinatū, vt refert Ioan. And. vbi s. & consuluit. Old. consilij. Ex quibus omnibus videtur, qd licet impuberes & minores xxv. annis sint dignitatum seculariū, licet regalium capaces, tamen ante xxv. annum per se non possunt saltem sine curatoribus regere. Quod verū intelligit Imo. quem ibi sequitur de sancto Geminiano, in d. c. grandi. in rege qui assumitur per electionem. de quo loquitur de la. ad rempublicam. Reges enim, qui iure sanguinis succedunt in suorum predecessorum regnis, qualis est rex noster Franciæ Christianissimus, omnia possunt ante xxv. annū, quā possunt alij quicunque in suis priuatis patrimoniis, per dictā l. si curatorem. C. de in integ. rest. mino. Nam reges Franciæ possunt etiam ante coronationem administrare priuilegia & rescripta dare. Sicut papa ante coronationem administrat, vt no. Ioā. And. super data vj. libri. Et est decimum per extrauagantē Clementis v. quæ. incip. quia nonnulli. Idem de elect. in Imperatorem, vt in extrauaganti, imperiali. vbi Bald. de pace Constā. & per Bal. in procmio Digestorū. Cy. & Doct. in l. benē à Zenone. C. de quadrien. præfci. & Archid. xciii. dist. legimus. & gl. in cle. vnica. de iureiur. Quo enim ad potestatem & auctoritatem gubernandi regnum coronatio nihil addit, nec sacra vnctio, vt plenē decedit Præpositus in c. per venerabilem. s. quod autem. qui filij sint legi. cxxxij. co. quia post pubertatem finitur tutela regis. Ad eod. quod habere nō debet curatorem quātum ad ea, quæ sunt iurisdictionis, quæ potest ipse exercere per se. Cū rex eius pater moriendo regnum in filium transmittens dare videatur iurisdictionem filio, quāuis minori, & sic videtur tacite cum eo dispensasse ex certa scientia, vt princeps facere potest, vt plenē not. Bart. in d. l. quidam consulebant, prope fi. ff. de re iudi. Panor. in d. c. vicesimū. de offi. dele. & Ange. in s. seruus autē instit. qui dari tuto. testa. pos. & ita intelligitur prima opi. cum suis iuribus. s. allegatis. Alia verō quæ non sunt iurisdictionis, sed concernūt regni administrationē, debet minor filius regis exercere cum auctoritate sui curatoris secundum Bart. in d. l. quidam consulebat. & sic intelligitur opi. Qld. & Ioā. And. superius relata. V-

deatis Ias. in dicta l. si. C. de test. mil. aliās sine curatore nō permitteretur administratio, nisi aliter pro bono ipsius regni per proceres, & regnicolas ordinaretur, prout factum exitit de Christianissimo Carolo viij. rege nostro Fraciæ moderno in cōsilio trium statuum regni Turonis cōgregato, anno domini M. cccclxxxij. vt concludit glo. pragmatica. vbi supra. Imō posset pater adhuc viuēs filiū sibi regni coadiutorē assumere, & in vita coronare, prout Ludouicus mole corporis grossus vocatus fecisse legitur, de quo Gagui. li. vj. c. iij. Inter hæc, inquit, nuntiatur Ludouico filiū eius Philippum primogenitum, dum ex tra muros Parisiis, equo veretur, interisse: cuius mors sicut mœori Ludouico fuit, ita eū admonuit rerum futurarum sollicitum esse. Igitur cū annorū plenus esset, plurimiq; laboribus affectus, ex amico rum consilio Ludouicum alterum filium, qui iunior appellatus est, in cōsortium administrandi regni assumpsit, Remisq; deductū regni vnctio, atq; corona insigniri iubet & c. Deinde Ludouicum iuniorē illū idem de Philippo adhuc impubere eius filio (cui ob eius egregia & inclyta facta, Augustus cognomē fuit) fecisse. eo. lib. c. iij. Gagui. ipse retulit dicēs, Anno superiore, quā Ludouicus mortē obiit, curat Philippum regni cōsortem assumere, quare Rhemis perductum (magna pompa) adolescentem sacrare iubet, annum vix quartumdecimum agentē, cui dum coronatur Gulielmus Nouelli regis auctulus Rhemorum primas, & sanctæ Sabine Cardinalis Romanus legatus affuit. Hæricus item Angliæ rex ob eas, quas à rege in Francia terras possidebat, obsequens pro debito subiectionis Philippo affuit. Sacro coronamenti absoluto memor rex adolescens, quā impie pleriq; per Franciā deierat, & ex execrabili blasphemia Deum prouocaret, legem tulit, si quis eius impietatis reus cōpertus esset, in fluuiū aut paludē citra necem demitteretur. In Iudæos quoq; quorum erat per omnem Franciā ingens multitudo, ferocitate exercuit, & tandem ex Bernardi Anachorite viri sanctitatis opinione clari, qui in saltu Vicenariū solitarii incolebat sententia rex confirmatus, quanquā multi ex primoribus hæc ferocitate moderari tentassent, Iudæorū muneribus illecti, Christianissimi adolescentis decreto Iudæi suis distractis rebus omnes abierunt, anno Christianæ redemptionis M. cxxxij. Hæc ille. Sic fecerat Ludouicus Balbus Caroli magni pronepos, vt idē li. v. c. ij. recitat Gaguius in fi. Augescēte, inquit, morbo Compendiū se deferri Ludouicus iubet, protinūq; imperij insignibus ad filium missis coronari illum imperat, atq; ita paucis interiectis dieb⁹ morte absimitur Idibus Aprilis, ibiq; in diuæ Mariæ æde sepelitur, anno domini M. cccclxxx. Id idē Henricum fecisse cōmemorat libro eo. c. fin. Et pariter Philippus eius filius huius nominis rex Fracorum primus, lib. vj. c. j. Ad hoc facit quod dicit Io. Fab. in l. j. C. vt causæ post pubertate. ad lit. tutor. Vbi singulariter refert maiorem xiiij. annis habilē esse ad cōtrahēdū sine curatore, & minorē xij. annorū sine tutore ex generali cōsuetudine Fraciæ, & etiā ad comparēdū in iudicio, cui in hoc credendū est. Cū doctor fuerit illustris, secundum Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. vbi dicit Doctor illustris credendum esse cōsuetudinē allegatū, præsertim vbi allegat propriæ patriæ cōsuetudinē, sicut in proposito facit Ioā. Fab. qui oriundus erat patriæ Engolismensis, & sic de regno Franciæ, vt ipsemet fateatur in procmio insti. sup. verbo, Flauius. Tamē magister

gister Gulielmus de Brolho, qui stylum curiæ Parlamenti scripsit, in tit. de minoribus, dicit quod in dicta curia quis reputatur minor annis donec xxj. annum atigerit, & qd statum vel consuetudo operari possit, qd pupillus cōtrahat sicut maior, videatis Bar. in l. nō ambigitur. ff. de legi. & in l. denique. in prin. ff. de mino. & in l. omnes populi. in iij. quæstio. prin. ff. de iusti. & iure. & Alex. in l. moribus. in prin. ff. de vulga. & pupil. subssi. & d. l. si. C. de testamen. milita. Si ergo ex cōsuetudine Franciæ, quilibet maior quatuordecim annis est ad contrahendum, & in iudicio sistendum habilis sine curatore, multō fortius est ad administrandum habilis ipse rex per iura superiorum in prima parte allegata. Sed an eo tunc quando sine curatore est habilis ad cōtrahendum & alienandum, si decipiatur, poterit in integrum restitutionem petere? glo. si. quam ibi sequitur Bal. in l. j. C. si à momēta. pos. sue. appel. tenet qd sic, & Guido Papæ, quæstio. cccij. dicens sic iudicatū in parlamento: quia etiā restitueretur, si cum curatore contraxisset, vel quasi, scilicet litigando in iudicio. Ex quibus omnibus testat, qd impuberes & minores xxv. annis beneficio rum & dignitatum secularium sunt capaces, quāuis eas aliquādo non possint per se administrare. Sed non sic est in beneficiis ecclesiasticis, quorū minores sunt omnino incapaces. Quoniam si est beneficiū regulare maius, veluti abbatia: tūc in abbatia ætas requiritur xxx. annorum. c. in demnitibus. de elec. li. vj. In abbate verō requiritur & sufficit ætas xxv. annorū, secundum glo. ibi in verbo, tricesimū, per tex. in c. cum in cūctis. s. inferiora. de elec. Et sic dispositum in abbatia nō trahitur ad abbatem: quia licet masculinū comprehendat fœmininum. vt not. Bart. in l. j. ff. de verb. sign. Non tamen e contra, secundum glo. in cle. attendentes. de statu regula. Si verō beneficiū regulare est prioratus cōuentualis habens collegium sub se, etiam requiritur ætas xxv. annorum. cle. ne in agro. s. cæterū. de statu ho. Idē erit si prioratus nō esset cōuentualis, sed curā haberet animarum, quā fortē prior ex consuetudine exercet per se: quia nō potest quis curam exercere animarum, nisi sit presbyter. Et nō potest quis esse presbyter, nisi xxv. habeat annos. cle. generalē. de æta. & quali. si autem curam nō exercet per se, sed per vicariū perpetuum, tunc sufficit ætas xx. annorum, vt d. s. ceterum. Si verō talis prioratus collegiū nō habeat sub se, nec curā animarum per se vel alium exercendam, sufficit ætas quatuordecim annorum, ar. c. in decorū. de æta. & quali. & d. s. cæterū. Et idē in simplici monachatu, quia monachus solennizatur per votum, quod emitti nō potest, nisi per habentē illā ætatem. In beneficiis autē & dignitatibus ecclesiasticis secularibus, si est episcopatus, requiritur ætas xxx. annorum, vt d. c. cum in cūctis. Si verō est dignitas inferior, aut beneficiū curatum, requiritur quod attingat xxv. annum, vt d. s. inferiora. Episcopus autem dispensare posset duntaxat in personatu nō curato, vt tunc sufficiat ætas xx. annorum. c. j. de æta. & qua. lib. vj. Sed vbi esset beneficiū simplex sine cura, si quidē beneficiū sonet in nomē rectoris, putā, quia est ecclesiæ vel capella per se stans clericum habēs ad suum regimen, tunc ad minus requiritur ætas xiiij. annorum. de quo videtur casus in d. c. in decorū. Aut nō sonat in nomen rectoriæ, sed est beneficiū in ecclesiā, & tunc si tale est, quod maturitatem requirat cōsiliū, vt est videre in canonicatu ecclesiæ cathedralis, tunc requiritur ætas xiiij. annorum. Cū ante il-

Jam ætatem iura ecclesiæ sapienter tractare non possent, nisi aliud ex dispensatione permitteretur. c. ex co. de elect. lib. vj. Si verō non requiritur maturitas cōsiliū, tunc sufficit ætas vij. annorum. vt plenē not. glo. in c. si eo tempore. de rescript. lib. vj. prout est videre exemplum in istis præbendis clericalibus in ecclesiā institutis pro minoribus clericis, qui tamē non sunt de collegio, vt plenē cōcludit Panor. in c. super inordinata. s. de præb. Et pariter decidit in c. si de cōcess. præben. qd pupillus maior infante patronus potest præsentare, ad eod. qd clericus ab eo præsentatus præferendus est præsentato per tutorem secundum eū. Idem tenet in c. j. de iure patro. & Archi. xvj. quæst. vij. c. decernimus. videatis etiā per Ioā. And. in c. ex co. de elec. lib. vj. Non tamen posset pupillus ante xiiij. annū completum, beneficiū suum dispensatiuē tantum renuntiare, secundum Ange. de Claua. In sua summa super verbo, renuntiatio. p. tex. in c. si. si verō de iudi. lib. vj. facit. ex ratione. iuncta glo. su per verbo, ætatē. de æta. & quali. Quia licet tales pueri beneficia ex dispensatione tenere possint: nō tamē habent plenam illorum administrationem, nec censentur dispensati in administratione, secundum Philip. Fran. in d. s. si verō. & Panor. in c. ex parte de resti. spo. quia iudicium animi non habent. in lit. quib. nō est permis. fa. testa. s. præterea. imō tam iure, quā ratione carēt discretionē, vt d. c. ex co. vbi bon⁹ tex. Præterea actus omnes iudiciales beneficia eorum cōcernentes sine tutore vel curatore sunt eis interdici, vt d. s. si verō. Et absurdū esset, qd in iudicio sine tutore, aut curatore renuntiare nō possent, vt ibi. Et extra iudicium vbi plus timetur de leuitate & fraude hoc facere possent. Ideo in pupillo cōsultissimē decidit Ioā. de Milis. in suo repertorio super verb. minor. versi. minor xiiij. annis. quod tunc valet renuntiatio si duo cōcurrant. Primū quod fiat in manibus superiorum. Secundū, quod fiat cum causæ cognitione, scilicet si superiori videatur, & sibi cōstet, qd pupillo expediat & ecclesiæ. Facta autem renuntiatio per maiorem xiiij. licet minor sit xxv. annis, valet & tenet sine spe restitutionis. De quo tamē videatis Panor. in d. c. ex parte. & Philip. Fran. super verbo, lucro. in c. dudum. de præben. lib. vj. vbi dicit per illum tex. qd tractans de beneficio obtinendo, dicitur tractare de lucro: ideo minor quo ad beneficiū sibi debitū, qd petere omisit, nō potest velut damnum passus, & læsus petere restitutionem. Secus in beneficio obtento: quia illud perdēdo patitur damnum & læditur. Restat ergo, quo ad nostrum propositum sufficit, qd impuberes imō infantes furiosi prodigi masculi, siue fœminæ quamuis meretrices, habent testamenti factionem passiuam, ita quod in testamento possunt hære des institui, & pariter ab intestato suis succedere possunt parentibus. Nō tamen propter hoc pupilli habent testamenti factionem actiuam, qui propter ætatis defectū testari nō possunt, in lit. quib. non est permis. fa. testa. alle. s. præterea. Cū discretionē careat, vt ibi, & in l. cum prætor. ff. de iud. Quod est verum, etiā si pupilli essent doli capaces, ita qd malitia in eis ætatem suppleret. Quia propter hoc testari non possent ante pubertatem, quæ in hac materia iudicatur ex tempore, scilicet xiiij. annorū in masculo, & duodecim in fœmina, secundū Bal. & Pau. in l. si frater. C. qui testa. fa. non poss. Pet. de Ancha. & Imo. in c. ij. s. eod. Cū enim pupilli iura sapientum tractare nequeant tanquam adhuc mentem stabilem non adepti, nō debent posse testari, ne testādo fortē indifere-

de parentibus noceant, dicit tex. in d. l. fin. C. de test. mili. Nisi dicemus, quod impubes habitatus esset per statutum ciuitatis ad testandum, quo casu testari possit, dummodo sit proximus pubertati. Quia cum tunc non sit in eo metis defectus, nisi a iure ciuili presumptus, talis presumptio per statutum tolli potest. I. omnes vero populi. ff. de iusti. & iure. Ita in nostris terminis decidit eleganter Bar. in l. si quaramus. cum quo transit ibi Rapha. ff. eod. titu. Sed aduertatis in hoc puncto, quia Ange. tenet ibi contrarium, volens impuberem ad testandum habitari non posse per statutum vel consuetudinem, per tex. in l. fin. C. de test. mili. ibi, hoc nullo modo fieri concedimus. Per quae verba tollitur potestas dispensandi contra illum tex. prohibentem impuberes testari posse, vt singulariter decidit glo. in verbo, nullo modo. in cle. vt hi qui. §. illi vero. de eta. & qua. Præsertim quia ibi in d. l. fin. Imperator reuocat leges antiquas facultate testandi militibus impuberibus præbentes. Subiungendo dicta verba, nullo modo concedimus. Ergo videtur, quod nullo modo per statutum dispensari possit, vt impuberes testentur. Et hanc opinionem Ange. sequitur ibi Imo. quam prius tenuerat Bart. in l. j. neq. §. j. ff. de test. mili. vbi videtur tenere in princ. iij. col. quod in pupillo dispensari non possit, quod testetur, cum sit in eo defectus iurisdictionis, veluti discretionis: al legat dictam l. si. C. de test. mili. Idem tenet Ange. in l. j. C. de sacrosan. eccles. Ad hoc facit quod dicit Bald. in l. j. vers. quarto quae sunt exempla. C. de cofes. vbi per tex. in d. l. si. dicit, quod impossibile est, quod pupillus testari possit, etiam ex priuilegio principis. Hanc etiam opinionem tenuit Per. de Ancha. in d. c. ij. §. eodem. volens dispensari non posse, quod per statutum pupillus testetur. His tamen non obstantibus puto primam opinionem Bart. in d. l. si quaramus. esse verriorem, scilicet quod per statutum pupillus habitari possit ad testandum, dum tamen sit proximus pubertati, & doli capax. Cum talis possit omne delictum committere præter peccatum carnis. l. impunitas. C. de pœnis. & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori. Præterea tex. in d. l. fin. C. de testa. mili. facit contra Ange. & suos sequaces, dum in prin. dicit, quod antiquis legibus permittitur pupillum tribu testari. Ad quod facit quod dicit idem Ange. ibi volens probare, quod a iure naturali non prohiberetur pupillus doli capax testari. secus in non doli capax. l. cum prætor. §. j. ff. de iudiciis. Ideo in doli capax videtur principem dispensare posse, sicut fiebat per leges antiquas, secundum Alex. & Iaso. in d. l. fin. & in l. si frater. C. q. test. fa. pol. Et late per eundem Iaso. in l. rescripta. C. de preci. impc. offe. Et per consequens dispensari poterit per statutum, vt doli capax pupillus testetur, dum tamen tale statutum fuerit factum a principe, vel populo non recognoscente superiore. Secus si a populo superiore recognoscente. Et sic intelligi potest opinio Ange. Ad hoc facit quod not. Bal. in c. cum vicemium. de offi. deleg. Ange. & Ludou. in l. more. ff. de acquit. hære. Nam mutus, surdus, & impubes æquiparantur quo ad actum testandi & iudicandi. in situ. quibus non est permittitur. ff. de testa. §. præterea. Sed princeps habitare potest mutum & surdum. l. si mutum. ff. de co. ergo & pupillum. Et ita tenet Barba. in d. c. cum vicemium. vbi contra Panor. cõcludit, quod etiam possit princeps eum facere iudicem, dum tamen non sit infans nec proximus infantia. Et hoc modo concordatur omnes opiniones. Et sic habetur, quod regulariter pupillus testari non potest, nisi vt dictum

est, esset doli capax, & habitatus a principe vel statutum a populo superiore non recognoscente factum, & vel nisi pupillus ad pias causas testatur. Quo casu fauore piae causae valeret testamentum, vt singulariter decidit dominus Richar. de Salic. in repeti. l. j. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, quod pupillus pubertati vel infantia proximus ad pias causas testari potest. Et mouetur: quia in lucro captando pupillus necdum pubertati proximus, sed qui infantilem excessit ætatem, esto quod sit infantia proximus, cõfetur habere intellectum ac sufficientem discretionem ad lucrum capiendum, vt no. in l. in negotiis. ff. de reg. iur. & in l. cum pupillus. & l. feruum pupilli. ff. de pupilli saluam fore. Nam cum stipulari possit rem suam saluam fore, vt ibi, non videtur ratione, quare non possit pro anima saluanda disponere, & sic animam suam saluare. Ad quod facit text. valde singularis in Authen. de hære. & Falsi. §. q. verò expressim. vbi heres satis dicitur lucrari quo ad lucrum anime exercendo opus pium: ergo eodem modo pupillus satis lucrari dicitur, quando suam saluam animam: quia vt scribitur Iob ij. c. Pelle pro pelle, & omnia quae homo habet, donat pro anima sua. Secundo mouetur, quia impubes religioni adstringitur. l. si. ff. de li. cau. Ergo fortius relinquere poterit pro redemptione anime suae, quae cunctis est præferenda rebus. l. sanctum. C. de sacrosan. eccle. c. cum ifirmis. de pœni. & remis. Ideo dicimus, quod in lucro captando prodigus habere dicitur cõsensum & potestatem disponendi. l. si cui. ff. de verb. obli. & no. in l. mutum. ff. de acquit. hæred. Vnde circa modum corporis acquirendum prodigus dicitur efficacem habere intellectum. Pari modo habere dicitur pupillus efficacem intellectum testandi ad pias causas. Nam l. si. C. de testa. mili. quae impuberem testari prohibet, non loquitur in relictis ad pias causas. Licet enim eligere non possit sibi sepulturam. c. licet. §. j. de sepul. li. vj. Nec emittit votum. l. ij. §. voto. ff. de polli. Poterit tamen ad pias causas disponere: quia diuersi sunt casus, prout ex eodem c. colligitur. Et facere potest votum largo modo sumendo, scilicet pro quadam vltima voluntate ad pias causas destinata, & non obligatoria. Cum testator non obligetur: quia potest testamentum, quando in viuet, mutare: nec sortitur effectum, nisi post mortem ipsius. c. cum Martha. de cele. missarum. secus autem esset in voto obligatorio, vt dicta l. ij. Cum igitur in casu isto agatur de casu pio, & hoc actu pio infurgat commodum ecclesiasticum animae & personis vtile, videtur quod dicta l. prima. C. de sacrosan. eccle. disponat circa impuberem, vt scilicet ad pias causas testari possit, cessante tamen impedimento defectus intellectus. Ex quibus duo sequuntur, secundum dominum Richar. Primum, quia potest pupillus ad pias causas testari, si in ipso non concurrat defectus intellectus. Secundum, quod prodigus potest ad pias causas testari. Pro prædictorum corroboracione adduci potest, quod singulariter refert & sequitur Ioan. And. in cap. cum dilectus. de success. ab intesta. vbi refert Valerium, lib. viij. capitu. penult. in princip. dicens, testamentum cuiusdam furiosi fuisse per senatores approbatum, eo quia iustus, rectus, & sapienter dispositum. Quia filium proprium instituerat heredem, & non extraneum; vt dementes faciunt, vt dicit Valerius, non vbi allegatur, sed lib. vij. u. de testa. in prin. dicit in hæc verba: His rescissorum testamentorum exemplis cõtenti attingamus ea, quae rata manserunt, cum causas haberet, propter quas rescindi possent. Quam

Quam certam, quam etiam nota infantia Tuditana, vt pote qui populo numos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum visu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit, testamento filium instituit heredem, quod T. L. S. & sanguine ei proximus haere iudicio subuolere frustra conatus est. Magis enim centum viri, quod scriptum esset in tabulis, quam quis eas inscripserit considerandum existimauerunt. Hæc ille. Præterea multo ingeniosi viri ob nimiam ingenij subtilitatem dementer agunt. Cum, vt dicit Seneca in li. de Tranquillitate animi, Nulli magnum ingenium sine aliqua specie demerit. Nam ex quo sapienter fuit testatus, praesumitur tunc temporis fuisse sanæ mentis. Quia factus est solus ille, qui fatua scribit, aut loquitur. xciij. dist. c. legimus. & l. si is qui. §. si. ff. de tut. & cur. da. ab his. Et est tex. opti. in l. ob quae vitia. ff. de adil. edic. & Iob ij. c. ibi: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Hoc etiam dicitur de testamento furiosi sapienter facto refert, & sequitur Bald. in c. j. per quos fiat inuesti. & Ludo. in l. furiosum. C. qui test. fa. non pos. Ergo idem & multo fortius dicemus in pupillo, vt si sapienter fuerit testatus, valeat eius testamentum. Quia ea quae spiritu Dei agunt, non sunt sub lege, c. licet. de regula. & post eum Io. And. & Panor. in c. ad nostram. de cõsuetudine. de sentent. lata a quodam fatuo Parisiensi, quae iudiciali fuit valida, ex quo sapienter fuit lata. Quia melius non potuit ferri, si a Gratiano lata fuit. Ita dicamus in proposito, vt validum sit testamentum pupilli ad pias causas factum, quae opinio etiam tenetur Barba. in c. ij. §. eod. Inter cetera allegans d. l. si. C. de testa. mili. vbi dicitur, quod pupillus doli capax testari poterat secundum leges antiquas. Si ergo testari poterat, multo magis hodie testari poterit ad pias causas, argu. l. in testamento. ff. de fidei. omni. liberta. Nam d. l. si. fuit per dispositionem legis ciuilibi sublata. Et per consequens facultas testandi prohibita pupillo, quod fieri non potuit, per l. ciuilem in praedictum piae causae, arg. c. ad apostolicam. de simo. & l. omnia priuilegia. C. de sacrosan. eccle. c. ubi no. per Bar. Tum etiam quia relicta pia iure, aut lege ciuili non reguntur, sed iure diuino & canonico. c. relictus. §. eo. Ergo dispositio d. l. si. C. de testa. mili. & l. qua ætate. ff. de co. c. similibus, locum non habet in his piis causis. Sed aduertatis, quia in contrarium est communis opinio Doct. cõcludentium pupillum non posse facere testamentum etiam ad pias causas, quam tenuit Bart. in repeti. l. j. C. de sacrosan. eccle. dicens hoc indubitatum esse verum in pupillo infante, vel infantia proximo. Quia cum non possit obligari naturaliter. l. j. ff. de nouatio. Cum sit inhabilis ex defectu consensus & intellectus, erit verum vt testari etiam ad pias causas non possit, cum non obligetur. l. pupillus. ff. de condi. indeb. Si verò sit pupillus pubertati proximus, est maius dubium, cum possit naturaliter obligari, vt d. l. ij. ff. de nouatio. Tamen finaliter concludit, quod testari non possit. nam cum non obligetur voto, vt d. l. ij. §. voto. non valet eius dispositio in vltima voluntate facta. Cum eo tunc ex propria voluntate disponat, sicut in voto. Nec prodest ad hoc tutoris autoritas: quia effectus vltimae voluntatis cõferret post mortem testatoris, & in tempore finita tutela. Præterea, quia illud disponere in vltima voluntate est donare. l. legatum. ff. de lega. ij. Cui non potest tutor auctorizare. l. j. §. ij. ff. de tutel. & ratio. distra. Hoc etiam patet, quia testari est actus sapientum virorum. Sed pupillus secundum Philoso-

phum inter sapientes non computatur: imò dicit iij. Topicorū, Quod nemo iuuenes eligit in duces, quia non constat eos esse prudentes. Ergo testari non potest. Trium enim fuerunt, quae rempublicam Romanorum destruxerunt: scilicet amor priuati commodi, oeculum odium, & iuuenile consilium, quae vt narrat Tullius, Rempublicam labefactauerunt frequenter, quae per senes fuit restituta. Nec Roboam regni scissuram fortè passus fuisset, si consilio seniorum, & non iuuenam adhaerisset, iij. Reg. xij. Non sic Macedonius Alexander, militibus suis senio quasi cõfectis, vt florida iuuentute militiam renouaret exhortantibus, respõdit: Sed malo, inquit, eligere senum grauitatem prouisam, quam iuuenū velocitatem incautam, qui mortem recipere solent in sua nimium iuuentute cõfidentes. Senes verò cuncta cõsilio agunt titubantes. Non enim est ad pugnam inhabilis pollens cõsilio, secundum Panor. per illum tex. in c. ex multa. de voto & voti redemp. imò clerici sunt capaces militiae secularis. c. si. vbi Panor. de cleri. cõiuga. Inde erat olim, quod non nisi senes eligebantur in senatores. Vnde dicitur senatores a senio, eò quod soli senes ad tale officium eligi debent, quorum institutionem Romulus vrbis Romanae conditor primus inuenit, vt omnes testantur. Et ideo sapienter dicebant Innoc. & Bal. in c. j. de renun. quod plus valet vmbra senis, quam ens iuuenis, quod exemplo nobis tradidit Marcus Casticus senex, qui dum Placentiae magistratum gereret, Cneo Carbone consule iubente decretum fieri, quo sibi obstitit ad Placentinensium darentur, nec summo eius imperio obtulerat, nec maximis viribus celsis, atque etiam dicenti multos se gladios habere, respõdit: & ego annos. Obstuperunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias inuenientes. Carbonis quoque ira in seipsa collapsa est, vt lib. vj. titu. de liberè dictis refert Valerius in seniorum cõmendationem. Cum in antiquis sit sapientia, & in multo tempore prudentia. Iob xj. Ipsi enim didicerunt a patribus suis, propter quod narratio eorum prætermittenda non est, l. c. l. vij. Imò speciosum est canicie iudicium, & a senioribus cognoscere consilium, quam speciosa vet rani sapientia, & gloriosus intellectus, Ecclesia. xxv. Quod patet ostendit Deus dicens Moyse, Num. xj. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos nosti, quod senes sunt & magistri, & c. Et imperator in l. j. C. de vetera. lib. xij. dicit, Magis atque magis veteranis meis debeo beatitudinem augere, in nihilo verò diminueret: quia senes non sunt communiter adulatorum, vt principes decipiant, nec timidi aut verecundi, vt dicere eis veritatem timeant, vt nobis exemplo fuit Cassellus vir iuris ciuilibi sciencia clarus, qui cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent, duas res quae hominibus amarissimae videntur, magnam sibi licentiam præbere respõdit, senectutem & orbitatem, secundum Valerium vbi supra. Quia sicut iuuenes principibus adulantur, ita senes liberos habentes aliquando, vt proles ab eis promoueantur. Vide quae dicuntur plenè super verbo, Condidit. Et quanto potius iuuenes senibus honorè & obsequium debeant, à quibus prudentiores sunt, exemplo Romanorum nobis idem demonstrat Valerius lib. ij. tit. de institutis antiquis, sic dicit: Senectuti iuuentus ita cumulatam & circumspectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolecentium communes patres essent. Quocirca iuuenes senatus die vtique aliquem ex patribus conscriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam ducebant, affi-

xi que valuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungeretur. Qua quidem voluntaria statione & corpora, & animos ad publica officia sustinenda impigre corroborabant, breuique processu morarum aperta in luce virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Inuitati ad cenam diligenter querebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu praecurrerent sublatamq; mensa priores confurgere & abire patiebatur. Ex quibus apparet cenae quoque tempore, quam parco, & quam modesto sermone his praesentibus soliti sunt uti, quasi dicat, quod si non ausi sint surge re ante Seniores, multo minus loqui. Et e contra senes iuuentuti exemplum virtutis maioru suorum recitatione dabant, dum ibi sequitur: Maiores natu in conuiuio ad tibias, egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quod ad ea imitanda iuuentute alacriorem redderent, & honestiores. Non patiendo iuuenes turpia, sed honesta audire & legere, ne ad incetina libidinis prouocentur. c. legant. & c. ideo prohibentur. xxxvij. dist. Imo Lacedaemonij libros Archilochi Poetae maximi, qui obsceno carmine domum Lycambis inuisam sibi propter denegata filiam ei semel desponsatam lacerauerat maledicto, de ciuitate exportari iusserunt. De quo Valerius lib. vj. tit. de securitate. Lacedaemonij, inquit, libros Archilochi de ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea, scilicet lectionem libroru suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenio prodesset & c. Seniu ergo iuuentute in honestis docebat, & iuuentus senectutem venerabatur. Quid ergo hoc? Reuertitur ad verba Valerij, alleg. tit. de institutis. Splendidus, quid etiam vilius certamine? Pubertas canis suu honoru reddebat, defuncta viriu cursu aetas, ingrediens actusam vitam fauoris nutrimus proferebatur. Quas Athenas? qua scholam? Quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? Inde oriebatur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcellij, Fabij. Ac ne (singula imperij nostri lumina simul percurrere) sim longior, inde inquam, caeli clarissima pars, diui fulserit Celsares. Hanc ille. Videatis eundem lib. iij. tit. de verecundia. in fi. vbi de prudentia Lacedaemoniorum, qui tunc Athenas legati venerant, sic dicit in confusione Atheniensium. Athenis quidam vltimae senectutis, cum spectatum ludos in theatrum venisset, eumque nemo de ciuibus sessum reciperet, ad Lacedaemoniorum legatos forte peruenit, qui hominis aetati moti, canos eius & annos asurgendi officio venerati sunt, sed eumque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. Quod vbi fieri populus aspexit, maximo plausu alienigenis verecundiam comprobauit. Ferunt tunc vnu ex Lacedaemoniis dixisse. Ergo Atheniensis quid rectum sit sciunt, sed id facere negligunt. Hanc ille. Vnde Romani sancte statuerunt veneranda senectute penes magistratibus anteponebant. I. semper in ciuitate nostra. ff. de iure immuni. facit quae dixi in verbo, Raynuius de Clera. circa princ.

72 Vnde restat pupillos velut longa exercitatione inexpertes nec sapientes, testari non posse. Praeterea pupillus mortis cogitatione turbatus non intelligeret seipsum, vt d. l. si de testa. mili. Hanc etiam opi. tenuit Bald. in xj. q. repeti. l. j. C. de sacrosan. eccle. dicis, quod haec quaestio deciditur, per tex. in c. si pater. eo. tit. li. vj. Nam cum per illum tex. pater possit filio ad pias causas substituere vsque ad tempus pubertatis, sequitur quod ipse pupillus testari non potest. Quia pupillaribus sub-

stitutio introducta fuit in subsidium, eo quia pupillus testari non poterat, inquit. de pupill. substi. in prin. al. leg. d. l. si. C. de testa. mili. & sic Bal. stat in hac opin. quod ad pias causas testari non possit pupillus. Idem imo plus tenuit Pet. de Anch. in d. c. ij. §. eo. dicens, quod pupillus sagax, in quo militia supplet aetate, testari non potest ad pias causas. Nec ad hoc faciendum habilitari potest per statutum: quia defectus aetatis est defectus naturalis, in quo non potest statutum dispensare. Nam si dicerem, quod potest ad pias causas testari, non potest pater sibi substituere ad pias causas, quod tamen est falsum secundum eos, vt d. c. si pater. Hanc eandem opin. tenuit Imo. in d. c. ij. & Sali. contra dominum Richard. eius auunculum in d. l. j. C. de sacrosan. eccle. & in d. l. si frater. C. qui testa. sa. non possunt. Cum quibus trahit Alex. in d. l. j. & in d. l. si frater. Et reperio consultiuisse Barb. discedente ab eo, quod dixerat in lect. in d. c. ij. in j. parte consil. l. vij. incip. capio primam dubitationem. vbi gloriose per multas rationes, & motiua efficaciam probat hanc communem opi. esse veram, honeste se excusans ab eo, quod leges tenuerat in d. c. ij. sic dicens, quod licet in transcurso lectionis secutus fuisset Richard. tamen consulendo communis opi. scilicet pupillum etiam ad pias causas testari non posse, sibi videbatur verior dato longiori studio, & melior opportunitate inuestigandi. Nec est mirum, quia propter diuersa fantasmata generantur in nobis diuersae intellectiones, vt dicit Philosophus in iij. de Anima, & voluit Bald. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & Apotolus j. ad Cor. xij. Cum eras, inquit, paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus. Postquam sum effectus vir, euacuauit ea quae sunt paruuli. Praeterea Papiniani consiliu est mutare rationabiliter propositu, prout ipse fecit in l. si. C. de fur. Nec obstat motiua domini Richard. Et primo dum dicebat pupillum stipulari posse rem suam saluam fore & c. Quoniam illud est verum: quia hoc faciendo acquirit sibi, & in acquirendo non requiritur solennitas, sed sola voluntas. in fi. de auth. tuto. §. j. Sed in testando requiritur testatis voluntas, & iuris solennitas. l. qua aetate. ff. eo. & d. l. si. Sed pupillus caret voluntate regulata a iure, cum mente caret stabili, ergo & c. Praeterea diuersa est ratio in utroque casu: quia primo casu sibi acquirit & suis stipulando, secundo casu scilicet testando, licet aliquo modo videatur sibi prodesse, tamen noceret & prauidicaret suis, & sic militat ratio dictae l. si. C. de testa. mili. Itaque in acquirendo non requiritur iudicium mentis, cum talibus mente carentibus relinqui possit. l. cu pater. §. surdo. ff. de leg. ij. Sed in relinquendo alteri per viam vltimae voluntatis requiritur iudicium, id est discretio, vt d. l. j. & liberum arbitrium. l. j. C. de sacrosan. eccle. Sed pupillus caret arbitrio & discretionem. in fi. quibus non est permis. sa. test. §. praeterea. prout arbitrium esse debet recta ratione regulatum, vt dicit Bar. in l. si sit. ff. de lega. j. & in l. alio. ff. de aliment. & ciba. lega. igitur & c. Nec etiam obstat dum dicebatur, quod pupillus obligatur religioni: quia illud est verum, quod obligatur religioni iuramenti in casu illo speciali. l. si. ff. de libe. cau. non autem obligari potest omni, & quocumque iuramento in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & c. quauis. de pact. lib. vj. Nec est verum, quod obligetur religioni. c. j. & ij. de reg. Postremo non obstat, quod superius dicebat de furioso sapienter testante & c. quia illud verificatur in homine aetatis idoneo, si in eo coeurrat sapiens dispositio, vel dicatis & melius, quod illud dictum Ioan. Andr. scilicet quod testamē-

tum

tum furiosi sapienter testantis est validum, non est de illo. [Seneca in lib. de quatuor virtutibus Cardinalibus, loquens de continentia, sic dicit: Si continentiae studes, habita non amcens, sed salubriter. Nec domum velis esse notum a domo, sed domum a domino: hoc magis obserua, nequa paupertas tibi immunda sit, nec parimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida. Si autem res exiguae tibi sint, non sint tamen angustiae, nec tua desleas, aut aliena mireris: sermone viles, magis quam facetos & affabiles amas, rectos potius quam obsecundantes, miscabis interdum feris iocos, sed temperatos ac sine detrimento dignitatis ac verecundiae. Nam reprehensibilis est risus, si est immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibile quoque facit hominem risus, si superbus & elatus, si malignus & furtiuus, si malis alienis euocatus. Sit vox sine clamore, incensus sine tumultu, qui es sine desidia, & dum ab aliis luditur, tu aliquid sancti honestique tracta. non sis arrogans, non audax, admone libenter, reprehende patienter, dicenti esto tacitus auditor, requirenti facile responde, & contendenti facile cede. Hanc ille.] Nam legitur in Prouerbiis, quod in lingua & verbis cognoscitur sapientia, aut stultitia hominis. Ideo summa ope, & cautela custodienda est lingua, ne dicat tacenda, aut exprimenda taceat, secundum glossam in verbo, Doctoribus. in princ. sexto. Et quod lingua sit discretus regenda, nobis ostendit natura, quae lingua nos brutis aequauit, sed officium linguae solis hominibus tribuit, vt loquela ab ipsis differat. Quia secundum Cic. lib. j. Rhetorica, quauis homines multis in rebus humiliores, & infirmiores sint bestis, tamen hoc iure maxime prestare videtur, quod loqui possunt. Et l. j. de Oratore. Cum homines, inquit, a bestis differamus, quod loqui possumus, quia laude dignus est, quod in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt? Vnde non sine causa lingua vna sola & bina alia, quae & non cetera membra triplici carcere natura reclusit, scilicet labiorum, dentium, & palati: vt causam non habeat indifferet vagandi, & indifferet loquendi: cum mors & vita sint in manibus linguae. Prouerb. xvij. Nam ad haec vulnera, quae inlinguntur ex lingua, inter homines medicus penes nullus est, vt dicitur in prima parte epistolarum diui Hieronymi. tract. iij. epist. xxxv. incip. Perlegi scripta tua, & c. Vnde multo vtilius est pauca idonee effundere, quam multos inutilibus aures audientium praegravare, dicitur in l. ij. C. de veteri iure enucle. Quintimo melius esset non loqui, quam male loqui. Nam qui tacere nescit, loqui ratione nescit, sed effrontis multi inueniuntur, quibus silere si mos esset, honesta conuersatio vigeret, quae turpiloquio exinanita est. Et si stultus per Romanos praepositus ad disputandum cum Grego non tacuisset, nunquam Romani duodecim tabularum legem obtinissent, secundum glossam super verbo, Decem constitui. in l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. Ideo nil tacuisse nocet, nocet tamen esse locutum. l. nunquam glossa. ff. de co. di. & demon. vt de Xenocrate Philosopho refert Valerius exemplum, lib. vij. tit. de sapienter dictis & factis, in haec verba: Quid Xenocratis responsum, quae laudabile, cum maledico sermone quorundam summo silentio interesset, vno ex his quaerente, cur solus linguam suam cohiberet: quia dixisse me, inquit, ali-quando praenituit, tacuisse nunquam. Praefertim in rebus publicis administrandis, quod optimi seruarunt Romani, de quibus sic loquitur idem Vale. lib. ij. titu. de institutis antiquis. Adde autem magna charitate patriae tenebantur, vt arcana consilia patrum multis seculis nemo senator enuntiauerit. Nunquam enim taciturnitatem

74 pulsu superiorum corporu superiorum, secundum quod dicit Bald. in princ. Agunt, inquit, Sol & Luna, & reliquae influentiae caelestes in sic fatuam. Et inde est, quod aliquando vaticinatur futura, secundum beatum Thom. refert & concludit Barba. in d. c. ij. ix. col. §. eo. vnde Vale. lib. ij. tit. de Costan. Plerumque, inquit, temeritatem casus inuauit, vbi prauo consilio propius aspirat. Et quod vehementius nocet, desperatius prodest. Casus enim inuauit plerumque temeritatem: quia casus & fortuna nullum cum prudentia habent commercium. Imo euenit aliquando, vt quatuor quisque minus prospere, tanto melius illi a casu conuenire soleat. [Et inde dicit Iuuenalis: Nullum numerum abest, si sit prudentia, sed te Nos facimus fortuna Deam, caeloq; locamus.] Vnde dicit Philosophus, quod quanto minus est in aliquo sapientia, tanto plus est in illo fortunae, quia tanto plus eueniunt illi a casu. Stulti autem reguntur a casibus: quia coguntur facere secundum necessitatem emergentem. Sapientes vero regunt casus, iuxta illud: sapiens dominabitur astris: quia prouidentia sua, quae pernitiosa accidissent, si non fuissent prouisa, sic praenueniendo regunt, vt minus nocent. Ideo dicit Seneca ad Lucillu Epistola xxvij. Sibi omnia subiicere, subiecte te rationi: omnia profecto reges, si te illa rexerit. vide glossa de elect. lib. vj. c. ex eo. & Ange. consil. ex. v. col. j. Et ita etiam, quod testamentum talis non valeat, consuluit Ange. consil. cxxxij. & tenet Bal. multa egregia sibi allegans in §. item furiosus. in fi. multa facere non potest. vbi subiungit, quod si non appareat, quo tempore testamētum fecit, vel deliquerit, an tempore furoris, vel tempore sanae mentis, ex quo semel fuit furiosus, praesumitur testatus vel deliquisse tempore furoris, nisi ex aduerso probaretur, quod tempore interualli dilucidi hoc fecisset. De quo plenae Ang. Are. in tract. crimi. super verbo, scienter & dolose. Dominicus in c. j. de elec. agro. in vj. glo. & Doct. in c. inter canonicos. de elec. & in c. si. de success. ab intesta. & c. soluit Barba. c. si. de Zaba. consil. l. vj. Fulgo. consil. cxxij. & Alex. in j. parte consil. cxlj. & in ij. parte consil. lxxxv. Furiosus dicitur, qui furore accensus nocet aliis: ideo teneri debet ligatus a suis parentibus. l. diuus. ff. de offi. praef. sed mente captus est, qui mente caret, tamen aliis non nocet. Videatis Archid. in c. legitimus. xciij. dist. t. Et probatur qui mente captus, aut furiosus per coejecturas & signa extrinseca, quae sunt multa: quorum aliqua consistunt in verbo, & loquela, quae demonstrant, quem sapientem vel fatuum, Nam qui sapienter loquitur, sapiens praesumitur, & qui stulte fatetur, stultus iudicatur. Cum fatuus semper fatua loquatur, Elia §. xxxij. & d. c. legitimus. vt supra tetigi, & in d. l. ob quae vitia. vbi ille stultus praesumitur, qui stulte & verba deridenda loquitur, iuxta illud Eccles. xix. Amictus corporis, incensus hominis, & risus dixit. [De Christo, quod nunquam risit, habetur plene super verbo, Mortuus itaq; testatore. j.] enuntiant

nitatem

nitatem optimam ac tutissimam administrandarum rerum vinculum labefactari volebat. Fidem erat & aliu reipublice pectus cura silentiisq; salubritate munum & vallatu vndiq; cuius limē intrates, abiecta priuata charitate, publica induciant. Itaq; non dicā vnum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum &c. Et sicut verbum ita & scriptum custodiā alicuius traditū, secretē est custodiendū, & contra facientē acriter vindicantur Romani, vt lib. j. refert idem Vale. tit. de seruata religione. Tarquinius, inquit, rex Marcum Tullium duumvirum, q̄ librum secreta ciuiliū sacrorū continentem custodiā suā commissum corruptus Petro nio Sabino ad scribendū dedisset, culeo intutum in mare abiici iussit. Idq; supplicij gen⁹ nō multo post patricidis lege irrogatum est. Iustissimē quidē: quia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est. Hęc ille. Qui in prædictis locis plura exempla multū notanda refert. Homo ergo, qui secretum tenet, & sapienter loquitur, nō homo, sed quasi Deus æstimatur. Et inde dicit Cato:

Virtutem primam esse puto compescere linguam. Nam proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

[Vt plene habetur j. super ver. b. Cuidam Petro tradiderunt, dum loquitur de conuiuio fugiendis.] Præsertim in conuiuio, ideo dicit sapientissimus Cato: Pauca in conuiuio loquere: quia difficile est inter hilaritatem & epularū delicias loqui sapiēter. Iuxta illud Prouerb. xvj. Hominis est animū præparare, & antē gubernare linguā, sine quo in multiloquio non deest peccatū. Prouer. x. Lingua enim garrula leuis, & iniqua pacē turbat, vicinū scandalizat, secreta reuelat, infamiā procurat, germinat lites, incendit iras. Ob quod præ cæteris mēbris tēperamento maximē indiget: tamē nihil difficilius creditur, quā silētij virtutē habere. Cūm facilliter sermōne præptissimo delinquamus, & tacendi constantiā ferre nō possumus. Nam dissolutio hæc ita mūdum occupat, vt iuuenes sicut senes, foeminae put viri loq̄ audeat. Nulloque verēcūdia frano lingua trahitur habena. Ideo olim Pythagoricorū disciplina erat discipulos tacere per quinquenniū, & postea eruditos loqui, vt Hierony. refert super ecclesiasticū, cui cōcordat tex. pro cōmij Digestorum, circa fin. Non igitur manus ad calamū præceps, nō lingua sit ardēs ad verbū, nisi dū vbi & quādo expedit, & tunc q̄ sapienter loquatur, vt Iob semper fecerat. Vnde p̄cussus Deo cōquerēs ausus fuit dicere: Purus est sermo meus, & mundus sum in cōspectu tuo, Iob xj. Quia vt dixi, in lingua cognoscitur prudentia loquētis, aut fatuitas, si stultē loquatur, vt exēplis supra dictis. Præsertim in iudice, qui debet esse velox ad audiendū, & tardus ad loquendū & q̄ animi sui motū verbo, imō nec signo p̄dare debet, quia nō est recti, & cōstantis iudicis cui⁹ animi motum vultus detegit. l. obseruandū. ff. de offi. præsi. Videatis tex. plenū Iacob. iij. c. vbi de modestia lingue, & eius virtus, quē hominē demōstrant fatuū. Præterea dicit l. cum quidā. ff. de cō. di. inst. q̄ fatuus & demēs indicatur, vt nō valeat eius testamentū, qui mandauit ca daver suum p̄dēt mortē proici in mare, vel ad sepulturā duci cū mimis & ioculatoribus, secundum Ludo. in l. j. §. j. ff. de verbo. oblig. Similiter iudicatur stultus & fatuus, qui omnia quæ scit, manifestat, & p̄dit. Et omnino, qualis est interius, se declarat exteri⁹ ad similitudinē vitri. Est enim vitru⁹ (vt dicit Auicenna) inter lapides, sicut stultus inter homines, declinat profectō ad omnē tūcturā, & dicitur vitru⁹

secundū Isido. cō q̄ visu transluceat. Perspicuitate enim, & substantiā suā transparentia, vitru⁹ luci peruiū est. In aliis metallis quicquid intrinsecus cōtinetur, absconditur, in vitro autē cuiuslibet liquoris species, qualis est interius, talis exterius declaratur: de quo magnus ille Greg. lib. xvij. Moraliū c. xxx. sic dicit: Vitri quoq; natura est, vt extrinsecus visu pura, intrinsecus perspicuitate perluceat. In alio metallo quicquid intrinsecus continetur, absconditur: in vitro verō quilibet liquor, qualis continetur interius, talis exterius demonstratur: atq; vt ita dixerim, omnis liquor in vitreo vasculo clausus patet. Nā massa vitrea cū fuerit in fornace liquefacta, & perfectē deputata, summā cōtrahit puritatē substantiā, & transparentiā siue perspicuitatē, ideo habet potentia cuiuslibet coloris susceptibilē, & manifestatiuā, facilliter frangit, & fractū nō potest, nisi iterata calefactio reparami.

[Vide quæ plenius de hoc dicit super verbo. Si absq; liberis moreretur. ij. tractado iij. princ. arti. vulg. sub. sti. in fi.] Sic est de fatuo, quicquid scit & habet interius, loquitur, & prodit exterius, facilliter dehonestatur & perditur, & semel fatuus vix, aut nunquā sanatur. Similiter iudicat quis factus stultus, vt inquit Arist. lib. j. Rhetor. Vbi opera signa habitus sunt, puta si lapides p̄ciat p̄ carreras. l. ij. C. de Iudicis. ibi. Vel alio furoris genere. Idē si malū eligat, cū postel eligere bonū, vt Insti. quod cū eo, q̄ in alie. pote. est circa mediū, vel si nomē suū ignoret. l. si. C. de here. insti. vel credat vnā rem vocari alterā. ff. de leg. j. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. Aliquādo efficiatur aliquis stultus sola existimatione, vt cū quis credit se solū sapiētē, & sapiētia secū moriturā, iuxta illud Iob xij. ibi. Ergo vos estis soli homines, & vobiscū morietur sapiētia. & Eccles. x. In via stult⁹ ambulās, cū ipse insipies sit, omnes stultos æstimat. Ide dicit Tul. li. de Paradoxis: Stultorū sententiā fuit. Oēs infaniūt. Vnde laudabilior est stultus, q̄ se stultū putat, quia adhuc de lumine sapiētiae aliqd habet, quā si sapiētē se existimat, secundū quod dicit A. postol⁹ ad Rom. j. Euanuerūt in cogitationib⁹ suis, & credēs se sapiētēs, stulti facti sunt. Et q̄ d. de fatuo, an testari possit. Io. Fab. in d. §. p̄terea. insti. q. b. nō est pmif. face. testa. dicit, q̄ sic, quē ibi sequit Ang. Pro quibus facit tex. in l. si frater. C. illo eo. ti. ibi. Licet vigoris nondum emerissent vestigia. Ex quo not. ibi Pau. & Alex. q̄ maior xiiij. annis, licet habeat imbecillitatē sensus, tamē testari potest, quia imbecillitatē sensus in tali maiore lex nō videt cōsiderasse. Et intelligatis, q̄ adultus testari potest, & singula quę ad testamentū pertinent facere, præterquā tutorē dare filio, quod facere nō pot, donec ætatis fuerit xv. anno. tex. est singularis in dil. iij. §. quāuis. ff. de admin. tut. Præterea sicut furios⁹ testari nō pot, etiā ad pias causas, per tex. in d. c. si de success. ab intesta. Sic etiā testari nō poterit ebri⁹, q̄ furioso cōparatur. c. a. crapula. de vita & hone. clerici. imō si testatur, tale testamentū est nullū, sicut esset null⁹ contractus per eū celebratus, vt dicit gl. singularis in c. vnusquisq; xxij. q. iij. Et idē dicitur de dormiēte, q̄ testari nō poterit, nec cōtrahere, secundū Barb. in d. c. si. xj. col. in fi. & in c. j. §. eod. Idē in frenetico, vt dicit est, vt tenet Bal. in l. ij. C. de rescin. ved. facit tex. in cl. si furios⁹. de homi. cid. Ad cætera autē motiua Richardi facilis est respōsio. Vnde restat cōcludendū, pupillum etiā pubertati proximum de iure cōmuni, quamuis ad pias causas fore intestabilē, nisi a statuto a p̄ncipe, aut populo superioriorem non recognoscente fact⁹, talis pupillus pubertati

pubertati proximus habitaretur. Nec valet si quisquam diceret fugere fatigēs tex. in d. c. si pater. q̄ dispositio dicti c. locū habet in pupillo patre habente, q̄ testari nō potest in piis causis, cūm pater possit ei testando prouidere vsq; ad pubertatem per substitutionē pupillarem, vt ibi. Et opinio domini Richardi verificari posset in pupillo patre carente, qui ad pias causas testari poterit &c. Et hoc est falsū. Quod sic ostendit. Nam in d. c. si pater. nō permittitur patri filio impuberi substituere in piis causis, ex eo quia filius familiaris est. Cūm filius familiaris alius habilis ad pias causas testari possit. c. licet. de sepul. l. vj. vt plenē vidistis super verbo. *Mater in super Cleram.* Sed ideo permittitur hoc patri, quia filius est impubes. Et sic defectū patiens in naturalibus. Quæ quidē ratio locū habet in filio pupillo patre carere, sicut in patris potestate cōstitutio. Vnde cūm ratio vtroq; casu duret, etiā durare debet iuris dispositio. Et hæc ratio est clarior, quā illa quā assignat Barb. in d. cō. sil. Præterea facit, quia certū est, q̄ in tēpore facultatis testati causa fia est detentio cōditionis, quā quocūq; a. lia, quā videmus, q̄ puberes l. xiiij. annos habēs testari possunt de omnibus, quę habēt, vt infra videbitur. Et tamē in testamēto olim relinquere non poterant libertatē vni seruo ante xx. annū. insti. ex quib⁹ cau. ma. non pos. §. eadē lege. Saltem secundū mediā iuris prudentiā, nisi impleuerint xvij. annū, & xvij. attigerint. §. cūm autem certus modus. illo eod. titu. Hodie verō iure nouissimo nō potest quis libertatē in testamento relinquere, nisi tēpore quo testari potest. Et sic tēpore xiiij. annorū. l. qua ætate. ff. eo. Et sic facultas relinquendi libertatē seruis in testamēto acquiparatur facultati relinquendi cætera bona, ita quod antē non potest, in auth. vt sponsa. largi. §. j. colla. ix. Sed sic est, q̄ libertas est pia causa. l. in testamento. vbi Bar. ff. de fideicō. liber. & idē Bar. in l. p̄ximē. §. si. ff. de his qui in testa. delent. Igitur pia causa in tēpore disponēdi non est hodie magis priuilegiata, quā cæteræ causę nō pię. Quinimō in testatore equalē hodie requirūt ætatē, & iure antiquo requirebat maiorē. Quare cōcludit, q̄ tā iure canonico, per d. c. si pater. cui respōderi nō posset, q̄ iure ciuili, pupillus citra principis habilitationem testando etiam ad pias causas disponere non posset.

[Circā quod vnū tenebitis menti, q̄ sicut pupill⁹ nō potest testari (vt dictū est) ita nec donare poterit causa mortis, per tex. not. in l. j. post prin. ff. de tut. & rationibus distrahent. qui nō est alibi, secundū Impo. in l. ij. ff. de leg. j. & dixi supra testamentū iij. in princip. Videatis bonam glo. in l. tam. is. in prin. vbi Bar. ff. de dona. cau. mor. quæ vult illū, qui testari non potest, nō posse etiā causa mortis donare nec codicillari, vt d. l. ij. ff. de leg. j. & habetis tex. optimū i. l. discretis. §. j. C. qui testa. face. nō pos. videatis quę dixi supra testamentū iij. in prin. Et intantum est nullum testamentū per impubertem factum, q̄ etiam nō reconualefcit per superuentiā ætatis legitimæ, sicut dicim⁹ de testamēto fact⁹ per filium familiaris, quod non reconualefcit per ipsius emāpationem, aut patris mortem, insti. quibus non est permif. face. testa. §. præterea. secūs autē esset in codicillis, qui reconualefcunt causa impeditiua cessante. l. j. §. si filius. vbi Bart. ff. de leg. iij. sentit Alex. in d. l. si frater. in fin. & plenē habuistis supra in verbo. Matrem in super Cle 1 rā. in prin. Si verō essent minores xxv. annis, dum tamen sint puberes, testari poterūt, quāuis curatores habeant, & valebit testamentū, etiā sine curatorum

auctoritate factū, quæ in actu testandi nō est necessaria l. Aurelio. §. Caius. ff. de li. leg. & l. cūm pater. §. curatorum. ff. de leg. ij. & sentit glo. in l. quæ sitū fuit. ff. ad Trebel. vbi Bar. Ang. & Imo. dicit, q̄ q̄ pubes minor xxv. annis, aduersus testamentū a se cōditum restitutionē petere nō potest: quia cū via ordinaria sibi prouidere possit, scilicet reuocādo testamētum cū voluntas sua sit vsq; ad mortē ambulatoria. l. ij. & ij. ff. de ad. leg. & l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. Cessabit remediū in integrum restitutionis extraordinariū. l. in causā. la. ij. ff. de minori. videatis Bar. in l. verba gesserūt. ff. de verb. sig. Si autē testator minor, aut maior fuisse dolosē inductus ad faciendū testamentū in præiudiciū succedentiū ab intestato, possent ipsi petere testamētum rescindi per actionē de dolo & crimine tellionatus, secundū Bal. in d. l. si frater. C. qui testa. fa. possunt. Pro quo est bonus tex. in l. Lucius. §. Sēpronia. ff. de leg. ij. facit gl. & quod ibi not. Cy. in l. quicquid. C. arbi. tute. & l. pupillorū. de adm. tuto. & Ange. in l. iij. ff. de in offic. testa. vbi cōcluditur, q̄ succedentes ab intestato habent cōtra heredes dolosē istitutos i testamēto dicta remedia, & tenet Fulgos. in d. l. si frater. & l. j. & ij. C. si q̄ alī quē testa. phi. & dixi plenē supra in verbo, Condidit. in fi. Sed pulcherrimum est, an adultus testando dare possit sine auctoritate curatorū suorum vel iudicis executoribus suis licentiā, & potestatem alienandi bona sua immobilia, quæ non possunt de iure alienari absq; decreto. Et Bar. in l. prædiū. C. q̄n decre. opus nō est, dicēs hoc ab aliis non fuisse tactū elegatē decidit, q̄ aut minor permittit in testamēto alienationē immobilium pro executione alicuius contractus, & nō valet talis permifio: quia pro actibus inter viuos a minoribus celebratis res immobiles ipforū sine decreto alienari nō possūt. C. de prædiis minorū sine decre. nō alie. p̄ totū. Aut hoc permittit minor in testamento p̄ executione suæ vltimæ voluntatis, & tunc valet: quia in testādo censet maior, & iure vitur maiorū. Et sic tanquā quilibet maior, talem licentiā concedere potest, iuxta plenē not. p̄ Bar. in l. alio. ff. de alimen. & cibo. lega. Et aduertatis, quia Bal. legit. d. l. prædiū. cum l. ij. illius tit. quæ incipit illud. Hanc eandē opi. tenuit idem Bal. in l. j. in prin. ff. de rebus eorū qui sub tuto. & curato. sunt. Vnum notabitis, q̄ testamentū factū semper præsumitur factum per pubertem, nisi ex aduerso p̄baretur testatorem fuisse tempore testamēti inhabilem propter ætatis defectū, vt tenor Innoc. quē sequitur Doct. & Fely. in c. in præsentia. de proba. Nam habitas est solēntas intrinseca, quæ in actu semper præsumitur. l. sciendū. ff. de verb. oblig. Licet enim vbi principaliter allegatur ætas, sit probanda per allegantē, se principaliter super ea fundatē. l. si minorē. C. de in integ. resti. & l. cū te. de proba. Tamē quādo allegatur actus ætatē includēs accessoriē ad sui validitatem, semper probato actu, præsumitur ætas ad illdm actum necessaria, per tex. in d. c. in præsentia. quem Panor. ibi dicit ad hoc singularem. videatis ibi Fely. in xij. col. vbi pulcherrē loquitur.

Laus Christo Iesu domino nostro,

S V M M A E.

1 R̄linguo verbum an & quando imponet institutio- nem & nume. 2. 3 Lego verbum quando operetur institutio- nem. 4 Hæc ad tempus institui non potest.

Legatum

- 5 Legatum an valeat ex tempore relictum.
- 6 Incapax an possit heres institui pro tempore, quo erit capax.
- 7 Legatum ususfructus omnium bonorum herede post mortem usufructuarij instituto, an valeat. & nu. 8.
- 9 Dominus & heres idem est.
- 10 Heredis institutio fieri potest sub conditione una vel pluribus.
- 11 Condicio impossibilis an vitiet institutionem.
- 12 Impossibilitas quadruplex.
- 13 Impossibilis condicio quando vitiet actum.
- 14 Impossibilitas iuris an vitiet actum.
- 15 Impossibile dicitur, quod est iure prohibitum.
- 16 Condicio de iure impossibilis quando vitiet actum, &
- 17 Relictum in una causam impossibilem an conuerti possit in aliam. & num. 18. & 19.
- 20 Episcopus de consensu fundatoris potest fundationem mutare.
- 21 Impossibilitas facti an vitiet actum.
- 22 Impossibilitas perplexitatis an vitiet actum.
- 23 Hæres institui potest sub conditione siue potestativa, siue casuali, siue mixta. & nu. 24.
- 25 Conditionem implendi facultas non transit ad heredes.
- 26 Fidei iuramentum an sub conditione fieri possit. & nu. 27.
- 28 Legitima nullam patitur conditionem nec grauamen.
- 29 Legitimam non cogitur filius in legitima capere.
- 30 Legitima compensationem non admittit.
- 31 Legitima etiam in bonis maternis est sine onere.
- 32 Legitima in quibus casibus grauatur.
- 33 Gulielmus Benedictus quando factus est consiliarius Burgale.
- 34 Legitimam repudiatam accipit substitutus cum grauamine.
- 35 Legitimam cum onere caput filia aliqui statuto exclusi.
- 36 Specialia duo quando admittuntur.
- 37 Legitima cum onere in plerisque casibus. num. 38. 39. 40. 41. 42. & 43.
- 44 Conditionalis institutio an pereat si condicio non extiterit.
- 45 Condicio habetur pro impleta, quando non fiat per eum.

Cum ergo impuberes vtriusque sexus passuam habeant testandi facultatem, & per consequens Adiecta Raynutij filia hæres de iure possit institui, subditur in textu.

Reliquit.

RE hæc enim verba videtur Raynutius Adiectam eius filiam instituisse hæredem vniuersalem, perinde ac si dixisset, Adiectam hæredem instituo vniuersalem: & quia hoc verbum re-
linquo, adiectum vniuersitati bonorum, alio non dato hærede vniuersali importat etiam de iure civili hæredis institutionem, secundum glo. in verbo, relicta. in §. si verò. in Authen. de hæred. & Fal. colla. j. Dyn. Bald. & Imo. in l. cogit. in ver. & generaliter. ff. ad Trebel. Videatis tex. Bartol. & Bald. in l. i. ius. ff. de testa. milit. Bald. & Salic. in l. quoniam indignum. C. eod. titur. Nam testator dicendo bona mea Titio relinquo, videtur ipsum instituisse hæredem, secundum glo. in l. his verbis. ff. de hæred. institui. Bartol. & Al. xa. in l. illa institutio. illo eod. tit. secus autem esset, si verbu relinquo, adiceretur in testamento dato alio hærede vniuersali: quoniam tunc non traheretur ad institutionem de iure civili, quauis adiectu esset rei vniuersali, vt plenè habuistis §. in verb. in eod. testa.

relinquens. j. Hic enim duo sunt in tex. nostro, quæ hæredis institutionem importat, scilicet verbu, relinquo, & bonorum vniuersitas, quia reliquit omnia bona quæ habebat. & Concludendo ergo per modum doctrinæ, de hoc verbo, relinquo, quando importat institutionem, & quando non, dicatis secundum Salic. in d. l. quoniam indignum. q. aut cõstat & apparet de mente testantis, & tunc illa seruatur, siue voluerit q. institutionem importet, siue non, vt d. l. quoniam indignu. Aut de mente testantis dubitatur, & tunc aut verbu, relinquo, adicitur certæ speciei vel rei seu quantitati; & non trahitur ad institutionem hæredis, vt d. l. cogit. §. & generaliter. ff. ad Trebel. Aut verbum, relinquo, adicitur vniuersitati bonorum, & tunc aut adicitur in tali dispositione, in qua directa institutio fieri non potest, veluti in eod. tit. §. & intelligit relictum per fidei com. §. l. Scæuola. ff. ad Trebel. facit. in §. de codicil. in §. i. Aut adicitur in tali dispositione, in qua directa institutio fieri potest, veluti in testamento. l. non codicillum. C. eo. Et tunc si aliqua alia vniuersalis institutio non est facta, verbum, relinquo, trahit ad hæredem in institutionem, & secundum illam interpretat, vt est casus hic, & in d. l. quoniam indignum. C. eo. Facit l. hac edictali. C. de secum. nupt. & l. diuus. ff. de test. mili. Aut in testamento reperitur facta vniuersalis institutio de alio, & tunc institutio non inducit. & Et idè esset in verbo, lego, quæ quædo adicitur vniuersitati bonorum, puta si Raynutius dixisset, Adiectæ lego cætera bona mea: tunc nullo alio hærede vniuersali instituto importat hæredis institutionem, secundum Bal. in l. i. C. fami. ercif. Et licet videatibi tenere, quæ etiam importet institutionem alio dato hærede vniuersali p. tex. singu. in c. Raynaldus. j. eo tamè cõmunis opinio est, q. duntaxat institutionem importet, vbi non est alius hæres vniuersalis datus, vt Deo duce latius dicam in d. c. Raynaldus. & j. super verbo, eidè impuberi succederet. Ex quo sequit, q. iter hæc verba, lego & relinquo, quædo adiciunt vniuersitati bonorum, alio non dato hærede vniuersali, non est differentia: cum ambo tunc importent hæredis institutionem: nec est in hoc differentia inter ius canonicum & civile. Sed quoniam in testamento reperit alius hæres vniuersalis, tunc verbum, lego, non importat institutionem, siue adiciat filio, siue extraneo, siue vniuersitati bonorum, siue non. Sed verbum, relinquo, adiectum personæ, aut quotæ hæreditatis vel vniuersitati, etiã alio vniuersaliter hærede instituto importat iure isto canonico institutionem, non dico vniuersalem, sed solum importat institutionem, vt filius cui est relictus, censetur particulariter institutus, ne testamentum patris sit filij pteritione nullum, vt plenè habuistis supra in verb. In eod. testamento relinquit. j. & Et non sine ministerio fuit Adiecta Raynutij filia, purè & simpliciter hæres instituta, absq. tempore & conditione, ad demonstrandum, q. ex certo tempore veluti post quinquenium quæ moriatur testator, aut ex Calendis illis, vel ad certu tempus, veluti vsq. ad tales Calendas hæres esto: fieri non potest de iure hæredis institutio: insti. de hære. insti. §. hæres & purè. & l. hæreditas ex die. ff. illo eod. tit. Quod intelligatis veru, q. fieri non potest, vt scilicet institutio hæredis valeat ex die, & non ante, vel ante diem & non post, secundum mentem testatoris: quia vt sic non valet, tamè bene valebit vt pura institutio, relictu tempore quod habetur pro non adiecto. Ad eod. q. ilico testator defuncto hæres erit, perinde ac si purè institutus, vt ibi clarè dicitur. Et ratio est, quare hæredis institutio fieri non potest

test ex die, seu tempore vel ad tempus, quia in pagano (id est non milite) non est possibile, q. testator deceat p. parte testatus & pro parte intestatus, vt d. l. hæreditas & insti. de hered. insti. §. hæreditas. Quod fieret, si quis ex certo tempore vel ad certu tempus hæres institueretur: quia solus post tempus hæres esset, & non ante. Et idè si ad certu tempus institueretur: quia post illud tempus hæres non esset. & sic testator decederet p. parte testat. & pro parte intestatus. ideo non immeritò tempus adiectio reicit, & hæres pro purè instituto habetur vt testator omni tempore testatus cõsatur. Et testamentu potius valet quæ pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. Quapropter cū miles ex privilegio militari decedere possit cū duobus testamētis, & pro parte testatus & pro parte intestatus. l. j. & ij. C. de testa. mili. Etiã poterit herede instituire ex certo tempore, vt ante illud heres non sit. Et ad certu tempus, vt postea heres non sit. l. miles. ff. de inermis militib. vt plenè habuistis §. Testamētū j. in ix. casu fallētē: videatis circa heredis institutionem ad tempus facta, quæ dixi §. In extremis positus, in prin. & in dicto casu. Et idè esset vbi quis hæres institueretur ex incerto tempore, puta cum vel quando hæres morietur: quia tunc adiectio temporis etiã reicitur & hæres pro purè instituto habetur, ita q. adiectio temporis institutionem non suspēdit, vt d. l. hæreditas. & ff. de nouatio. l. si pupil. & l. si quis sub conditione: Cū certu sit omnino hoc tempus extituru q. hæres morietur & purificabitur cõditio in vltimo vita spiritus ipsius heredis. & Legatū autè illo modo relictū, scilicet cum vel quædo ipse legatarij morietur, suspēditur: nec ab eo tempus adiectu reicitur, nec legatū interim debetur, donec legatarius moriatur, qui moriendo, & sic cõditione impleta ipsum legatum transmittit ad hæredes. Et ratio diuersitatis est, quia in hæredis institutione, nisi adiectio temporis reiceretur, testator postquæ esset mortuus, decederet p. parte testatoris, scilicet ante mortem heredis intestati & post mortem heredis testatus. Quæ ratio cessat in legato: quia suspēdit, donec legatarius moriatur: tamen valet interim, nisi esset legatum libertatis vel usufructus: quia tunc legatū non valeret. Et ratio est quia in aliis legatis quæ relinquuntur cum legatarius morietur, quædo legatarius est in vltimo vite spiritus adimpleta est cõditio, ita q. tale legatū transmittitur ad hæredes. Et sic quauis legatarij nullu cõmodu habeat, tamè eius heredes cõmodu reportabunt. Quæ ratio locu non habet in legato libertatis, vel usufructus, cū libertas illius cui legata est, non transmittatur ad hæredes, nec etiã usufructus, qui morte finitur, insti. de vsufr. §. finitur. Vnde his duobus casibus non valet legatū. & Quando autè quis hæres institueretur, cū vel quæ alius tertius quæ hæres, puta quando Titius morietur, vel cū hæres hæreditatē capere poterit ex testamētō: quia forsitan est deportatus, qui capere non potest hæreditatē, donec à principe restitua tur. l. j. C. de heredi. insti. Tūc adiectio temporis non reiceretur de institutione, imò suspēsa maneret, donec Titius moriatur, vel hæres à principe restitua tur. Et sic non purificata cõditione. Or quia non est omnino certum hanc cõditionem debere impleri in vita hæredis, cum mori possit Titius post hæredem, tunc tale tempus non reicitur, sicut reicitur quædo est institutus cū ipse mori morietur. Et idè si institutus esset, quædo cõsul erit, cum euenire possit, q. morietur ante quæ fuerit cõsul. Facit l. in tempus. ff. de hære. insti. & l. qui filio. ff. de lib. & posth. l. filius à patre. & tenet glo. in

d. §. hæres. insti. de hære. insti. Sanè tamè intelligatis, q. valet hæredis institutio facta de incapace in tempus quo capax erit, quædo incapacitas surgit ex vitio solius hæredis, vt est videre in deportato propter suu delictu. Si verò incapacitas prouenit ex vitio amboborū, scilicet testatoris & heredis, vt quædo institueretur spiritus cum capere poterit, tunc esset nulla hæredis institutio, secundu Ang. & cõmuniter doct. in d. §. hæres. & Bal. in l. eã quæ. C. de fidei. De alio autè relicto sibi facto videatis Bar. in l. si. ff. de his quib. vt indig. Nā in testate debet esse capacitas testandi tempore testamēti, vt d. l. in tempus. Nec predictis obstat, si quispiam replicaret, q. si quis institua tur hæres ex die certa, valet institutio, quia tempus reicitur, & hæres pro purè instituto reputatur, vt d. l. hæreditas ex die. ff. de heredi. insti. Et tamè euenire potest, q. heres moriatur ante euentu illius certæ diei. Cū certu non sit diem venturam herede viuo, & tamen eo tūc tempus reicitur vt §. dixi. Ergo eodem modo reici debet, quando institutus fuit, cū vel quædo Titius alius quæ hæres morietur: attento q. incertu est an Titius morietur ante vel post herede. Quia respõdeo, q. in primo casu, quædo dies certa est in institutione adiecta, ideo reicitur: quia si hærede viuente cõtingeret dies, testator diceretur pro parte testatus decessisse, & p. alia parte temporis intestatus. quod esset absurdū per iura superi allegata: ideo adiectio temporis certi subducitur de medio. Sicut videm, quædo aliquis institutus fuit in certo fundo, aut in quacūq. alia re. Quia detracta mentione rei remanet hæres in totu. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. Et alia ratio non est, nisi vt testator non deceat pro parte bonorū testat. & pro reliqua parte intestatus. Sed ista cessat, quædo institutioni heredis adicitur tempus incertu. Quia cū illud tempus habeatur pro cõditione & cõditio in institutionibus hæredum retrahatur, quædo cūq. euenit. l. hæredes quædo cūq. ff. de acqui. hære. Ergo cū euentus cõditionis retrahatur ad tempus mortis testatoris, non poterit dici testator decessisse pro parte temporis testatū, & pro parte intestatū. Nec est fienda differentia, an tempus illud incertu fuerit institutioni heredis adiectum per dictionem si, vel per dictionem cū, vel quædo, secudu Bar. & doc. in l. extraneu la j. C. de hære. insti. & Bar. in l. quædo cūq. §. si. & l. ita stipular. la græde. in ij. q. prin. versu. Iuxta hæc quæro. & in ij. q. ff. de verb. obl. Licet aliqui citramocani, vt Petrus & quidam alij, quos sequitur Cy. in d. l. extraneu. voluerint tenere cõtrariu. Et idè esset, vt scilicet institutio hæredis suspēdatur, nec tempus reiciat, si hæres institutus esset ex tempore, de quo incertu est, si stabit vel non, puta, quando Titius fuerit cõsul. Nā certu non est q. sit futurus cõsul, sicut certu est q. morietur, licet nesciatur quædo. l. j. ff. de cõdi. & demõstr. vt plenè not. in iurib. §. allega. Ex premissis pendet quæstionis decisio vtilis & non minus difficilis: testator reliquit vxori suæ usufructum omnium bonorum, & post mortem vxoris instituit fratrem vel aliu hæredem, an valeat illud legatū usufructus. Dubium facit, quia tale legatum usufructus non cedit, nisi adita hæreditate per hæredem. vnica. §. j. ff. quædo dies lega. cedat. & C. de cadu. tol. §. in nouissimo. Sed heres adire non potest hæreditatē, nisi post mortem vxoris, quo tempore legatū perit. Cū usufructus morte fructuarij finiatur, vt d. §. finitur. inst. de vsufr. Ergo videtur legatū nullu. l. Titio cum morietur. ff. de vsufr. Et certè Bal. in d. l. extraneu. tenet dictum legatum valere: quia dato q. hæreditas adiri

adiri nō possit de iure ante mortē vxoris, tamē sufficit adiri de facto, per regulam volentē conditionem adimpleri posse de facto, vbi de iure impleri non potest l. mulier. §. hereditarium. ff. de condi. insti. ita q̄ quādoq̄; postea tempore debito heres adeat, apparebit eū retro fuisse heredē, vt d. l. heres quādoq̄; ff. de acquir. heredi. Præterea cū nō sit aliquis, de cuius manu vxor capiat legatū, poterit propria auctoritate vel officio iudicis capere, secundū Bal. in d. l. extraneū. ibi idem tenet Sali. Bal. & Raph. Cu. in d. l. hereditas ex die. ff. de here. insti. & Ang. in l. Gall. §. j. ff. de lib. & posth. & latē hoc disputādo tenuit Bal. in l. id quod pauperibus. xiiij. q. c. de epi. & cle. quia testator qui voluit cōsequē, scilicet q̄ vxor haberet vsumfructū, voluisse videtur omne antecedens necessarium ad illud relicū, & consequenter voluisse videtur heredem adire posse hereditatē in vita vxoris, sed nō habere cōmodū hereditatis. idē tenuit Bal. in l. filius à patre. ff. de lib. & posth. quē ibi sequitur Paul. dicens ita vidisse iudicari; cū hęc quæstio occurrisset de facto. Sic etiā tenuit Iaf. in d. l. extraneū. referēs Pau. ita cōsuluisse cōsi. cclxxxix. incip. Visis dubiis. & supra omnes Ludo. Roma. cōsi. lxxj. incip. Visis dubiis propositis, & elegātissimē cōsultis, dicens sic allās cōsuluisse cū Pau. & Floria. Et hanc opi. dicit æquā Alex. in iij. parte consil. lviij. incip. Habita super cōtentis. Licet in d. l. extraneū. tenuisset tale legatū non valere, prout ante ipsum tenuerant Io. And. in addi. Spec. tit. de pign. §. i. verfi. portō vsumfructuarius. Pet. de Anch. & Imol. in c. fin. de pign. per tex. in l. qui filio. in prin. iuncta gl. ibi. ff. de hered. insti. Ad quē plenē respōdet Iaf. vbi supra. Vnde cōcluditur tale legatū valere, quia ita seruatur de cōsuetudine, secundū Bal. in d. l. id q̄ pauperibus. † Et maximē valeret tale legatū vxori factū in casibus sequentibus. Primō, si filius vel alius de liberis testatoris esset institutus heres vniuersalis post mortem vxoris. Quo casu cū filius habere debeat legitimā sine onere & tēporis dilatione. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. talis filius posset saltem quo ad legitimā, statim se immiscere hereditati paternæ. & confirmaret legatū vxori testatoris factum, secundū Ioan. Andr. vbi supra. Secundō, maximē valeret, vbi testator simpliciter non reliquisset vxori vsumfructum omnium bonorum, sed eam fecisset dominā & vsumfructuaria: quo casu propter dictionem dominā legatū valeret. † quia idem est dicere dominus quod heres. insti. de here. quali. & diffc. §. penul. iuncta glo. ibi. Vxor ergo cēseretur instituta heres in tēpore, per cuius aditionē confirmabitur testamētū, ita q̄ propria auctoritate posset legatū capere, vt singulariter decidit Benedictus de Plumbino in l. qui duos. ff. de manu. testa. quem sequitur Alex. in d. l. extraneū. Nam quoties vxor est relicta dominā vsumfructuaria, apprehendere potest propria auctoritate vsumfructum, secundū Ange. in l. rerum amotarum. ff. rerū amo. dicens sic tenuisse Spec. tit. qui filij sint legi. Idē tenet Bal. in c. si. de cōsue. Certē si non esset decisio generalis quā supra firmani, hęc particularis decisio difficiliter sustinetur, quia vt plenē dicam §. in verbo, *Cetera bona*. Illa dicitio dominā, nō importat vniuersali in testamēto institutionē, dato alio herede vniuersali in testamēto instituto, quāuis in diem incertam, sed solum importat q̄ vxor relicta dominā, tantam habeat præeminentiā, quantā viuo marito habebat in domo. Tertiō, maximē valeret tale relicū vxori factū si fuerit

factum per verbum, instituo, vtrūta si dixerit, instituo vxorem meam omnium bonorum meorū vsumfructuaria, vel in vsumfructu omnium bonorum, & post eius mortem instituo fratrem meum heredē vniuersalem. Nā tunc vxor erit heres nō solum in vsumfructu, sed etiā in proprietate. arg. l. si quis ita heres instituat ex cōtra. ff. de hered. insti. Et institutio fratris resoluitur in fideicommissum: & perinde erit ac si vxor instituta fuisset grauata post mortem hereditatē fratri testatoris restituere, secundū Sali. in d. l. extraneū. in vlt. q̄ idem tenet Ang. in d. l. filius à patre. ff. de lib. & posth. & tenet Bal. in d. l. id quod pauperibus. Et est de mente Bal. & Ang. per gl. ibi in l. ij. ff. si pars herē. pet. & vtrōbique firmat Alexan. Quartō, maximē valeret dictum relicū, vbi testator vxori relinqueret vsumfructū omnium bonorum, & aliquem institueret heredem in re certa, deinde post mortē vxoris institueret fratrem vel alium vniuersaliter. Quia licet hoc casu heres vniuersalis adire non possit hereditatē ante mortē vxoris: tamen heres in re certa purē institutus statim adire poterit: per cuius aditionē cōfirmabitur relicū vsumfructus ac totum testamentum. Ad cuius cōfirmationē sufficit alterum ex heredibus adire, cū ceteris non aduentibus portiones corū illi accrescant. l. si nemo. ff. de testa. tut. & l. si legato. §. j. & l. si testamēto. ff. de manu. testa. secundū magis cōmunē opi. vt plenē habuistis super verbo, in testamento relinquens. j. verfi. pro totali præmissorū declaratione. ibi, nūc euacuare superest difficultatē & c. & ita cōsultuit Alex. in iij. parte alleg. cōsi. lviij. & Iaf. in d. l. extraneū. C. de her. insti. † Procedamus, domini, vltimus, & dicamus, q̄ licet ex die vel ad diē fieri nō possit heredis institutio, vt sic valeat vt dictū est: tamē fieri potest sub conditione, nedum vna, imō sub pluribus, quia vt dictum fuit supra, euentus cōditionis retrahitur ad tempus mortis testatoris, d. l. heres quādoq̄; ff. de acquir. hered. † Aliter, q̄ eueniente cōditione heres institutus fingitur fuisse semper heres tā ante euentum conditionis, quā post. Vnde cū tunc nō refultat absurdum, q̄ testator videatur decessisse pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, talis institutio valet, nec de illa reuocatur cōditio: imō expectandus est eius euentus: quia nisi cōditio eueniat & adimpleatur, non posset heres esse. Imō si sub pluribus cōditionibus fuisset institutus, ita q̄ dictæ conditiones fuerint copulatiuē adiectæ, puta si illud & illud factum fuerit, omnibus parēdum est, & omnes adimplendæ sunt, antequā sit heres. Si tamē forent disiunctim posita, puta si illud vel illud factum fuerit, sufficeret alterā impleri. insti. de here. insti. §. si plures. Quod qualiter intelligatur, docent ibi gl. & Ang. & doct. in l. si plures. ff. de cōdi. insti. vbi dicitur quid iuris sit in legatis, fideicommissis, & libertatibus. Nam si heres decederet ante euentum conditionis sub qua fuit institutus, hereditatem non transmitteret ad heredes. Cū nullum ius in hereditate habeat ante implementum conditionis. Et præterea pendet ex futuro euentu. l. quæ legata. ff. de regu. iur. Verumtamen ad clarius enucleandum istos terminos, scire debetis, q̄ aliquando instituitur heres sub conditione impossibili, interdū verō sub cōditione possibili. † Primo casu, si heres instituat sub conditione impossibili, aduertendum est, quia quadruplex est impossibilitas. † Prima est impossibilitas naturæ, quæ si fuerit in dispositione veluti circa substantiam eius, de quo quæritur, puta si testator dixerit:

Præcipio heredi meo, q̄ cœlum digito tangat: tunc talis impossibilitas dispositionē vitiat, imō verius loquendo talis præceptiua dispositio velut impossibilis est nulla. Cū naturaliter nō sit possibile heredi cœlum tangere digito. Et nō solum hoc casu est nulla dispositio vltimæ voluntatis, sed etiam inter vivos. l. si quis inquilinos. in fin. & l. apud Iulianū. §. fin. vbi not. ff. de leg. j. Idē si legetur res quæ nō est in rerū natura, vt est tex. in §. fin. insti. de leg. Pariter seruatur in contractibus l. non solum ff. de actio. & obli. Et intelligatis, q̄ vitiat in toto, si in totū fuerit impossibilis. Sin autē per parte talem, q̄ illa parte vitietur p ea quæ habentur in l. j. C. de secū. nup. & in l. si seruus cōmunis. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et hoc verū siue sit cōtractus. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. obli. siue sit cōfessio. l. in confessionibus ff. de verbo. obli. siue sit sententiā iudicis. l. si ff. quæ sent. sine appel. refcin. Siue sit lex, quæ debet esse possibilis. c. erit autē lex. iij. dist. Nā vbi cūq̄; impossibilitas deducitur in aliquo actu per modum principalis dispositionis. l. q̄ ipsum impossibile principia l. iter deducitur in ipsa dispositione, semper actus ille seu dispositio tanquā impossibilis non valet. l. generaliter. & l. si plagij. ff. de verb. obli. Quia tūc impossibilitas verfat̄ circa substantiā eius, de quo quæritur. Vnde dicit̄ regula, q̄ impossibilitū nulla est obligatio, sicut naturalis, neq̄ ciuilis. l. impossibilium. ff. de regu. iuris. & c. nemo ad impossibile. l. illo eo. ti. li. vj. Aliquando verō impossibilitas non est, nec verfat̄ circa substantiā dispositionis, seu non deducitur per modū principalis dispositionis, sed est verfat̄ circa aliquod accidēs, seu circa executionē vel exactio nē, puta circa angustias tēporis, vt quæ dixit testator, seruos quos Romæ habeo triduo post mortē meam hic Caturci heredē meum Titio dare volo. Et tūc talis impossibilitas & tēporis angustia legatum dandi & exequēdi nō vitiat dispositionē seu legatum, sed vitiat̄. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de legat. j. Et idē esset si talis impossibilitas verfat̄ in contractū bonæ fidei: quia vitietur impossibilitas, & pro non adiecta haberetur. Sed nō vitiet cōtractū l. insula. §. si. ff. loca. Si autē cōtractus esset stricti iuris qualis est stipulatio: talis impossibilitas vitiet cōtractū, nisi partes prouiderent, vt puta q̄ procuratores hic Caturci vterq̄; cōtrahentiū haberet, & egisset quilibet cū suo, vt eadē die fieret solutio: quia cū tūc tali prouidentia remediatur contra impossibilitatē, talis impossibilitas non redderet cōtractū stricti iuris nullū. l. si. §. inter eos. ff. de verb. obli. facit tex. iuncta glo. fin. in §. loca. insti. illo eo. tit. de cōdi. gl. in d. c. nemo ad impossibile. Aliquādo impossibilitas naturæ nō verfat̄ur circa substantiā dispositionis, nec deducitur per modum principalis dispositionis, nec etiā verfat̄ur circa accidēs seu executionē, sed deducitur per modū conditionis, & est materia nostra propria. Et tūc vltimā nō vitiat dispositionē, imō ab ea reuocatur. Adcō q̄ talis vltima voluntas remanet pura, veluti si testator diceret, Titium heredē instituo, si cœlū digito tetigerit. Nam reiecta illa conditione impossibili, quia impossibile est cœlū tangere digito solē vel stellas, tūc perinde erit mortuo testatore, ac si heres purē fuisset institutus, per tex. in §. impossibilis insti. de here. insti. vbi sic dicitur. Impossibilis conditio in instrumentis, legatis, vel fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur. facit tex. in l. j. vbi plenē Bar. & doct. ff. de consti. insti. Et idem esset in donatione causa mortis, quæ quātum ad hoc natura

turam capit vltimarum voluntatum. l. quæ sub conditione. §. hoc edictū. ff. de condi. insti. Et idem in cōtractu matrimonij. Nam sicut in vltima voluntate talis conditio impossibilis fauore illius reuocatur, ita & in matrimonio fauore matrimonij. c. j. & h. j. de cōd. apposi. Videatis gl. in c. significatū. de præb. & in c. vnico. in fin. ne scde vacan. aliquid innouetur. lib. vj. vbi in spiritualibus conditio impossibilis non vitiat actum. † Sed in aliis contractibus apposita, aut in sententiā iudicis vel arbitri, non vitietur: imō vitia ret contractum & sententiā, adcō q̄ nulla vitietur actio ad ipsum contractū perficiendū, licet quādoque oriatur conditio ob causam ad ipsum resoluendū. l. non solum. ff. de actio. & obli. & in §. si impossibilis. insti. de inuti. stipu. & l. impossibilis. ff. de verb. oblig. Vbi autem talis conditio esset necessaria. i. necessariō vera, vt quæ negatiuē cōdiceretur, veluti promitto decē, si cœlum digito nō tetigeris, tūc valeret contractus tanquā purus, cū ex nūc notoriē sit verum & certū te non posse naturaliter cœlum digito tangere, vt plenē not. in d. l. impossibilis. † Secunda dicitur impossibilitas iuris, quæ si verfat̄ur in dispositione seu circa illius substantiā per modū principalis dispositionis, vitiat illā, puta si testator dicat præcipio heredi, q̄ talē defloret virginē, vel quid simile cōtra ius faciat. Nam talis dispositio est turpis. & sic de iure impossibilis, siue sit vltima voluntas, siue contractus, vel quasi, vt d. l. generaliter. & l. plagij. ff. de verb. obli. ideo nihil operatur. Aliquando talis impossibilitas iuris deducitur & verfat̄ in aliquo actu non per modū principalis dispositionis, sed per modū conditionis: veluti si testator dicat heredē instituo Titium si filiam propriā acceperit in vxorē: vel heredem instituo Bertā, si à marito suo diuerterit, & sic de similibus. Nam nos hęc facere nō posse præsumit ius, vt dicit̄ tex. in l. filius. ff. de condi. insti. Sicut quādo heres institueretur, si filii vel vxorē aut quēcūq̄; aliū occideret, vel aliquid turpe cōmitteret, quibus casibus etiam talis conditio reuocatur, & pro non adiecta habetur, vt d. §. impossibilis. & l. reprehēdēda. C. de insti. & substi. & l. conditiones. & l. filius. ff. de cōdit. insti. & l. obtinuit. ff. de condi. & demō. Et inde dicit Bar. quē ibi sequuntur Bald. & Alex. in lapud Iulianū. aliās inci. Iulianus. §. si. ff. de leg. j. q̄ si podere relinquantur fratribus mendicantibus cum onere, q̄ ibi locū construāt, in quo certi fratres morentur, tale onus non valet, quia est impossibile: cū mendicantes non possint nouam habitationem assumere de iure cōmuni, nisi de licētia papæ hoc facerent, quam obtinere est multum difficile, vt d. §. si. & c. si. de religio. do. li. vj. quæ difficultas impossibilitati cōparatur. Vnde tale relicū valebit tanquā purum, vt in alium faciliōrē vsum conuertatur, ideo si immobilia relinquantur talibus, qui illorum sunt incapaces, ele. exini. de verb. sign. debetur eis ællimatio secundū Alex. in d. §. si. de quo videatis glo. in verbo domum. in d. cap. si. de cuius intellectu plenē tetigit Fe ly. in cap. in præsentia. de proba. † Quicquid enim est de iure prohibitum, dicitur impossibile iuris: ita quod heres sub tali conditione institutus vel substitutus habetur pro purē instituto & substituto fauore vltimæ voluntatis: sicut etiam seruari videmus in matrimonio, vt valeat factum sub tali cōditione & pro puro habeatur fauore matrimonij: prouiso tamen q̄ conditio non fuerit cōtra substantiam matrimonij, vt d. c. si. extra de condi. apposi. & glo. in d. cap. significatū: & ca. vnico. superius allegatis. Et idē in donatione

tione causa mortis, quæ in hoc æquiparatur vltimæ voluntati, nisi esset filius testatoris sub tali conditione institutus: quia tunc non haberetur pro nõ adiecta, imò vitaret institutionem per d.l. filius. vt j. plenius dicam. In alijs verò contractibus talis conditio vitaret cõtractum, sicut eũ vitat præcedens cõditio natura impossibilis, per iura ibi allegata. Quod verum intelligatis, etiã si esset conditio de iure necessaria, ex eo quia contraria conditio sit de iure impossibilis. Quo casu etiã vitaretur contractus per tex. in l. iurifigentiu. §. si ob maleficiũ. ff. de pact. & no. Bar. in d.l. nõ solum. Vnde si tibi decem promitterem, si delictum nõ feceris, nihil valet promissio, vt ibi. Et quod dictum est, scilicet conditionem de iure impossibilem non vitare vltimam dispositionem: imò ab ea reuocatur, & pro non scripta habetur, est verum regulariter: tamen fallit in sequentibus casibus. Primo, vbi conditio non esset propriè impossibilis, ex eo quod lex ei resistat, sed quia potius ei non assisit, vt est videre in conditione reddente vltimã voluntatẽ captatoriã: quoniam illa vitaret vltimã voluntatem propter defectum formæ à iure traditæ: veluti si testator diceret: Titium hæredẽ instituo, si Caius voluerit. l. illa institutio. ff. de hære. instit. quod verũ intelligatis, vt plenè habuistis s. in verbo, *Conditio*. j. Secundo fallit, quando propter adiectionẽ impossibilis conditio nis testamentũ detegeretur peccate in forma substatiali, vt puta si filius à patre institueretur sub conditio ne impossibili. Quo casu esset institutio nulla, cum secundum iuris formam institui non possit, nisi sub conditione potestatiua. l. suus quoq. ff. de hære. instit. Quod qualiter intelligatur, videbitis j. cum dicitur de instituto sub conditione possibili. Tertio fallit, vbi talis cõditio impleri posset de facto, ita quod in supplemento facti nulla versatur turpitudò. Quo casu talis cõditio de iure impossibilis nõ reuocatur, imò debet impleri de facto. l. Meum. & l. qui heredi. in prin. ff. de cõdi. & demõ. & l. mulier. §. j. ff. de condi. instit. vbi dicit in d.l. qui heredi. quod legatarius cui sub cõditione dandi decẽ seruo alieno heredi instituto relictum est, dare debet illa decẽ: non quidem domino serui hæredis instituti, sed illa dare debet ipsimet seruo heredi instituto, licet sit impossibile de iure, quod seruo det: quia dare est accipiẽtis facere, & seruus nihil habere potest, sed omnia domino acquirit. Attamen quia in dãdo decem seruo heredi instituto nulla versatur turpitudò. Cũ de facto ei dari. i. pecunia tradi possit, talis conditio de iure impossibilis non reuocatur, imò necessariũ est eã impleri, si legatarius relictuũ consequi velit. Quarto fallit, quando testator putauit talẽ conditionem esse possibilem: quia tunc nõ reuocatur, imò vitat dispositionem, per tex. singularem in l. seruo manumisso. ff. de condi. indeb. & ibi Bar. & docto. vbi si seruo iam manumisso, & sic esse cõto libero, pecuniam reliquerim, si ex meo testamento consequatur libertatẽ, quod de iure est impossibile, postquã ante testamẽtum liber erat: certè tale relictum sub illa conditione impossibile, quam tamen ego testator putabã possibile, factũ nõ vitatur, vt ibi, nisi talis cõditio respiceret finem: qui dato quod sit vno modo impossibilis, tamen per alium modum æquipolẽtẽ est possibilis, de quo est casus in l. huiusmodi. §. si ita. & l. ab omnibus. §. j. ff. de leg. j. Quinto fallit, vbi conditio ad implendũ de iure impossibilis aliquem respiceret honestum finem, ad quem impleri nõ potest. Quoniam tũc non simpliciter reuocatur, sed in aliam causam similem & honestam cõuer

titur. l. legatum. cum l. seq. vbi late Bar. ff. de vsuf. de ga. & per eundẽ in d.l. ff. de cõdi. instit. & Io. de Pla. in l. j. C. de maiuma. & l. j. C. de expen. ludo. lib. xj. vt puta si testator certã pecuniã ciuitati alicui reliquerit annuatim soluẽdam ad certum spectaculum illicitum in illa ciuitate exercendum, certè illa pecunia conuertitur in similem causam. i. simile spectaculum honestum tamen, in æternam defuncti memoriam ibi annis singulis exercendam. Vnde dicunt doct. vbi s. q. quoties aliquid relinquitur in aliquã piã causam, quæ fieri non potest, conuerti poterit in aliam piã & honestam causam. Sed qualiter & cuius auctoritate, dicatis secundum Imo. in d.l. j. ff. de cõdi. instit. quod inter dum testator reliquit in talem causam, quæ de iure impleri non potest in aliquẽ honestum finem: aliquando reliquit in causam quæ de iure impleri potest. Primo casu non debet pecunia remanere penes hæredem, sed debet in aliquã aliam honestã causam cõuerti auctoritate episcopi, & de cõsensu hæredis, vt d.l. legatum. & c. nos quidẽ, vbi not. s. eo. Et sufficit si hæres iustam nõ habeat cõtra dicendũ causam. facit l. j. ff. solu. patri. ad hoc facit à simili tex. in l. cum Nauarchorum. C. de nauic. lib. xj. vbi si illud quod expediri debet per certos homines, expediri nõ possit, debet per alios viciniore suuari vel expediri ex ordinatione rectorum in loco illo præfidentium, secundũ Bar. & Io. de Pla. ibi. In de est, quod defectus vnus ciuitatis impleretur per aliam sibi viciniorem. quod etiam charitas suadet, iuxta illud Apost. Alter alterius onera portate. Secundo casu, aut quãtitas relicta non est sufficiens ad perficiendum id, quod testator fieri voluit. Et tũc idem dicendum est, quod in præcedenti casu, per ea quæ habentur in d. c. nos quidẽ. & in d.l. legatum. per Bar. & in d.l. legatũ. ff. de admitt. rerum ad ciuitatẽ pertinet. Si verò quantitas relicta erat sufficiens ad perficiendum id, ad quod testator illam disposuit, tunc regulariter voluntas testatoris formaliter & specificè seruanda est, ita quod fieri non posset alteratio nec conuersio in aliã causã quantumcumq; piã sine licẽtia Papæ, per tex. in cle. quia cõtingit. de relig. domi. Ad eodẽ quod dicit Bar. in l. sciant. C. de his qui ex publi. ratio. lib. x. quod pecunia destinata pro salario doctorum nõ possit per officialem cõmunis, cõuerti in salariũ armigerorum: imò dicit Ang. in l. si testamẽtu. C. eo. quod etiam papa non possit de potestate ordinaria sine causa, sed de potestate absoluta, vt dicta cle. quia cõtingit. quæ sic intelligit, quoties vsus destinatus perfici non potest omnino, aut non cõmodè. Nec sufficeret licẽtia legati etiã de latere, & minus episcopi, vt ibi not. gl. nisi in certis casibus. Primo vbi nõ in toto infringere voluntas testatoris, sed solum pro tempore non seruaretur. Et immineret alia ecclesiæ necessitas, cui prouideri aliter non posset. Quo casu de licentia episcopi posset illa pecunia ad tẽpus conuerti in illã necessitatẽ, secundũ Ioã. And. in c. si. j. co. Vnde si testator reliquit viginti annuatim pro annuuario faciendo alicuius ecclesiæ, quæ indiget reparatione, nec sit aliudẽ vnde reparari possit. Tunc de auctoritate & licẽtia episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in ecclesiæ reparationem. Sicut in simili vidimus superioribus annis factum fuisse Tolosæ: vbi certa gabella quæ de vino vernali leuatur dedicata pro muro rum ciuitatis reparatione, per arrestũ curiæ parliamenti fuit ad tempus conuersa in reparationem pontis magni. Deauratã reparatione indigẽtis: ad eodẽ quod illi necessitatẽ aliter subueniri nõ poterat.

poterat. Secundo prædicta regula est vera, nisi vbi testator pecuniam reliquisset pro nouo opere faciendũ in ecclesia, puta pro cõstruendõ vnam capellam, vbi sunt alia plures ad sufficientiã. Quo casu si antiquum ecclesiæ ædificiũ indigeret reparatione, cui aliter subueniri aut puideri nõ posset, dicta pecunia cõuerti poterit auctoritate episcopi in reparationẽ antiquorũ ædificiorum ruinosorum. arg. l. penul. que in hoc est singularis, secundum doct. cũ ibi not. per Bar. ff. de ope. publi. tamen hoc casu in memoriã scribi debet quantitas pecuniæ in dicta reparatione expensã, vt d.l. penul. Et idẽ esset si testator fieri iussisset monasterium, vel ecclesiã de nouo in ciuitate tali, in qua sunt plures ecclesiæ indigẽtes reparatione, & nõ est vnde subueniri eis possit. Quia tunc auctoritate episcopi poterit illa pecunia conuerti pro reparatione antiquarum ecclesiãrum vel monasteriorum, arg. d.l. penul. & tenent Imo. & Ioã. And. in d. c. si. & Bart. in l. pater filium. §. Tusculanũ. ff. de leg. iij. & Per. de Anch. in d. cle. quia cõtingit. & Bar. in l. l. i. berto. §. Lucius. ff. de annu. leg. & Bal. in l. j. C. de his que pæ. no. & Ang. in d. l. j. ff. de condi. instit. dum tamen, illo vsu finito, cõuertatur in ædificationem ad quam relicta fuit primo loco, secundum Bar. in d. l. j. C. de expen. ludo. lib. xj. De hac verò materia, an relicta ad vnam causam piã conuerti possit in aliã & cuius auctoritate, videatis late Barb. in j. parte cõsuetudinũ, & Guid. pap. q. ccccclvj. Ex quibus vnum mēti tenebitis, quod licet episcopus de cõsensu fundatoris possit fundationẽ alterare & mutare, non tamen hoc possit cum cõsensu heredum ipsius fundatoris, secundũ Zabarel. & Imo. in d. cle. quia cõtingit. Sed quia Panor. in c. cum accessissent. de cõsti. iij. col. sentit contrarium, videatis ibi pro concordia. in vij. col. Fely. Præterea decidit singulariter Imol. in d. l. j. ff. de cõdi. instit. cum quo transit Fely. in c. super his. de accu. iij. col. quod licet episcopus vel alius citra papam alterare nõ possit relicta ad piũ vsum voluntate testatoris iam executatã, tamẽ episcopus voluntatẽ testatoris nondũ executatã alterare poterit: quia facilius tolluntur fienda quã facta. l. pater furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & c. quæ ad modũ. de iureiur. quæ seruare possunt pro duabus limitationibus ad regulã volentẽ, piã defuncti voluntatẽ alterari non possit citra auctoritatem papæ, super quo concludit Bal. in c. peruenit. le. ij. de iureiur. & plenius in d. l. si testamẽtu. C. eo. quod alteratio priorũ legatorũ propter vtilitatẽ est permissa, quã auctorizare potest episcopus. l. si. ff. de ope. publi. Sed voluntariã nemo præter papã auctorizare potest. i. prohibere. §. planẽ. ff. quod vi aut clam. Nam potest papa sola voluntate talem alterationẽ si ei videatur vtilis solum, nulla facta inquisitione de necessitate vel ecclesiæ vtilitate, & sine aliqua causa cognitione auctorizare. & ita intelligi potest dicta cle. quia cõtingit. Sed inferior à papa illã necessitatẽ aut vtilem nõ possit auctorizare sine cognitione causæ, prius ei confitito de necessitate vel vtilitate per debitam inquisitionem. Temerariã autẽ alterationẽ nullus potest auctorizare, cum adita hereditate nata sit naturalis obligatio ad obseruationem testamẽti, quæ per temeritatem scripti non tollitur, vt d. l. si testamentum. Nisi papa hoc faceret de plenitudine potestatis, qua nunquã videtur velle vitare contra ius, nisi apponat clausulam nõ obstantẽ &c. vel hoc expressẽ declaret, & ita intelligi etiam potest dicta cle. quia cõtingit, secundum Bal. vbi s. j. Quod etiam quoquomodo facere non possit in relicto pro

maritandis virginibus factõ: quia non posset eum in alium piũ vsum cõuertere, secundũ Bal. in l. j. C. de his que pæ. no. & dicitur j. super verbo, qui cum alia matrimonio contrahens. circa princ. vbi videatis. Nec præmissis obstat tex. in §. fin. instit. de lega. vbi conditio impossibilis de natura vel iure non reuocatur, imò vitat dispositionem. Nam respondeatis, vt per Bar. in j. oppo. in d. l. j. ff. de condi. instit. Tertia est impossibilitas facti, quæ potius secundũ doct. vocatur difficultas. Et tũc si talis impossibilitas non est vniuersalis apud omnes, sed solum respectu personæ, cui adicitur & iniungitur, vt puta si testator dicat, relinquo libertatem Stecho, si mille hæredi dederit, vel dicat, Titium hæredem instituo, si mille scuta dederit: & sit talis qui non habet nec habere potest mille scuta, licet sint alij plures in loco vel patria quæ habent mille & vltra, tunc non reuocatur, imò talis impossibilitas seu difficultas dandi vitat dispositionem, si nõ impleatur. l. cum hæres. §. non est statu liber. ff. de statu. lib. Ideo si auxilio fontẽ amicorũ vel aliam quomodo docuq; adimpleatur conditio, tunc valebit dispositio. l. Arthusa. ad si. ff. de sta. homi. & l. Stichũ Titio. §. pe. ff. de sta. libe. Si verò talis impossibilitas seu difficultas est vniuersalis, non solum respectu personæ cui adicitur talis conditio, sed etiã respectu omniũ, puta si testator dixerit, Titium hæredem instituo, si montẽ aureum dederit: nam posito, quod de facto congregatiõẽ omnium pecuniarũ aurearum posset liquefieri mons fieri aureus, tamẽ quia hoc de facto faciliẽ fieri nõ posset, imò nõ esset possibile alicui soli personæ: ideo tali casu erit dicendum idem quod in superiori casu, scilicet quod ex quo talis cõditio nõ impletur, vitabitur institutio & quæcumq; alia dispositio, secundum gl. in d. §. impossibilis. instit. de hære. instit. quam intelligatis veram, quia testator cogitauit de monte aureo artificiali, vt dixi. Quo casu iuris præsumptione præsumitur animus instituendi vel relinquendi non fuisse in testatore, vt dicit illa gloss. quam sic intelligit Imo. in d. l. j. ff. de condi. instit. quæ sequitur Ange. ibi in d. §. impossibilis. Si autẽ testator cogitauerit de monte aureo naturali, tũc quia hoc est impossibile de natura, talis conditio reuocetur, nec vitaret dispositionem arg. d. l. j. ff. de condi. instit. Quarta est impossibilitas perplexitatis, quæ vitat dispositionem l. si Titius. ff. de cõdi. instit. puta si testator dixerit, Si Titius hæres erit, Seius hæres esto. Et si Seius hæres erit, Titius hæres esto. Quo casu nõ valeret nec valere potest talis hæredis institutio: & ratio est, quia vt Titius sit heres, oportet quod eius cõditio adimpleatur, quod primò Seius hæres existat. Sed Seius hæres esse non potest, nisi prius sua conditio impleatur, videlicet quod primò Titius hæres sit. Vnde propter verborũ perplexitatẽ se inuicem impediant. l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. Nã quilibet ipsorum hæres esse nõ posset in solidum. facit l. si Titius. ff. de verbo. oblig. secundum glo. in d. l. si Titius. ff. de condi. instit. [Licet in his sit reperire perplexitatẽ in foro cõtentioso, non tamẽ in his que sunt fari cõscientiæ, in quo nõ est dare perplexitatẽ in vera conscientia, vt scilicet quis sit inter duo mala seu peccata constitutus, ad eodẽ quod alterum euitare nõ possit. Sed quo ad suam opinionem & cõscientiam scrupulosam quis dici posset perplexus. quo casu consulitur vel quod talẽ cõscientiam seu scrupulum deponat peritiores consulendo, vel si deponi non possit, cõmittat minus malum, vt euitetur maius. cap. duo mala. xij. dist. vbi bona gl. in summa gl. & Panor. in c. nõ in-

gno. circa finem, ne clerici vel monachi. Verumtamen in hoc puncto concludatis latius: quia aut talis perplexitas non surgit ex verbis testatoris immediate, sed extrinsecus habito respectu ad aliud, puta ad patrimonium eius. Et tunc non vitiat dispositionem, sed dissolvitur talis perplexitas prout melius fieri potest considerata voluntate testantis. l. qui quadringenta. §. j. ff. ad l. Fal. Aut perplexitas contingit ex verbis testatoris: & tunc aut cadit inter res, quarum una digna est maiori favore quam altera: & non vitiatur dispositio totaliter: quia fauetur ei, quae maiori favore digna est, & in illa valet dispositio l. si. §. j. vbi no. ff. de vulg. & pupil. Aut perplexitas est inter res aequali favore dignas, & tunc aut talis perplexitas dissolvi potest per tale implementum facti tendens ad commodum impletis: & tunc non vitiat, imò potius per tale implementum dissolvitur. l. si quis ita. ff. de condi. insti. no. gl. & Bart. in d. l. si Titius. illo tit. Aut dissolvi non potest per tale implementum, quia dato quod de facto impleat conditio, tamen implementum non tenderet ad commodum impletis, sed alterius: & tunc vitaretur talis dispositio ratione talis perplexitatis, ut d. l. si Titius. Secundò principaliter dixi, quod aliquando instituitur haeres sub conditione possibili. Et valet talis institutio per tex. in d. §. haeres. insti. de haere. insti. Siue talis conditio sit potestativa, siue casualis, siue mixta. Nam haeres institui potest sub conditione potestativa in mera potestate haereditatis consistente, siue sit talis quae ultimo vitae spiritu impleri possit, siue sit quae ultimo spiritu impleri non possit: qualis est conditio potestativa, quae consistit in facto libero & facili ipsius haereditatis, puta si palatium intraverit: siue etiam talis conditio sit casualis pendens a casu qui contingere poterit, vel non contingere, puta si navis ex Asia venerit. Nam poterit esse, quod veniet, & quod non veniet infra tempus a testatore determinatum: siue talis conditio sit mixta, quod potest dupliciter contingere. Primum quia pendet ex facto haereditatis & futuro eventu casuali, qualis est illa: si ad sanctum Iacobum ierit, aut Romam, vel Parisios: quoniam licet in potestate haereditatis sit ire & redire, tamen non dependet omnino à sua mera facultate, quod tantum ire possit, quod ad illud locum perveniat: cum multa occurrere possunt, puta mors, cuius dies est incerta tempore, loco, & modo: vel aliud impedimentum, quod ad illud locum pervenire non poterit. l. si pater. C. de insti. & substi. sub condit. factis. Præterea hoc potest contingere: quia conditio forte pendet ex facto haereditatis & alterius, puta si testator dixerit, Titium haereditatis instituo, si cum tali muliere nupsit: quia in sola haereditatis potestate non est nubere sine consensu & facto mulieris. l. j. & ij. C. de insti. & substi. Et idem est in conditione si decem Titio dederit: quia implementum dandi non solum pendet ex dantis voluntate, sed etiam à facto & voluntate tertij, scilicet si accipere illa decem voluerit. l. ij. ff. de condit. insti. secundum gl. quam ibi sequuntur communiter doct. in d. l. j. C. de insti. & substi. Bar. & Imo. in l. in testamento. la. ij. ff. de cond. & dem. Bar. & Bal. in l. si. C. de condit. infer. Sub quacunque ergo conditione potest haeres institui, ad eam quod testator diceretur recte testatus, ac si haereditatis pure instituisset. Et cum conditio contingens retrahatur ad tempus mortis testatoris, ut dictum fuit: conditione eueniente fingitur omni tempore haeres fuisse: & si conditio deficiat, etiam nunquam fuisse haeres demonstratur. Sed ab intestato testator decessit, & nullo tempore testatum fuisse, 24 Plus dico, quod testamentum in quo fuit haeres sub

conditione institutus, ad eam valet, quod etiam rumpit procedens, in quo idem haeres vel alius fuerat pure institutus. Nam interim valet istud secundum testamentum, donec conditio deficiat, quod sufficit ad rumpendum primum illico post mortem testatoris, ut plene habuistis s. testamentum ij. Et in tantum ipsum primum testamentum rumpit, quod si postea huiusmodi conditio in hoc secundo testamento adiecta deficeret, primum testamentum non propter hoc reuocalesceret. l. cum in secundo. ff. de in iur. rup. test. & insti. quib. mo. test. infra. §. posteriore. Non dico tamen, quod interim, pendente conditione, institutus dicatur haeres, imò si decederet ante conditionis implementum vel aduentum, haereditatem quam conditione pendente adire non potuit, non transmitteret ad haereses. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. Sed remaneret haereditas ab intestato succedentibus testatori, nisi talis haeres substitutus haberet, aut cogredere puerum, vel cuius conditio iam impleta foret vel impleteretur. de quo plene in d. §. si autem sub conditione & d. l. si pater. ut dicam j. Nam ius implendi conditionem non valet ad haereditatem illius, qui eam adimplere debebat, vel in cuius persona impleri habebat. l. de testatore. ff. de cond. & dem. & d. §. si autem aliquid sub conditione. Sed an in contractibus, si contrahens conditionem non impleverit, facultas implendi eam transeat ad haereses. Videatis plene Bart. in l. si decem cum petico. ff. de verb. obl. & Bal. in l. ij. C. de pac. inter emp. & vendi. c. ouen. & Alex. in l. qui Romae. §. Augerius. ff. de verb. obliga. Et haec vera, scilicet quod valet haereditatis institutio sub conditione possibili facta, vbi haeres sub tali conditione institutus est extraneus, scilicet in potestate testatoris tempore suae mortis non constitutus: qui sine dubio institui potest sub conditione. Si autem haeres esset filius testatoris, in eius potestate constitutus, vel nepos, aut deinceps ex filio, quae nemo praecederet tempore quo testator moritur, an possit sub conditione possibili haeres institui, ita quod taliter filio instituto valeat illa institutio, sicut in herede extraneo. Et puto dicendum, quod si filius fuerit institutus sub conditione casuali vel mixta, tunc iure antiquo testamentum erit nullum, nisi in contrarium euentum conditionis filius fuisset exhaereditatus. Et ratio erat, quia si conditio deficiebat, filius reperiebatur praeteritus, nisi in defectum conditionis reperiebatur exhaereditatus: quo casu, scilicet quando exhaereditatus erat in defectum conditionis, cum stante conditione reperiebatur institutus, & deficiente conditione reperiebatur exhaereditatus, testamentum valebit, quia satisfactum erat formae legis volentis filium institui vel exhaereditari. l. inter cetera. ff. de liber. & posth. & habuistis plene §. in eo. testamento relinquens. Ideo haec forte considerans noster Raynuitus, cum non haberet causam iustam propter quam posset aut deberet filiam suam adiectam in defectum conditionis exhaereditari: quia pupilla erat, quae causam ingratitudinis committere non poterat, illam simpliciter & pure instituit haereditatem sine die & conditione, prout iure illo erat pure instituti filij & non sub conditione casuali vel mixta, nisi in defectum conditionis exhaereditarentur. 27 Et intelligatis, quod filius in potestate institui non poterat sub conditione mixta, scilicet dependente à voluntate & facto ipsius, & à casu, puta sub conditione si iret ad sanctum Iacobum, & sub conditione dependente partim à facto filij, & partim à facto alterius, puta, si cum Bertha matrimonium contraheret. Si autem institueret filium sub conditione mixta dependente

dente facto suo & alterius, & si tale factum quod verisimiliter impleri possit: veluti si decem Titio dederit. Quoniam tunc verisimiliter est, quod Titius illa decem accipiet: talis conditio cesset quodammodo potestativa: & sic valet institutio illo modo facta. l. si quis quoque. ff. de haere. insti. & dicam nunc. Nam sub conditione potestativa filij in potestate institui olim poterat absque eo quod in contrarium conditionis euentum exhaereditaretur. Quia cum in sui sit potestate conditionem adimplere quando velit, imputabitur ei, si illa non impleat, sed facta & negligentia, & sic culpa sui differret usque ad extremum vitae spiritum. facit tex. in l. si. C. de necel. haere. insti. Præterea institutio facta sub conditione potestativa, quae ab haereditate pendet arbitrio & potestate, habetur pro pura. l. j. §. si sub conditione. ff. si quis omis. causa testa. Unde filius qui potest conditioni parere & non parere, videtur paternam haereditatem repudiasse. In quocumque casu, scilicet, quod filius haereditatem nolit, eum exhaereditare foret superuacuum. l. iam dubitari. ff. de haere. insti. quia hoc casu filius talem conditionem non implendo à paterna haereditate erit exclusus, etiam à legitima, nisi casu impediente illam adimplere non potuisset. ut quia forte patre mortuo superuenit ei febris, propter quam ire non potuit, sed decessit. Cum conditio in facili consisteret facta, puta si palatium intraret, quo casu habebitur conditio pro impleta, & filij pro pure instituto l. quae sub conditione. §. quoties. ff. de cond. insti. vbi filius fuerat institutus, si seruum manumitteret, qui seruus si casu fortuito decesserit ante negligentiam filij, conditio habebitur pro impleta, ut ibi: & filius succedit ac moriendo haereditatem transmittit, secundum Cy. & A. beri. in iij. parte. & Bal. in iij. q. in d. l. si pater. C. de insti. & substi. Hodie vero si filius instituitur sub conditione potestativa, vel casuali, aut mixta, testamentum valet, posito quod in defectum conditionis non fuerit exhaereditatus. Et ratio est, quia hodie omnis conditio vel onus siue grauumen vel temporis dilatio in filij institutione apposta ipso iure reiciuntur, & pro non adiectis habentur, usque ad concurrentem legitimam filio in bonis paternis debita: quae ita tem, per tex. no. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. & hic in tex. nostro, dum dicitur: filium per patrem in legitima grauari non posse, ita quod hodie filius sub conditione haeres institutus in testamento patris & quicunque alius descendentis primum locum sinitatis tenens reiecta conditione aut dilatione habetur pro pure instituto, quatenus ascendit legitima, licet in residuo impleti debeat conditio, ut videbitis infra. Et sic hodie testamentum non est nullum sub quacunque conditione aut onere filius fuerit institutus, cum saltem reperiat in legitima pure institutus, ideo non est opus, quod talis filius in defectum conditionis exhaereditaretur: imò d. l. si pater. quae hoc requirebat, est hodie quo ad hoc correctae per dictam l. quoniam in prioribus. Et est verum, scilicet quod filius in legitima cesset pure institutus, etiam si conditio sub qua fuit institutus haeres, esset mere potestativa, & ad implendum facillime: puta si pater instituat filium sub conditione, si voluerit. Nam talis conditio quauis ad implendum facilis de legitima reicitur ipso iure: & ratio est: quia si non reiceret & filius moreretur, antequam declararet vellet esse haeres, non transmitteret haereditatem ad haereses. l. si ita legatus. §. illi si voluerit. ff. de lega. j. Unde cum sua inter sit quae transmittat, talis conditio reicitur, secundum Bal. Sali. & Paul. per illum. tex. in d. l. quoniam in prioribus. & Imo. in l. iam dubitari. & l. Corne

lius. ff. de haere. insti. Et non solum reicitur conditio, & quodcumque grauumen, & temporis dilatio, si filius fuerit in sola legitima institutus, ut d. l. quoniam in prioribus. Sed etiam vbi fuisset ultra legitimam tota haereditas ei à patre relicta, quauis per fideicommissum conditionale vel ad diem. Quo casu dies vel conditio reicitur usque ad legitimam, & in residuo durat. l. scimus §. cum autem. C. de inoff. test. secundum Fulg. & Paul. ibi. Et tollitur tale grauumen ipso iure de legitima: imò (ut verius loquar) pro non scripto habetur, ad eam quod si pater relinquendo aliquid filio clausula apposuerit, quod occasione legitimae plus petere non possit, non propter hoc prohibebitur filius integram legitimam petere vel eius supplementum, posito etiam quod talis relictus acceptasset, in Auth. ut cum de appel. cog. §. ceterum. Et alia ratio non est, nisi quia omne onus & impedimentum ac quacunque dilatio reiciuntur de legitima, secundum Bal. & Sal. & Paul. in l. si quando. §. si. C. de inoff. test. & Bal. cod. tit. l. omnimodo. & in l. hac edictali. versi. quam obseruationem. C. de secun. nup. & Ang. in l. iubeam. C. ad Treb. Et ratio, quare legitima non potest oneri adici, est, quia filius non habet eam omnino beneficio patris, sed potius ex iuris dispositione. De quo est bonum tex. in l. si arrogator. ppe. ff. de ado. Ideo pater non potest in ea filium grauare, cum sibi debeat patre inuito, qui quo ad eam est debitor filij, secundum Bal. in l. quoties. C. de haere. insti. & in l. filium quem habebit. C. fami. eris. Et certum est debitorem nihil de debito posse disponere in detrimentum, & prauiudicium creditoris. l. debitorum pactionibus. C. de pact. Et inde est, quod dicimus, sicut non potest debitor inuito creditore unam rem pro alia soluere, insti. quibus mo. tol. obl. in prin. & plene in l. ij. ff. si cer. pe. Sic etiam non posset pater disponere, quod filius capiat in pecunia sua legitimam, quae sibi debetur de corporibus haereditatis. l. scimus. §. repletionem. vbi hoc tenent Gul. de Cug. & Bal. C. de inoff. test. Bart. & Imo. in l. si quis quoque. ff. de haere. insti. Pau. c. d. si. c. l. v. Lud. Ro. c. si. c. l. xxvij. & Alex. c. si. l. xxvij. licet Ange. in d. l. si pater. C. de insti. & substi. & Sali. in §. repletionem dixerint filium cogi posse eam recipere in pecunia, cum qua possit omnes res comparari, aut in eam conuerti: tamen si velles opinio. c. concordare satis colorate, vide Bal. in d. l. si quis quoque. vbi distinguit inter testamentum factum inter liberos & extraneos. Videatis circa hoc limitationem quam dedi in verbo, *Duas habens filius*, loquendo de statuto filias dotatas excludente, verum unum tamen meti tenebitis &c. Plus dicit Pau. in d. l. si quando, quod etiam si testator adieceret in testamento, quod filium priuat dicto relicto, si quid plus petierit, talis clausula fauore testamenti ut valeat, habetur pro non adiecta, secundum Alex. & Ias. ibi. Nam omni grauamine reiecto relictum habetur pro puro, tamen cum legitima non possit sui natura suscipere grauumen. Ad eam quod dicit Bal. in l. ij. in si. C. de iure do. quae ibi sequitur Alex. in addi. quod non posset pater legitimam relinquere filio animo obsequandi cum aliquo debito, in quo ei tenebatur, nisi tale debitum foret, quod sui natura computaretur in legitimam, ut est dos promissa vel propter nuptias donatio. l. si cum dot. §. si pater. vbi hoc dicit Alex. ff. sol. mat. Sed aliud debitum nunquam computatur cum legitima, nec posset hoc facere, qui non potest filium in legitima grauare: quod faceret si filius in legitima computaret. Idem tenet Bal. post Cy. in l. cum patre. cod. tit. de iure do. in fin. Præterea si testator facere possit, ut quod debet haerediti in Falcidiam ei imputetur, hoc est quia Falcidia in totum prohibere potest. l. si

debitor. ff. ad leg. Falc. iuncta auth. sed cum testator. C. illo eo. tit. Ergo hoc disponere non possit in legitima, quam prohibere aut grauari non potest quoquomodo: quinimo filius legitima & quicquid alias sibi debebatur petere poterit & consequi, etiam si inuentarium non fecerit secundum Pau. c. l. c. x. j. incip. dubium facit. Vnde si filius esset pariter a patre haeres institutus, alteri hereditatem pure vel sub conditione restitutus, posset legitimam & debitum deducere, ita quod si hereditatem restituta legitima restituerit, debitum insuper a fideicommissario petere poterit secundum Paul. in d. c. s. l. i. Videatis eiusdem consilii. cl. x. j. incip. v. i. facti narratione. Nam licet aditione hereditatis actiones hereditariae heredi competentes contra defunctum confundatur pro portione hereditaria, quae est haeres. l. j. & per totum. C. de here. act. & l. si vxor. C. de bo. auth. iudi. pos. tamen hoc verum est, ubi creditor est haeres, sed filius qui (vt dixi) est in legitima creditor patris, sola acceptatio legitimam, non dicitur haeres, nec parte hereditatis petere, cum legitima non sit quota hereditatis, sed bonorum secundum omnes: & sicut vnus & idem creditor de eisdem bonis & hereditate detrudere potest duo diuersa debita, in quibus ei defunctus tenebatur, sic detrudere filius poterit legitimam & debitum ex alia causa, in quo pater ei tenebatur ex causa castrensium, vel quasi, vel aduentitia: alias grauaretur in sua legitima, quod fieri non potest. Nec obstat, quod legitima est quota bonorum, quae dicitur deducto aere alieno: quia hoc est verum, ubi esset a omnino alienum, tamen respectu patris, quae filij in legitima succederetis. Sed in casu nostro non est aere alienum: imo proprium filij, quod a fideicommissario, vel alio quocumque patris haerede exigere poterit ultra legitimam, vt ibi deciditur. Praeterea nunquam debitum confunditur per Falcidiam, nisi dicatur, vt d. l. si debitor. Ergo nec per legitimam in qua nullo modo filius onerari potest in testamento patris, etiam si dicatur. Et idem in testamento matris, quae si filium sub conditione instituerit, vel ei reliquerit: talis dies vel conditio aut aliud quodcumque onus reicitur quo ad legitimam, secundum Bar. & plenius Alex. in l. si mater. §. j. ff. de vul. & pup. Et idem in filio emancipato, cui etiam legitima debetur, per dictam l. quoniam in prioribus, ubi est de hoc tex. no. Qui tamen per doc. limitatur decem modis. Primum nisi conditio apposta fuerit in institutione ad commodum ipsius filij & prouisionem: quia tunc de institutione filij conditio non reicitur, secundum gl. in d. l. quoniam in prioribus, per tex. in l. filius matris. ff. de vulg. & pup. & Alex. in l. multi. ff. de liber. & posth. & est communis opinio, quae adeo est vera, vt consultum reperit, quod sicut valet impositio oneris in legitima, quoties sit in commodum filij, sic etiam valebit impositio oneris filio impositae, si contrarium faciat, vt clare consuluat Pau. consil. c. l. x. j. incip. v. i. s. & considera 34

puta donec filius xxx. annos habuerit. & ita loquitur Pau. in dicto consilio: si bene intelligatur. Quo casu censetur facta prohibitio ad commodum filij, vt scilicet non alienet, donec ad xxx. annos venerit: quo tempore praesumitur verisimiliter, quod nactus est discretionem bene regendi patrimonium. Similiter sic intelligatur d. l. filius matris, in qua Pau. se fundat: quia ibi mater filium exhaeredabat sine ingratitudine, donec a patre foret emancipatus, vel alias potestate solutus: quia forte videbat maritum esse bonorum dilapidatorem: & si filium instituisset, bona in manus patris filij mariti sui incidissent, tanquam legitimi bonorum filij administratoris: quae dilapidasset. ideo potuit ad tempus filium exhaereditare, aut habere bona prohibere, donec periculum dilapidationis cessaret. Quod alias contingere non potest, nisi forte patris vel filij emancipatione, cuius pater post emancipationem non est legitimus administrator. l. j. C. de bon. mater. & l. cum oportet. C. de bo. quae libe. videatis quae plenius dixi s. super verbo, *In testamento relinq. ij.* ubi habuistis materiam exhaereditationis. Si autem pater vel mater in perpetuum prohiberet filium alienare, talis prohibitio perpetua non excederet ad legitimam: quinimo illa non obstat potest filius sine metu paenae alienare vsque ad legitimam, in qua grauari non potest, vt hic est tex. & in d. l. quoniam in prioribus, nisi in casu vltimae limitationis. i. i. c. de. Adde quod ita fuit iudicatum per arretum in curia parlamenti Burdegala, in vigilia natiuitatis beati Ioannis baptista, anno domini M. cccc. c. x. Quo tamen receptus fueram in mense Aprili in consilium regium in dicta curia. Secundum limitatur dicta l. quoniam in prioribus, locum non habere in casu dictae l. filius. ff. de condi. instit. scilicet, ubi filius institutus a patre fuisset, vel ei aliquid relictum sub turpi conditione, quae (vt supra dictum fuit) cessat esse impossibilis de iure: quoniam talis conditio de institutione filij, etiam quo ad legitimam non reicitur, nec filius etiam in legitima censetur institutus: & per consequens testamentum propter filij praeteritionem erit nullum, cum talis conditio vitiet institutionem, vt locum non habeat regula nostra, quod omnis conditio reicitur de legitima, secundum Bal. in d. l. si pater. C. de insti. & sublti. quae sequitur Pau. in l. conditiones. ff. de condi. instit. Nam d. l. filius. casum ponebat singularem, in quo conditio turpis non habetur pro non scripta. Vnde dispositio generalis d. l. quoniam in prioribus, non censetur illi derogare sic. Quia quando lex antiqua ponit aliquem casum speciale, lex noua generaliter corrigens, etiam cum clausula non obstantibus quibuscumque, legibus antiquis, non intelligitur derogare illi legi speciali, nisi de illa speciale fecerit mentionem, secundum glo. in l. sciendum. §. j. vbi Bar. ff. qui satisda. cog. & in Auth. de heredi. ab intesta. venienti. §. j. super verbo, vacantibus. & plenius per Bar. in verbo, non obstantibus. in extrauag. ad reprimendum. Tertio limitatur, nisi filius repudiet legitimam, quae peruenit exinde ad substitutum vel alium, quia tunc ille substitutus vel alius tenebitur ad grauamen. Cum mutatione personae cesset priuilegium legitimae, vt in simili probat tex. not. in patrono in l. cum patronus. ff. de legat. ij. vbi hoc tenet Paul. in dicta l. quoniam in prioribus, dicens illud debere extendi ad legitimam filii ex identitate rationis. Ad hoc melius facit tex. in l. qui fundum per fideicommissum. §. finali. cum l. sequen. ff. de legat. j. vbi licet impubes non poterit in legitima grauari onere fideicommissi, tamen si legitima deuenciat ad substitutum impuberis, vel ad legitimos

legitimos eius haeres, illi tenebunt. [Quia licet filius ipse non possit in legitima grauari: tamen bene grauari potest eius haeres, vt habet j. super verbo, *Si absq. liberis moreretur.* ij. in materia copediote substitutiois tractando quartum effectum directae substitutionis.] Ad onus fideicommissi, secundum doct. & ibi Iafin. l. ex tribus. C. de inof. test. Vltra quae dicatur, quod est verum, ubi filius in legitima grauat, vult legitimam repudiare, & quo ad illam locum facere substituto. Si autem filius a patre haeres institutus esset morte legatorum vel in re propria filij adeo grauatus, quod solus oneribus non restaret sibi integra legitima, posset talis filius sola legitima acceptare, & quo ad residuum hereditatis locum facere substituto. Quia licet filius hereditatis non possit accepta legitimam residuum hereditatis repudiare, & locum facere substituto: imo si legitimam adeat, residuum videtur adiuisse, ita quod totum sibi applicatur iure accretionis: dato etiam quod non esset institutus nisi in sola legitima, quando non est alius haeres. l. j. §. si ex fundo. ff. de here. insti. Acceptando enim partem, totum habere cogitur, aut totum repudiare. [De quo plenius supra verbo, *Si absq. liberis moreretur.* ij. in v. prin. articulo ad primum effectum verba, *sublti.*] secundum Paul. not. hic per l. j. & ij. ff. de acqui. her. & consuluat Ange. consil. lxxxiij. incip. subtiliter & eleganter, tamen ubi filius fuerit a patre haeres institutus, & ei datus substitutus, si haeres non sit, & fuerit in re sua propria, vel alias a patre grauat, talis tergo satisfactis oneribus non remaneret sibi legitima integra, eo casu poterit filius sola legitimam omni grauamine liberam acceptare, & residuum hereditatis repudiare: & quo ad illam locum facere substituto: quia ita statuitur in legitima quam habet patronus in bonis liberti sui per tex. in l. si libertus patrono. ff. de bo. liber. quae etiam locum habet in legitima filij, secundum Bal. quae ibi sequitur Pau. in l. ij. C. de impu. & alius sublti. & consuluat idem Pau. consil. c. l. vij. incip. v. i. s. actus, & tenet Alex. in l. quae poterat. ff. ad Trebel. & in hoc omnes concordant, vt testatur super verbo, *Et vxor.* in iij. procludio. Quarto limitatur dicta regula locum non habere, quando in ciuitate foret statutus, quod tantibus masculis filia dotata non succedat: nam si eo tunc pater in testamento reliquat filiam mille scuta pro dote titulo institutionis, & masculos haeres instituat: non poterit talis filia petere illam mille antequam maritetur. nec dilatio temporis tollitur, nec hoc casu locum habet d. l. quoniam in prioribus. §. alius cessante dicto statuto locum haberet. Vnde si talis filia interim moriatur, priusquam maritetur, non transmittet illa mille ad haeres, secundum Bar. singulariter in l. Titio centum. §. Titio genero. vt. col. ff. de codi. & demon. Nam licet statutum tollere non possit legitimam in totum, tamen potest eam diminueri in quantitate, ita & in tempore, vt tenet Pau. in d. l. quoniam in prioribus, dicens pluries sic consuluat. & idem Pau. in Authen. nouissima. C. de inof. test. & Iafon in d. l. quoniam in prioribus. Quinto limitabitur, quando filius esset dupliciter grauatus. Primum, quia esset ei relictum minus legitima. Secundum, quod etiam in illo relictum, quod est minus legitima, esset adiectum grauamen vel conditio: quo casu locum non haberet d. l. quoniam in prioribus. Nam duae specialitates concurrant secundum Alb. ibi. sed Pau. & Iafon. contra. Quia nullum est inueniens, quod haec duo concurrant, nec testamentum subuertatur. Et praeterea duo specialia admittuntur in eadem materia, quoties sunt a iure communi introducta, secundum Bal. in l. j. C. quando liceat ab emp. disce. sicut sunt in casu nostro, quia in eo quod est speciale, quod testa-

mentum in quo relinquatur filio minus legitima valeat, sed agatur ad supplementum, est introductum per d. l. omnimodo. C. de de inof. testa. Et in eo quod dicitur, quod grauamen reicitur, fuit introductum per dictam l. quoniam in prioribus. & sic ambo specialia sunt de iure communi. Sexto limitatur dicta regula, scilicet vt locum habeat dicta l. quoniam in prioribus, nisi si remota conditione, substantia remoueretur dispositionis: quia tunc illa conditio non reicitur, vt patet si filia relinquatur vestimenta vidualia: quia sublata viduitate tollitur essentia legati. Similiter si filia relinquatur centum pro dote: quoniam sublato matrimonio tollitur essentia dispositionis: ideo non remouetur talis conditio, nec locum habet d. l. quoniam in prioribus, secundum Ang. in lectu. Floren. in d. l. si pater. vbi refert Bald. fratrem suum ita consuluat. Ego autem hoc intelligerem, secundum ea quae nunc habuisti s. in iij. limitatione. Septimo limitabitur dicta regula, nisi conditio vel grauamen viuo adhuc a testatore deficeret. l. sub conditione posthumus. ff. de liberis & posth. secundum Alex. ibi. Octauo limitabitur, nisi persona filij sub conditione instituit esset incerta, quamuis certificanda ex aliquo futuro euentu qui non contingeret: quia tunc filius sub conditione casuali vel mixta institutus velut praeteritus testamentum diceret nullum, nec conditio reicitur, vt elicitur ex eo quod decidit Bartol. in dicta l. si pater. in quaestione quam sibi de facto cogitasse dicit, scilicet de patre, qui instituerat posthumum, si nasceretur & intraret monasterium. Quia licet dicta conditio censetur potestatiua, sed non facillis, si nasceretur filia quae non intrat monasterium, tunc conditio non reicitur, secundum Bartol. Ange. Imo & Alex. in leonodiffim. ff. de liber. & posth. & Iafin. dicta l. quoniam in prioribus, & dicta l. si pater. Nono limitatur dicta regula, ubi grauamine apposito in particulari institutione filij minus legitima continente cum clausula, quod amplius aliquid petere non possit, & filius aliud relictum ex certa scientia agnouerit post mortem patris: quo casu legitima, id est iuri petendi supplementum renuntiasse videtur, & sic onus amplius non petendi agnouisse, vt locum non habeat d. l. quoniam in prioribus, quia non reicitur onus semel agnatum, secundum Bal. singulariter in l. penult. col. v. s. sed pone filio legatum. C. de iure fil. lib. x. Decimo limitabitur dicta regula, nisi pater tantum relinqueret pro male ablatis restituentis, quod onerat filium in legitima, scilicet quia residuum hereditatis paternae non sufficeret ad legitimam filij: nam si pater tantum in testamento reliquat pro male ablatis suam conscientiam exonerando, tale grauamen non reicitur de legitima, vt singulariter decidit Ang. in quibusdam suis reportatis in l. j. §. ad municipium. ff. ad leg. Fal. Tame hoc casu necesse foret probare patrem talia male ablata extorsisse. Quia cum in testamento praedudicare non possit filio in legitima, non staret hoc casu sub conditione sim plici. ar. coru quae dicit Bar. in l. si forte. ff. de cast. pe. & videbitis plenius in verbo, *Si absq. liberis moreretur.* j. in xj. limit. quae dabitur ad l. cum acutissimi. quia si filius teneretur sub poena priuationis legitimae patris captiuum redimere. In Auth. si captiuus. C. de epi. & cle. Multo magis ipsemet pater redimendo se a captiuitate demonis restituendo male ablata, considerans non posse remitti peccatum, nisi restituat ablatum, potest filio praedudicare in legitima: quae etiam aere alienum extinguit & dimittit. Nam licet si legata voluntaria filius

non soluat, priuari possit hereditate propter annale contumaciam, sed non priuatur legitima, Auth. hoc amplius. C. de fidei. o. tam. e. priuatur si legata necessaria pro exoneratione conscientie testatoris necessario relicta non soluerit. Quia si illa priuatur non redimendo corpore, fortius priuari debet, si animam quare nobilior est, redimere noluerit. Et idem esset vndecimo, scilicet quod filius pati possit grauamen in legitima, ubi pater fundum vendidisset aduentitium filij quem patre defuncto filius vdicare posset. Nam si talis filius fuerit haeres patris, quauis in hereditate ultra legitimam nihil sit, tamen filius haeres a vendicatione fundi repellitur. l. cum a matre. C. de rei vdi. secundum Iac. in l. si. in computatione. iij. col. C. de in. deli. quicquid ibi dixerint glo. Bar. & doct. Quod est verum secundum eum, ubi filius habet legitimam titulo vniuersali, ut quia haeres instituitur a patre: secus si titulo particulari, puta quia fuit institutus in aliqua re certa, quare forte aequipollet legitimam suam & ultra: quia tunc a vendicatione fundi non repellitur, cum alio dato haerede vniuersali, ipse non sit haeres patris: imo habetur pro legatario qui onera non tenetur subire hereditaria. l. quoties. C. de her. insti. Sed in hoc casu, si lio praedicta in legitima indirecte per dispositionem patris inter viuos: cui eo mortuo filius tacite consentit, haereditati paternae se immiscendo, ut dixi s. in limitatione. Hic autem proprie loquimur de patre filium in testamento onerante in legitima: quod fieri non potest, nisi in casibus supradictis. Mihi autem semper visa fuit communis opinio verior, per ea quae dixi s. de filio ultra legitimam sibi debitam a fideicommissario patris exigente. Praeterea iura simpliciter & indistincte filium prohibent in legitima grauari, prout grauari non potest expresso nec tacite, nec aliqua dispositione, ut d. l. quonia in prioribus, ibi: aut aliqua dispositione, quae intelligitur etiam inter viuos. Praeterea actio realis non confunditur aditione hereditatis, ut plene dicam in verbo, Mortuo autem testatore. j. dum dicam de secunda effectuali perfectione testamenti, quae per aditionem hereditatis fit. Et idem duodecimo foret, si pater ratione prodigalitate filio bonorum administratione, & dispositione prohiberet, dato sibi curatore. quem postea iudex confirmare tenetur. Imo ratio prodigalitate potuisset pater ipsum exhaereditare relicta sibi alimentis: quia, ut vidistis in prima limitatione, hoc non fuit in odium, sed in fauorem, ne dispiceret bona. Caueat tamen pater, quod in testamento causam exprimat, scilicet prodigalitate: quo ad quam soli patri creditur, per tex. singularem qui raro a sibi habetur, secundum Bal. ibi, in l. si furioso puberi. ff. de curat. furio. Et valebit perpetuo talis facta prohibitio, sed in l. filius. §. diui Seuerus. la. ij. in fi. ff. de leg. j. dicit, quod non valet interdictio administrationis a patre facta filio propter prodigalitate, nisi filius esset reuera prodigus, & ita intelligit ibi dictam l. si furioso puberi: quia limitare ius liberum, scilicet administrationis filij quo ad legitimam non est fauor filij, sed odium, per l. penul. ff. de pact. Quo autem ad residuum hereditatis credo, quod credetur patri soli, ut saluetur prima opinio: quia in illo potuisset pater quemlibet extraneum filio proferre: tamen tex. in d. l. si furioso. loquitur indistincte de tota hereditate. Praeterea pater constante prodigalitate filij in illo residuo hereditatis posset etiam filio praeferre extraneum. l. cum quaritur. & Authent. ibi posita. C. de inof. test. Et sic d. l. si furioso, nihil specialitatis poneret in patre, cum quilibet iudex probata

prodigalitate subditi totam administrationem ei interdiceret possit, ut plene per Bar. & omnes in l. is cui bonis. ff. de verbo. obl. super quo cogitabit. Et verum mirabilis est ille tex. l. si furioso puberi. quod soli creditur patri de vitio & demerito filij, quod fuit demerens & indignus administratione bonorum: quia ei non crederetur de ipsius filij meritis & seruitis erga patrem, nisi clare probentur, ut communiter tenent Bar. & omnes in l. si forte. ff. de cast. pe. & Moder. vbi Alex. & Iason in l. si donatio. C. de colla. & in Auth. vnde si par. C. de inof. test. Nisi dicamus, quod ideo hoc est, quia eximus amor, & excedens dilectio patris ad filium exacerbat ipsum ad bonum filij procurandum, & consequenter testificandum pro meritis filij, ob quod esset testimonium erit contra filium efficacius, ut soli patri de prodigalitate filij credatur. Cum non sit verosimile patrem mentiri in detrimentum filij tam dilecti, sicut videmus testimonio credi domesticorum contra, sed non pro domesticis, aut parentibus. Restat ergo, quod haeres sub conditione institutus siue extraneus siue suus, in eo quod est ultra legitimam quando est suus, & in totum, si fuerit extraneus, necesse habet parere conditioni, sub qua fuit institutus, aut fuit ei relicta, & si fuerit pro parte possibilis, & pro parte impossibilis, impleri debet quo ad partem possibilem. l. qui dotem. ff. de dote prele. secundum Pau. & Doct. in d. l. j. ff. de codi. insti. Alias si conditio non adimpleatur, sed deficiat, peribit institutio vel relicta, facta tamen distinctione: quia aliquando instituitur quis vel ei relinquatur sub conditione mere casuali, aut sub conditione mere potestatiua, aut sub mixta. Primo casu, si quis instituitur sub conditione mere casuali, puta si Titius consul factus fuerit, vel si nauis ex Asia venerit, tunc quomodocumque deficiat conditio siue per mortem, siue per factum tertij, vel aliam qualitercumque perit institutio vel relicta. l. vnica. §. si autem sub conditione. C. de cad. tol. Et ratio est, quia testator, qui heredes sub tali conditione instituit, considerauit casum, & nullo modo factum instituit, & sic qualitercumque deficeret conditio etiam per casum mortis, noluit institutum admitti: tamen istud fallit in casu singulari. l. si. C. de ser. nec. haere. insti. scilicet quod seruus fuit pure institutus, & libertas ei relicta sub casuali conditione, quare quauis deficiat, tamen consequetur libertatem, sed non haereditatem, ut ibi. Secundo casu si quis instituitur sub conditione mere potestatiua, puta si seruus suum manumiserit. Nam istud pendet a mera voluntate sua, & tunc si impediatur per casum mortis, tamen consequetur hereditatem vel relicta. tex. est in l. quae sub conditione. §. quous. ff. de codi. inst. Et ratio est, quia testator apponendo talem conditionem solum considerauit factum instituti haereditatis & eius voluntatem, si per eum staret vel non. Si ergo non stetit per eum, sed per casum mortis serui manumittendi, tunc institutio heredis non perit nec relicta, nisi mora praecessisset casum secundum glo. in l. j. C. de inst. & sub. Vel nisi testator, qualem conditionem apposuit, expresso dixisset, quod illam conditionem volebat verum impleri per heredes, & sic quod verum seruus manumitteret. Quo casu licet staret per mortem, haeres non consequeretur hereditatem, nec legatarius relicta, ut singulariter dicit Bal. in d. l. si pater. in iij. q. ad fin. C. de insti. & sub. quae ibi sequitur Sal. in pec. q. Tertio casu, quando quis instituitur sub conditione mixta, scilicet quae pendet a facto debetis eam implere, puta haereditas vel legatarij & alterius tertij, veluti si quis instituitur sub conditione, si cum Bertha nups. rit. & hoc casu sicut conditio est mixta

mixta inter duas praecedentes, sic etiam eligitur media via, ut scilicet dicamus, quod si implementum conditionis matrimonij impediatur per casum mortis illius, cui quo debet matrimonium contrahi, tunc non fortiter effectum haereditis institutio, nec etiam legatum debetur, & ita intelligitur tex. in l. legatum. C. de codi. insti. Et multo magis hoc procedit, si casus mortis contingat in persona haereditis vel legatarij matrimonij contrahere debentis, antequam contraxerit: quia tunc etiam perit institutio vel legatum, quasi conditione deficiente, per tex. in l. sub diuersis. §. si. secundum le 20. etu. glo. ibi communiter approbata, & in l. si ita exprefsum. ff. de codi & demon. nisi secundum Angel. cal. mortis fuisset ita repentinus, quod forte ex clausula generalis posset consuli haereditibus legatarij vel haereditis, arg. l. iij. C. de inof. test. Si autem conditio deficiat facta tertij, cum quo haeres vel legatarius matrimonij contrahere debebat, ut quia forte ille recusat, tunc habetur pro impleta, ut d. l. j. C. de inst. & substi. Et idem esset si per tertium non stetit, si honeste conditio legatarij impleri non possit, ut videbitis super verbo, Cuidam Petro tradiderunt. in prin. Ideo dicit ibi Bal. in viij. oppositione, quod si testator instituerit alium quem haeredit sub conditione, si edificauerit ecclesiam in certo loco, & episcopus tunc cuius consensu fieri non potest, nolit consensu, quod ecclesia edificetur, & sic implectum conditionis impeditur, facta tertij contra quem haberi non potest regressus, tunc conditio habetur pro impleta, arg. l. si Titius. ff. de cod. & dem. Idem tenet Bald. in l. deberi. C. de fidei. o. lib. & in l. j. in ix. q. 6. C. de his quae pene nomine. Et hoc verum, scilicet quod conditio mixta hoc casu habetur pro impleta, si non impleatur facta tertij directe tendere ad impendendum conditionem impleri, ut dictum est. Secus autem esset, quando illud factum tertij non directum, sed per quandam conditionem tenderet ad impediendum conditionis implementum: quia tunc non habetur pro impleta. l. iij. §. si quis seruus. & l. non omnne. ff. de ita. lib. de quo plenius per Bar. & Imo. in l. in testamento. la. ij. ff. de condi. & demon. Bal. Alex. & Iason in d. l. C. de insti. & substi. Si autem conditio sub qua fuit quis haeres institutus, aut ei legatum relicta deficeret facta & culpa testatoris. Puta testator instituit aliquem haeredit sub conditione, si haeres suum fecerit corpus sepeliri in tali ecclesia, in qua post mortem sepeliri non potest facta testatoris, qui forte decessit sit excommunicatus, tunc conditio habetur pro impleta, quia non stat per heredes, sed facta & culpa testatoris, secundum Bald. Sali. & modernos in dicta. l. j. & Bar. in l. miles. §. si. ff. de adulte. Imo. & Pet. de Anc. in c. filius. s. eod. An autem sufficiat conditioem mel stetit, vel requiratur quod duret, videbitis infra eodem in verbo, Qui filium ex eo suscipiens.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

S V M M A E.

- 1 Bonorum appellatione quid veniat. et nu. 2.
2 Beatitude quid.
3 Infernales fluyj quinque.
4 Anari semper triste s.
5 Empedoclis triplex felicitatis gradus.
6 Bonorum parte relicta quid intelligendum.
7 Bonorum mobilium et immobilium appellatione non veniunt iura et actiones.
8 Bonorum appellatione non veniunt feuda, et emphyteuses.
9 Ius patronatus venit in haereditis institutione.
10 Instituto vno in bonis Tolosa, alio Caturci, an habeat locum

- cum ius accrescendi.
Res et bona an conuertantur.
Possessio nomina meum, tuum, suum, vniuersalem dispositionem non restringunt.
Possessionum appellatione quid veniat.
Legans quicquid habet in domo, quid comprehendat.
Paternus amor inducit verborum dilatacionem.
Plena verbum facit possessionem plenam esse dominium.
Donans quicquid habet in bonis, an det usufructum.
Relictum usufructus bonorum quid importet.
Vxorem relinquens dominam et usufructuariam, quid intelligat. et nu. 21.
Usufructus legatum sola alimenta quando importet.
Filius in usufructu omnium bonorum institutus, an illum in legitima compute.
Usufructus omnium bonorum quid contineat.
Pronomina meum, tuum, suum.
Bonorum mobilium et immobilium substantia est diuisibilis, iurium vero indiuisibilis.
Usufructus legato an veniat lucrum ex protocolorum exemplatione.
Ex dictio, causam notat immediatam.
Propter dictio, causam notat mediatam.
Thesaurus inuentus in fundo an sit usufructuarius.
Gabbellarij usufructuaria relicta vxor habeat redditus gabelle.
Appellatione fructus redditus obventionum ac emolumentorum, quid veniat.
Usufructuarius an habeat lucra renouationum feudorum, et landimia.
Thesaurus inuentus an usufructuarius sit.
Thesauri inuentio est donum Dei.
Usufructuarius castri an habeat confiscationes.
Usufructuarius an habeat praesentationem iuris patronatus.
Confiscatio an referatur ad tempus delicti vel condonationis.
Officiorum emptores non debent ea subarrendare.
Condemnatione facta tempore vnus arrendatoris et executione tempore alterius, cui detur confiscatio.
Usufructuarius an teneatur debita hereditatis soluere. et nu. 42, 43, et 44.
Usufructuarius an soluat tallias et collectas.
Donatarium omnium bonorum an teneatur soluere debita. et nu. 47.
Emptor omnium bonorum an teneatur ad debita.
Error in nomine an vitiet institutionem.
Error in nomine an vitiet rescriptum.
Errans in sexu an baptizet.
Error in conditione persona haeredit an vitiet institutionem.
Error an vitiet contractum.
Monachum instituens credens esse laicum an valeat.
Error an excuset in delictis.
Haereditem instituendi varij modi.
Institutionem non vitiat defectus verbi.
Falsa Latinitas non vitiat testamentum.
Abbreuiatura quibus modis extensionem capiam.
Testis vnus relatio ad alium an valeat.
Testamentum scriptum per notas iniustitatum non valet.
Testamento fauens opinio in dubio tenenda.
Relictum ad praesens causas etiam per verba adulatoria, etiam cancellatum valet.
Prapostero non vitiat testamentum.
Testes non refert, in qua parte testamenti ponantur.

Sed quia (ut dictum fuit supra,) verbum relinquo, nisi ratione vniuersalis adiuncti sui natura institutionem non importat haereditis: Ideo subditur in textu.

Cetera bo-

Cætera bona.
SCILICET, quæ ipse testator habebat mobilia, & immobilia, corporalia & incorporalia, ibi & vbiunque existentia, [De hac dictione, &c. vide plenè per Bart. ff. de li. & posth. l. Gallus. §. idem credendum, quid comprehendat scripta ad longum, vt hic. & in Authent. ex causa. C. de lib. præte. Et quid importat, quæ breuiter scripta reperitur, vt d. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia.] Et quoties verbum, bona, profertur à testatore cum hac dictione omnia, siue simpliciter & indefinite, intelliguntur omnia bona testatoris relicta, & per consequens iura & actiones, ita quod ille cui sic relicta sunt, censetur esse hæres vniuersalis vniuersaliter institutus. l. si legatur. §. ij. & l. si quis legatum. §. j. ff. ad Trebel. vbi gl. & Doct. & no. plenè Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Et in ppiis terminis cõsoluit Pau. cõsi. cclxxxviii. iij. col. in prin. alleg. gl. in l. his verbis. ff. de hæ. inst. Et idè est, si tale verbum profertur à lege mortua & scripta. l. si marito. in prin. ff. solu. matr. & l. iij. ff. ad legè Iul. de vi publi. siue profertur à lege viua, puta à principe priuilegium aut beneficium conferente. Quoniã tunc appellatione bonorum veniunt omnia iura & actiones. l. princeps bona. ff. de verb. sign. & in l. Lucius. la. ij. §. Sempronius. ff. de admittuto. Et in summa quicquid nobis bonum facit, venit appellatione bonorum, quæ ideo bona dicuntur, quia quodammodo nos beant, & beatos faciunt. Cum ex eis vita nostra sustentetur, & sine quibus miserabiliter vita ducitur, secundum gl. in l. aduocati. C. de aduoca. diuersorum iudicio. Et dixi supra in verbo, *Dna habens filias*, loquendo de statuto filias dotatas excludete à successione. Et notanter dico, quod bona quodammodo, & non simpliciter nos beant, id est beatos faciunt, quia verò beati esse nõ possumus itatè in via, donec erimus in patria. Cum beatitudo secundum Boethium in libro de Cõsolatione, sit status omnium bonorum aggregatione perfectus. [De quo vide j. super verb. *Mortuo itaq; restatore*. j. circa prin.] quæ ex bonis temporalibus solus allequi non possumus. [Iuxta illud Pl. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et Philosophus dicit, quod anima nostra nunquam quietabitur, donec suo iungatur creatori, quæ prima causa dicitur, cum in præfenti seculo felicitas etiã habenda impediante fortuna vix, aut nunquam inueniatur.] Quinimò ferè dicim de inferorum fontibus seu fluminibus aquã potamus in hoc vano, & transitorio seculo. Et sunt enim in inferno quinque fluij à Macrobio in lib. de somno Scipionis, & à Vergil. in vj. Aeneid. enumerati, videlicet Lethe, quæ est fluius obliuionis. Phlegeton, fluius ardoris. Acheron, fluius sine læritia. Cocytus. [Et ibi dicit Vergil. quod animæ insipientium corporum circa hunc fluium infernalem errant centum annis, donec sepeliantur, vt habetur super verbo, *Mortuo itaq; restatore*. j. dum loquitur de se occidentibus.] Ictuum & lachrymarum fluius. Styx est mœstitia, doloris & tristitiæ fluius. De quibus omnibus, & non alio potu singulis horis, auidi bonorum temporalium resciantur, qui ex vehemènti, & continua attentione ad bona temporalia obliuiscuntur spiritualia, imò multo-

toties sumere corporalia alimenta. Potant etiam & sine intermissione de fluuio ardoris, non metuentes quid durum sustinere, & quanto plus potant, tanto magis sitiunt: quia (vt dicit Boëtius in j. de Consola.) Crescit semper ardor habedi: quia auaritia (quæ Græci φιλαρρηγία vocat) seclerum omnium parens corpus animi unque virilem effeminat, nullam dat animo quietem, modò huc modò illuc agit auarus. [Vnde Salustius in Catilinario. Auaritia, inquit: studium pecuniæ habet, quam nemo sapiens concupit. Ea quati venenis malis imbuta corpus, animumque virilem effeminat. Et ip oratione ad Cæsarem senem de republica, sic dicitur: Auaritia belua immanis intoleranda est, quo iucèdit oppida, agrorum, phana, atq; domos vastat, diuina cum humanis permiscet, neq; exercitus neq; in cenia obstant, quò minus vi sua penetret. Fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus, cunctos mortales spoliis. Verum si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis auaritiæ faciliè bonis moribus vincitur.] Cor auari vt mare ventis agitatam fluctuat, nihil sanctum habet, nil æquum, nil iustum, nil charum, præter pecuniam nõ seruat religionem erga Deum, non pietatem in parentes, nec charitatem in proximos, nec in ceteros dilectionem, vt de diuite epulone legitur Lucae xvj. capi. Sed turbatis humanæ societatis officiis, omnia ad quæstum, omnia ad commodum suum refert, de quo verisimè cecinit lib. j. Metamorpho. Ouidius: *Effodiantur opes irritamenta malorum: Vintur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Non facer à genero, fratrum quoq; gratia rara est. Imminet exitio vtr coningit, illa mariti. Filius ante diem patrius inquiri in annos. Vicitia iacet pietas, &c.* Vnde cupidi semper ardent sicut mons Aethnæ, & in consequentiam potant de fluuio sine lætitia, qua semper caret: imò replètur aqua & fluuio mœstitiæ, & doloris, ac tristitiæ: quia semper sunt tristes, quod naturæ diuinæ est summè contrarium, cum æterna perfruatur lætitia, & isti sunt cõtinuè tristes. Et Primò ante bona acquisita, quæ habere sperant, nam fortuna prospera sperata, quæ adhuc est in sola spe, cum sit de futuro bono & dubio, facit & tenet semper hominè tristem. Et fortuna præfens, scilicet bonorum iam acquisitorum, tenet secundo loco, & facit hominè superbum ceteros despicientem, & consequenter ab omnibus despectum & inimicum: quia superbus omnibus odio est, & inde dicitur, qui superbo fit amicus, multis oportet, quod inimicus existat. Præterea bona acquisita timorem perdendi illa possessori semper incutiunt, quorum natura est de vno transire in alium. Vnde illa retinere contra corum propriã naturam est ferè impossibile, de quo sic dicit Boët. Ad quid externa bona (scilicet fortuna) pro tuis amplexariis nunquã tua faciet esse fortuna, quæ natura reru facit aliena, &c. Et timor iste perdendi tenet hominè tristem, quia ad aliud non pensat, iuxta illud Matth. vj. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Et adeò, quod multi sunt, qui mallent perdere oculu, quam denarium. Quales sunt illi demonte Ferrando in Aruernia, secundum Ioan. Fab. in §. sed & lex. in ff. de iniuriis. Pariter recitat Valerius, lib. vij. titu. de necessitate. Quod quidã Præfatus necessitate famis oppressus maluit murem captum ducentis denariis vendere & fame necari, quã ipsum comedere & saluari. In illa, inquit, obfisione cū trecenti Prænestini permanerent, euenit vt ex his quidam

quidam murem captu ducentis potius denariis vendere, quã ipse leniè de famis gratia cõsumere mallet. Sed credo Deorū providentia effectū, vt & veditori & emptori, quæ vterque merebatur exitū attribuerit. Auaro enim fame consumpto manibus sordiu suarū frui nõ licuit. A qui animi vir ad salutare impesã faciendã, carè quidè, verum necessariè cõparato cibo vixit. Terriò, Fortuna bonorum acquiritorum amissa & perditã, facit hominè dolentem. [Hæc tria de bonis tẽporalibus tristitia breuiter tãgit Baptista Mantuanus parthenices Mariana l. j. dum dicit, *Inter multa hominum fata infelicia damno. Non erit hoc minimo tristis sperata superbum. Iam præfens, amissa facit Fortuna dolentem.*] Iuxta illud Maximiani Poëtæ: *Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.* Ideo minimo studio est retinendū bonum cuius cadauca possessio tam leui afflatu violentiæ cõussa dilabi potest, dicit Valerius lib. ix. ti. de morte nõ vulgari. De Coma Diogenis fratre loquens, Quapropter tria sunt, vt ait Empedocles philosophus in tota rerū varietate præcipua, scilicet affluentiæ bonorum contẽptus, futuræ felicitatis appetitus, & mœris illustratio. Quorum primo nihil honestius, Secundo nihil felicitius, Terriò nihil ad amborum cõsecutionè efficacius, teste etiam Philosopho in lib. de Vegetabilibus. Sicq; bona ista temporalia acquiruntur cum labore, possidètur cum timore, & amittuntur cū dolore. [Dux profectò sunt passionis necantes quoadq; hominè, scilicet tristitia & lætitiã. Tristitiã occidit, sed tardè: nam in tristitiã primò retrahitur calor naturalis ad interiora, & postea exhalat ad exteriora, quæ exhalatio calor prohibet nutrimentū in mēbris, & operatur cõsumptionè in illis, iuxta illud Prouer. xix. Spiritus tristis exiccet ossa. Et eo modo videmus mori cõmuniter omnes auaros. Lætitiã autè nimia citò occidit: quia tunc cor magis dilatatur ex quo calor naturalis ilico ad exteriora transit, & à corde recedit, & sic mors citò contingit, iuxta illud Prouer. j. Prosperitas stultorum perdat illos, sicut legitur de Tito in obfidiõ Hierosolymitana relicto, qui audita Vespasiani patris sui promotione ad imperiū, præ gaudio cecidit subito in paralyfim semimortuus, si à Iosepho sapiētèr nõ fuisset prouisum. Vtrunque etiam animã tam vita prospera, quæ aduersa: sed magis prospera, vnde Augusti. Multi res aduersas timent, prospera non timēt, tamè periculosior est. [De qua vide j. super verb. *Mortuo itaq; restatore*. j. circa prin. loquedo de morte ex variis causis contingente. Janina res prospera, quæ aduersa, vt patet in Dauid, qui in aduersis, quæ passus fuit à Saule nõ cecidit, sed in prosperis regno adeptus cum Bethsabee peccado defecit, ideo clamat Boëtius, lib. j. de Consol. Gaudia, inquit, pelle, pelle timorem, nec dolor adit. nubila mens est, hæc vbi regnant.] Vnde Vale. l. iij. tit. de paupertate. in prin. Omnia, inquit, habet, qui nihil cõcupiscit, eò quidem certius, quàm qui cuncta possidet: quia dominiū rerum collabi solet, bona mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recipit in cursum. Itaq; quorsum attingit, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimomiseriarū statu ponere? Cum & illarū frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus solidis ac certis bonis abdit. Et eodem lib. titu. de abstinentia & continentia dicit Fabricium locupletem fecisse, non multa possidere, sed modica desiderare. & li. vj. titu. de varietate casuum,

in fi. Caduca, inquit, nimis & fragilis puerilibusque consentanea crepidiis. [Id est, crepitaculis in collo pucorum suspèdi solitis, quæ bullæ similia nihil præter ventum & quendã crepitum facientia includunt, pueris tamè iocudissima.] sunt ista, quæ vires, atque opes humanæ vocant, affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in sublime extulerit improviso recursum destitutos in profundo eladiū miserabiliter immergunt. Itaque neq; debent existimari neq; dici bona, quæ in fluctuum malorum amaritudinè desiderio sui duplicant. Hæc ille. Nam diuitiæ cū labore pariantur, cum anxietate custodiuntur, & cum mœre amittuntur, aut dimittuntur. Multisq; perniciè peperere, prout exemplū habemus de Alterocho, & eius sobole, quanto labore bona paterna psecuta fuit, nec omnia habuit etiã post mortè. Adiecta. Ideo nos beatos nõ faciunt, neq; beant: sed aliquid sustentant in hac fragili vita parum duratura, quæ quoties venerunt in hæredis institutione, cõprehendunt mobilia & immobilia, ac iura & actiones, & quæcunq; testator possidebat, & ei cõpetebant. Quod est verum, quod si loco hereditatis vel partis hæreditariæ relinquuntur, tã in vltima voluntate, quàm in cõtractu inter viuos concedantur l. j. C. de hæred. vel actio. ven. Non tamè intelligatis, quod cõcedens seu vendens bona seu hæreditatem cuius est hæres, sit liberatus à creditorib; imò poterit tanquã hæres conueniri. l. ij. ti. præall. Sed exactus à creditorib; hereditariis, regressum habebit cõtra emptorè, vt ibi, & no. glo. & Bar. in d. l. princeps bona. Et si verò relinquere tur pars bonorū per modum legati, & relicti particularis, & non loco hereditatis, tunc nõ veniunt actiones: quia intelligitur pars bonorum sine onere, scilicet deducto ere alieno. l. nõ amplius. §. si. cum l. seq. ff. de leg. j. & l. si quis seruum. §. si. cum l. seq. ff. de leg. ij. Et an in tali legato veniant fructus, videntur in l. si quis bonorum, vbi plenè Bart. ff. de lega. j. Præterea relicti bonis simpliciter, relicta cõsentur nedq; bona mobilia & immobilia, sed etiã bona semouentia, veluti animalia, actiones, & nomina. l. mouentia. ff. de verb. signifi. Et plus dico, quod licet appellatione bonorū mobiliū & immobiliū non contineantur actiones nec iura. l. à diuo Pio. §. in venditione. vbi Bar. & Alex. ff. de re iudi. & Guid. Papæ, quæst. cccxj. in fin. & cccxcix. vbi plenè. Tamè in hoc casu si testator noster dixisset, relinquo omnia bona mea mobilia & immobilia, etiam iura venissent & actiones, remota rerum numeratione & specificatione. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. Plus dico, quod licet appellatione bonorum sitorum & positorum hæc Catarci, vel alibi vbiq; non veniant iura, & actiones propter illa verba, sita & posita: quæ significat bona posita in loco, & locum occupantia. Et sic non comprehenduntur iura nec actiones, quæ nõ sunt in loco, cum sint incorporalia, vt decidit singulariter Barto. in l. potest pupillus. ff. de authoritate. & cõsuluit Franc. Arct. cõsilio liij. iij. colu. Similiter appellatione bonorum, non veniunt iura nec actiones, cum sint res incorporales, quæ certo loco non circumscribuntur, cum non sint entia realia, sed rationis. l. si. C. de præscri. lon. tẽpo. & l. fideicõmissum. §. tractatum. ff. de iudi. & cõsuluit Barba. in j. parte cõsi. xxxvj. iij. col. in prin. Attamen si testator noster dixisset: Cætera bona hæc, aut vbiq; sita & posita, Adiecta filia relinquo; tunc appellatione bonorum

bonorum sitorum, & possitorum venissent iura, & actiones, nec non redditus annui, qui quādo sunt perpetui, inter bona immobilia cōputantur. Idem si ad longum tempus debeantur. Sed si non sint perpetui, aut fortē ad modicum tempus debeantur, tunc inter bona mobilia cōputantur, de quo per Bal. in c. cum Martinus. de constitu. vbi latē per Barba. xij. col. Et intelligatis actiones actiue & passiuē cōprehendi, & venire in generali hāredis institutione, scilicet illas quæ competebant inter testatorem cum viuēbat & extraneos, ita quōd hāres agere poterit cōtra omnes debitores, & etiam cōueniri ab omnibus creditoribus hāreditariis, sicut posset testator si viuēret, vt dictum est: quia omnes tales actiones actiue & passiuē veniunt in hāredis institutione, & in persona, & cōtra personā hāredis radicantur per additionē hāreditatis. Sed illæ quæ competebant actiue & passiuē inter testatorem, & ipsum hāredem, non veniunt in tali hāredis institutione, nisi extinctiue: quia extinguuntur per additionem hāreditatis & confunduntur in totum, si creditor vel debitor sit hāres in solidū, aut pro parte, in qua reperit hāres esse. l. j. & l. si adulter. C. de hā. actio. & l. si vxor. C. de bonis auth. iud. possiden. Vnde primæ actiones veniunt executiue, actiue, & passiuē in hāredis institutione, sed istæ veniunt extinctiue & confusiue: quia hāreditatis additione confunduntur, nisi in certis casibus, de quibus per Bar. & clarius p. Alex. in l. debitori. C. de pactis.

De quo plenē habet J. sup verbo, *Mortuo itaq; testatore*, tractādo de secūda testatorū pfectione, quæ aditione hāreditatis inducitur, ver. & licet per factū probatur animus, & c. J. vterius dico, quōd licet in generali appellatione bonorū suorū non veniāt bona feudalia, emphyteuticaria, aut liuellaria, vt eleganter dicit Bar. in l. vt iuris iuradi. §. si libert. ff. de operis libe. quia nō sunt propria testatoris, secundū Bal. in d. l. quoniam nouella. vbi Sali. & in l. si quādo. C. de inoff. testa. §. illud. aded, quōd filius qui fratribus suis pactum fecit de nihil petēdo in paterna hāreditate, nō obstāte tali pacto poterit petere feudum & emphyteusin, secundū Bar. in litem videndū. §. si ff. de peti. hā. & plenē habuistis in verbo. *Duas habes filius*, dum tractauit de pacto de non succedendo. Pariter etiā ex testamēto vasalli vel emphyteutæ veniunt in hāredis institutione nedum bona corporalia & incorporalia, patrimonialia, seu allodia nemini subiecta, sed etiā emphyteutica & feudalia, quæ testator in feudū tenebat, aut emphyteusin ab alio domino directo, quæ licet alienari non possint sine cōsensu domini inter viuos, vt l. si. C. de iure emphyt. & c. potuit de locato. tamē in eis potest hāres institui. Et si nihil dicatur, veniūt in institutione hāredis secundū Docto. ibi maximē in p̄senti regno, vbi feuda sunt ad instar patrimoniorum redacta, secundū Io. Fab. in Auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. vt dixi plenē super verbo, *Et vxore nomine Adelasiam*, in 10 j. art. & v. decisione. Et etiam venit in institutione hāredis ius patronatū, quāuis ecclesiasticum: quia trāsit cū vniuersitate bonorū. c. ex literis. de iure patrona. licet fœminæ essent hāredes institutæ. c. cum seculū. eo. tit. & c. si. & vtrubiq; Pan. de cōcel. p̄ræb. Attamē hęc Adiecta Raynutij filia, cui à patre erāt cetera bona relicta, censetur instituta etiam in feudis, & quibuscunq; aliis bonis, cuiuscunq; forent cōditionis, attento qd nullus alter apparebat hāres vniuersalis. Imō tunc appellatiōe bonorū vasalli & homines testatoris, & quæcūq; iura ei cōpetētia actiue

& passiuē etiā iurisdictiones & dominatiōes, vt not. Bal. in l. liberti. vlti. col. de opeli. & tenet Ioan. Fab. in §. j. in f. de rerum diu. exceptis regnis, quæ nō veniūt, p̄sertim regnū Frāciæ, de quo Rex dispone re nō potest, etiam instituendo illū cui pertinere debet, vt dixi super verbo, in eodem testamento relinquens, j. in xvij. limitatione. Plus consuluī Lud. consi. lxxxj. quōd si testator instituerit vnum in bonis, quæ habet Tolosæ, & alium in bonis, quæ habet Caturci, vbi ferē habet omnia bona sua, & ille talis testatori p̄ræmoriatur, eo tunc institutas in bonis Tolosæ per ius accrescendi sit omnium bonorū hāres. Cū diuisio bonorū non inducat patrimonij diuersitatē in ipso priuato, cuius vnum tantū potest esse patrimonium. l. iuris peritos. §. cū oriundus. ff. de excusa. tuto. Quia nō est sicut in milite cui patrimonij diuersitas adesse potest. l. si certari. §. Julian. ff. de r. sta. mili. & l. j. C. illo co. ti. Et ratio p̄missorū est, ne testator decessisse videatur pro parte testat, & pro parte intestatus. Lius nostrū. ff. de reg. iur. & in §. hāreditas. in f. de hā. in f. quod si nō potest de iure in pagano, nisi cōsuetudo patriæ vel ciuitatis esset in contrariū: quia tunc posset vniuersiq; decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, secundū Bal. in l. de quib. vij. col. vbi hoc probat bona ratione. ff. de legi. Et qd tunc appellatione bonorum veniant vasalli, tenet Bal. in l. j. in ij. lectu. ff. de statu. homi. Aliās autē si filius fuisset hāres vniuersaliter institutus, ille cui testator reliquit bona mobilia & immobilia, haberetur loco legatarij, arg. l. quoties. ff. de hā. in f. Quoniam eo casu illa verba nō continent vniuersalia bona, quia nō cōprehenderent iura. Et etiam fuisset, si noster testator dixisset, Adiectæ relinquo ceteras res: quia tunc cū verbū rei, sit generale. l. j. §. si. ff. si cer. pet. illa verba important hāredis institutionē vniuersalē, considerat qd nemo alius fuerit vniuersaliter institutus, secundū Bar. in d. l. Quintus. §. argēto. ff. de auro & arg. lega. Et sic veniūt oīa mobilia, immobilia, iura & actiones, ita qd omnia trāsunt actiue & passiuē tanquam in hāredem ratione p̄dicta, scilicet ne testator dicatur pro parte decessisse testatus, & pro parte intestatus. Nam licet appellatio bonorū plus cōprehendat, quā appellatio rerum, secundū Bal. in d. l. j. ff. de sta. ho. Tamē hoc casu in omnibus æquiparatur. Ita qd nō refert, an testator simpliciter dixerit, relinquo cetera bona, vel dixerit, relinquo bona mea, & res meas. Nā ratione p̄dicta hęc nomina possessiua meū, tuum, aut suū, vniuersalē dispositionē non restringunt, vt est tex. hic dū dicit, cetera bona sua. vbi hoc p̄nomē *sua*, nullatenus restringit, quin institutio hāredis fuerit vniuersalis, taliter qd omnia indifferenter veniūt etiā iura, actiones, vasalli, bona emphyteuticaria, liuellaria p̄sentia & futura, secundū Bal. in d. l. j. in ij. lectu. de statu ho. Et idem si dixisset, relinquo quicquid habeo in bonis vel rebus meis, vt ibi dicitur. Idē si dixisset, relinquo ceteras possessiones: quoniam tunc omnia actiue & passiuē veniunt, vbi alius non reperitur in testamēto hāres vniuersaliter institutus, & hoc ratione p̄dicta, Quinimō licet testator certam rem exprimēdo relinquat generaliter ceteras res, nō videatur per clausulam generalē, nisi res similes specificatis & nō diuersas. l. si. §. cui dulcia. ff. de vino tri. & oleo. & c. sedes apostolica. vbi Panor. & Docto. de rescri. Attamen si in tali testamēto nō esset alius hāres vniuersaliter institutus, ille cui eo modo relicta esset, erit hāres, & omnia habebit,

bebit, quāuis dissimilia specificatis. Quod est aded verum, qd etiā si testator nō dixerit, relinquo bona aut res vel possessiones vbicunq; sitæ existāt, in tali institutione veniūt omnia & singula bona testatoris quāuis extra territorij, imō extra regnū sita per rationē p̄dictā. Nā institutio hāredis in parte vel in certa re quāntūcunq; minima facta alio non dato hāredē vniuersali, ad totā & integrā testatoris substantiā trahitur & hāreditatē. l. j. §. si ex fundo. ff. de hā. redi. in f. Ne testator dicatur pro parte decessisse testatus, & pro parte intestatus, secūs autē esset in legatis vel donationibus loco hāreditatis non expeditis. Vnde si quis diceret, do tibi bona vel res mobiles & immobiles, nō veniūt iura neq; actiones: vel si quis diceret, do tibi bona mea, vel res meas, non veniūt nomina debitoris: quia illud est meū, quod vdiē are possim. vt d. l. Quintus. §. argēto. Sed nomen debitoris vendicare nō possim, cū personalis actio & realis distinguantur, vt species quāsi oppositæ. instit. de actio. §. omniū. P̄tercā hoc pronomē mea, est possessiuum. Or iura personalia nō possidētur per l. si. quorum bonorū. & sic nō includūtur in tali donatione, maximē si donator dixerit, do bona sita & posita: quia talia iura nō sūt entia realia, quæ situari possint, nec esse possunt in loco. Ergo nō veniunt in tali donatione, secundū Bar. in d. l. potest pupillus. ff. de aucto. tut. Si autē donator diceret, do bona mihi pertinentia, aut res: tunc nomina debitorum includerēt: quia verbū res, est generale, & verbū pertinere est etiā generale, vt d. l. j. ff. si cer. pet. & l. verbū pertinere. ff. de verb. sig. Et idē est in verbo, habeo. Puta si diceret, do tibi omnia bona quæ habeo. Nā habere dicimur ea, quæ in credito habemus. ff. de reg. iur. l. qui actionem. & ff. de acquir. rerū domi. l. rem in bonis. Sed si dico, dono tibi id quod habeo Caturci, vel Tolosæ, actiones personales nō cōtinentur: quia locus non circumscribit illa incorporalia. l. Caius. ff. de leg. ij. Nam hoc casu non est sicut in hāredis institutione, quæ vt dixi omnia cōprehendit. Si autem dixi, dono tibi omnes possessiones meas, non continētur mobilia, puta libri, vel se moentia, vt sunt boues & cetera animalia: cū secundum communē vsum loquendi, talia non veniunt appellatione possessionum, secundum Cyn. in l. si. C. de cōpen. & Bal. in d. l. j. ff. de statu homi. facit glo. in l. j. ff. de acquir. rerū domi. quæ dicit qd improprie dicitur possessio rerū mobilium. Et ita etiā tenet Bar. in l. vxorem. §. lega uerat. ff. de leg. ij. quæ sequitur Ioā. de Plat. in l. rura. C. de om. arg. deser. lib. xj. Et hoc verum, qd appellatione possessionum nō veniūt libri, nec ceteræ res mobiles, nisi ille donator in suo patrimonio nihil aliud haberet, quā libros, vel alia mobilia: quia tunc veniunt libri, maximē qui afferunt fructus vberes, & possessiones faciunt pingues. Cū si tunc aliter diceremus, legatū seu donatio esset inutilis, secundum Barba. in c. possessiones. de rebus eccle. nō alienan. Et nō cēsentur tūc solū possessiones donatæ, sed plena proprietates earū secundum Panor. in c. penult. de fur. per l. interdum. ff. de verb. sign. Ideo dicit Bal. in d. l. j. de sta. homi. qd si ego do, aut lego quicquid habeo in domo: venit etiam firmamentum, quod in domo est, dum tamen nō sit venale: quia illud non veniunt. l. generali. §. vxori. ff. de v. usufr. lega. vbi plenē Alex. & plenē Bar. in l. diuus. ff. de bo. damnā. & Bal. in rub. C. de verbo. sign. Nec aliæ merces venales in tali dispositione veniūt, vt d. l. generali. sicut nec nūmi seu pecunie ibi repositæ vt mutuo dētur, vel aliās

de p̄senti erogentur. l. si chorus. §. his verbis. ff. de lega. iij. secūs si, vt ibi p̄petuo sint, vt ibi, & l. si mihi. §. his verbis. & vtrubiq; Bar. eo. tit. de leg. iij. secūs si dixisset, lego omnes res meas, nō adiectis his verbis, quas domi habeo: quia venalia non censentur esse in domo, sed extra. Ideo nō veniunt appellatione eorū quæ domi sunt, nisi dicerem, lego quæ domi sūt quo quomodo, quo casu etiā veniunt venalia. Idem si in domo aliquid non haberet, nisi venale: quia illud veniret, ne legatū sit inutile, argu. l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instr. & l. pediculis. §. itē cū. ff. de auro & argen. lega. dū tamē illę mercetię venales sint ipsius testatoris, aliās nō: quia verbo generalis, nisi ius tantū donasse, aut legasse videtur. l. vxor patri. C. de le. & ff. de cōtrahenda. empt. l. qui tabulas. secundū Bar. in d. l. generali. §. vxori. P̄tercā hoc verum, qd legata domo vel legatis his, quæ domi sunt, nō veniūt merces venales vbi sunt aliæ res, nisi legatū esset factum filio testatoris. Quo casu si alij hāredes non nimis grauentur, puta stante vteriori amplo patrimonio, tunc in legato res venales domi existētes includūtur per tex. singularem in l. quæ situm. §. sed & ipse papę ff. de fundo instr. qd quia ardor charitatis paternæ verborum inducit dilationē. l. Aurelius. §. Titus. ff. de libe. leg. Similiter dicebat Bar. in d. l. vxori. §. lega uerat. ff. de leg. iij. qd appellatione possessionum non venit pecunia, nec comprehenditur in donatione vel legato possessionum, nisi talis pecunia fuisset ad bancum deposita pro emendo possessiones: quia tūc legatis possessionibus videtur legata pecunia. l. iij. §. quid ergo. ff. de contra. iudi. tutela. Vnum tamen menti tenebitis, qd vbicunq; in lege apponitur verbum plena, tūc possessio capitur pro dominio & possessione, per tex. singularem in l. raptores. C. de epif. & cleri. & ibi Bar. Et idem si apponatur hoc verbū, plenissimum dominū, qui modus loquendi non est alibi, secundum Bald. in l. j. C. de nudo iure quiritū tollen. de quo plenē dixi supra in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, in primo principali articulo. & ij. decisio. Et si diceret, lego res meas, quas habeo in tali territorio. Ex hoc videor legasse seu donasse homines meos & subditos meos, quos ibi habeo, per tex. singularem in l. talem. §. si. ff. de hā. in f. dum tamē non sint mihi sanguine coniuncti. Quia in generali sermone non p̄sumitur quis loqui contra sibi cōiunctos, vt ab eo seu hāredibus suis separētur. l. obli gatiōe generali. ff. de pig. & l. humanitatis. C. de excusa. tuto. facit ca. postremū. de appel. & d. l. talem. in fin. & est bonus tex. in l. possessionum diuisiones. C. communia vtriusque iudi. Ideo dicebat singulariter Bal. in l. si hāredes. C. de testa. manu. qd abbas trāsige re non potest de monacho vel conuerso, nisi cū decreto superioris. Cū æquiparētur rebus immobilibus per illū tex. Sed quid si donē quicquid habeo in bonis, & habeo vsum fructū formalem, an videar donare ipsius cōmoditatē? Et videtur, qd non l. j. ff. de v. usufr. lega. quia illud nō est aptū esse de proprietate, & vsum fructū formalis, non dicitur proprie de bonis meis, quāuis p̄cise nō extra bona mea arg. cōtra in d. l. vxor patri. C. de legibus. Sed pone qd dedi omnia vtenilia mea, nūquid includantur communia mihi & Titio? Et Bal. in d. l. j. dicit, quōd nō: quia alterum ex simplicibus, id est, alterum extremum non continet mixtum. ff. de lega. iij. hoc legatum. & ff. de leg. j. l. serui electione. §. ij. & fin. Ex quibus omnibus resultat quæ sunt illa, quæ veniunt appellatione bonorum, aut rerū vel possessionum, de

quo plenè p Gul. de Cug. Bar. & Bal. in d. l. j. ff. de sta-
tu ho. Ange. in §. si in sti. de iure natu. Bal. in l. si
constante. in si. ff. sol. ma. & Barb. in j. parte. consil. xxxv.
Videatis Bal. tit. de allodiis c. j. iij. col. & i. c. j. iij. col.
de capit. qui curiã vendi. in vñbus seu. Vbi etiã deci-
dit, an donato & legato castro videatur donata iurif-
dictio. de quo plenè in l. j. §. cum vrb. ibi Doct. ff.
de offic. præfect. vrb. videatis gl. & Panor. in c. con-
questus. de foro compe. & in c. cum inter. de re iudi.
vbi decidit. Quid si donetur castrũ vel alia res ple-
no iure. * Viso quid importat relictũ bonorum, vel
rerum aut possessionũ, quotidianũ succedit dubiũ,
quid importet relictũ vsufructus bonorũ vel re-
rum? & cõmunis Doct. cõclusio est, qd si tale relictũ
fiat vxori testatoris, vbi testatoris descendentes sunt
hæredes: nõ habebat vxor cui talis relictus fuit vsuf-
ructus, in bonis & hæreditate mariti nisi vitam ho-
norabilem, prout antè viuente marito habere con-
sueuerat, ita quòd hoc casu relictum vsufructus om-
nium bonorum nõ plus importat, q̃ simplex reli-
ctum alimentorum, vt eleganter decidit Bar. in l. Ti-
tia. §. Titia. ff. de leg. ij. & in l. j. cum auth. hoc locum
habet. ibi posita. C. si mulier secundò nupserit. vbi
plenè Cyn. & Salic. & Bal. in l. si. C. de indicta vidui.
Sed indubitanter habebit alimenta, scilicet illa vxor
quam testator habebat tempore testamenti facti, cui
reliquit vsufructum. Si autem testator post testa-
mentum superuixerit, & secundam vxorẽ duxerit, ta-
li secundæ vxori non deberentur etiã alimenta, se-
cundũ Bal. in d. l. si. C. de indicta vidui. * Sed Alexã.
20 ibi in addi. tenet contrarium. Videatis eundem opi-
niones concordantem in ij. parte, consil. clxxij. inci-
p. viso processu causæ. Et in dicta authen. hoc locũ ha-
bet. dicit Salic. vnum singula. verbum, videlicet qd si
filius testatoris & extraneus sint cohæredes, & mater
filiij relictã fuerit omnĩ bonorũ mariti vsufructua-
ria, ille extraneus gaudebit priuilegio à lege dato ip-
si filio, vt in vtraq; hæreditatis portione, mater testa-
toris vxor non habeat, nisi sola alimenta & præemi-
nentias, quas cum marito habebat, secundum Bar. in
d. l. Titia. Et idem si legaretur concubinæ aut matri,
vel forori testatoris, vbi vt dictum est, fuerunt filij
ipsum hæredes instituti, secundũ Bal. in d. l. si. Et idẽ
est de conuerso, si vxor filius institutus maritum relin-
quit dominũ omnĩ bonorũ, & vsufructuarium:
quia tunc maritus nõ habebit nisi alimenta cũ filiis,
secundum Bal. & Ange. in d. auth. hoc locum habet.
Quod verum intelligatis, quòd sola alimenta habe-
bit virtute legati: sed eo quia pater, & per cõsequens
legitimus administrator bonorum maternorum, &
aduentitiorum sui filij, aliud esset. l. j. C. de bonis ma-
tern. & l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. quia ratione
patriæ potestatis haberet fortè vsufructum totius
hæreditatis, nisi diceremus illis legibus derogari
per specialem testatrix dispositionem, cogitabitur.
21 * Et præmissa intelligatis vera, scilicet qd vxor per
maritum relictã domina & vsufructuaria omnium
bonorũ non habebit nisi sola alimenta, nisi aliàs cõ-
staret expressè de voluntate mariti defuncti, qd volue-
rit vxorem habere, & percipere integros fructus hæ-
reditatis, vel de hoc constaret per cõiecturam: quon-
iam eo tunc vxor perciperet integrũ vsufructum
bonorum mariti, vt eleganter consuluit Paul. consil.
cclxxxix. incipit. quòd vxor quondam. vbi maritus
vxori legauerat in testamento alimenta, & postea in
codicillis legauit eidem omnium bonorum vsuf-
ructum, cum appareat de mente testatoris fuisse, qd

vltra alimenta vsufructum habeat, vt ibi per mul-
tas efficaces probat rationes. Et idem in casu conuer-
so, in marito relicto vsufructuario. Sanè intelligatis,
qd vxor nõ habeat nisi sola alimenta, vbi filij testato-
ris hæredes instituti superuixerunt patri, & adierunt
hæreditatem: quia tunc, vt dictum est, vxor testatoris
defuncti omnium bonorũ vsufructuaria non habe-
bit nisi alimenta. Et idem si filij testatoris hæredes in-
stituti essent pupilli, qui post mortẽ patris postquã
fuerunt hæredes, decederent in ætate pupillari, ita qd
hæreditas deueniret ad pupillariter substitutos, quã-
uis extraneos: quia non haberet vxor nisi alimenta,
de quo tamen videatis Bar. in d. l. Titia. in si. ff. de le-
ga. ij. & plenè per Alexã. plenè cõcludentem in l. &
si cõtra. v. col. ff. de vulg. & pupil. Si autem filij testa-
toris hæredes viuo patre testatore decederent, & sic
hæredes non essent, & hæreditas veniret ad succedẽ-
tes ab intestato collaterales, tunc vxor testatoris
deberetur integer omnium bonorũ vsufructus, se-
cundum Alex. in ij. parte, cõsi. xlij. incip. viso. p. cõ-
su. Præterea intelligatis verum, qd vxori non debentur
nisi sola alimenta, si relictũ vsufructus ei factum
sit vniuersale de omnibus bonis, vt d. l. j. C. si mulier
secundò nup. si autem vxori relictus foret vsufructus
certarum rerum, qui vltra alimenta ascendit, eo tunc
debetur sibi earum rerum integer vsufructus, secun-
22 dum Bal. in l. si pater. per illũ tex. C. de vsufu. * Nã
legatum vsufructus tunc sola alimenta importat,
quando est vniuersale, de quo videatis pulchra per
Bal. & Alexã. in l. si filius à patre. v. col. ff. de libe. &
posth. Et hæc vera, vbi filij testatoris essent hæredes
instituti, sed si instituti essent extranei, vel alij paren-
tes testatoris, quãm descendẽtes liberi, puta quia in-
stituti fuerunt collaterales, tunc vxor integer habere-
t vsufructum totius hereditatis, secundum Iaco.
Butri. in d. l. j. C. si mulier secundò nupt. quem sequi-
tur Pau. in præfatio. cõsi. in fin. licet Bar. in d. l. Titia.
hoc indecisum reliquit. Et idẽ puto, si filij testa-
toris fuerint hæredes instituti, qui postea à paterna hæ-
reditate abstinerunt, ita, qd hæreditas ad extraneos
medio vulgaris substitutionis deuenit hæredes sub-
stitutos, secundum Bar. in d. l. Titia. & Pau. in d. consil.
ij. col. Quoniam hoc casu vxor integer percipiet
vsufructum: quia quòd vxor sola percipiat alimẽ-
ta, fuit fauore filiorum introductum hæredũ à patre
institutorum: ergo locum nõ habet, vbi nõ sunt effe-
ctualiter, vel esse desinunt hæredes. Si verò ipsis here-
dibus institutis, non vxori, sed extraneo relictus fue-
rit omnium bonorum vsufructus, tunc talis legata-
rius integer cõsequetur vsufructum, prout ver-
ba relictã sonat: deducta tamen legitima iure naturæ
filiis hæredibus debita, quam incõtinenti sine aliqua
tẽporis dilatione habebunt tã in proprietate, quã
vsufructu, secundũ Bar. in l. vxori meæ. ff. de vsufu.
lega. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de pig. §. j. Bar. in l.
quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Doct. maxi-
mè Alex. in authen. nouissima. illo eod. titu. & in d. l.
vxori meæ. Et demũ mortuo illo vsufructuario ple-
nam habebũt proprietatem cum vsufructu per mor-
tem vsufructuarij cõsolidatam. Quinimò plus deci-
23 dit Barb. in c. fin. ij. col. de pig. & qd licet filius fuerit à
patre in vsufructu omnĩ bonorũ institutus, tamen
computare nõ tenebitur illum vsufructum in legiti-
tima, & ita refert consuluisse Petr. de Ancha. consil.
cxvij. Et ratio est, quia legitima filij debetur in reb.,
& substantia testatoris, nõ in solis fructibus. Et idem
esset, si vsufructus vltra dodrantẽ esset relictus: quia
deduce

deduceretur seu detraheretur Falcidia. l. omnũ re-
rum vsufructu legato. ff. de vsufu. & idem esset vbi
filiis hæredibus institutis, & vxore relicta omnium
bonorum vsufructuarij, & bona patris deducta legiti-
tima filiorum, non essent sufficientia ad vxorum ali-
menta. Quia eo casu poterunt filij de paterna hære-
ditate legitimam, in qua grauari non possunt detra-
here, & de residuo alimẽta vxori testatoris prestare,
per d. l. quoniam in priorib. secundũ Sal. in d. authen.
hoc locũ. circa fin. Vnde restat cõclusio, qd in pun-
cto nostro institutis liberis testatoris vxor omnium
mariti relicta domina & vsufructuaria, nõ habebit
nisi alimenta: sed institutis extraneis hereditas, vxor
integrum habebit vsufructum. Cũ hoc casu non
militet fauor liberorum, nisi vt supra dixi, fuissent
extranei simul cum liberis hæredes instituti. Nec est
verũ, quod voluit idẽ Bal. in d. l. si. C. de indicta vi-
d. vbi decidit, qd vxor testatoris in casu præmissio
quando soli extranei fuerunt hæredes instituti, non
habebit nisi dimidiam vsufructus, & alteram dimi-
diã habebunt extranei hæredes instituti, per l. si alij.
ff. de vsufu. lega. quia secundum Pau. in d. consil. illa
lex loquitur, quãdo testator vni legauit fundũ, alteri
verò vsufructũ eiusdem fundi. quo casu ideo con-
currunt in vsufructu ambo legatarij, quia fundi app-
24 datione cõstitit ex proprieitate & vsufructu, ita quòd
altero deficiente non diceretur fundus, sed nuda pro-
prietas, vel nudus vsufructus. l. qui vsufructum. ff.
de verb. obl. Idcirco relinquẽdo vni fundum voluit
testator, qd etiam habeat fructus, nõ nudã proprieatẽ.
Sed cũ vnum instituit vniuersaliter, & alteri legat
vsufructum bonorũ, non cõstat, neque apparet ex
aliquo, qd voluerit hæredẽ institutum participare de
vsufructu, cũ hæreditas cõstitit ex proprieitate in iure ab-
stracto à proprieitate & vsufructu: quia hæreditas dici
potest sine aliquo corpore, cũ sit vniuersum,
quod defunctus habuit. l. hæreditas. ff. de pet. here. &
l. nihil aliud. ff. de verb. sig. Nec ergo apparet ex signi-
ficato institutionis, qd testator voluerit hæredẽ insti-
tutum participare de vsufructu viuẽte vsufructuario,
ideo integer vsufructus pertinet ad legatarium seu
vxorẽ legatariã, proprieitas verò ad hæredem, vt d. l.
25 omnũ de vsufu. * Et quoties legatur integer vsuf-
ructus, vbi integer vsufructus debetur omnĩ bo-
norũ, veniunt quicunq; fructus & proventus ex aliis
bonis proueniẽtes, ac quæcũq; obuentiones. l. vsufu-
ctu legato. ff. de vsufu. Nec non ea veniunt, quæ sunt
in noniibus debitorũ, ita qd talis vsufructuarius
exhibet debita testatoris per tex. not. in l. vxori meæ.
ff. de vsufu. lega. vbi habetur, quòd vsufructuario
debentur prouetus Calendarij. Or Calendariũ nomi-
na cõtinet debitorũ. l. qui filium. secundũ Bar. ibi in
princ. ff. de leg. ij. ergo in tali vsufructu veniunt debi-
ta, & obligationes quæ defuncto cõpetebant, & si na-
liter nulla res est, quæ nõ cadat in vsufructũ lega-
tum. l. vsufructu bonorũ legato. ff. ad legẽ Falc. in si.
Quod est verũ, siue testator simpliciter dixerit, re-
linquo vsufructũ omnĩ bonorũ, siue addiderit
pronomẽ possessiuum meorũ dicẽs, relinquo vsuf-
26 ructum omnĩ bonorum meorũ. * Quia hæc pro-
nomina meum, tuum, suũ, iuncta cum illo vniuersali
omnium, nõ restringunt legatum. Idẽ si indefinitè
diceretur veluti, relinquo vsufructum bonorum meo-
rum, secundum Bar. in d. l. Quintus. §. argento. ff. de
auro & argento lega. per tex. in d. l. vxori meæ. Nam
appellatione fructuum continetur etiã quodcunq;
interesse testatori cõpetens, vt eo mortuo possit per

talem legatarium peti & exigi. loci corpus. §. j. ff. si
seruitus vendi. quem ad hoc ibi expressè not. Bal. &
idem Bal. in l. si quid. C. de serui. & facit text. in l. de-
ducta. §. hæreditac. ff. ad Trebellia. secus autẽ esset,
vbi testator relinqueret vsufructum omnium bo-
norum mobilium & immobilium. Quia tunc in tali
vsufructu legato non veniunt nomina debitorum:
quæ cũ sint incorporalia, nõ veniunt appellatione
mobilium & immobilium. Et idem de cæteris iuribus
incorporalibus. Quinimò talia iura faciunt tertiam
speciem bonorum, ad cõ quòd nullatenus sunt eadẽ
cum mobilibus & immobilibus. l. à diuo Pio. §. in
venditione. ff. de re iudicata. Et in propriis terminis
consuluit Bart. consil. xlix. incip. Filius Petri de Flo-
rentia. Et qd hæc iura incorporalia non sint eadem
cum mobilibus & immobilibus, patet: quia ab eis dis-
ferunt in substantia, natura, & eorũ effectus produ-
27 ctione. * Nam bonorum mobilium & immobilium
substantia est diuisibilis & corporea, iurium verò in-
diuisibilis & incorporea. Præterea mobilium &
immobilium est vera possessio, nõ autem iurium &
actionum. l. seruis. qui. §. incorporales. ff. de acquir.
rerum domi. Postremò mobilia triennio, & immo-
bilia longo tempore præscribuntur. Actiones verò
personales sunt regulariter perpetuæ, saltem triginta
annis durantes. l. ij. C. de constit. pecu. secundum Ber-
nard. Landrian. in addi. super dicto consil. Bartol. &
fuerunt originaliter verba Dyni in cap. sine possessi-
one. de regul. iuris. lib. vj. Ex quibus omnibus su-
pradictis resultat decisio ad plures quotidianas que-
stiones. Et prius nõ ad id de quo Bartol. dicit in factõ
respõdisse in l. diuortio. §. si vir. & §. si fundum viro.
28 in si. ff. sol. m. atri. * Quòd si maritus legauerit vxori
vel alicui alteri vsufructum omnĩ bonorũ, emo-
lumentum quod percipitur ex protocollorum ex-
plicatione, quia fortè fuerat notarius, non pertinet
ad legatarium vsufructus bonorũ. Et ratio est, quia
illud quod semel perceptum est, & non renascitur,
non dicitur esse in fructu per illum tex. Sed reditus
seu emolumentum protocollorum non reiteratur,
quia postquam instrumentum semel editum & in-
grossatum est à notario, nõ debet iterum edi seu in-
grossari sine iusta causa. l. si quis ex argentiis. §. fin.
cum l. sequ. en. ff. de eden. secundum Bart. & Imol. in
dicto §. si vir. Et consuluit in propriis terminis idẽ
Bar. allegato cõsi. xlix. & tenet in l. quædam. §. nihil.
ff. de eden. & Gui. Papæ. q. cccccc. l. j. dicit tamẽ Bart.
in dicto §. nihil. in fin. qd emolumentum scripturarũ
reiterabilium ex quibus sap. & pluries pro copian-
do, & exẽplando semper percipi potest commodũ,
certè veniret in fructu, & deberetur vxori, aut alteri
vsufructuario, sicut sunt libri statutorũ & reforma-
tionum, & ordinationum regiarum, quibus singuli
pro negotiis cõtingentibus semper indigebunt pro
iustificatione suarum causarũ, & regimine suorum
negotiorum. Sed aduertatis, quia ex his quæ supe-
rius fuerunt dicta, communiter tenetur contrarium
prout venuerunt Pau. & Lud. in dicto §. si vir. & §. si
fundum. Primum per tex. in dicta l. vsufructu lega-
to. ff. de vsufu. vbi in vsufructu bonorum legato
venit quicunq; fructus reditus & proventus, nec-
non obuentiones. l. vsuras. ff. de vsur. Secundò per
tex. ad hoc not. in d. l. vxori meæ. ff. de vsufu. lega.
vbi vsufructuario debetur Calendarium seu Calen-
darij proventus, & tamen nomina debitorum semel
exacta non renascuntur: quia bona fides nõ patitur,
vt bis idem exigatur: ergo & c. Sed saluando opin.
G. g. ij. Bart.

Barto. vt sit inter patres concordia. capere possumus verba Bal. in l. j. ver. quæro an vxor. C. de fruct. & li- tiu expen. vbi eleganter dicit, qd si quæritur verum pe- cunia. quæ ex protocollorū exemplatione redigitur. 31 pertinere debeat fructuario omnium bonorū quo ad potestatem vtendi & fruendi duntaxat. & dicendum est, quod sic. Sicut vti potest, & frui quacūq; pecunia hæreditaria. l. j. C. de vsufu. Et ita loquitur d. l. vxori meæ. vbi pecunia redacta ex nominibus debitorū pertinet fructuario, quo ad vtendū & fruendum so- lum, & duntaxat: vt scilicet post mortē vsufu- tatiū reddatur proprietario, iuxta §. cōstituitur. 32 Infit. de vsufu. Nam si aliter diceremus & testator in hæreditate non haberet nisi nomina debitorū, se- que- retur, qd proprietarius nihil villo tēpore haberet, & ita verificari potest opinio Pau. & Ludo. Aut quæ- ritur, vtrū pecunia ex protocollis redacta pertineat & spectet iure proprio, & irrevocabiliter ad vsufu- ctuarium omnium bonorum, ita qd post illius mortem nulla pecunia reddatur proprietario hæredi, & dicē- dū est, qd nō. Et hoc modo procedere potest opinio & consilium Bar. qd talis pecunia nō pertineat vsu- fructuario. Et secundū hāc distinctionē intelligi po- test d. l. vsufu-cto legato. vt etiā voluerunt Agel. & Fulgos. in d. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. vbi dicit, qd si maritus legauit vxori vsufu-ctū protocollorū, tunc percipiēda debent esse mulieris: quia ita videtur esse de mente testantis. Allegant text. in l. si tam angust. ff. de serui. & tex. cum glo. in l. si fundus. in princ. ff. solu. matri. Et prædictā distinctionē opinionum concordatiam tenuit idem Bald. in d. l. diuortio. §. si fundum. vbi Alex. & Fran. Aret. ff. solu. matri. secundum quos non obstat d. l. si vsufu-cto le- gato. quia tex. ibi loquitur de obuentione procedēte ex re cuius vsufu-ctus relictus est, quæ indubitanter 28 vsufu-ctuario pertinet. † Vnde nota est dictio ex, quæ causam denotat immediatam. l. j. in princ. C. si seruit. extero. l. nō dubium. C. de legi. & l. j. §. ex incēdio. ff. de incen. ruina vel naufr. Sed illa pecunia quæ percipitur ex protocollorū exemplatione, non dicitur percipi in, nec de protocollis immediate, sed percipitur propter protocolla. Et † dictio propter, causam denotat mediatam. l. co tempore. §. fin. ff. de pecl. hanc etiam opin. sequitur Bernar. Landr. in addi. super dicto consilio Bar. Eandem distinctionē tenet Iason in effectu in dicta l. diuortio. §. si vir in fundo. Et hoc modo decidi potest alia quæstio, de 29 † thesauro inuēto in fundo, cuius vsufu-ctus lega- tus fuit, quia non pertinet vsufu-ctuario, vt illum faciat suum, nisi quo ad vsufu-ctum quādiu viuet: & vsu- fructu finito cum cum fundo restituet proprietario: quia thesaurus nō dicitur procedere ex fundo cuius vsufu-ctus relictus est, vt dicatur emolumentum reuerabile, quod annis singulis, aut sæpe reiteretur. Præterea thesaurus in aliquo loco inuentus, seu 34 illius acquisitio causatur, & regulatur à vero domi- nio non cōmutabili, non autem à dominio commu- tabili. l. j. C. de thesauris. lib. xj. Ideo videmus, qd viro qui est dominus fundi dotalis, & sic plus quāam vsu- fructuarium. l. doce ancillā. C. de rei vendi. non acqui- tur thesaurus: sed tēpore restitutionis dotis restituet eum cum fundo dotali. Et idem de illo, qui habet ius in re tantū, vt est creditor fundū habens hypothe- catū, in quo reperit thesaurū, qui licet propter cessa- tionem solutionis debiti impetrauerit ius dominij, post quā impetrationē potest debitor intra biennium recuperare pignus, certē recuperabit thesaurū simul

cum pignore integrum, si ipse illum inuenit, vel pro dimidia si alius eū inuenisset, vt clarē decidit Ioā. de Pla. in d. l. j. de thesauris. etiā ex supradictis deciditur. Si † gabellarius, id est, emptor gabellarum vel pe- dagiorum decesserit durāte tēpore firmæ suæ relicta vxore omnium bonorum suorū vsufu-ctuarium: quia vxori debebitur reditus gabellarum, quas firma du- rante poterit exigere: sed præstita cautione hæredi de restituēdo exactū finito vsufu-ctū, secundū Bald. in l. j. C. de vsufu. quem sequitur Ioan. Bertachini in suo tract. de gabellis. parte ij. in q. xxx. † Quæ autem sunt illa, quæ veniunt appellatione fructus, reditus, prouentus, obuentionū ac emolumentorū, videatis glo. in c. generali. de elect. lib. vj. tex. & gloss. in cle. statutu. de elect. & in c. grādi. de sup. neg. præla. l. vj. Bal. in l. videamus. la. grāde. ff. de vsufu. in lectura an- tiqua. per Doct. in c. pastoralis. de don. & Bal. in l. co- hæred. C. famil. c. c. §. c. Similiter ex præmissis alia soluitur quæstio. Alicui relictus fuit vsufu-ctus omnium bonorū, in quibus sunt multæ directitates ac iura va- fallorum & emphyteutarum: nunc dubitatur cui ap- plicari debeant lucra reuocationū dīctorū fructorū, sicut sunt acapita, laudimia, & cetera iura feudalia, quæ doming debentur. Et certē Oldr. c. d. s. xxiiij. inci. Quod domina vsufu-ctuariz. & Ioan. And. in addi. Spec. tit. de locato. §. nūc aliqua. vers. xciiij. quaritur, in addi. posita super verbo, qui tabernas. vbi videtur cōcludere prædicta lucra vsufu-ctuario pertinere ad vtendum & fruendū, quādiu viuet vsufu-ctuarium, & durabit vsufu-ctus. Sed eo finito per mortem fru- ctuarij, vel aliās perueniēt omnia ad proprietarium, prout fuit dictū supra de emolumentis protocollorū secundū aliquos. Alij verō tenēt, qd lucra reuocatio- nū & recognitionum absq; aliqua restitutione pro- prietario imposterū sūda: tamē secundū aliquos: p- se reuocationes & inuestituræ fieri debēt per pro- prietariū, ac officiariorū creationes, secundū Paul. in d. l. vsufu-ctus omnium bonorum. ff. de vsufu. Semel tamen dictum fuit per Arrestum in Parlamento me- scholari existēte Tolosæ anno domini M. cccclxxxix inter dominū Anto. de Morlhone, tūc & nūc secun- dum Præsidentem in Parlamēto Tolosæ propieta- rium, & dominam vsufu-ctuariam, qd ipse Præsides dominus proprietarius castri Marini de cecis, & Se- necallia Rathonēsis, & domina vsufu-ctuarium eius- dem castri simul crearent officiariorū, & iuramentū consilij seu iuratorū castri reciperent. Si autē feuda vel emphyteutes, ppter deueria nō soluta, aut fore- facta caderent in cōmissum, tunc illo cōmissio gaude- bit fructuarium, quādiu durabit vsufu-ctus, & demū illo finito proprietarius talium feudorū commissorum & incurfa cedēt & pertinebūt proprietario. de quo videatis Oldrad. consil. cccxxix. incip. Super eo quo quæritur. & Ioan. And. in d. addi. videatis Oldr. in fi. dicti consilij. † Vbi decidit etiam de thesauro, qd non pertinebit vsufu-ctuario, quin saltem teneatur illū restituere proprietario vsufu-ctū finito, vt supra dixi. secus esset in domino vtili, putā vasallo vel em- phyteuta, qui si in fundo reperiant thesaurum, cedit eorum perpetuo lucro, & non lucro domini directi: nisi dominus directus thesaurū in feudali, fūdo, aut emphyteutico reperiret: quia tunc ratione inuentionis dimidia sibi acquireret, & reliqua dimidia vtili domino. Si autem aliquis tertius, putā Titius extra- neus thesaurum inueniret, cum dimidia debeatur do- mino feudi, certē dominus vtilis in illa dimidia præ- feretur directo, secundū Io. Fab. & Ang. post gl. ibi, in §. the

ibi, in §. thesauros. in fi. de rerum diuis. & Io. de Pla. in d. l. j. C. de thesauris. l. x. Et ita à paucis diebus cō- sului in fauorē cuiusdā emphyteutæ presentis Sen- schalia, qui modicā pecuniā valde antiquā, serē con- sumptā, & antiquitate confectā, fodicō inuenerat, quod rarō contingit, vt in consultationem deducat. 35 † Cū thesauro inuentio sit donū Dei, vt d. l. j. de thesauris. Ex præmissis etiā resultat decisio alterius quæstionis bonorū, vel alicuius castri, cui in hæ- ret iurisdicō, an banna, foriscapia, pœnæ, condēna- tiones, mulctæ, emolumentū sigilli, & officiariorum pertineat vsufu-ctuario, an verō proprietario. Et de- ciditur, qd cedūt lucro fructuarij, cū hæc omnia sint fructus iurisdicōnis, secundū Bar. in l. ff. sol. mar. per tex. in c. j. quæ sunt regalia. Idē tenet Bal. in d. l. j. C. de fruct. & litium expen. & Ang. in l. si cōstante. §. j. ff. soluto matr. Ideo dicit Bart. in d. l. si omnia illa pertinent marito, si castri aut bona in dotē data iurisdicōnem habeant, quia marito pertinent fru- ctus dotis, cui onera matrimonij incūbūt. Et ita etiā tenet Bal. & Ange. in d. l. diuortio. §. si fundū. & §. si vir. vbi Alex. prope fin. & Ange. in d. l. si cōstante. §. quoties. & Pe. de Anc. in c. ij. ne prelati vices suas. Ad hoc facit tex. nor. iuncta glo. ibi, in d. cle. statutu. de elect. & not. Felin. in cap. ad audientia. iij. col. de præscript. Si † tamen villæ in dotē data pertineret ius patronatus, tale ius præstantiū potius vxori ve- ra domina pertineret, quā marito, cui pertinent fructus rei dotalis, quæ præsentatio non est fructus, cōmodum reale afferens, seu aliquid cōferēs ad su- stinendū onera matrimonij marito incumbētia, pro quibus datur dos: sed est solum quidā honor, secun- dum Pan. singulariter in c. si. in fi. de cōces. præben- & Ias. in l. si. in fi. ff. sol. matr. Ex quibus potestis in- telligere, quid erit in pœnis & bonorum cōfiscatio- nibus ipsorum delinquentium, vel pœnis fraudatū gabellas, cuius lucro cedūt, an vsufu-ctuarij vel pro- prietarij. Similiter talia lucra, & emolumenta cōpe- tantur emptori fructuū iurisdicōnis v. l. gabellarum, secundū Bal. in d. l. j. C. de fruct. & litū. & in c. j. de feu. cog. & in rub. ff. de rerū diuis. vers. sed ponamus. Ang. Aret. in §. pœnales. in fi. de act. B. l. & Sa- lic. in l. si quis sine. per illū tex. ibi. C. de vctig. & cō- mis. Facit l. inter dū. §. diui quosq; Marcus. ff. de publi- ca. sentit Bar. in l. in puinciali. §. si ego. ff. de noui o- peris nuntia. not. Bal. in l. j. in fi. C. si propter publi- pen. Et hæc est veritas, licet Ang. in l. si quis id qd. ff. de iurisd. omnium iud. & lat. vbi. ff. de pcti. hæred. tenuerit contrarium, & malē secundum Alex. in d. l. si quis id quod. & Felin. in c. ad audientiam. iij. col. de præscript. Nisi consuetudo esset in contrariū, prout est in Delphinatu, secundū Guid. Papæ, q. cccxxij. Ob quod consuluit Barba. in ij. parte, cont. ij. quod delegatio causæ facta abbati, tranfit mortuo abbate in perpetuum cōmendatarium & administratorem, qui fructus facit suos. Et certū est, quod iurisdicō- venit in fructu secundum glo. singul. in c. cū olim. de maio. & obe. quæ dicit, qd cōferre beneficia, licet sit iurisdicōnis. c. trāsmis. de elec. tamen cōputa- tur inter fructū episcopales: ideo sede episcopali va- cante nō pertinet capitulo ecclesiæ vacantis. † Iuxta hæc quæ dicta sunt, sui sæpe in hac patria cōsultus de tali dubio, si vt in eadem patria Caturcen. con. uenit annuatim fieri, vendatur officia, fructus seu reditus iurisdicōnis, prout emere consuevit annis singulis Viguerius ciuitatis Caturci in vigilia natiuitatis Tom. i.

beati Ioānis, qui plus & vltimō offerēs emit vicariæ officij cum emolumentis, & etiā Bailiū seu baiulū aliorū locorum huius patriæ talia, & similia eis com- petunt de iure, quia (vt dictum est) veniūt in fructu, secundū Bal. in d. l. ff. sol. mar. & in c. j. de feu. cog. & alios vbi supra. Et cōtingat qd vnus erat p primo anno, alius verō pro secundo, & in primo anno erat committum maleficiū, ex quo debetur pœna, & in sequenti anno facta est condēnatio, dubium erit cui pertinebit exactio pœnæ, an primo emptori vel secu- do. Et cōmunis cōclusio est, qd pertinebit emptori pri- mi anni, secundū Pet. de Anch. in c. j. & ij. ne prælati vices suas. pro quo Cy. alleg. tex. in l. quecūq; actio- nes. ff. de actio. & obl. & in l. si qs in putū. §. si post- ea. ff. quod vi aut clam. & in l. si. ff. arborū furim ca- sarum. & l. j. §. cū fundū. ff. de aqua quoti. & a. l. iua. Pro hoc bene facit tex. in l. j. ff. de stip. ser. & in l. si filius. ff. de ver. obl. & hæc partē tenuit Bal. ff. de iurisd. om. iud. sed Alex. in d. l. diuortio. §. si fundum. penul. col. dicit sustentabiliorem esse de iure opinionē cō- trariam, qd imō talia ad primum emptorē non perti- neant, cū ante sententiā cōdemnatoriā pœna non dicitur debita primo emptori. l. si qua. ff. de ver. sign. & l. aliud. §. j. illo co. tit. & l. ex iudiciorū. ff. de accusa. & not. p Bal. per illū tex. in l. post contractum. ff. de dona. & in l. aufer. §. si fisco. ff. de iure fisci. Idē tenet Gui. Papæ. q. cccxxv. Cū ergo fructus dictæ pœ- næ nō censetur perceptus ante sententiā, sed tātū vt ita dixerim seminatus, vt quia nulla nec inquisi- tio, nec condēnatio facta fuit, nō debet cedere lucro primi emptoris: quia in hoc fructuarium esse cōfetur. l. de functio. ff. de vsufu. & l. si vsufu-ctus messem. ff. quib. mod. vsufu. amit. Sed ad hūc tanquā proprie- tarium spectat. Pro hac parte facit tex. quē ad hoc ibi ponderat Bart. in l. susceptores. la. ij. C. de suscepto. prep. & archa. lib. x. vbi dicitur, qd illi debet fieri solu- tio, qui officialis est tēpore solutionis sūda. Ad hoc vltra Alex. facit quod decidit Io. And. in nouel. in c. si. super verbo, cōmissi delicti debebat imponi deli- quēti ex statuto vel cōsuetudine pœna capitalis, & postea illa pœna p statutu nouū alterata fuit in pœ- nā pecuniariā. si nūc delinquens de dilecto accusat, punietur pœna pecuniaria, secundū formā noui sta- tuti, & nō pœna capitali, quia attēdi debet tēpus ac- cusationis, & condēnationis secundū eū. Tamē se- cūdum Alex. vbi supra cōcordari sic possunt ambæ opinionēs, qd aut iste fructus iurisdicōnis veniebat percipiendus per illum ad quem spectat inquirere de delicto, & nunc pertinet ad secundū emptorē: quia illud percipit mediāte exercitio sui officij, & propter operā, & diligentia suā. Mouetur argu. l. naturalem. §. illud. ff. de acqui. rerū domi. & in fi. de rerū diuis. §. vnde illud quæsitū est. vbi fera bestia fugiens vulne- rata nō ad vulnerantē, sed ad capientē pertinet. Aut commodū istius iurisdicōnis est veditū simpliciter pro primo anno, & sic pro secūdo. Et tūc spectat ad primū emptorem. Mouetur, quia videtur talis pœna quasi debita fisco, cōipso qd delictum cōmittum, se- cundum glo. in l. rescriptum. in princ. super verb. hy- pothecas. ff. de pac. & Barto. in l. si. ff. de iureiuran. & Bald. in l. reos. C. de accusa. & in l. si filius. ff. de his q. sunt sui vel alie. iuris. Nec huic distinctioni obstant iura superius allegata: quia loquuntur in singulari successore, ad quē personalis actio non tranfit. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. & l. quoties. C. de hæredi. intui. Nec obstat d. l. de functio vsufu-ctuarium. ff. de vsufu. G g iij nec. §.

nec §. is verò ad quem. insti. de rerum diui. vbi habetur, qd fructus non pertinent usufructuario, nisi percepti fuerint ac in horreum reconditi: quia illa iura loquuntur in usufructuario. Sed emptor fructuum iurisdictionis vel donatarius talium fructuum non æquiparatur usufructuario: quia sequeretur, quòd ius suum non transiret ad successionem seu heredem, sicut non transit usufructus: sed hoc est falsum. l. viã veritatis ignoras. C. locati. & l. veteris. C. de cõtrahen. stipula.

39 Circa præmissa emanauit in Noëmbri ordinatione regia beati Ludouici Francorum regis, Parisiis facta anno domini M. ccliii. de his emptoribus loquens, quòd si quis Bayliuam, aut officium aliud publicum cum emolumentis iustitiæ emerit: non possit alteri vendere, aut subarrendare. Cùm non tantùm pro pecunia censeatur ei concessum, quàm pro industria. (Additio) Hanc ordinationem habetis in libro ordinationum regiarum cameræ in quaestorum Parlamenti Tolosæ. In qua emptione seu firma fructuum, & emolumentorum iurisdictionis nõ debet Senescalli, aut ceteri iudices esse directè nec indirectè, mediatè vel immediatè, participes per aliam ordinationem [Quam situauit do. Aufreri. in titulo de officio Bayliuorum.] eiusdem beati Ludouici, ne propter lucrum emendarum & multarum in plus condemnet subditos quàm deceat: quam ordinationem postea confirmauit Philippus & Carolus sextus Francorum reges. Quia ratione motus consultiuissimè ordinauit rex noster modernus Carolus octauus, [Quæ ordinatione est lxx. in numero suarum ordinationum,] quòd solæ emendæ & iurisdictionis emolumenta ad firmam tradantur. Et non officia seu Bayliuiz: sed debent idoneis & literatis committi regenda & nõ firmario emolumentorum & emendarum, quòd malè hîc seruatur: vbi qui vincit in licitatione vicariam exercet emendasq; percipit in magnum prædæ & iustitiæ scandalum. Sed quid si tẽpore primi emptoris fuerit facta condẽnatio, sed tẽpore secundi facta fuit executio, & exactio pœnæ? dicit Alex. quòd aut primus emptor habuit fructus iurisdictionis ex causa onerosa. Et tunc ei debent solui, secundum Bal. in l. diuortio. vti. col. ff. de verb. obl. Aut illos habuit ex causa lucratiua, & tunc solui debent secundo, secundum Bar. in dicta l. succptores. Expedito articulo, quid venit in relicto omnium bonorum, vel omnium rerum, aut omnium possessionũ, necnon in relicto usufructus omnium bonorum, in quo vt dictum est, veniunt nomina debitorum, quæ usufructuarius exigere poterit, nunc restat scire, tan tã tali usufructu veniat onera hereditatis passiuè per talẽ usufructuarium soluenda, ita qd creditores talium bonorum possunt p. debitis experiri contra talẽ usufructuarium. Super quo habetis cõcludere, qd si alicui relicta fuerint omnia bona, vel indefinitè bona alicuius, vel omnes res, quod idè est, & sic in huiusmodi relicto veniat plena proprietatis habens in se vsum fructum casualitè naturalitè annexum, tunc debetis considerare, qd si alius nõ fuerit datus heres vniuersalis, quo casu iste cui bona fuerint relicta, habetur loco directi heredis secundum gl. in his verbis. ff. de hære. insti. Et si alium instituerit vniuersaliter heredem, iste habebit tanquã hæres indirectus. Et sic vt vniuersalis fideicommissarius, qd perinde habet, ac si testator heredẽ suum vniuersaliter institutum rogasset restituere vniuersam hereditatẽ illi, cui omnia bona reliquit, secundum glof. in d. l. his verbis. Et certè his duobus casibus in tali relicto

omnium bonorum includuntur debita, ita qd tenebitur ille cui fuerint bona talitè relicta sustinere onera hereditaria. Primo casu, tenebitur in solidum. Secundo verò casu, tenebitur p. dodrante sibi restituto, vel in solidum, si ei vniuersa hereditas restituta sit. Vnde creditores hereditarij contra ipsum intentare poterunt primo casu actiones directas, iuxta titu. C. de hæred. actio. Sed secundo casu intentabunt viles pro modo portionis hereditariæ illi restitutæ. l. nam quod. §. fi. & l. cogi. ff. ad Trebel. Tamen inter directas, & viles actiones, nulla est quo ad effectum differentia, nisi quo ad iuris subtilitatem. l. antepenul. ff. de nego. gestis. Et idem esset, si sub nomine hereditatis, quota bonorum relinquere, quia vtròque onera includerent hereditaria. l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. Si autè alicui relinquantur pars bonorum, aut ei relinquantur certæ res alio dato heredẽ vniuersali: tunc quia iste non est hæres, cùm illa quota nõ sit ei relicta loco hereditatis, nec etiam est fideicommissarius vniuersalis, sed est legatarius particularis, nõ poterit à creditoribus conueniri pro parte bonorum, vel quota eorum sibi relicta. Cùm etiam contra debitores hereditarios nullam habeat actionem, vt d. l. quoties. & l. non amplius. §. fin. ff. de lega. j. & l. cum autem. ff. de lega. iij. Si vero alicui non fuerint relicta omnia bona, sed solum sicut ei relicta sunt omnium bonorum usufructus, est maius dubium, an talis usufructuarius teneatur subire æs alienum, & onera bonorum. Et certè Bar. in l. fin. ff. de usufr. lega. tenuit idem in isto casu, quod in præcedenti. Sic concludens, quòd si relicta fuerit usufructus certarum rerum, tunc sine dubio debita non sequuntur talem usufructuarium: quia non sequuntur fundum, sed totam hereditatẽ, d. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. Et est casus in d. l. si. ff. de usufr. lega. in si. Si autem legatus fuerit usufructus quotæ partis bonorum, puta dimidiæ vel tertie: & tunc si sub appellatione hereditatis ille tenebitur ad præstanda & sustinenda onera pro sua quota, vt d. l. si. secundum vnam lecturam. & d. l. si quis seruum. §. fina. cum l. sequen. ff. de leg. ij. Tamen quando usufructus finitur, & cum proprietate consolidabit, illud quod solum erit deducatur de corpore hereditatis: aut relinquatur sub appellatione bonorum & non hereditatis, & tunc onus æris alieni nõ sequitur usufructuarium, vt l. generali. §. fi. & d. l. fin. ff. de usufr. leg. quia bona dicuntur deducto ære alieno. Et idè si relicta fuerit sub nomine rerum, vt est casus singularis in dicta l. si. Idem cum Bartol. decidit Guido Papæ, questio. ccccxlj.

Et idè esset si relinqueret tertia pars bonorum mobilium & immobilium, vel usufructus. Nã talis habetur loco legatarij, vt scilicet non teneatur ad æs alienum, cùm non sit vniuersalis successor tertie partis, quia in illa non veniunt iura nec actiones, sed faciunt tertiam speciem bonorum. l. manentium. ff. de verb. sig. & dictum fuit supra. Si verò relicta sit usufructus omnium bonorum, vel rerum: tunc onus æris alieni spectat ad usufructuarium, ita qd soluere tenebitur debita de fructibus bonorum sibi pertinentibus. Nisi haberet vsum fructum, nõ ex dispositione hominis, sed legis, qualis est pater in hereditate aduocata filio delata, qui cùm nõ sit loco heredis sed legatarij, ad debita non tenet hereditaria per l. quoties. C. de hære. insti. secundum Bal. post Petr. in authen. causa que fit cum monacho. in fi. C. de episc. & cler. pro quibus est tex. in l. si. §. finautè. C. de bon. quæ libe. ad legata autem soluenda non tenebitur: quia

quia in hoc usufructu cõcurrit cõ cæteris legatariis particularibus, vt dicta l. si quis seruus. in fi. vbi Bart. ff. de leg. ij. & l. Sempronio. ff. de usufr. leg. secundum Bar. in d. l. si. Or. domini, aduertatis & clarè videbitis, qd Bart. in aliquibus errauit: in eo enim qd dixerat usufructuarium certarum rerum, & certorum bonorum aut certæ quotæ bonorum non teneri ad solutionem debitorum, optimè locutus est. Similiter in eo quod dixit usufructuarium nõ teneri ad solutionem legatorum in testamẽto relictorum: nam in his omnibus cum eo trãseunt ceteri doct. & etiã consuluit Alex. vt refert in d. l. si. & Guid. Pap. qd. ccccxlj. supra allegata. nõ obstante tex. in l. si. §. finautem. C. de bon. quæ libe. qui contrarium videbatur velle: quia loquitur in parte bonorum aduocitorũ filij ex dispositione legis, usufructuario. Sed nos loquimur in usufructuario ex dispositione testatoris. Videatis Bal. in d. auth. causa quæ fit cum monacho. in fi. C. de epi. & cleri. Vel dici potest, qd usufructuarius soluere tenetur legata de fructibus, si ad hoc sufficiant, secundum Sal. in d. §. finautem. nõ autem cætera legata: imò soluenda sunt de substantia bonorum. Sed in eo quod Barto. voluit usufructuarium omnium bonorum vel certæ quotæ hereditatis teneri ad debita soluenda, ipse vehemèter errauit. Primò quia iura quæ ipse allegat, scilicet l. nam quod. §. fin. cum l. sequenti. ff. ad Trebel. hoc non probant. quia loquitur in fideicommissario vniuersali, qui facta sibi hereditatis restitutione, tenetur ad debita pro portione sibi restituta, vt ibi. Or certum est, qd dictum doctoris intelligi debet secundum iura quæ allegat, vt ipsemet Bart. dicit in l. nõ solum. §. libera tionis. ff. de libera. lega. Nam licet relicta omnium bonorum nullo alio dato heredẽ vniuersali, importet heredis institutionem: & dato alio heredẽ importet fideicommissum vniuersale, vt dictum est secundum glo. in d. l. his verbis. ff. de hære. insti. Tamen illud est verum, quãdo relinquere tur omnia bona, vel pars sub nomine hereditatis quo ad plenam proprietatẽ: sed nõ reperietur esse idem, quando relinquatur usufructus tantum. Et sic iura per Bar. alleg. nõ probant suam opin. Nec dici potest, qd distinctio superius facta, quãdo relinquuntur bona pleno iure, scilicet quo ad proprietatem & vsum fructum, locum habeat vbi simplex relinquuntur usufructus: quo casu, licet in usufructuarium transeat actiones actiuè. l. vxori meæ. ff. de usufr. leg. & dictum fuit supra. Quas actiones exercebat tanquam procurator heredis in rem suam l. j. §. fin. ff. usufructua. quemadmo. caueat. Non tamè sic transeat actiones passiuè. Nec est hoc inconueniens, vt patet alibi in emptore hereditatis, in quem transeunt actiones actiuè, sed nõ passiuè. l. ij. & l. emptor. de hæredi. vel actio. vèdi. Sed in fideicommissario vniuersali transeunt actiuè & passiuè sicut in heredem: & per consequens sustineri non posset talem legatarium usufructus ei comparari. Et hæc opinio nem contra Barto. consulendo tenuit Bald. non sine causa admirans de decisione Barto. in dicta l. fina. de usufr. lega. & etiam contra Bart. consuluit Pau. cõ. ff. ccccxxxvij. incip. in causa quæ vertitur. iij. colum. vsque ad fi. vbi euidentissimis rationibus, pulchròque stylo probat opinionem Bar. non esse sustinendam. Concludens onus æris alieni non pertinere omniũ bonorum usufructuario, vt scilicet de solo usufructu solui debeant debita, absque eo quod tangatur proprietatis: sed soluatur, tam de proprietate, quàm de usufructu: hoc modo, quia hæres seu proprietarius, antequam bona tradat usufructuario vtdã, detrahit æs

alienũ, soluendo de pecunia hereditaria, si ibi reperiat in bonis: quæ pecunia (vt dictum est) venit in tali usufructu. l. j. C. de usufruct. Si verò in bonis illis nõ sit pecunia, videret bona mobilia, & in eorum defectu venderet de immobilibus vsque ad debitorum satisfactionem: & residuum bonorum traderet usufructuario. Et sic vterque tam proprietarius, quàm usufructuarius participabit in onere debitorũ, quia de bonis sic venditis aut pecuniis solutis hæres perdet proprietatẽ, & legatarius vsum fructum. Nec est verum, quòd solus usufructuarius soluere teneatur debita de fructibus proprietate bonorum remanente heredi proprietario integre, vt erroneè concludebat Barto. & hanc opinionem cõtra Bar. probant doct. Primò per tex. ad hoc elegantem in dicta l. fina. §. finautè. C. de bon. quæ libe. vbi dicitur, qd pater qui omnium aduocitorum filij est usufructuarius, nõ tenetur de solis suis fructibus debita soluere bonorum: imò solui debet de rebus & corporibus hereditariis, seruato tamè ordine, qd si non sint pecuniæ, primò vendantur bona mobilia, & deinde immobilia, vt ibi per tex. dum dicit: habeat pater licentiam ex rebus hereditariis. Et sic pater nõ habebit vsum fructum, nisi in bonis restantibus solutis debitis. Secundo hæc opinio contra Barto. probatur per tex. expressum in l. usufructu bonorum legato. ff. ad legem Falcid. dum dicit, æs alienũ ex omnibus rebus. Et sic intelligitur de corporibus hereditariis, & nõ ex solis fructibus. Tertiò probatur ex text. in dicta l. fina. de usufructu lega. dum dicit: etiam æs alienum ex bonis deducatur, ex quo sequitur, quòd ex solis fructibus non deducatur, sed ex bonis, quæ intelliguntur non deducto usufructu. Nam verus intellectus dictæ l. si. est vt multum intersit, an relinquatur usufructus omnium bonorum, vel quotæ partis rerum incertarum, aut certarum rerum: vt primo casu ante omnia deducatur æs alienum per heredem vendendo bona quatenus expedit, & residuum tradetur, vel de residuo tradetur legatario portio vtenda & fruenda: & sic vterque participabit de ære alieno. Secundo casu nihil deducitur, cùm æs alienum de singulis non deducatur rebus, sed de vniuersitate. l. quod dicitur. ff. de impensis in rebus dota. fact. Vnde onus ad solum pertinebit heredem, qui de aliis rebus sibi remanentibus soluet debita. Nam id idem esset si certam rem pleno iure, scilicet proprietatis & usufructus legasset: quia de cæteris rebus nõ legatis hæres soluere debet æs alienum, si sufficiant. Et nõ de specialiter legatis nisi in subsidium, si bona restantia nõ sufficiant l. fin. §. licentia. C. de iure delibe. Et hæc opin. cõtra Bar. tenuit idem Paul. in d. l. si. §. finautem. C. de bon. quæ libe. & sentit Bald. in d. l. j. verfi. pone maritus. C. de fructu. & litium expẽ. Et do. Matthæus de Mattheo. in suis notabilibus quinto not. & Ang. in l. filius à patre. in princ. ff. de libe. & posthu. & Alex. in dicta l. fina. de usufruct. legat. referens se & Bald. ac plures alios consuluisse contra Barto. Angel. verò Aret. in §. constituitur. insti. de usufruct. nititur opin. concordare satis coloratè, dicẽs quòd usufructuarius ex legis dispositione, qualis est pater in bonis filij aduentitii, nõ tenetur de solis fructibus ad solutionem debitorum, vt dicta l. si. §. finautem. Sed usufructuarius omnium bonorum ex dispositione hominis, puta testatoris, bene tenetur de fructibus debita soluere. Et ita intelligitur opinio Bart. in dicta l. fina. & ita vidisse in practica seruare refert ibi. Sed his nõ obstantibus ego opi. tenebrem communem cõtra

Bar, tanquam veriorum: quia multa sunt alia iura prater d.l. fina. C. de bo. qua libe. indistincte volunt debita solui de bonis, quorum usus fructus fuit a testatore relictus, ut in iuribus supra alleg. Ergo non sunt soluenda de solis fructibus, secundum quod etiam tenet Barba. s. eo. in rubr. & in c. fin. in fin. j. de pign. dicis
45 alia consuluisset contra Bart. Cetera autem onera, ut sunt collecte & tributa tenentur usufructuarius solvere pro tempore duratis usufructus. l. haec tenus. & in l. si pcedentes. s. si quid. ff. de usufr. quia talia sunt onera usufructuarius, sicut sunt decimae, p. tex. in l. sine herede. s. Luci. ff. de admini. tuto. Videatis bona glo. 49
46 in l. ij. C. de anno. & tribu. l. x. vbi Bar. & Io. de Pla. facit glo. in cle. j. de deci. Et an donatarius omnium bonorum teneatur solvere debita, satis patet ex praedictis, videatis. l. x. is alieni. C. de don. Et communiter concluditur, quod actione personali agere non possunt creditores contra talem donatarium, secundum gl. in l. hereditate. ff. de don. Cum dictio personalis non sequatur fundum nec bona. l. j. si heres. ff. ad Trebel. & d. l. x. is alieni. Facit l. ij. C. de ha. vel act. ven. de quo p. Cy. in l. ij. C. ad le. Tul. de vi pu. Aufseri. in suo tracta. arretorij. c. xij. Parisius pro domino Iacobo Chenu contra Andream Gilberti, anno domini M. ccc. lxxxv. Et hoc verum, nisi prius actum tanquam uocatoria contra donatarium, & donationem tanquam in fraudem creditorum factam, iuxta s. item si quis in fraudem. in l. i. de acti. secundum gl. in d. l. x. is. quam sequuntur Cyn. Bal. Sali. Ange. & doct. Vbi vero donator non esset soluendo, vel nullus haeres eius reperiretur, ex equitate agi posset directe contra donatarium omnium bonorum, etiam actione personali, & etiam nulla interdicta reuocatoria. arg. l. si maritus. in prin. ibi: quod si maritus soluendo non esset & c. ff. de f. dota. secundum gl. in d. l. ij. C. de here. vel act. ven. & ita seruatur in parlamento, secundum Gui. Pap. q. cv. quia euitandus est circuitus. l. dominus. ff. de condi. inde. propter quem euitandum plura in hoc regno tollerantur contra caeremonias iuris ciuillis, ut dixi in verbo, *Et uxore nomine Adelaesiam*. in j. arti. vbi dixi quod non curamus de actionis ineptitudine. & videbitis in verbo, *Mortuo autem testatore*. ij. loquendo de consuetudine Fracie, qua mortuus say sit viuo ipso iure.
47 De donatorio autem vel legatario hereditatis, quia indubitanter donari potest. l. hereditatem. ff. de dona. Non dubitatur, quin agere & conueniri possit quibuscunque actionibus etiam personalibus: cum duabus tamen limitationibus positus per Gui. Pa. clarè loquens. q. d. ccc. lxx. Et indistincte conueniri possit, si post mortem donatoris non reperiretur alius haeres, ut supra dixi, vel donator non esset soluendo, ut ibi. Et idem in donatore hereditatis & bonorum simul: quia pro vno & eodem ponitur secundum eum. q. ccc. lxx. Certè in praesenti regno conceduntur literae directo modo contra haereses & bona tenentes debitoris, quomodocumque bona habuerint ab eo, si non est alius qui soluere possit. Et quid autem sit de emptore aut alio contrahente omnium bonorum, an teneatur soluere debita, & possit exigere credita sicut haeres possit, communiter concluditur quod non, nisi esset statutum vel consuetudo in contrarium. Quo casu datur caute la. ut etiam tunc non teneatur, videlicet quod successiuè res & bona illa emat particulariter per parcelas. per tex. ad hoc singularem què summè ibi p. derauit Bar. in l. si peculium. la. ij. ff. de pec. leg. quod est notandum. Et hoc verum, vbi sola competeat actio per

sonalis, quae ut dictum est, non sequitur bona, sed vbi alienator bonorum ante constitutionem ius in re, aut rebus, scilicet illa obligatio pro debito, tunc bona illa in emptorem transferret vel donatarium cum suo onere, per ea quae plenè dicit Bar. in l. si filio. s. si vir. ff. sol. lu. matri, & in l. emptor. vbi Cyn. C. loca. & Panor. in cap. si. ne prelati vices suas. in fin. Et idem esset in bonis quoquo modo pro debito tacite vel expresse affectis, cum quibus sit expeditus praesens articulus; quid important verba Raynutij, qui adiecta eius filiae cetera bona, id est vniuersa reliquit: ex quibus intelligitur haeres instituta. Et quae quidem haereditas institutio valuit: maximè quia in testamento nomen proprium filiae haereditis instituta: veraciter expressit, nec in illo errauit: alia testamentum fuisse nullum. Nam licet error in nomine non vitiet ultimam voluntatem, si de corpore constitit, in l. de lega. s. si quis in nomine. & not. plenè Bar. in l. demonstratio. ff. de condi. & demon. Tamen quando testator errat in nomine sui proprii filij haereditis instituti, perinde vitiat testamentum, ac si in suo proprio errasset. Quo casu quia in suo proprio errando, & nomen suum ignorando, arguitur de dementia & stultitia ipsius testantis, per tex. in l. fina. C. de haered. instit. non valet testamentum. Sic etiam non valet si in nomine proprii filij errat, & verum nomen ignoret. Cum eadem arguatur stultitia & bestialitas, secundum Bald. & Ange. in l. allegata. fina. C. de haere. instit. Et hoc ex identitate rationis: quod sequitur Ange. in l. errore. C. cod. titu. Idem esset, si erraretur in nomine proprio cuiuscumque alterius haereditis, quam filij in testamento caeci & orbat: quoniam vitiarer, secundum Ange. & Fran. Arcti. in dicta l. errore. per tex. in l. haec consultiissima. in prin. C. qui testa. face. non possunt. Et idem esset si in nomine erraretur appellatio, cum illud non apponatur ad beneplacitum, sicut imponitur nomen proprium. l. si quis in fundi vocabulo. in prin. vbi gl. of. & doct. ff. de lega. j. & l. quoties. ff. de haere. instit. His enim casibus error vitiat testamentum. Et idem esset in rescripto, si erratum fuerit in nomine presbyteri, contra quem impetratum aliquam ecclesiam: quomodo casu error in nomine proprio presbyteri quantumcumque; constat de corpore ecclesiae, vitiat rescriptum quod stricti iuris. cap. significate. & cap. Rodolphus. de referi. & ita tenet Ioan. And. in addi. Specu. titu. de rescripti presentatione. s. ratione causa. versic. quid si indubitate. & ita praedicatur secundum eum: de quo tamen dicatis, ut per Pan. in dicto c. significante. quem etiam videatis in secunda parte consi. x. c. iij. incip. in quaestione quae vertitur. vlt. col. & Bar. in d. l. demonstratio. s. j. facit text. & ibi Bart. in l. fin. ff. de rebus dub. Et eodem modo error in nomine vitiat baptismum, puta si baptizans foemina intendens baptizare masculum dicat, baptizo te Petrum, quia tunc puella non erit baptizata, quod intelligatis verum, si baptizans intendebat masculum & non foeminam baptizare. Nam oportet quod intentio baptismi fundetur super vero. c. quamuis. & c. solent. de conse. dist. iij. dicis si de hoc non cogitabat, sed simpliciter baptizabat, secundum Hosti. in summa. ti. de baptismo. s. quae sit eius forma, versic. quid ergo si quis putat. Et idem esset, quando erraretur in conditione personae causam finale ipsius dispositionis designante, propter quae solum testator motus est ad haereditatem instituendam. Quomodo si falsa reperitur, vitiat institutionem, puta si testator aliquem instituit quem putabat esse filium suum, tamen non erat. l. neque; profel

no. C.

no. C. de haere. insti. Et hoc casu presumitur testator in dubio ductus errore, ut testamentum non valeat. Si autem constaret testatorem sciuisse eum non esse filium, tunc institutio teneret, quauis eum appellauerit filium. Quia praesumitur ex dilectione eum filium appellasse. l. j. s. p. sponus. ff. de Carbo. edi. secundum Pau. in d. l. neque; professio. Plus dico, quod sicut quando erratur in coniunctione naturali credendo aliquem esse filium, qui non est, institutio non tenet, ut dictum est. & est tex. in l. si pater. C. de haered. insti. Sic etiam vitiat dispositio, si erraretur in coniunctione ciuili, siue erraret in facto siue in iure. Et nedum inter ascendentes & descendentes, sed etiam inter collaterales & transfrales, veluti si crederet illum quem instituit heredem, esse filium suum adoptiuum, vel fratrem. l. nec apud. C. de haere. insti. & l. eam quam. C. de fideicom. Et idem esset in contractu, ut puta si quis donaret alicui tanquam uxori, quae non est vxor. l. cum hic status. s. si. ff. de don. inter vir. & vxor. Super quo dicit Bar. in l. miles ita. s. mulier. ff. de testa. mili. quod aut mulier ignorat matrimonium non valere, sed credit illud valere, tunc legatum valet. l. si. ff. de leg. j. & l. j. ff. de his qui, ut in dig. aut mulier sciebat matrimonium non consistere, & tunc in eius persona non valet. l. vxor marito. ff. de usufru. leg. Aut dubitatur, si sciuerit vel non, & praesumitur ignorantia, ut dicta l. si. ff. de leg. j. facit optime l. si. quae not. est. ff. de ritu nupt. Et praemissa intelligatis vera, quando erratur in qualitate seu in coniunctione personarum naturali vel ciuili: quia tunc vitiat dispositio, cum praesumatur eo tunc illam qualitatem fuisse causam illius dispositionis: secus si erratur in alia qualitate, quam in coniunctione personarum. Puta si institueretur seruus, quem testator esse credebat liberum, quoniam tunc licet seruus reperitur institutus, tamen dispositio non vitiat. l. cum proponas. C. de haeredi. insti.
54 Ex quo inferri ibi Pau. quod si quis monachum fugitiuum in habitu laicali existentem instituat heredem credens ipsum laicum, talis institutio valet, & haereditas acquiratur monasterio, quauis monachus sit ille. Videat pulchra per Ias. in l. eam qua. viij. col. C. de fideicom. post Bald. ibi. An tamen error excolat in delictis, puta si quis occidere putet Titium, & occideret Caium, vel credat verberare Titium, & occidat. videatis in l. quoniam multa. C. ad leg. Tul. de vi publ. & Bar. in l. respiciendum. s. delinquent. ff. de poenis. vbi dicit, quod tenet de occiso. Idem Bar. in l. diuus. ff. ad leg. Cor. de fideicom. & tex. in c. si. de homici. li. vj. ut not. de illo qui vnum occidere volebat, & occidit duos.
55 Procedo ulterius & dico, quod sicut per haec verba, scilicet licet, Adiecta impuberi relinquo cetera bona. videtur Raynutius testator Adiecta eius filiam instituisse haereditatem, sic etiam fecisset eam haereditatem, si dixisset, substantiam meam Adiectae volo pertinere. l. in testamentis. C. cod. titu. Idem si dixisset, volo quod Adiecta esset haeres mea, Vel si dixisset, vellem Adiectam esse haereditatem: quia sicut verbum volo, institutionem inducit: ita etiam hoc verbum vellem, quod est inflexum, quia optatiui modi, facit tex. ad hoc not. in l. quoniam indignum. C. eo. & l. Pamphilo. s. propositum. ff. de leg. iij. & l. omne verbum. C. communia de lega. De hoc autem verbo volo, videatis plenè Bar. Bal. & Sali. in l. j. C. de sum. Trin. Bar. in l. j. & l. serui electione. ff. de leg. j. & melius quam alibi locutus est Bar. in l. centurio. penul. col. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. & Bal. in repeti. c. si pater. eo. titu. lib.
57 vj. Plus, quod etiam si testator Raynutius nullum in

haereditis institutione adiecitset verbum, talis institutio valisset, etiam legatum vel aliud quodcumque relictum, ut puta si dixisset, Adiecta cetera bona mea. Nam defectus verbi relinquo, non vitiat testamentum: imò subintellectum fuisse, ut actus valeat. Sensus enim intellectus orationem perficit, quae in suo constructa non est. l. verbum volo. C. de fideicom. quia licet verbum sit forma orationis, dans ei regimen & esse; & licet etiam deficiente verbo volo, aut relinquo, vel quocumque alio posset verbum subaudiri in alio tempore, quam in praesenti: puta in hac oratione, Adiecta cetera bona mea: ita potest subaudiri verbum de futuro, veluti verbum relinquam, sicut verbum relinquo. Quo casu votum non perficeretur testatori. Et sic non induceretur dispositio, cum verba futuri temporis sint enuntiativa, & consequenter dispositionem non inducentia, ut plenè no. Bar. in Lex hac scriptura. ff. de dona. Attamen hoc non obstante lex supplet verbum congruum & in tempore congruo ad inducendum effectum ultimae voluntatis. Et sic supplet verbum relinquo praesentis temporis, ut dispositionem inducat perfectam, potius quam verbum relinquam, futuri temporis ad inducendum defectum, ut d. l. verbum volo. Nam vbi deficit oratio in verbis, sensus supplet. l. cum pater. s. cum imperfecta. ff. de lega. ij. Et sic non obstat in ambiguo. ff. de rebus dub. Et idem esset, vbi testator dixisset, Adiecta haeres. quo casu, propter defectum huius verbi esto, non vitietur institutio. Idem si dixisset, Adiecta haereditatis meae. Et deficerent haec verba, domina esto. l. vnum ex familia. s. fina. ff. de lega. ij. videatis plenè in l. quoties. ff. de haered. instit. Ideo consuluit Barba. in prima parte conti. v. quod si testator dixerit: In omnibus autem ceteris bonis meis filios meos, licet non dixerit instituo. Tamen videntur haereses institui filij, alio expresse non dato haereditate vniuersali. Tales defectus & similes ut plurimum contingunt errore scribentium testamenta, qui necesse non debet partibus, dicta l. errore. vbi glo. & doc. C. eo. d. l. j. & dicta l. quoties. ff. de haered. instit. vbi plenè deciditur, quod per quaecumque verba fieri potest haereditis institutio: quia non refert quid de acquipollentibus fiat, dum tamen fiat. l. si. C. de his qui veniam aeta. impetra. Praeterea verba transposita idem significant, adeo quod dicit Bal. in l. filius. C. de inof. testamen. quod si imperitus notarius scribat: Sub tali pacto facit haereditatem, intelligitur sub tali conditione vel modo per dictam l. filius. Nec etiam falsa latinitas vitiat testamentum, ut dicta l. errore. & l. imperator. ff. de statu hominum. not. glo. & Panor. in cap. ad audientiam. leg. j. de referi. & Salic. in l. si & me & te. ff. si certum petat. & Bar. in l. Plautius. ff. de auro & argen. lega. imò nec defectus syllaba ipsum vitiat, ut ibi plenè dicitur. Et habuistis supra in verbo, *In testamento relinquens*. j. in tertia limitatione principali. Idem tenet Bal. in dicta l. verbum volo. & Panor. in c. ex parte. de fide instru. Vnde si promissum sub poena du. haec syllaba du, importat dictionem dupli. Cum aliud sonare non possit. Ideo ad mentem recurrèndum est. l. alienationis. ff. de verbo. signi. vbi talis locutio perinde habetur, ac si promissum sub poena, dupli.
59 Nam quaedam sunt imbreuiatura: quae extensionem recipiunt ex sensu orationis, ut dictum est supra. Quaedam verò ex consuetudine tabellionum vel regionis aut aliorum similes actus exercetium. l. quod si nolit. s. q. asidua. ff. de aedi. edic. & l. vel vniuersorum. ff. de pig. actio. Et quaedam ex natura negotij, ut dictio & c. l. Gallus. s. idem credendum. vbi plenè

Bar.

Repe. cap. Raynu. Gul. Benedicti.

60 Bart. ff. de libe. & posthu. & Panor. in c. cum P. tabel
lio. de fide instr. ¶ Quædam vero extensionem capi-
piunt ex relatione ad aliud, vt cum notarius causæ
postquam vnus testis dictum scripsit extensè, in se-
quenti teste dixit: Petrus idem dixit quod primus tes-
tis. Tamen Spec. in titu. de teste. §. nunc tractandū.
hanc practicam non approbat: quia dictio idem, nō
solum significat factū, sed etiā ius. l. cum hi. §. si vni.
& ibi. not. ff. de transac. videatis Angel. in l. si quis ex
arg. tarius. §. j. ff. de eden. vbi tenet, quod tale dictum
testis nō valet. Idem consuluit ipse Ange. cō si. cxvj.
& Salic. in l. iur. iur. di. C. de testi. Quod verum in-
telligatis, vbi essent plures quàm duo testes ad pri-
mum se referentes, secundum Iac. Butri. singulariter
in l. ij. §. eiusdem. ff. de testib. iuncta glō. sibi. Finali-
ter tamē de huiusmodi suppletionibus videatis Bal.
in dicta l. errore. & dicta l. verbū volo. & latē Fel. in
dicto cap. ad audiētiā. vbi clarē deciditur, quod ta-
les defectus testamentum nō vitiant, dum tamen tale
testamentum legi & intelligi possit, vt puta quia scri-
ptum est scriptura vulgari, cōsuetā & vsitata in illa
patria & per notas vsitatas ac congruas literarum
cōsequētiā: quia tunc valet, vt dicta l. quoties. ver-
61 sic. si quis. ff. de hered. in l. tit. secūs tamen si per no-
tas inusitatas fuisset scriptum: quo casu esset inuali-
dum. l. sed cū patrono. §. fina. ff. de bonor. posses. nisi
factum esset ad pias causas: quia eo tunc testamentum
quantumcunque per notas inusitatas scriptū, dum-
modo de voluntate testatoris apparere potuerit, va-
let & tenet, vt singulariter decidit Dyn. per illū tex.
in l. Lucius. ff. de testa. mili. extendens dictam legem
loquentem de milite ad piam causam. Sed aduer-
tis, quia contra hoc videtur esse tex. in auth. quod si-
ne. C. eo. vbi tex. ad testamenti scripto tenus facti va-
liditatem, licet inter liberos, requirit qd sit scriptum,
& per consequentiā literarum, non autem per ali-
qua signa vel notas. Et sic idem videtur in pia causa.
Cū liberis plus faueatur, quàm piæ causa. xvij. q. d.
62 iij. cap. quicumque. & not. gl. in l. si quis ad declinā-
dam. C. de episc. & cleri. Sed hoc non obstante, Lu-
do. in repeti. authen. similiter. C. ad leg. Falcid. sequi-
tur opinionē Dyn. quia cū dicta comparatio quæ
hoc casu fit de milite ad piā causam, sit ipsi piæ cau-
sæ fauorabilis: & illa quæ fieret de filiis ad ipsā, esset
odiosa, consequens est, vt fauorabilem assumere de-
beamus æquiparationē, nō autem odiosam. ¶ Cū
in dubiis illam debeamus opinionem assumere, quæ
testamento fauet, maximè ad pias causas celebrato.
argu. l. siue pars. ff. de inoffic. testa. Cogitabit tamē
quia contra opinionem Dyn. videtur esse irrefragā-
biliter tex. in dicta authenti. quod sine. vbi dicitur, qd
in testamento inter liberos non potest per signa re-
linqui libertas. Et tamen relictum libertatis dicitur
esse pium, vt in eadem repetitione tenet ipsemet Lu-
do. in .iij. colū. ver sic. caplo igitur primam. ¶ Vnum
tantum menti tenebitis, quod ad pias causas necdum

relinqui potest per verba dispositiua, sed etiam per
verba adulatoria ad hæredem directa, quæ hoc casu
perfectam dispositionem inducunt. Puta si testator
ecclesiæ loquedo diceret vel pauperi: scio quod gra-
tias tibi agit hæres meus à me institutus, vt est tex.
singul. in l. Paulus respōdit. §. Paulus. ff. de fideicom.
liber. Et tamen illa verba vel similia in aliis disposi-
tionem non inducunt, insit. de testa. mili. §. certum.
& not. plenè Barto. in d. l. ex hac scriptura. ff. de do-
nati. secundum Ludo. in dicta repeti. Præterea licet
relicta quæ in testamento reperiuntur cancellata, non
debeantur cum eo ipso videantur adempta. ff. de his
quæ in testa. delen. per totum. & l. nostram. C. de te-
sta. tamē relictum ad pias causas in vltima voluntate
reperitum cancellatum, præsumitur iuris præsum-
ptione inconsultè, id est, sine testatoris intentione
cancellatum: ideo debetur, vt est casus singularis in
libertate loquens, quem Barto. ibi. & rectè ostendit
ad pias causas in l. proximè. in fin. ff. de his quæ in te-
sta. delen. quem sequitur Ludo. in dicta repeti. & Pa-
nor. in j. nota. in cap. ex literis. de fide instr. ¶ Ex
quib⁹ omnibus clarè habetis, quod multæ sunt omis-
siones & vitia, quæ testamentum non inuadunt si-
cut nec vitium præposterationis. Nam licet olim hæ-
redis institutio fieri deberet ante omnia relicta in
principio testamenti, velut eius fundamentum, insit.
de lega. §. ante hæredis. Hodie tamē scribi potest in
fine testamēti post omnia relicta particularia, prout
fuit in testamento Raynutij seruatum: qui vltimò
post particularia relicta hæredis institutionem adie-
cit. Propter quod testamentum non minus valet. l.
præposteri. C. eo. Vitium enim præposterationis, tã
in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, non
immeritò sublatū est: quia consideramus ordinem
locutionis: imò satis est quod de mēte constet. ¶ Et
idem est in testibus: quia non refert an testes fuerint
in principio testamenti descripti, vel in fine: nec per
hoc ordo testamenti peruertitur, si notarius testes
in fine descripserit, vel in principio, prout sibi pla-
cet. Sicut potest signum suum in principio instru-
menti ponere, vel in fine, secundum Bald. in dicta l.
præposteri. C. eo. Quando autem omisio ordinis
vitiet, & quando non, videatis plenè per Barto. in l.
ij. §. prius. ff. de vulg. & pupil. Bald. & Salic. in l. ambi-
guitas. C. de testa. Quæ omnia vobis sufficere debēt
de omisio per testatorē. Vbi verò ageretur de omis-
sione facta per notarium, qualiter suppleri, & corri-
gi debeat, videatis plenè & non minus pulchrè per
Barto. in l. si librarius. ff. de regulis iuris. & cō si. c. iij.
Panor. in dicto capit. ex literis. de fide instrumēt. &
in prima parte consil. x. Bald. C. de iustitia. codi. con-
fir. in fine. Pau. consil. xxxvij. & Alexand. in l. præ-
tor. §. prætor. ff. de eden.

Laus Christo Iesu domino
nostro.

GVLIELMVS BENE- dictus ad Iurisprudentiæ Studiosos.

Hæciam, dilectissimi Fratres, de testamento Raynutij quo ad
eius hæredum institutionem scripta sufficiant: reliquo illius
substitutionem concernente, ad annum proximum referua-
to. Ex academia Caturcensi, tertia die Octobris: vigilia cuius
his in ædibus hospites sumus gloriosi Francisci.

*Finis primæ partis Repetitio. super cap.
Raynutius Gulielmi
Benedicti.*

Lugduni, M. D. LXXV.

